Quæst. II. An qui rem dubiam ut certam, aut veram, iurat, peccet mortaliter? *242.*

Quæst. III. An peccet mortaliter qui per hypochrisim aliquid iurat, quod ut solet, verum non est? *ib.*

Quæst. IV. An licitum sit iurare rem quam probabiliter tantum indicas esse veram? *ib.*

Quæst. V. Quam certitudo requiritur ut quis licite iurare possit? *243.*

Quæst. VI. Quæ certitudo requiritur ad iuramentum præstantum in iudicio? *244.*

Quæst. VII. Quæ diligentia requiritur in inquirenda veritate necessaria ad iuramentum? *245.*

Quæst. VIII. An qui moribilibus negligens est in inquirenda veritate rem quam iurat, peccet mortaliter, tametsi conuincat rem quam iurat, esse veram? *ib.*

Quæst. IX. An, in scholasticis possint licite iurare, aliquem scilicet ad scholas accessisse tempore ab universitate requisiti pro causa conficiendo, sufficit quod illum viderint communitate scholas frequentasse? *ibid.*

Quæst. X. An licitum sit persuadere alicui ut iuret iuramentum quom ipse ignorat? *246.*

CAPUT X.

De iustitia, & iudicii defectu in iuramento assertorio. Nonnullæ questionule reseruantur. *ib.*

Quæst. I. An defectus iustitiæ in iuramento assertorio sit peccatum mortale? *ib.*

Quæst. II. An defectus iudicii in iuramento assertorio sit peccatum mortale? *247.*

DISSERTATIO II.

De iuramento promissorio.

CAPUT I.

De veritate, & iudicio necessariis in iuramento promissorio. Questionule non parum momenti examinantur. *248.*

Quæst. I. An defectus veritatis de presenti in iuramento promissorio semper sit peccatum mortale? *ib.*

Quæst. II. An defectus secundæ veritatis sit peccatum indicandum, seu an qui rem promissam iuramento firmatam in materia gravi non implet, peccet mortaliter? *ibid.*

Quæst. III. An peccet mortaliter qui rem promissam iuramento firmatam in materia levi non implet? *ib.*

Quæst. IV. An peccet mortaliter qui sub iuramento rem promitteret animo dubio implet illam? *252.*

Quæst. V. Quomodo sint interpretanda illa iuramenta quibus communiter homines iurant se primos non ingressuros per ianiam, non secessuros &c.? *253.*

CAPUT II.

De iustitia necessaria ad iuramentum promissorium. *ib.*

Quæst. I. An peccet mortaliter aduersus virtutem religionis qui iurat se fornicaturum, seu quilibet aliud grave delictum perpetraturum? *ibid.*

Quæ.

Quaest. II. An qui iurat se commissurum aliquod peccatum veniale, peccet mortaliter? *ibid.*

Quaest. III. An qui iurat aliquod alioquin confessa evangelica se facturum, potest non acceptatorem Praedicationem, non ingrossurum Religionem, & aliisque id genus, peccet mortaliter? 254.

CAPUT III.

De materia iuramenti promissorii, quae obligationem inducit. *ibid.*

CAPUT IV.

Quanam sit iuramenti promissorii obligatio. Comparatur cum obligatione voti. Quis iuramento, seu animo requiratur in iuramento promissorii. Iurare sine animo iurandi super est peccatum mortale. 256.

Quaest. I. Quanam iuramento, seu animo requiratur ad hoc ut iuramentum promissorium obligationem inducat? 257.

Quaest. II. An licitum sit iurare sine animo iurandi? *ibid.*

Quaest. III. An qui iurat falsum in materia graui sine animo iurandi, peccet mortaliter? *ibid.*

Quaest. IV. An qui iurat falsum in materia leui sine animo iurandi, peccet mortaliter? *ibid.*

Quaest. V. An qui iurat verum sine animo iurandi, peccet mortaliter? 259.

Quaest. VI. An qui deliberate iurat sine animo iurandi, verum proferat iuramentum? 260.

Quaest. VII. An qui ex inconsideratione falsum iurat, sit reus perjury, & peccet mortaliter? *ibid.*

Quaest. VIII. An qui iurat sine animo se obligandi, reus obsequii? 261.

DISSERTATIO III.

De iuramento doctio, aequivo, & amphibolico; de restrictionibus mentalibus, & mendacio.

PRAELOQUIUM.

CAPUT I.

Marini, Origenis, Hilarii, Iuanis Chrysostomi, Cassiani, Ioannis Cliniaci, & Platani Domiensis errores de mendacii licet-

to usum extrema necessitate retententur. 263.

CAPUT II.

Recensentur Auctores qui ante Augustini temporis mendacio bellum indixerunt. Post Augustinum Catholicorum nemo facit mendacio. 265.

CAPUT III.

Compendiaria narratio eorum omnium quae S. Augustinus scribit in Libro de mendacio. 266.

CAPUT IV.

Compendium Libri contra mendacium, quem D. Augustinus scripsit ad Consentium. 270.

CAPUT V.

Quam opportunam sit Augustiniana doctrina ad controuersiam de iuramento doctio diuindam, ex quibusdam propositionibus palam sit. 274.

CAPUT VI.

Historica narratio doctrinae quam recentiores plures excogitarunt ad occultandam veritatem. Recensentur restrictiones pure mentales, non pure mentales, aequiuocationes, amphibolae, & lectiones materiales. 276.

CAPUT VII.

Summus Pontifex Innocentius XI. principia praefatarum propositionum damnauit. Posteriores Theologi non excogitarunt inuenta, quibus veritatem occultaret. Istorum doctrinae variae: variorumque principiorum synopsi textitur. 279.

CAPUT VIII.

Comparatio doctrinae quorundam recentiorum eius doctrinae Cassiani, cui in extrema necessitate licita erant mendacia, & Augustini in simi reatu mendacium damnantis. Casus videm ab Augustino, & recentioribus propositi, & contraria doctrina resoluti. 282.

CAPUT IX.

Doctrina recentiorum de restrictionibus pure men-

CAPUT XVI.

P. Didacus de la Fuente Hurtado propugnat restrictiones pure mentales esse licitas ex causa honesta, etiam postquam INNOCENTII XI. has restrictiones damnauit. P. Carolus Antonius Caliodi docet restrictiones pure mentales non esse damnatas. 308.

CAPUT XVII.

Qua vera nobis videtur, sententia proponitur. Licite est amphiboliae quae aut in verborum, aut in circumstantiarum duplicem patitur sensum, utriusque ab auctore intelligibilis. Non omnes veritates possunt semper amphibolice occultari. Error recentiorum plurimum hac de re manifestatur. Vera regula pro plena quatuor, intelligentia, & pro praxi assignatur. 310.

CAPUT XVIII.

Sacrae scripturae textus quos antiqui pro iuramentis mendacii, & recentis pro defendendis mentis restrictionibus opponunt, exponuntur. 314.

CAPUT XIX.

Aliqui textus euangelii adducuntur, qui asseri solent in fauorem restrictionum mentalium, explicantur. 316.

CAPUT XX.

Aliqua obijctiones cum a ratione, tum ab exemplis & doctrina Sanctorum, potissimum S. Raymondii, & ex opere Danielis, vulgo adscriptae D. Thomae, petite, resoluantur. 320.

APPENDIX

De Ritibus Sinesibus, & Malabaricis.

CAPUT I.

Superficia Sinesium rituum. Sedis Apostolicae in eisdem Decreta, & Constitutiones. 323.

CHRISTIANA MEDITATIO

In recentiam Pontificiam Constitutionem. 329.

mentaliter falsa est, & iura ad Ecclesiam damnata. 284.

CAPUT X.

Refellitur, tanquam omnino improbabilis & falsa, opinio quae asserit, verba ex communi Reipublicae humanae consensu nihil significare, cum adhibentur ad occultandam veritatem quae manifestari nequit absque graui damno. 286.

CAPUT XI.

Refellitur responsio Tamburini, cuius assertio laetior omnino videtur ipsa propositione damnata de restrictionibus mentis. 289.

CAPUT XII.

Opinio P. Catanei, & P. La Capix, aliorumque paucorum, qui comparati mendacium furio in extrema necessitate commisso, non videtur consentanea doctrinae Ecclesiae. 290.

CAPUT XIII.

Communis plurimum recentiorum opinio, quae restrictiones non pure mentales defendit beneficio notitiae communicabilis, & incommunicabilis, utilis, & non utilis ad dicendum, sub examen inducitur. Non differt a sententia Auctorum propugnantium restrictiones pure mentales. 294.

CAPUT XIV.

Causae cur recentiores plurimi reipsa defendant restrictiones pure mentales scriptas. P. Sanchez improbat in antecessum posteriorum Casuarum sententiam. Periculosiores sunt plurimum recentiorum opiniones de restrictionibus iuramento premitis quon antiquorum doctrina de mendacii licito usu. D. Augustini inuestra aduersus restrictiones iuramento confirmatas. 298.

CAPUT XV.

Aliae causae cur recentiores plurimi reipsa doceant restrictiones pure mentales, & consequenter mendacia. Refellitur explicatio quae P. La Croix interpretatur propositiones damnatas. Ejus iudicium in P. Cardenas approbatur, atque in alios extenditur Auctores. 304.

CAPUT II.

De Ritibus Malabaricis tamquam superstitione polluti a Benedicto XIV. ultima definitiva sententia profertur sua precelesti Constitutione OMNIUM SOLLICITUDINUM. 331.

CAPUT III.

Indicatur Constitutio OMNIUM SOLLICITUDINUM ad imposturas, erroneas que commentis injussum scripturam Gallico idioma typis edita. Concessio Missionarium preceptis pro Pareis prorsus, & evangelice legi conformis. P. Patougliet

falsa, & erronea interpretatio prefata Constitutionis explicatur. pag. 336.

§. I. ibid.

§. II.

Articulus quo P. Patougliet honestate contendit diversitatem Missionarium pro Pareis, & Brachmanis, rejicitur. 337.

§. III.

Exploduntur vanissima sophismata §. I. recensita contra articulum in quo Pareis imbutis Missionariis designantur. 341.



LIBER TERTIUS IN DECALOGUM. DISSERTATIO I.

De adoratione, & cultu quo Deus, & Sancti colendi sunt.

PROOEMIUM.



Adenus de actibus fidei, spei, & caritatis, quibus potissimum Deus colitur, atque de oratione, quæ religionis peculiare officium est, disputavimus. In præfens de altero religionis officio, quod adoratio nuncupatur, sermo instituendus. Plura discipienda occurrent, non modo pro Catholicorum moribus formandis, sed etiam pro hæreticorum erroribus repellendis. Verum intra instituti nostri cancellos pedem figemus, & que hæreticorum vana commenta, seu deliria, ut verius dixerim, spectant, obire tantum, & per transeunam attingam. In id serius incumbam, ut nostram catholicam doctrinam de cultu Sanctorum, imaginum, & reliquiarum præliis, & clarius edisseram. Hæc quippe perspicua explanatio satis est ad profliganda novatorum sophismata, quæ sepe omnia imposturæ sunt, atque calumnia ex falsa Catholicorum doctrina expositione comparsæ. Actum agerem, si vellem ea persequi quæ innumeri pene Theologi catholici libenter præterire, & a præstito mihi scopo prorsus declinare. Ad rem ergo accedamus.

CAPUT I.

Quid sit adoratio, eiusdemque partitio, atque præceptum exponitur.

I. Adoratio generatione accepta asseritur est quo quis se alteri subicit in eundem excellentie testimonium. Ratio potissima adorationis est excellentia, seu dignitas personæ adoratæ. Tot ergo sunt adorationes, quot sunt dignitatum genera. Dux potest esse dignitas, increata una, creata altera. Dividitur itaque primo adoratio in eam quæ increate maiestati, seu Deo, deservit, & appellatur lætæ; & in eam quæ creaturis exhibetur ob excellentiam ordinis supernaturalis a Deo participatam, puta gratiæ, sanctitatis, beatitudinis; & hæc vocatur dulcis, quia coluntur Sancti. Quia vero minus in modum supra omnes Sanctos, celestique spiritus eminet B. V. Maria Christi Domini Mater, idcirco peculiari adoratur cultu, qui dicitur hypostasialis, seu supra cultum dulcis Sanctis exhibendum, & infra cultum lætæ Deo debitum.

II. Tribuitur rursus adoratio in internam, & externam. Illa interior actus est quo spiritus Deo subicitur, tamquam supremo reum omnium conditori; & hac ratione Antiquæ Theol. Tom. III.

geli, animæque beatæ Deum adorant. Hæc foras erumpit, sequæ manifestat actionibus externis, puta demissione capitis, corporis prostratione, osculis, genuflexionibus, idque genus similibus signis. Interna consistit sine externis, sicut hæc absque illa. Quæ exterior interiori delimitata non adoratio, sed adulatio, fictio, & arrisio est. Utramque Deo exhibere astringimur, ut optime docet D. Thom. 2. 2. quæ lxxxix. art. 3. Quis ex dupli natura corp. sui sumat, intellectuali scilicet, & sensibili, dupliem adorationem Deo offerimus, scilicet spirituales, quæ consistit in interiori mentis devotione, & corporalium, quæ consistit in exteriori corporis inclinatione. Et quia in omnibus actibus lætæ, id quod est exterius, referretur ad id quod est interius, sicut ad principatum; ideo ipsa exterior adoratio fit propter internam, ut videlicet per signa humanitatis, quæ corporaliter exhibentur, excitetur mysticus affectus ad subiectum Dei, quia naturaliter est nobis ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus.

III. Dividitur tertio adoratio in absolutam, & respectivam. Absoluta est, ipsulunt cum ceteris recentioribus Salamanticensibus tract. xx. cap. x. punct. 1. num. 3. quæ exhibetur creaturis quæ ex se sunt capaces excellentiæ, &

L I.

CAPUT II.

De Ritibus Malabaricis tamquam superstitione polluti a Benedicto XIV. ultima definitiva sententia profertur sua precelesti Constitutione OMNIUM SOLLICITUDINUM. 331.

CAPUT III.

Indicatur Constitutio OMNIUM SOLLICITUDINUM ad imposturas, erroneas que commentis injussum scripturam Gallico idiomate typis edita. Concessio Missionarium preceptis pro Pareis prorsus, & evangelice legi conformis. P. Patougliet

falsa, & erronea interpretatio prefata Constitutionis explicatur. pag. 336.

§. I. ibid.

§. II.

Articulus quo P. Patougliet honestate contendit diversitatem Missionarium pro Pareis, & Brachmanis, rejicitur. 337.

§. III.

Exploduntur vanissima sophismata §. I. recensita contra articulum in quo Pareis imbutis Missionariis designantur. 341.



LIBER TERTIUS IN DECALOGUM. DISSERTATIO I.

De adoratione, & cultu quo Deus, & Sancti colendi sunt.

PROOEMIUM.



Adenus de actibus fidei, spei, & caritatis, quibus potissimum Deus colitur, atque de oratione, quæ religionis peculiare officium est, disputavimus. In præfens de altero religionis officio, quod adoratio nuncupatur, sermo instituendus. Plura discipienda occurrent, non modo pro Catholicorum moribus formandis, sed etiam pro hæreticorum erroribus repellendis. Verum intra instituti nostri cancellos pedem figemus, & que hæreticorum vana commenta, seu deliria, ut verius dixerim, spectant, obire tantum, & per transeunam attingam. In id serius incumbam, ut nostram catholicam doctrinam de cultu Sanctorum, imaginum, & reliquiarum præliis, & clarius edisseram. Hæc quippe perspicua explanatio satis est ad profliganda novatorum sophismata, quæ sepe omnia impolite sunt, atque calumniam ex falsa Catholicorum doctrina expositione compingit. Actum agerem, si vellem ea persequi quæ innumeri pene Theologi catholici libenter præterire, & a præstito mihi scopo profertus declinarem. Ad rem ergo accedamus.

CAPUT I.

Quid sit adoratio, eiusdemque partitio, atque præceptum exponitur.

I. Adoratio generatione accepta affertur est, quo quis se alteri subicit in eundem excellentie testimonium. Ratio potissima adorationis est excellentia, seu dignitas personæ adoratæ. Tot ergo sunt adorationes, quot sunt dignitatum genera. Dux potest esse dignitas, increata una, creata altera. Dividitur itaque primo adoratio in eam quæ increate maiestati, seu Deo, deservit, & appellatur lætæ; & in eam quæ creaturis exhibetur ob excellentiam ordinis supernaturalis a Deo participatam, puta gratiæ, sanctitatis, beatitudinis; & hæc vocatur dulcis, quia coluntur Sancti. Quia vero minus in modum supra omnes Sanctos, celestique spiritus eminet B. V. Maria Christi Domini Mater, idcirco peculiari adoratur cultu, qui dicitur hypostasia, seu supra cultum dulcis Sanctis exhibendum, & infra cultum lætæ Deo debitum.

II. Tribuitur rursus adoratio in internam, & externam. Illa interior actus est quo spiritus Deo subicitur, tamquam supremo reum omnium conditori; & hac ratione Antiquæ Theol. Tom. III.

geli, animæque beatæ Deum adorant. Hæc foras erumpit, sequæ manifestat actionibus externis, puta demissione capitis, corporis prostratione, osculis, genuflexionibus, idque genus similibus signis. Interna consistit sine externis, sicut hæc absque illa. Quæ exterior interiori delimitata non adoratio, sed adulatio, fictio, & arrisio est. Utramque Deo exhibere astringimur, ut optime docet D. Thom. 2. 2. quæ. lxxviii. art. 3. Quis ex dupli natura corp. sui sumat, intellectuali scilicet, & sensibili, dupliem adorationem Deo offerimus, scilicet spirituales, quæ consistit in interiori mentis devotione, & corporalium, quæ consistit in exteriori corporis inclinatione. Et quia in omnibus actibus lætæ, id quod est exterius, referretur ad id quod est interius, sicut ad principatum; ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorem, ut videlicet per signa humanitatis, quæ corporaliter exhibentur, excitetur iustus affectus ad subiectum, sc. Deo quia carnaturale est nobis ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus.

III. Dividitur tertio adoratio in absolutam, & respectivam. Absoluta est, ipsulunt cum ceteris recentioribus Salamanticensibus tract. xx. cap. x. punct. 1. num. 3. quæ exhibetur creaturis quæ ex se sunt capaces excellentiæ, &

L I.

Sanctitatis, & gratia. Porro sola creaturae rationales sunt harum dotum capaces: atque adeo illis solum adoratio absoluta debetur. Hac descriptio iuxta communem Theologorum mentem iam gaudere lenis potest. Verum, ut calumniam antea heterodoxis penitus expiator, dicendum est, omnem cultum religionis Deum respicere, in Deum referri, atque in Deo sibi, & quietere. Quare, si exacte loqui velimus, sola adoratio Deo exhibita absoluta omnino est; cultus autem quem Sanctis offerimus, in Deum refertur, tanquam in verum, primumque principium: quippe Sanctos propter Deum, propter instantiam cum Deo conjunctionem, propter dignitatem, gratiam, & sanctitatem ab eo participatam colimus. Quare & illorum cultus semper relationem in Deum exprimit. Dicitur vero a Theologis absoluta adoratio Sanctis exhibita scilicet ad imagines, reliquiasque, quae cum sint res inanimatae immo excellentia destituta sunt; cultusque qui illis offertur, spectat personas quas representant: idcirco relativus est cultus eidem exhibitus.

IV. Adoratio quae creaturis exhibetur ob naturales dotes, & potest istidem exteriori signis fieri quibus Deus colitur. Externe quippe corpora adhaerentia sunt, seu indifferentes, quae tamen ad Deum colendum, tum ad honorandos homines usurpari valent. Genuflexione, corporis prostratione Deus adoratur: & tamen his quoque signis Iudaei hostes adoraverunt eum, proferuntur *se super terram* c. 2. Genuflexione quoque Pontificis formos adoramus. Manu ad certum extendimus, ut Deum adoretur. *Expandi manus meas ad Dominum Deum meum*: *Estira* I. cap. IX. & *Propheta Regius P'sal. cxi. inquit*: *Elevisse manuum mearum sacrificium vesperum*. Et tamen hoc quoque signo numquam ad hominum auxilium postulandum. Pectus nullo etiam de his indifferens est: quavis enim sacra communem usum ad imperandum a Deo peccatorum veniam magis proprie determinata sit; nihil tamen impedit quominus hominem a nobis offerimus eadem placemus, & offensa irrogata remissionem postulemus. Sed hoc si legimus magis ad virtutem pertinentem quam religionis pertinet. Adoratio ergo externa privata ut sit divina, ab intentione adorantis pendet; nisi aliqua peculiari lege, vis, aut consuetudine ad Deum adorandum destinata iam sit. Hinc est quod, dum privati publice actiones tales exercent, non satis est eos beneam habere intentionem, sed circumstan-

tia loci, temporis, personarum, & consuetudinis spectanda sunt. Omnium huiusce generis exteriarum actionum excellentissima, quaeque soli Deo debetur, est sacrificium, de quo suo loco.

V. Quaesit. I. *Daturus preceptum divinum, & naturale colendi Deum actibus tum interioribus, tum exterioribus?* Resp. Conclusio affirmans certa est de fide. Et quod dicitur preceptum divinum, consulat ex pluribus Scripturae textibus, potissimum ex cap. xx. Exod. & cap. v. Deut. *Ego Dominus Deus tuus... Non habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile. Quod mandatum affirmans est, quatenus cultum praecipit; & negans, quatenus verat aliorum deorum cultum. Congruentibus verbis negantibus exprimitur, quia homo naturali instinctu ita in Dei cultum fertur, ut potius indigeat prohibitionis freno cohiberi, ne in superstitionem labatur, quam stimulis argeri, ut Creatorem suum adoret. Quod porro mandatum istud naturale sit, etiam patet. Quid enim nobis magis instum a natura est quam eum venerari a quo omnia accepimus? Cum vero duplicem a Deo naturam susceperimus, spiritalem, & corpoream; consequitur utriusque naturae actibus, seu adoratione interna, vel interna & externa mixta colendum illum a nobis esse. Quae omnia certiora sunt quam probatione egent.*

VI. Quaesit. II. *Quandam hoc preceptum per se obligat?* Resp. Preceptum hoc, ut negans, obligat semper, & pro semper, quemadmodum omnia precepta negativa, quae vetant actiones inaeque naturae malas; ut autem affirmans est, obligat statim temporibus. Recentiores quidam Probabilistae P. Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap. IV. §. 2. num. 4. Baundez Lib. I. in Decal. cap. v. xxxi. Rocall. Lib. III. in Decal. cap. v. dub. 2.* alique, quos citat Leander, docent nullo tempore hoc preceptum per se & directe adorationem imponere: sed tantum indirecte, & per accidens. Quam fit laxa opinio haec, opus haud est verbis ostendere. Ipsi siquidem ex se suam prodit laxitatem, ne dicam horrorem. Communis Theologorum sententia docet, preceptum istud per se & directe adorationem imponere. Quotiespore, & quoties exercenda sit, vult quaedam tract de actibus Dei, Ipsi & carnis: eandem enim est utriusque praecipit ratio. Ideo enim in lucem editi sumus, ut Deum nostrum credide, spe, caritate, & religionis actibus colamus: adeoque vita moralis nostra, & christi-

stiana his actionibus vivere debet. Ea ergo frequentia repetere hac religionis officia debemus quae ad vitam moralem, & christianam nutriendam, fovendamque laetis sit. Praeter preceptum naturale, & divinum datur etiam mandatum ecclesiasticum, quo iubemur omnibus diebus festis Deum colere. Hinc enim Dei cultum spectant festa omnia, omnesque fideles his diebus una cum Sacerdote sacrificium Deo offerunt.

VIII. Quaesit. III. *Est ne locus determinatus in quo colendus Deus sit?* Resp. Si sermo sit de loco iure naturali, aut divino praescripto, certum est nullum designatum locum esse; sed, cum Deus ubique praesens sit, ubique eum adorare possumus, & debemus. Ecclesia vero, Deo ipso praescribente, templa erexit, in quibus sacrificia, solemneque divini cultus celebrantur. Tres congruentes rationes adfert Angelicus, quibus evincit convenientem, atque decentem templorum institutionem, 2. 2. quae. lxxxv. art. 3. ad 2. *Determinatus locus eligitur ad orandum, non propter Deum qui adoratur, quia locus concluditur; sed propter ipsos adorantes. Et hoc triplici ratione. Primo quidem propter loci consecrationem, ex qua speciem devotionem concipiunt orantes, ut magis exaudiantur; sicut patet ex adoratione Salonensis III. Reg. VIII. Secunda propter sacra mysteria, & alia sanctitatis signa quae ibi continentur. Tertia propter concursum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis. Subdit ibidem ad 3. Angelicus, convenientius nos adorare Deum vultu, & templi faele ad orientem versa, tum propter Christum, qui lux mundi, & oriens nominatur; tum propter paradisi in oriente constitutum, quasi quaramus ad paradisum redire, dum illic converti oramus.*

CAPUT II.

Cultus laetiae soli Deo uni trinque, atque Christo Domino debetur.

I. **C**OLUS Deus est dignitatis infinitae, quae nulli creature communicari potest. Hac porro infinita dignitas omnibus tribus personis communis est. Ergo cultus laetiae soli Deo uni trinque debetur, iuxta illud *Matth. IV. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*. Laetia enim servitus est quomodo soli Deo adhibitur exhibere. Hinc sequitur singulari personae laetiam adorari posse cultu laetiae, cum singulae sint Deus, dummodo tamen nulla expresse excludatur: que-

libet enim sine altera concipi valet. Quae propter Ecclesiam singulis laetiam diem solum dicitur, ut nos distincte eadem adorare possimus.

II. Quoniam vero adoratio externa generatim considerata adhaerens est, necesse est aliquid signum designare quo cultum soli Deo debitum manifestemus. Hoc porro est sacrificium, quod abique superstitione nulli creature, quantumvis excellenti, offerre licitum est. *Quis vero* (inquit Angelicus 2. 2. quae. lxxxv. art. 1.) *sacrificandum censuit, nisi ei quem Deum aut servit, aut putavit, aut finxit* quod prius docuerat Augustinus *Lib. X. de Civ. Dei cap. xv.* Certum itaque est penes omnes, & Deum unum, & singulas tres personas, & coniunctim, & seorsim, adorari a nobis posse, & debere.

III. Quaesit. I. *Christus Dominus, ut homo, adorari ne possit adoratione laetiae?* Resp. Quod Christus, ut secunda Trinitatis persona, debeat cultu laetiae coli, ex dictis constat. Id dumtaxat in controversiam vertitur, debeat ne ut homo eodem cultu adorari. Adfirmant Theologi omnes cum D. Thoma III. *Par. quae. xxx. art. 1.* ubi hanc habet rationem. *Cum in Christo sit tantum una persona divina, & humana natura, etiam una hypostasis, & unum substantium; est quidem eius unus adoratio, & unus homo ex parte eius qui adoratur, sed ex parte causa honoratur, possunt dici esse plures adorationes, ut scilicet et alio honore honoratur propter sapientiam incretam, & alio propter sapientiam creatam. Christus specificiter accipitur utramque naturam divinam, & humanam comprehendit: ergo in ipso splendet infinita dignitas quo cultum laetiae sibi vendicat. Nam, ut aliquod totum adoremus, & eisdem partes illud constituentes, haud est necesse quod ratio adorationis inist eoque parti: sed satis est quod ratio adorationis in illa quae partes residet. Cultu laetiae adoramus Eucharistiam, quia ibi reperitur Deus; qui est ratio adorationis. Et dum aliquam personam sanctam colimus, omnes illos partes veneramus: quamquam sanctitas, quae est adorationis causa, non omnibus inest. Igitur, ut Christum adoremus adoratione laetiae, etiam ut hominem specificiter consideramus, satis est quod illius humanitas terminata sit subsistentia divina, quae est formalis adorationis ratio.*

IV. Quaesit. II. *Humanitas Christi, ut a verbo divino abstracta, est ne cultu laetiae adoranda?* Resp. Negant Theologi cum eodem

D. Thoma: quia humanitas ut preciosa a Verbo considerata solam prodit dignitatem creatam, & imitatum. Ergo secundum hanc rationem non latræ, sed dulcis cultus eidem debetur. In Verbo Angelici III. Par. quæst. xv. art. 2. *Honora adoratio proprie debetur hypostasi subsistenti; tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistentis, propter quod honoratur persona ad illiusmodi. Adoratio igitur humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Uno modo, ut sit eius sicut res adorata; & sic adorare carnem Christi, nihil aliud est quam adorare Verbum Dei incarnatum; sicut adorare vestigium, nihil aliud est quam adorare Regem vestigium; & secundum hoc adoratio humanitatis Christi est adoratio latræ. Alio modo potest intelligi adoratio humanitatis Christi, quia sit ratione humanitatis Christi perfecta cum munere gratiarum; & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latræ, sed dulcis.*

V. Quæst. III. *Existat nec possit adorare humanitatem Christi adoratione latræ propter sanctitatem perfectissimam quibus splendat.* Resp. Negant plures, ut Vazquez, Sylvius, & alii. Admittunt contrarij, sententia auctoritate oris D. Thoma inquantis: *Una & eadem persona Christi adoratur adoratione latræ propter suam divinitatem, & adoratione dulcis propter perfectissimam humanitatem, hoc est. Quod eundem modo datur adorationes possint Christi Dominus exhiberi propter duas naturas, iam constat ex in qua dicta sunt. Quod autem in praxi offerri possint, & debeant resque eiusmodi datur diversæ adorationes, non est quæstio tanti momenti, ut severius discutienda sit. Dum cultus latræ Christum adoramus, supremo & excellentiori cultu honoramus tum divinitatem eius, tum humanitatem eidem communiam. Si quis eorum meditari vellet Christi humanitatem, & perscrutari veneratione colere eam vellet ob creatas perfectiones, verum religionis officium ageret. Tamen, ut mihi videtur, satis est, insinuat hic precationibus, Christum Dominum cultu latræ iuxta communem, omnimque modum adorare.*

VI. Quæst. IV. *Corpus Christi in trinitate mortis erat in cultu latræ adorandum?* Resp. Admittit communis sententia, quia erat unitum Verbo divino. Idemque asserendum de sanguine naturali in illius passione effuso, quoniam hic nunquam a Verbo diffusus fuit. Idem quoque dicendum de sacramento Eucharistiæ, in quo corpus Christi divine persone hypostaticè copulatum ineffabili modo

existit. Et hoc definitur Tridentinum Concilium adversus Lutherum, & Calvinum.

VII. Quæst. V. *Adoranda ne est latræ in Sacerdote in Missa elevata absolute, ut conditione adiecta?* Resp. Hæc est responsio D. Thoma. *Dicendum, quod qui adorat hostiam non consecratam, adorare eam potest sub conditione, scilicet si est consecrata. Non tamen oportet quod hæc conditio semper sit actu explicita; sed sufficit quod habuit respectu illam. Unde non peccat adorare eam, quia non adoratur parvam creaturam, sed Christum secundum divinitatem. Sacerdos autem, quantum est in se, factus populum idololatrare, quia offert ei parvam creaturam. Non est necesse ut hæc conditio expresse opponatur, sed satis est eam in habitu, & impiebat idesse. Licet enim absolute eam adorare, quia nulla prodest ratio insipienti occurrit, Sacerdotem eam consecrare non debet. Sufficit ergo ut Catholicus ea sit affectus dispositio, ut, si fecerit eam non esse consecratam, et ab adoratione abstinere. Qui tamen adorat hostiam res ipsa non consecratam, non exercet a lum virtutis religionis, sed actum idololatricæ, qui ad culpam illi non imputatur ob invincibilem errorem.*

VIII. Quæst. VI. *Adoranda ne est latræ cultu caro, vel sanguis, qui interdum in hostia consecrata per miraculum apparet?* Resp. Communis sententia adfirmat. Quia cura illa, vel sanguis, aut est Christi, aut quid dicitur creatum Christum referens. Si sit Christi, nemo ambigit latræ cultu adorandum esse, si quid divinis productum, ipsum Christum representat. Omnis autem Christi imago latræ aptione oplenda est. Et sane in omnibus his apparitionibus, que divinis facte narratur, Christus Dominus representatur, immo ad hunc representandum sunt instituta, ut fides, & devotio mirum in modum augeantur. In hanc sententiam concedit D. Thomas III. Part. quæst. lxxvi. art. 8. ubi querit, anrum quando in eucharistia miraculose apparet caro, vel paer, sit hoc verus cultus Christi. Cui querito sic respondet in argumento. *Sol contra est, quod tali apparitione facta, eadem reverentia exhibetur ei quod apparet quæ etiam primo exhibebatur: quod quidem non fieret, si vero non esset ibi Christi, cui reverentiam latræ exhibimus. Si omnes parentur hostiam consecratam sub speciebus panis nobis propolitam latræ cultu adorandam esse, potiori iure talem cultum eidem debemus miraculosa apparitione peracta. Ideo ne Deum infigere prodigium parabit, ut cultum inveniatur augulissimo sacramento! Supponi-*

mus enim apparitionem virtute divina peragi ob maiorem Dei gloriam, fidei confirmationem, populiq; devotionem.

CAPUT III.

De cultu quo Crux Christi, & cetera eiusdem passivis instrumenta sacratissima coli possunt, & debent.

I. Quæst. I. *Crux Christi adoranda ne est latræ cultu?* Resp. Adfirmant pene omnes Catholici. Quoniam Crux Christi imago Christi est. Imago autem Christi eodem ac ipse Christus cultu adoratur. Quod autem Crux sit signum speciale, seu symbolum referens Christi personam, patet ex illo Matth. xxiv. *Tunc apparebit signum Filii hominis: quo ex textu omnes Interpretes Crucem Christi exprimit docent. Rem hanc optime explicat Angelicus. Dicendum est, quod imago Christi, in quantum est res quedam, puta lignum sculptum, vel pictum, nulla reverentia exhibetur, quia reverentia non nisi rationali nature debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur si reverentia solam in quantum est imago: & sic sequitur quod eadem reverentia exhibetur imaginis Christi, & ipsi Christi. Cum ergo Christus adoratur adoratione latræ, consequens est quod eius imago sit adoratione latræ adoranda.* III. Part. quæst. xxv. art. 3. *Accedit quod Crux illa cui incarnatum Verbum assumum fuit, non solum adorari debet, eo quod sit imago eiusdem Christi: sed etiam ob physicum contactum cum eisdem membris, & ob sanguinem illum, per totum quo fuit aspersa: ut docet idem Angelicus hoc cit. art. 4. Si ergo loquatur de ipsa Cruce in qua Christus crucifixus est, utrumque modo est a nobis veneranda: uno scilicet modo, in quantum representat nobis figuram Christi extensam in ea; alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc quod eius sanguine est persusa. Unde utroque modo adoratur eadem adoratio. Unde sequitur, scilicet adoratione latræ.*

II. Quæst. II. *Cetera sacratissima passivis Christi instrumenta inanimata, ut clavis, lancea, fustes, flagella, coronæ, arundines, spongia, & similia, sunt ne latræ cultu adoranda?* Resp. Adfirmant Catholici omnes ob physicum contactum cum Christi corpore. Ex hoc quoque contactu insignes evadunt reliquias, relationemque peculiariter habent ad ipsum Christum, ut explicat D. Thomas hoc cit ad 3. *Pretiosum lignum, ut sanctificationem tunc sancti corporis & sanguinis, decet adorandum, sicut, inanimata, lanceam, & huiusmodi.*

Ista tamen non representant imaginem Christi, sicut Crux, quæ dicitur figuram Filii hominis, quod apparet in celo. Contactus ergo sacratissimi Christi corporis efficit ut instrumenta inanimata eodem ac Christum colamus cultu, quia eadem omnino propter Christum adoramus: neque enim hæc capacia sunt alicuius intrinsecæ adorationis, cum nullam intrinsecam habeant dignitatem. Hæc ratione animata instrumenta, ut manus crucis, & cetera, habia osculationum eisdem Christum non sunt adoranda, ob scilicet ab eismodi membrum paratum. Anima quoque hæc etiam externa membra inquinant. Quare licet ob contactum essent adoratione digna, tamen ob crimen perpetratum non adoratione, sed decelatione digna sunt.

III. Azorius adfert auctoritatem D. Augustini ex ser. lxxv. *de verbis Domini* detamptam, ut evincat, Augustinum docuisse instrumenta inanimata non esse cultu latræ, sed dulcis adoranda; quam auctoritatem obtrudit quoque Leander, qui aliorum Calistiani vel minima menda censoria virg. designat. Verum sermo illic suppositivus est, atque inter opera apocrypha repositus, ut vide- re est in *Appendice Tom. X.* Quin nec in præfato sermone reperitur verba que opponunt *Azorius, & Leander, ut animadvertunt Salmanticensis tract. xxi. c. x. p. 3. num. 20.*

IV. Argumenta que ab heterodoxis opponi solent, nos nempe colere ligna, & metalla, putida mendacia sunt, toties profligata. Nam in his symbolis, & figuris Christum ipsum colimus, hæcque signa veneramus unico titulo, quod nobis in memoria reducit exemplar quod referunt. Nullius quoque momenti est aliud commentum, quo ostendant neminem filiorum celero patibulum, seu laqueum qui pater suspensus fuit. Cui argumentum respondet D. Thomas, quod in Cruce Christi quantum ad intentionem, vel opinionem insiditum consideratur oportet Christum, sed quantum ad effectum nostre salutis, consideratur virtus divina ipsius, quia de hostibus triumphavit. Colitur ergo Crux Christi, non ut infamè supplicium a Iudæis elatum, ut morte turpissima Christum plebent; sed ut vexillum victoriæ, quam de hostibus hancipis generis Christus tulit, & triumphale nostre salutis monumentum. Deique ad id quod obiciunt, manus B. Virginis, Sponsi Ioseph, & discipulorum, que tetigerunt Christi corpus, adorandas fore latræ cultu; respondetur dilapsem effrationem. Nam instrumenta animata delicta non sunt

cultus capacia, prout in se considerantur: ideo totus prior cultus quem illi adhibemus, in Christiano omnino refertur. B. Virgo, illius Spontis, & dispositi sunt intima excellentia ornati, atque adeo cultu dicitur, tametsi & cultum ipsam quem Sanctis exhibemus, in Deum referimus. En D. Thomae responsio: *Cum non est capax adorator totius prout in se consideratur...* Sp. Beata Virgo secundum se ipsa est venerabilis: capax: & illorum est finis ratio. III. Part. q. xxx. art. 5. ad 3. Idque Julius explicat in corpore articuli.

V. Ad Crucem quod attinet, distinguenda est Crux illa in qua Christus passus est, ab illis crucibus quae ad eundem similitudinem compinguntur. Duplici titulo illa colitur, & ratione interioris, quam Christi in ieiunio assenti vult, & ratione exterioris, quod eundem sanctissimi corporis. Quare, etiam Crux illa dividitur in partes, & figurantur Crucis amicitia, adhuc adoranda est latere cultus ob dictam contumeliam. Ceterae crucis cultus qui sunt ad primam illam referentiam, solo titulo imaginis adorantur: ideo, si rationem imaginis, non sicut Christum representantis amittant, nullo modo sunt colendae. Denique ut Crux Christi colatur, oportet ut data opera indulta sit ad facrum referendum mysterium. Quapropter ceterae crucis qui casu ex lignis, palmis, aliisque rebus sortito transverberis contingunt, non sunt colendae; sed, ut cetera ligna, negligi, vel adhiberi valent ad usum communem. Nomina Dicit, Iesu Christi, & Despiae eodem cultu veneranda sunt quo eorum significata. Haec quippe nomina produunt personas quae veneratione digne sunt. Ergo sicut imagines quae personas sanctitate illustres referunt, coluntur, ut tales personas representantes: sic talia nomina, prout significant, Deum, Christum, & B. Virginem, coli debent. Ita communiter Theologi.

CAPUT IV.

De adoratione debita B. Virgini Mariae, Angelis, & Sanctis.

I. Solus Deus est qui cultu religioso laetatur a nobis adorari debet. Hoc tamen non impedit quominus alio inferiori cultu alias personas creatas venerari possimus ob illarum peccatorum contumeliam cum Deo ipso, & ob dona celestia quae illis Deus communicavit. B. Virgo Maria super omnes creaturas eminet; ideo cultu peculiari adoranda

est, quem cultum *hyperdulia* vocamus. Innumerati Doctores catholici adversus recentes noviores sacrae antiquitatis monumenta promittunt, quibus vetustissimum Marianae traditionem evincunt. Patrum eundem fere ferentia testimonia afferit Natalis ab Alexandro disert. xxv. in l. h. sacrae V. Luculentia sunt eorum quibus Irenaeus, Tertullianus, & Origenes Virginitatem excellentiam & dignitatem extollunt. S. Gregorius Neocesariensis hom. 111. de adoratione B. V. his verbis exprimit cultum eidem debitum. *Tibi omnis respectus, reverentia, & infernorum natura condecorata cultus, ac venerationem adhibet. Tu enim tota thronis heribicis facta es & c.* Sanctus Ephrem Syrus serm. de B. V. laudibus eam invocat in haec modum. *Sub tuum profectus confugimus, o sancta Dei Genitrix, sub alio privato, atque misericordiae tuae protege, & custodi nos. Misere nostri, qui servidus peccatorum computat sumus, qui servidus, atque delictis quompiantibus Creatorum Deum vestram; & iudicem universorum offendimus. Mira sunt elogia quae eidem paucis Epiphanius pluribus in locis, potissimum in oratione de sanctis eiusdem II. act. Quod vel ipsi haeretici fatentur, elapso quato redemptoris sculo obtinuit in Ecclesia catholica cultum in Despiae, & in Sanctos omnes in civis dependentes?*

II. Legitur de fide est B. Virginem, Sanctosque in caelo cum Christo regnantes aliqua adoratione colendos esse. Id enim definitum est tum in Concilio Nicano II. act. 11. & III. tum in Tridentino sess. xlv. de invocatione Sanctiorum. Praxexco sacrae Scripturae textus, qui hanc veritatem confirmant; eo quod penes innumeros Theologos Polemicos obvii sunt. Ratio quoque naturalis praesto adest. Ratio quippe adorationis est dignitas, & excellentia personae adorandae. Hac ratione, qui Deus infinite maiestatis, & dignitatis est, Improbo latere cultu illum veneramus. Porro Angelis, Bani, & Sanctis in caelo regnantibus singulari gratia & dignitate fulgent. Cur ergo illis denegandus est cultus? An quia soli Deo cultus debetur? Solum Deo debetur utique cultus *latere*, seu solus Deus adorandus est in Deum, atque adeo *latere* cultu. Hic cultus nulli creaturarum offari absque idololatriae flagitio potest. Sed tunc denegandus est Sanctis cultus inferior, quem *dulia* appellamus, qui eorum creatae dignitati, & limitate excellentiae respondet, quique in Deum ipsum in Sanctis suis misericordiam, & donorum largitorem tandem

tandem refertur, ac in eodem quiescit? Cur per hominum caumiam idololatriae labe hunc cultum criminatur haeretici, si nos voce, & scriptis testamur, nos venerari & colere Sanctos ob amicitiam quam cum Deo habent, ob dona, & excellentiam a Deo illis communicatam: si testamur nos cultu distincto, & longe maxime inferiori illo quo Deum colimus, Sanctos venerari?

III. Obiciunt haeretici Angelis Apoc. xxiii. prohiberi se adorari: sicut & D. Paulus act. x. & D. Petrus. Ut haec, & similia plenius intelligantur, lubet transcribere quae docet D. Thomas 2. 2. quae. lxxxv. art. 1. ad 1. *Alia veneratione continentur Deum, quod pertinet ad latram; & alia veneratione quaedam excellentes creaturas quod pertinet ad dulia. Secundum venerationem ergo quae veneratione excellenti debetur, Nathan adoravit Deum; secundum autem venerationem quae debetur Deo, Machabeus voluit adorare Anan, & tenens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Esther xiii. Et similitur secundum venerationem debitam creaturae excellenti, Abraham adoravit Angelis; & etiam Iosue, ut legitur Iosue v. quomodo possit intelligi, quod adoraverunt adoravit latere Deum, qui in persona Angelis apparebat, & adoratur; secundum autem venerationem quae debetur Deo, prohibitus est Ioannes Angelum adorare, Apocal. ult. tum ad ostendendam dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut Angelis equetur: unde ibi subditur: *Confervus tuus sum, & fratrem tuorum: tum etiam ad excludendum idololatriae occasionem; unde subditur: Deum adora.* Hac angelica doctrina profligantur omnia haereticorum in hac materia sophismata.*

IV. Hinc quoque inferitur, adorationem qua colimus Sanctos, alterius a religione virtutis esse. Cuius diversitatis rationem praedit idem Angelicus. Nam, ubi est diversa debita ratio, diversa requiritur virtus ad illud solvendum. Sed alio titulo debetur Deo adoratio, & alio Sanctis: Deus quippe colendus a nobis est; quod omnium Creator sit, & ob illius increatum, & eminentem maiestatem; hominibus vero cultus debetur ob creaturam, finitatem, & a Deo acceptam dignitatem: hae autem duae rationes sunt omnino divergentes. Ergo virtutes distinctae illis respondere debent. Sed Angelici verba afferamus. *Ubi est alia ratio debita, ibi necesse est quod sit alia virtus quae debitum reddit. Alia autem ratione debetur servitus Deo, & homini,*

sicut & alia ratione dominium competit Deo, & homini. Nam Deus plenarius & principaliter dominum habet respectu totius, & in solibus creaturae, quae voluit, sine subditio potestati; homo autem participat quantum similitudinem alterius domini, secundum quod habet particularem potestatem super aliquem hominem, vel super aliquam creaturam. Et ideo dulia, quae debetur creaturae exhibet bonum dominanti, alia virtus est a latra, quae exhibet debitam servitutem divino domini. 2. 2. q. ciii. art. 3. Plura alia huc spectantia legi possunt apud eundem Angelicum, ubi ostendit, quod licet eadem caritate diligatur Deus, & proximus, quia eadem est diligendi ratio, nempe bonitas divina; diversa tamen virtute colitur Deus ab ea qua adoratur Sancti, ob diversam cultus rationem.

V. Cultus itaque debetur creaturis quibuslibet non est *latere*, sed *dulia*. Quia vero B. Maria creatura gloriosa, Angelis, & Sanctis quibusque omnibus, & dignitate antecellit; ideo perfectissimo *dulia* cultu, quem *hyperdulia* vocamus, colitur. Hoc quoque docet Angelicus III. Part. quae. xxx. art. 5. *Com igitur Beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latere, sed solum veneratio dulia, in quantum ipsa est mater Dei. Et ideo dicitur quod debetur ei non qualescumque dulia, sed hyperdulia. Quare merito praescripta est propositio sequens ab Alex. VIII. *Laus quae debetur Mariae, ut Maria, una est.**

VI. Obiciunt haeretici, hanc distinctionem cultus *latere*, & *dulia* commercium esse, nullibi in Scripturis indicari, incommittantque fuisse primis Ecclesiae sculis. Verum est eundem in Scripturis hanc verbaem distinctionem non haberi; sed habetur res ipsa, nempe cultus Deo, & Sanctis prestandus. Quis ergo inter se vocibus iurgari, cum res ipsae reneamus? Scriptura, & patris Patres cultum Deo, & sanctis Angelis, hominibusque exhibunt approbant. Non ergo improbanda, sed laudanda distinctio, quam magister usus investit maioris claritatis gratia. Nec verum est quod obtrudunt Lutherani, & Calvinista, a Pontificibus recentibus hanc distinctionem inventam. Nam illius meminit Aquilinus Lib. 5. de Civit. Dei cap. 1. & Lib. XX. cont. Faustum cap. xxx. ubi inquit: *Calimus ergo Martyres quo cultu dilectionis, & societatis quo & in hac vita colantur sancti homines Dei, quorum cor*

ad idem pro evangelica veritate passionem pressum esse sentimus; sed ille tanto devotius, quanto securus post certamina superata; quanto etiam victoriorum laude praedicantur tam cito felicitate certant, quam in ista adhuc illigata pugnantes, de eorum illo cultu qui gratia laetitia dicitur, latius superius dicitur non potest, quoniam si quaedam proprie Divinitati debita fuerint, nec celebrari nec celebrandi deum, nisi eorum Deum;

VII. Alteram calamitatem, qui imponunt haereticis, idem Sancti altaria, & templa erigere, illique sacrificia offerre, repellit Augustinus eodem Lib. XX. tit. Faustum cap. xxi. Nam quod etiam hinc videtur calamitatem Faustus, quod Martyrum memortas honoramus, in hoc dicens nos idola convertisse, non tam esse nocet, ut hinc calamitatem respondem, quoniam ut ipsius Faustum ostendat fidei calamitatem, etiam ad ipsius Manichei unitatibus exortibus relisse. . . . Populus autem christianus memortas Martyrum religiosa solemnitate comolebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conficiatur, atque orationibus adhibetur; ita tenentur veli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quoniam in memortas Martyrum, constitutus est etiam. Quis enim Antiquitas in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dicit; Offerturus tibi, Petro, aut Paulo, aut Cipriano? Sed quod offertur, offertur Deo, qui Martyres coronavit, ipsius memortas eorum quas coronavit: ut re ipsorum locorum administratione mater affectus exargat ad accendendam caritatem, & in illos quos imitari possimus, & in illos quo adhibetur, possimus. Plurima possem isthuc transcribere ex aliis Patribus: sed non est istius instituti.

VIII. Illud nunc est reliquum, ut declaremus, quibus Sancti cultus dulce debeat. Cui quod brevis responderemus, primum Sanctis ab Ecclesia canonizatis dulce cultum desiderandum esse. Nam canonizatio publicum Ecclesiae testimonium est de vera sanctitate alicuius hominis iam defuncti, si simul enim ab Sancti aliqui in catalogo Sanctorum recensiti sunt, invocantur in publicis Ecclesiae precibus, in eorum memortas Deo templa, & altaria dicantur, & preces, vel officia recitantur, eorum imagines, atque reliquie publico cultui exponuntur: quae omnia, non precepto urgente, sed lege permissente, & adprobante, fieri possunt.

IX. Iudicium Ecclesiae, seu summi Pontificis in Sanctorum canonizatione nulli errori obnoxium esse, docent Catholici omnes adversus recentiores haereticos, infallibilitatis pontificia inflexibilissimos olores. Nullis plurimis quae in hanc rem Theologi congerunt, resertam prudentissimum D. Thomae sententiam. Canonizatio Sanctorum modum ad inter iudicium Pape de rebus potest deferunt, & de particularibus factis. . . . Quis tamen hunc quem Sancti habemus, quodam professo fieri est, quo Sanctorum gloria creditur, pro certandum est quod nec etiam in his iudicium Ecclesiae errare possit. Quodlibet, art. 16. Opponunt heterodoci auctoritatem Augustini iniquentis: Multorum corpora honorantur in terris quorum anima impugnantur in gehenna: qui textus, est inventus in Augustino, quod negat Bellarminus, nihil esset sententia nostra; sed quadrate in Lutheranos, & Calvinistas, quorum corpora magnis, ac sculptis lapidibus, tumulose superbis honorantur in terris, & animae eorum in Lutherana fide defunctae torquentur in gehenna. Non loquitur Augustinus de animabus quae catholice Ecclesiae iudicio in caelis regnant; sed de aliis quae vulgi opinione adorantur. Plura alia disputant Theologi de Sanctorum canonizatione, quae ut ab instituto nostro aliena, missa facio. De beatificatione quoque Sanctorum, de istius canonizatione distinctione, de cultu deferendo Sancto beatificato, sulus disputant. Paucis licet omnia expediam.

X. Beatificationem accidentaliter tantum distinctam communiter asserunt a canonizatione, & ut quid imperfectum a perfecto & Beatificatio enim proxima via est ad canonizationem. Non est ultimum Ecclesiae iudicium, quo definit Beati cultum, sed illum duntaxat approbat. Eodem casu lumine illustrat Ecclesia, & Pontifex in beatificatione, ac canonizatione Sanctorum. Nihil impedit, Beatum ab Ecclesia declaratum vocari Sanctum, ut communis fert consuetudo. Cultus deferendus Beatis exprimitur in Bulla beatificationis, nec alius exhibendus est. Quomodoquidem sub nomine Beatorum offertur Deo sacrificium, ita templa, & altaria sub illorum memortas erigi Deo valent. Num licet in processibus Beatorum deferre reliquias, eisdem in publicis litanis invocare, consulenda est consuetudo Romanae Ecclesiae, quodque utis communis tenet Ecclesiarum in his & similibus rebus.

XI. Prohibita quoque dispensationem instituta Theologi de cultu qui offerri viris, aut feminis cum sanctitate fama demortas possit. Qua in re licet certum est nullum

publicum cultum offerri posse sine viris, sine feminis, nondum ab Ecclesia in Sanctorum, aut Beatorum censu perscriptis; ita certum est licite offerri illis posse cultum privatum: idque constat ex universalis populi christianissimi vetustissima consuetudine. Quin prima, ut ita dicam, ianna, quae viam aperit ad beatificationem, & canonizationem, est populi devotio, & concursus ad illorum defunctorum sepulchra, & invocatio eorumdem in infirmitatibus. Et, si dum in terris degant, licitum est privatim rogare, ut pro nobis intercedant; quidni licebit idem cum illis peragere post illorum mortem? Cultus duntaxat publicus, qui sit Ecclesiae decreto declaratus, deferri illis, nequit. Quare neque officia divina recitari, neque altaria erigi; nec sacrificia sub illorum nomine offerri, neque eorumdem imagines radiis, & splendoribus depingi valent. Quia hi cultus auctoritate Ecclesiae sunt pro Sanctis, vel Beatis designati. Illis igitur nec publicis, nec privatim praefati cultus possunt offerri; nec quare per omnia vetita sunt. Neque ergo in Ecclesia, neque in privatis Oratoris retineri possunt praefata tabella cum radiis, & splendoribus picta, neque ad illorum sepulchra luminaria, lampades accendi valent, ut habetur in Decreto Urbani VIII. quo fixo, & plura alia vetantur. Quod praeterea tamen spectat, in appendendis tabellis, in quibus favores, & prodigia defuncti alicuius intercessionis obtenta exprimentur, locorum Ordinarii sunt consulendi, quibus cura commissa est invigilandi adversus abusus qui irrepere valent. Veritum quoque est vocare Sanctos, vel Beatos eos qui nondum in censum Sanctorum, vel Beatorum redacti sunt. Veritum tamen non est cum addito dicere hunc esse sanctum virum: quae phrasit non aliud prodit, nisi integros, immaculatosque mores eius fuisse. Sanctum ergo, vel Beatum absolute, & sine addito aliquem appellare veritum est. Licetum quoque est velles, capillos, & alias similes reliquias defunctorum prorum ferere, privatim venerari, illorum pedes, manique osculari. Id confirmat Ecclesiae consuetudo. Siquidem statim ac Martyres occisi erant, vel ipsi primis Ecclesiae. feculis eorumdem reliquiae arripiebantur a fidelibus, & colebantur: quomodo adhuc ab Episcopis, et nos cum ferebat, publico cultu Martyres donati non essent. Licetum ergo est illos venerari, aliis etiam videntibus, dummodo scandalum ablit. Licet quoque corpora illorum qui cum publica sanctitatis fama obierant,

honorari in loco, etiam a terra elevato, & recondere. Veritum tamen est eadem corpora sub altari, aut gradibus eundem repone. Praeterea etiam Ecclesiae licitum esse ostendit, eisdem defunctorum corpora insculpta servare diebus aliquot, ut fidelium devotioni fiat satis: & ex illorum habetur, plurima miracula a Deo parata fuisse in ostensionem sanctitatis alicuius defuncti. Item ieiunaria, vota privata Deo offerre, fideles licite valent in illorum defunctorum memortas: quia hi cultus privati sunt, ut Bellarminus Lib. 1. de beatif. cap. x. cum aliis Theologis docet. Verum spartam hanc mirum in modum pro ceteris omnibus exornavit, illustravitque, & nodos omnes dissolvit, omneque difficultates penitus exhaustis doctissimis Cardinalis Lambertinus in suo immortali Opere quatuor ingentis molis voluminibus comprehenso, & primum in lucem edito, dum Bononia Archiepiscopi munere lungebat: qui nunc BENEDICTI XIV. nomine universam Ecclesiam sapientissime regit. Opus huius anteo cedroque dignum capitale, si quid tibi difficultatis occurrat.

C A P U T V.

De cultu quo colenda sunt imagines sanctissimae Trinitatis, Christi Domini, & Sanctorum.

I. ITCITUM, primumque esse sacrum imaginum cultum, definit Synodus Tridentina, rationemque eisdem colendi declarat his verbis scilicet, xxv. decret. 2. Imagines vero Christi, Deiparae Virginitatis, & aliorum Sanctorum in templis praesertim habentur, & reuerendas; esseque debent honorari, & reuerentiam impertientur: non quod credatur inesse aliqua in eis Divinitas, vel virtus propter quam sine similitudine, vel quod ab eis sit aliqua petendum; vel quod sanctitas in imaginibus sit fingenda, veluti olim fiebat a gentilibus; quae in idolis ipem suam collocabant: sed quoniam locos qui eis exhibentur, referunt ad prototypa quae eis representant; ita ut per imagines, quas osculamur, & eorum quibus caput aperimus, & precoribus, Christum adoremus, & Sanctos quorum ille similitudinem gerunt, veneremur. Ad illius decreti conspectum evanescunt omnium haereticorum imposturae. Honentur qui imaginibus exhibentur, in prototypa referimus. Respectiva est omnis imaginum adoratio nostra; respicit liquidem prototypa quae representant. Nulla ergo istius idololatriae labe. Ceterum plurima

NON
RAY

ex hoc usu proficiuntur bona. Et primum
 istas illas referant potissimum imperitia ma-
 iorum nostrorum gela, & de hinc trium-
 phos. *Sed quidem* (inquit Calvinus Lib.
 1. in illis, cap. 21. §. 5.) *illud vulgo est plus-
 quam vitiosa, liberos habitantem esse imagines.*
*Dicit he Gregorius, ad Iohannem aliter pronun-
 tiat Spiritus Dei. Patet Calvinus, & post
 ipsum Daltius, ceterisque novatores, quarto
 & quinto titulo obtinuisse sacrarum imagi-
 num aliam. Ad effatit non erabescunt, ha-
 lolatrie labe pollutos fuisse omnes Ecclesie
 Patres. Impotens Protestantium audacia,
 qua le supra totam sacrarum antiquitatem ori-
 gunt, non leve argumentum est commentis
 non corumdem religionis. Motus ne illi post
 duodecim secula cures, consuetudineque pri-
 morum Christianorum, quam Patres, qui
 proximi illidem fuerant, intelligit? Longe
 altere ac Gregorius alique Patres, pronuntiat
 Spiritus Dei. Ad hoc Deus Moysi precep-
 it. Exod. xvi. *Deus quoque Chanaanis dicitur,*
& prodigiosus factus ex aratroque israeli.
*Nonne Num. xxxi. confici serpente nemum
 mandavit? Nonne Salomon Chabarim, boves,
 & leones formavit? III. Reg. vi. Sed quid
 textus congero ad confutandum itane con-
 munitum toties contumtum?**

H. Licetum itaque est ipsius Dei Patris,
 & cuiusque sanctissime Trinitatis persone
 imaginem formare. Quare merito Alexander
 Papa VIII. proferit sequentem propositio-
 nem. *Dei Patris sceleris simulacrum nefas
 est obstruere in templo collocare. Ratio vero
 cur liceat talis imago, est, quod nemo
 Catholicorum intendat in eiusmodi imaginibus
 Dei naturam exprimeret. Quis enim taliter
 obrutelet, ut sibi fideat, depingi humana
 indullia posse aliquam Trinitatis Personam?*
 Has picturas fingimus, ut quibusdam veluti
 sacris symbolis in nos excitetur ad Deum
 adorandum. Nonne invisibilia Dei per ea
 que facta sunt, conspiciuntur? Depingimus
 Patrem, atremum sub levis effigie, ut primam
 esse Trinitatis personam ostendamus. In pe-
 re Patris Verbum pingitur, ut indicemus a
 Patre illum esse genitum. Sub columbe spe-
 cie Spiritus sancti imago formatur, qua sub
 hoc symbolo ipse apparere dignatus est. An-
 gelus quoque alatus, seu pulcherrimus iu-
 venes, depingimus, qua sub hac forma spiritus
 ipsi apparere. Telamur in his imaginibus
 nullam ineffe virtutem, nullam a nobis in
 ipsi reponi fiduciam. Tota spes nostra in
 Deo est ex merito Christi. Sanctiorum in-
 tercessionem impendimus, ut facilius a Deo

obtinemus que tantis interessibus peti-
 mus. Quid itaque vesana temeritate obgunt,
 Calvinus, nos imaginari vim aliquam Divi-
 nitatis in eiusmodi iconibus inlabbare; cum
 palam semper id a Catholicis negatum sit? Quid
 obtrudit, neque Ethnicos idolatra fieri de-
 iudicet, sed deos in idolis adorasse? Bene habet. Sed talos ipsi deos colebant,
 & quomque simulacra putidissima numina re-
 ferabant. Dum Iudaei simulacra edificabant,
 non Deum verum in illidem, sed falsa gen-
 tium numina venerabantur. Quare apertum
 mendacium Calvinus est, afferentis, Iudaeos
 Deum eternum unum, verumque creit. & a
 terre Dominum sub talibus simulacris per-
 fectos fuisse se colere. Hebraei liquidem,
 dum simulacra compingebant, ad gentium
 colenda numina declinabant. Quod toties il-
 li exprobrant Prophete: *Abierunt post deos
 alienos: fecerunt sibi idola aliena: serperant
 que altis alienis: ante deos alienos.* Passim
 occurrit in Scriptura eiusmodi expo-
 sitiones Iudaei a vitiis sancti facte. Non
 ergo idololatrie rei habitum sunt, quod in
 imaginibus verum, eternumque Deum cole-
 rent, quemadmodum comminidit Calvinus;
 sed quod deos gentium in idis vene-
 rantur. Quod vero impropriet Calvinus,
 plures imagines oblectantatis esse exemplaria,
 quodque lupanaris pudicium, & modestis cul-
 tas meretrices ostendant, quam temporum
 imagines que ad virgines representandas in-
 stitute videntur: impollure, & dicitur
 Calvinus odio in Romanam Ecclesiam con-
 iecta. Si quid in hoc abusus accidit, ex pi-
 storum vitio ortum dicit. Ceterum, ut eiu-
 smodi corruptele ab Ecclesia nostris evitentur,
 Tridentinum ipsum, & plura alia Concilia
 vigilare Episcopos iubent adverteat eiusmodi
 que altis alienis: ante deos alienos. Sed quid ul-
 faciliere profanationis portenta. Sed quid ul-
 terior ad retundendam Calvinus audaciam,
 qui solis concialis, & calumnias deperatam
 causam agit?

III. Pansit ergo rem expeditamus. Deus
 regit Israelis. *Non facies vestra sculptile,
 nec omnem similitudinem que est in caelo des-
 super, nec in terra desuper, nec in aquis sub
 terra.* Exod. xi. Item D. Paulus Act. xvii.
*Heus ergo cum finis Dei, non debemus affi-
 mare aure, aut argento, aut lapidi sculptura
 vitiis, & vegetantis hominis arbitrium esse
 simile.* Sentus horum, & similitum textuum
 ex in qua dicta sunt, perspicue efficitur.
 Eiusmodi simulacra vetita illis fuerant ad
 representanda talia Ethnicorum numina:
 in hoc: adeo evitentur, ut solus effrons Cal-
 vinus.

vinus negare audeat. Ibidem liquidem habe-
 tur: *Dei aures, & argentes non facietis
 vestra: non habebit deos alienos: abicite
 vestra: non adorabitis ea, neque coles.* Unde scilicet
 Non adorabitis ea, neque coles. *Equiva, sic
 ut dicitur est, idem est motus in imaginem,
 & in rem, & modo prohibetur adoratio ima-
 ginis quo prohibetur adoratio rei cuius imago
 est. Unde ibi intelligitur prohiberi adoratio
 imaginum, quas Gentiles faciebant in vene-
 ratione deorum suorum, id est idolorum. Et
 ideo premititur: Non habebis deos alienos
 coram me. Ipsi autem vero Deo, cum sit in-
 corporeus, nulla imago corporalis poterat poni:
 qua, ut Damascenus dicit, insipientia iu-
 me est. Sed qui insipientis figurare quod est dicitur.*
*Unde in suo testamento Deus fa-
 ctus est homo, potest in sua imagine corporali
 adorari.* III. Part. quatuor. xxi. art. 3. ad 1.
 Legatur integer articulus, cuius doctrina o-
 mnes hereticorum nugae, & sophistice argu-
 mentatione proficiantur. Quia omnia que Theo-
 logi catholici huiusmodi calamo congerant, ac
 erudite differunt, primum pauca, ac significan-
 tissima verbis Angelicis comprehendit, &
 nra perspicacitate explicavit.

VI. Angelica doctrina sic est perpetua
 Ecclesie traditio, & Conciliorum Niceni
 II. Florentini, & Tridentini auctoritate; &
 quare de fide est, & digna adoratione esse ima-
 gines sacras. Plura alia documenta que tum
 ex prelati, alique Concilio, tum ex Pa-
 tribus adferre possem, missa facio, quod
 obvia apud Auctores sint: & qua ex his
 que dicta sunt, veritas hanc manet satis
 comperita.

VII. Audiamus dumtaxat aliud Calvini
 commentum. Cur, inquit, inter eiu-
 dem Dei simulacra tantum dicitur, ut, altero
 neglecto, aut vulgariet honorato, altero
 omni solemnitate honoris Catholici proleantur?
 Cur ad videnda simulacra quibus similia dei
 sui habent, votivis peregrinationibus ite-
 fatigant? Cur pro illis hodie, tanquam pro
 aris & focis, ad eadem usque, & strage di-
 abitantur? Hinc & similia obicit Calvinus
 Lib. I. In illis, cap. 21. §. 10. Quod delira-
 mentum in ipso concilio, ex solo angeli-
 cae doctrine conspectu. Si enim nullam noscul-
 tum imaginibus deferimus, nisi illum qui co-
 limus Deum, quem referunt; evidens est
 istas imagines Deum representantes eodem
 quo Deum colimus, apud nos eniti adorari.
 Quod autem alique frequentate adorationum
 concursu colantur, non inde proficiunt,
 quod eisdem aliqua ineffe credatur pecularis
 virtus, aut major cultus; sed quod
 Deus

IV. Quæst. I. *Sint ne eiusmodi imagines
 adorande?* Resp. Licetum esse sacrarum ima-
 ginum alium, pangs ostentum est. Nunc li-
 citum, utriusque esse eundem adorationem,
 evincendum. Splendidam, atque effica-
 cem istus adorationis rationem exhibet D.
 Thomas III. P. q. xxv. art. 3. *Duplex est motus
 animæ in imaginem. Unus guidem in ipsam
 imaginem, secundum quod res. quædam est;
 alio modo in imaginem, in quantum est imago
 alterius. Et inter hec duos motus est hec dif-
 ferentia: quia primus motus, quo quis mo-
 vetur in imaginem, ut est res quædam, est
 alius a motu qui est in rem; secundus autem
 motus, qui est in imaginem, in quantum est
 imago, est unus & idem cum illo qui est in
 rem. Sic ergo diciturum est, quod imaginem Christi,
 in quantum est res quædam (puta lignum
 sculptum, vel pictum) nulla reverentia ex-
 hibetur, quia reverentia non nisi rationali na-
 tura debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur
 est reverentia, SOLUM in quantum est imago,
 & sic sequitur quod eadem reverentia ex-
 hibetur imaginem Christi, & ipsi Christo.
 Quia ergo Christus adoratur adoratione latrice,
 consequens est quod eius imago sit adoratione
 latrice adoranda. Hinc consequitur minus no-
 bis probari sententiam Bellarmini, & alio-
 rum, cultum aliquem distinctum ab illo qui
 exhibetur prototypo, imaginibus deferentium.
 Nam D. Thomas conceptis verbis docet
 similem adorandum esse imaginem ut imago
 est, ita ut referat prototypum: atque adeo
 cultus imaginis, totus repletivus est, & in
 prototypo fertur.*

V. Obicit Calvinianus, & Lutheranus
 ista sophismata, nempe Scripturam & Exod.
 xx. & Dist. 11. & ad Rom. 1. & lexcentis
 aliis in locis prohibere simulacrum, & ido-
 lorum cultus. Porro nec Iudaei, nec Gentiles
 adeo hebetes erant, ac stupidi, ut creden-
 ter lapides, ligna, & hominum officinae deo
 esse. Quamquam commentum istud convul-
 sum iam sit, lobet nihilofecius solutiorum
 quam tribus faculis, antequam e tenobris in
 lucem erumperet huiusmodi hereticorum pe-
 stis, exhibuit S. Thomas, transcribere. Di-

Deus ob ea miranda arcana velit potius illius quam alterius imaginis nisi miracula patrare, & beneficia conferre. Alique etiam imagines depictæ a sanctis viris, ut a D. Luca, a Nicodemo, vel ab Angelis, perhibentur. Quare in memoria adiuvari apud Deum confidunt fideles, peculiari devotione usam, pro altera imaginem homines colunt. Nemo tamen Catholicorum credit, imaginem aliquam singulari prædicatione esse excellentiorem, aut alteri antecellere, sed cum omnes æquales prototypum representent, omnes eodem omnino cultu respectivo adorantur.

VIII. Argumenta Bellarmini *Lib. I. de imaginibus cap. xxxv. Suarez III. P. Tom. I. disp. lvi. scilicet 6.* & aliorum contentendurum, imagines Dei, & Christi Domini non esse adorandas adoratione *latria*, sed cultu inferiori, quia imagines sunt inferiores prototypis que representant, nullius sunt roboris. Tunc enim evincerent intentum dlorum argumenta, si peculiari cultu imagines coleantur, & ut sunt res quedam, verum, cum illas adoramus ut imagines sunt, seu ut representant prototypa, conlequitur eodem omnino cultu ac prototypa colendas esse. Quin si extractus loqui velimus, non imagines, sed prototypa representantia in imaginibus, continentur, imagines signa sunt, & symbola quæ nuntient nostram excitant ad colendam prototypa. In cruce osculamur Christum, in libro Evangeliorum æternam veritatem, in imagine Mariæ, & Sanctorum, Sanctos ipsos colimus. Sic docet Tridentinum, Pontificæ Romanæ, & optime advertit celebris Bossuetus in expositione doctrine catholice *Ecclesiæ cap. v.* & prius luculenter docuerat D. Thomas, dum Concilia Moguntinum, Senonense, aliisque Synodis asserunt imagines Christi adorandas non esse latriæ cultu, loquuntur de cultu absoluto ipsi imaginibus exhibendo.

IX. Quæst. II. *Adest ne præceptum aliquod præcipiens sacramentum imaginum usum?* Resp. Certum est nullum dari præceptum naturæ, aut divinum: quia nullibi in sacra Scriptura istius præcepti vestigium. Quæ sententia absolute vera est, si intelligatur de communi usu respectu omnium fidelium. Quamvis enim hoc mandatum verbis expressum latum non sit, consuetudine tamen

vim legis obtinere invecutum est. Tempus, & altaria sacris imaginibus ornare adstringitur. Vetrum est sacrificium in altari, in quo imago Crucifixi non sit, offerre. Grave præterentur fideles scandalum, si templa, & altaria quovisve imaginibus spoliata essent. Quare non est ambigendum, dari eiusmodi præceptum respectu communitatis fidelium. Hoc tamen præceptum non videtur obligare singulos fideles, ita ut quisque vi præcepti adstringatur imaginibus uti. Vix tamen a culpa excusandus videretur Catholicus quia omni imaginum usu abstineret. Nam, si eas negligere sit superfluum & inutile, in hereticis incidere: si expedientius censeret videtur non uti, superfluum non vacare, scandalum ingerere, & ab erroris suspitione haud esse immunis. Si ex quadam vero locordia, & negligentia, vel etiam avaritia imagines non adhiberet privatim, non esset, ut mea præsertim opinio, aliquis præcepti violator. Præceptum tamen utendi his imaginibus utere pro accidenti singulis valet; puta consistente catholice fidei necessitate cogente. Hinc sententiæ accedunt Suarez *Tom. I. in III. Part. disp. lvi. sec. 6. Leander disp. v. quæst. 111. Salmanticensis tract. xxi. cap. x. punct. 8. num. 98.*

X. Quæst. III. *Adest ne præceptum eisdem imaginibus abscipiendi?* Resp. Adfirmat communis sententia duplex dari mandatum. Alterum negans est, quod semper & ubique prohibet eisdem iniuriam, aut irreverentiam inferre. Alterum est affirmans, quod latis temporibus obligat cultum ipsi impendere, puta cum causa consideranda illi occurrat, aut occasio cultus ipsa cum aliis fidelibus simul exercendi erga imaginem publice adorationis exponatur, aut cum accidit aliqua exercenda erga sacras imagines, quæ venerationem exigent. Vix tamen, ut ego quidem arbitror, contingit quod Catholicus præceptum hoc adfirmans infringat, quin neptissimum simul violet eisdem imaginibus contemnendo. In præxi enim aut adorat, aut contemnit. Non nego utrumque extremum declinari posse absolute; sed in præxi vix accidit.

CAPUT VI.

De cultu reliquiarum.

I. Quomodo sacras imagines, ita & Sanctorum reliquias dignas adoratione esse, demonstrat fuit in pluribus Conciliis, Nicæno II. *act. 111.* Cartha-

thaginensi V. *can. 3.* Lateranensi II. *cap. 111.* Tridentino *sess. xxv. decr. 2.* aliisque permixtis. Cultus iste perspicue ex Scriptura colligitur. Ex contactu cultum illius homo revixit *1^o Reg. xiii.* Quis dixerit, ossa Prophetæ, per que Deus tam insignè paravit miraculum, veneratione digna non esse? Christi sepulchrum gloriosum prædicatur ab *Itala cap. 11.* Quis traditionem fidei, tam inde usque ab Ecclesiæ primordiis perennem, venerandi sacrum Christi monumentum superstitionis postularerit, nisi hereticus? Non ne mulier hemorrhoidosa fimbriam vestis Christi contingens sanitate consecuta est, curus fidei, & adorationem Christi commendavit? Nonne fideles *fudarias*, & *fenicinitia* D. Pauli adhibebant ad infirmos sanandos? *Act. xii.* Numquid maiore in pretio, & veneratione hæc *Pauli fudaria* non habebat ac cetera communia aliorum hominum?

II. Dum Christus *Matth. xxiii.* redarguit Phariseos, Scribasque, qui ornant monumenta istorum, hypocritam in istis demanat, non cultum; & quod rem bonam pravum ac iudolo animo peragerent, ut Ambrrosius & Hieronymus in præfatum *Matthæi* locum exponunt. Moysi quoque sepulchrum Deus abscondit *Iudæis*, eo quod essent ad idololatriam, & superstitionem nimium propensi, quod periculum abest a Christianis.

III. Sacrum cultum reliquiarum a primis Ecclesiæ sæculis obtinuisse, luculentissimum monumentum evincunt Theologi catholici. Secundo Ecclesiæ sæculo, ut refert Eusebius *Lib. vi. hist. ecclæ. cap. xv.* Ecclesiæ Smyrnenis sancti Polycarpi Martyris, qui passus est circa annum Christi 167. reliquias venerat est. Christiani quoque Hierosolymitani cathedram S. Jacobi Apostoli venerat fuit, ut narrat idem Eusebius *Lib. vii. cap. xix.* Quarto autem Ecclesiæ sæculo cultum hunc vigilem in universa Ecclesiæ, ultra latenter vel ipsi Lutherani, & Calvinistæ. Porro suspenda, ac sæpe modum omnem miranda est istorum hereticorum velana audacia, dum blaterant, Episcopos, & Patres tertio Ecclesiæ sæculo a maiorem fide detulisse, & in idololatriam lapsos. Si ab eis quæras tantæ mutationis momenta, non alia prædant, præterquam quod ipsi non legant, nisi minus tricus sæculis reliquiarum cultum in usus fuisse. Calvinus ergo, & Lutherus, illorumque prælati melius perceperunt post tredecim & amplius sæcula disciplinam primitivæ quam sancti Episcopi, quam universa

Christianorum Ecclesiæ, que istis primis sæculis proxima fuit? Quis, nisi demens, id dixerit? Venit nulli institui non est persequi que uberrima eruditione tractant Natalis Alexander, Bellarminus, Gotti, & innumerati alii.

IV. Et autem adoratio colendæ sunt reliquie sacre que coluntur persone quarum sunt: quoniam reliquie iste personas quarum corporis sunt partes, referunt. Quare licet imagines adoramus ad prototypa, ita & reliquias propter personas. Audiamus Anglicum, qui *III. Part. quæst. xxv. art. 6.* hæc scribit. *Disertum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. I. de Civ. Dei resp. xlii. si paterna vestis, & amulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est peccatis, quanto erga parentes est maior officium; nullo modo erga ipsos sunt corpora, que utique familiaribus, atque consuetudinibus quædam qualitates innumera habemus... Multissimum est autem quod Sanctus Dei in veneratione habere debemus tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos; & nostris inaccessibiles. Et ista eorum reliquias qualescumque habere coguntur in eorum memoria venerari debemus, & præcipue eorum corpora, que fuerunt templa, & organa Spiritus sancti in eis habitantis, & operantis & sunt corpora Christi conspicienda pro gloriose resurrectionem. Unde & ipse Deus huiusmodi reliquias convenienter honorat in eorum presentia miracula faciendo.*

V. Quæst. I. *Quid nomine reliquiarum intelligitur?* Resp. Sacre reliquie sunt sanctorum corporum particule, ut capilli, ossa, carnes, unguis, sanguis, dentes, cineres, vestes, velo, panni, & alia que ipsorum corpora tenuerunt, aut quibus Sancti usi sunt.

VI. Quæst. II. *Utrumque est adoratio veritas in quos Sanctorum corpora referuntur?* Resp. Adfirmant Valquez de ador. *Lib. III. disp. 111. cap. viii. num. 112.* Sanchez *Lib. III. disp. xliii. num. 2.* Castropalano *disp. 1. punct. 6. num. 1.* idem modo, inquit prælati Auctores, recta intentione coluntur: quoniam eadem ratio viger pro adoratione pulveris, & vermis, Pulvis, & cineres; & Patres tertio Ecclesiæ corpora, coli valent: quidni ergo & vermes?

VII. Hæc opinio communiter relictur. Et, si fermo sit de publica adoratione, vel ipsi citati Auctores concedunt, eam minime licere. Verum nulla adoratio sive publica, sive privata talium verminum licita est. Quia hæc est in summo vermes generentur ex Sanctorum corporibus, immixtae incedunt secum adorationem, quar.

qua impedit ne sint coelesti. Indecens enim est Sanctos in rebus putatis colere. Putatis autem bellis sunt veras illi: & cum vita fruuntur, videntur propter se adorari. Quare tanquam impudens laetitudo sentienda est horum verum adoratio, sive publica, sive privata. Est revera, si privata haeret; quidam & publica? Est si publica indigna reputari; cur non & privata?

VIII. Ut laeae reliquiae cultu publico adorari possint, debent esse alicuius Sancti vel canonizati, vel beatificati ab Ecclesia. Quia, si publico cultu publice ut Sanctus potest, quin prius fuerit solemniter in Sanctorum cultum ab Ecclesia scriptus; potiori iure nequeunt eorundem reliquiae coli, cum reliquae propter Sanctos, quorum sunt, colantur.

IX. Quael. III. *Quae certitudo requiritur, ut reliquiae colantur tanquam particulae alicuius Sancti?* Resp. Ut prudenter reliquiae colantur, scire debemus, quod sint reliquiae, seu aliquae portiones, & sint res ad alicuius Sanctum, vel Beati, pertinentes. Prudens enim sit oportet collationem, ne res profanas pro sacris colamus. Haec autem certitudo debet esse moralis. In rebus enim moralibus non nisi certitudo moralis requirenda est. Haec sufficit ad prudentem operationem, ut omnes fateatur Theologi. Quae autem testimonia requirantur, ut haec moralis certitudo habeatur, non potest facile definire. Distinguitur primum est cultus publicus a privato. Ut cultus publicus detur sacris reliquiis, debent demonstrari ante in censum Sanctorum, aut Beatorum esse participare a Romano Pontifice. Insuper debent sacrae reliquiae esse ad Episcopum recognita, antequam publico cultui exponantur. Ut tibi vero constat, hanc reliquam esse Sancti ab Ecclesia canonizati, satis est ad Episcopum eandem ut talem declararam esse. Pro cultu vero privato satis est virum probum, & gravem rem hanc reliquam esse alicuius Sancti, aliquidque tamen contraria argumenta non occurrant. In hoc genere extrema cavenda sunt, videlicet & facili creditus, & leviter criticus.

Quoties adiacet conjecturae fraudis, & imposturae, quae non tam raro accidunt, difficultas in adhibenda fide se exhibet. Si praesens suspitio doli, transmissio non occurrat, non est cur fidem deneges. Car testimonium viti gravis, & prohi recidere debet, nisi aequale, vel quasi aequale dubitandi fundamentum habeas? Plures, inquit doli & fraudes ab impostoribus zvaritar, & quatuor

causa perpetrantur. Verum habet. Sed hinc solum consequitur, caute procedereque te habere opus esse, antequam assentium praebes. In omni commerciorum genere fraudes, & doli accidunt veteratorum hominum iniquitate. Propterea ne ab omni societate, & contractu abstinendum? Eam ergo in colendis reliquiis prudentiam adhibe qua in aliis gravibus negotiis uteris.

X. Quael. IV. *Quas reliquias approbare vult Episcopus, ut eandem publico cultui exponatur?* Resp. Ut iam indicatum est, ex tantum Episcopi reliquias recognoscere, & approbare pro cultu publico valent quae sunt alicuius vel Beati, vel Sancti a Romano Pontifice canonizati, ut habetur ex capite. Fin. de velo. & venter. Sancti. Quod verum habet de reliquiis recentiter inventis. Siquidem antiquiorum Sanctorum reliquiae, quae populi christiani universaliter conaerudine adoratae semper fuerunt, non est cur Episcopi eas approbare non debeant; tametsi Sancti illi non fuerint canonice solemniter rita in Sanctorum alio a Romano Pontifice recentiter. Quoniam haec perennis & universalis traditio pro solemniter canonizatione habetur. Si dubium aliquod grave occurrat in reliquiarum auctoritate, haec decernit Concilium Tridentinum. Si aliquis dubium, aut diffidit alius sit extirpandus, vel omnino aliqua generis quatuor de his rebus incidat, Episcopi, antequam controversiam dirimat, Metropolitanis, & comprovincialium Episcoporum in Concilio provinciali sententiam exponat; ita tamen ut nihil incosulto sanctissimo Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia habitum insuper decernatur. Sess. xv. de invoc. Sancti.

XI. Quael. V. *Licitum ne est alicuius reliquias solo suspensas scire deferre?* Resp. Omnes fatentur licitam esse eiusmodi delationem: quia haec edit in cultum & venerationem Sanctorum quorum sunt reliquiae illae. Ut tamen licita sit delatio illae, abesse oportet periculum profanationis, aut indecentiae, prout communitur abest. Neque enim quocumque ipsius delatoris peccato haec reliquiae pollutantur, aut indecentiam patiuntur, sed tunc indecentia, aut profanatio reliquiarum contingit, cum in ipsis aliqua irreverentia, derisio, vel contumacia exercetur. Hinc qui formicatur, furatur, aliove crimine peccat, non est dicendus sacrilegus in reliquiis quas cultui causa secum deferat, quia haec peccata cultui reliquiarum directe non opponuntur: nihilque prohibet furum, mo-

chum, alioque flagitioso Catholicos colere reliquias suas, quamvis plura exerceant scelera. Aliquam tamen irreverentiam adesse, Christianum hac facris ornatum symbolis Deum offendere, nemo est qui inficias ire valeat; sed quod grave sacrilegium dici debeat, nullum adest solidum fundamentum.

XII. Quael. VI. *Peccat ne qui sacras reliquias furatur devotionis causa?* Resp. Sententia communis est, nullum perpetraturum peccatum Christianum illum qui ad inbelli sacras reliquias surripere: quia illas irreverentiae periculo subduceret, & ab iniusto possessore illas vindicaret: iniuste quippe infidelis sacra haec pignora possident. Qui vero ab alio Catholico reliquias furatur, dubio procul sacrilegium furtum perpetrat. Quandocumque licet temporali pretio reliquiae sacrae non sint subiectae; tamen apud fideles estimationis sunt, ut grave spirituale damnum patitur possessor qui invitatus tanto thesauro spoliatum. Quid, si reliquiae parva sit, erit ne evulsum furtum grave sacrilegium? Furti multa non ponderatur magnitudo, aut parvitas, sed raritate, & utilitate reliquiae. Minima cruce sacrosanctae, spinex coronae, aut aliorum rare reliquiae particula maximo in pretio habentur: & qui invitatus eadem spoliatum, magna sine turba trahit, gravique incommodo. Quare similitum reliquiarum furtum, etiam in minima quantitate, grave sacrilegium est. Neque hinc trahantur anami arripas, non omnes Sanctorum reliquiae esse eundem valoris: quoniam nunc furti quantitate metimur, non ex valore quem habent reliquiae sacrae abolare, & per se acceptae; sed ex offensa possessoris irrogata tali furto. Omnes enim sacrae reliquiae cuiusque tenent pretii limites transmutant. Verum quia una praes alia difficultas, aut facilius acquiri potest; ideo maiori, vel minori turbatione, & iniuria abicitur qui eadem spoliatum.

XIII. Quael. VII. *Licitum ne est Principi in bello, in se urbibus illis a se expugnantis reliquias extrahere, & alio transferre?* Resp. Admirat P. Iohannes Ferrandus in disp. Relig. lib. I. cap. viii. art. 3. eo quod bona etiam inter Christianos iusto bello parva ad victores pertinent. Verum haec opinio merito a Theologis communiter reprobatum. Si quidem reliquiae sunt bona Ecclesiae, quae ob delictum civitatis occupari nequeunt: sicutque a laicali iurisdictione exemptae, & hinc Ecclesiae affixae, & in Dei cultum destinatae. Consuetudo quoque id confirmat: ipsi enim

Principes ab eiusmodi furtivitate possidendis abstinent etiam in civitatibus ree huius capite. Bellum quidem iustum iura temporalia, sedus spiritualia spectat.

XIV. Quael. VIII. *Licitum ne est venditio, & capto reliquiarum?* Resp. Neque sententia ex ita qua dicta sunt, constat. Res enim spirituales nullo temporali pretio liberantur: & qui spiritualia temporali pretio comparat, similia laeae iniquitatem. Quia in reliquiarum usua, & donatione omnis turpi quibus ulcupio abicit oportet. Quare Concilium Tridentinum sess. xxv. de sac. Sancti. haec praecipit in reliquiarum veneratione omnis turpis quibus eliminatur. Hinc tamen minime loquitur, vetitum esse ad infidelibus, soluto pretio, sacras reliquias comparare; quia tunc pretium non solvitur pro valore reliquiarum, sed ut reliquiae subtrahantur irreverentiae, & profanationi infidelium. Vexato redimuntur, non res laeae emunt. Neque illicitum videtur cuiuslibet Christiani pecuniam aliquam dare, ut reliquias sacras venditas praebet: dummodo pecunia haec solvatur absque ullo pacto, & ob incommodum, & labore comperitur, cui succumbit cultus, & in grati animi testimonium. Certum illicitum fore pacto iniusto expresso vel tacito inducere eundem ad ostendendas reliquias pretio confistit.

XV. Quael. IX. *Est ne sine causa peccatum exponere sacras reliquias venditas, ut inde largientis elemosinas offerantur?* Resp. Duplex alicui Theologi intentionem distinguunt in exponere reliquias: magis principalem, ut minus principalem alteram. Si intentio elemosinarum fit minus principalem, nullam contingere culpam alicui; peccatum vero, si intentio haec principalem sit. Alii abhinc illicitum hoc esse contendunt. E contrario Capitulatum tract. viii. disp. 1. punct. 6. num. 18. Leander disp. xv. quest. xxxviii. Salamancaenses tract. xxi. cap. 2. punct. 9. num. 115. defendunt, non peccatum mortale facit eum qui etiam principalem in reliquiarum ostensione intendit elemosinarum acquisitionem; dummodo nullam interveniret pactum, quia, inquit, ostensione reliquiarum intendere acquisitionem elemosinarum non est esse venales exponere; nec turpi quibus committitur, quia non intervenit pactum, vel conventio. Qui hac intentione reliquias ostendunt, movere fideles dantur intendunt ad elemosinas erogandas, sedus vero eos ad id obligare. Sed intendere liberalem elemosinarum largitionem ostensione

fiore reliquiarum non est simonia. Ergo licitum est, aut saltem non culpa mortalis: quia (inquunt Salmanticenses) *saltem venialis abesse in hac intentione nequit, cum deus desideratio aliqua a virtutis religionis finis.*

XVI. Hæc opinio mihi non probatur, eo quod Concilium Tridentinum præcipit, ut in reliquiis veneratione omnis turpis questus eliminetur. Porro qui principaliter questum in hac veneratione intendit, eliminari non omnino turpem questum. Vir quippe ille questum recte allequitur in elemosinarum ampla largitione, quarum incertum postulatum, atque ob hunc potissimum finem reliquias videndas exponit. Homo ille pravum habet intentionem. Quod ergo ad sacrilegam simoniam deest? Factum, & conventio, respondet Salmanticensis. At hoc non aliud concludit quam quod non interveniat simonia realis extrinseca ex utraque parte. Hoc tantum evincit, largientes elemosinas immunes esse a culpa: quia abique ulla prava intentione Deo offerunt sua bona in Sanctorum memoriam. At numquid abique hoc pacto, & conventionis peccare nequit ille qui ob meritum potiusque questum reliquias exponere videndus? Numquid simonia mentalis peccatum non est? Qui vero mente intendit peccatum emolumentum ex re spirituali, & hac principali intentione reliquias exhibet videndus: quia ratione essendi a simonia mentali valet? Quod non intendat elemosinas tantquam pretium, sed tantquam liberalem clarificationem? Verum hæc præcisio parum confert ad purgandam a simonia laicæ præfatam intentionem. Quoties enim principaliter quis intendit temporale pro re spirituali, in fine simoniae reus est. Quid plura? Nonne ipsi Salmanticenses fatentur, præfatam intentionem inordinatam esse, & venialis culpa non carere? Porro, si fatentur hanc intentionem a recto religionis fine & ordine detestari, quæ venialis, non autem letalis erit intentio illiæ, cum sit in materia gravi? Questus temporalis pro re facta suspente natura vitiosus est. Ergo qui illum principaliter intendit, graviter peccat.

XVII. Quæst. X. Est ne aliqua pena constituta contra reliquiarum laicos? Resp. Iure communi nullam latam esse penam consentit Suarez Tom. 2. in III. Par. disp. xxvii. sect. 2. num. 9. Sanchez Lib. II. cap. xlii. num. 14. Caltopalapa disp. II. par. 6. n. 21. Admittit vero communiter latam esse excommunicationem a Gregorio XII. in con-

sultatione que incipit *Pontificis felicitissimi*, postquam adversus eos qui ex cæmeteris, cryptis, vel catacumbis Romanis lacras turpiter reliquias: quam penam extendit præfatus Pontifex adversus eos omnes qui ex quibuscumque locis lacris reliquias furriunt. Hinc penæ subiectos esse Prelatos Regularium docent, dum hi particulas corporum beatorum in Ecclesiis propriis quiescentium recidunt, ut eisdem docent, alienentur: quoniam præfate reliquie inter bona Conventuum pretiosa computantur: quod tamen intelligendum est de reliquiis insignibus thesiccis inclusis.

XVIII. Quæst. XI. Licitum ne est cerere agnos venerari? Resp. Omnes Catholicæ adfirmant, eisdemque lacros agnos dignos esse venerationem, ut ceteras res lacras; licet enim a summis Pontificibus soleant rite destinari in cultum sacrum, sicutque imagines Dei, qui eorundem venerationem toties confirmavit pluribus miraculis.

XIX. Quæst. XII. Vitiosum ne est præfatus agnos sub excommunicationis pena pingere, vendere, & tangere? Resp. Gregorius XIII. sub penæ excommunicationis late sententia prohibuit eisdemque sacros agnos coloribus, minisque depingere, aurum, vel colorem aliquem eidem addere: cuius constitutionis initium est *Omni certo studio*. Minime tamen vitiosum est eisdem thesiccis includere etiam pretiosis, dammodo albi, & nudi, nullo adiecto colore, miniove levrentur. Ad venditionem quod attinet, certum est penes omnes Catholicos, res lacras venditioni, vel emptioni subiectas non esse. Licitum vero est pretium accipere, & dare pro materia ex qua cerei isti confecti sunt: sicuti & calices, aliæque res sacre ratione materie venduntur. Cavendum tamen ne sub hoc materie velo avaritia, & simonia latet. Nam si quis prædictæ materie, aut thesiccis, in qua agnos includitur, pretium ultra limites iustos auferret, præfatus quod emptor pretium solaturus sit, in cerum lacrum allequitur, non evaderet facilese avaritias, & simoniae labem. An potius licitum sit laicis eisdemque cerere agnos tangere, negant aliqui. Sed mihi videtur, nullam perpetratos culpam viros illos, aut mulieres, que reverentur, & devotiis, aut necessitatibus causa eisdem tangere: idemque asserto de ceteris huiusmodi rebus, quas hæretici secum deferunt, & ad manus quotidie habent. Nisius profecto abluuntur videtur, Catholicos, qui cultum reliquiarum foventes eisdem collo suspensas deservit, ob

solunt

solunt reverentem contactum culpe reos dammare. Quid, si theca in qua inclusus est agnos, frangatur? Abstineat ergo sive laici, sive Ecclesiastici a contactu profano, minulque decenti. Ceterum ergo osculantur, tangantur, devotione, aut necessitate urgentibus.

XX. Quæst. XIII. Que veneratio vestibus sacerdotibus, vestis sacris, & templis debetur? Resp. Quod vasa sacra, templa, & ornamenta in Dei cultum destinata, digna sint veneratione, Catholicorum aemo infidelium. Porro, cum hæc omnia ad Deum colendum sint instituta, planum est lacris cultu respectivo esse adoranda, quia Deus in iisdem adoratur: idque definitum est in Concilio generali VII. sess. vi. ubi hæc habentur. *Domine, præter te neminem vocamus, nomen tuum vocamus. Testis est ipse beatorum Angelorum exercitus: testis Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & sanctorum Patrum ceteros. Ad venerationem autem sanctorum nostri, ad tuam gloriam, qui ad magnificentiam, & signum divine ceteris tuis adducimus, evangelicam narrationem, & imaginum picturam habemus: habemus item & alia plurima consecrata vasa: hæc, quia in nomine tuo facta sunt, & consecrata, veneramus.* En quomodo paucis verbis Concilium omne idololatricè periculum amovitur, dicens, quod Catholicis neminem præter Deum unum trinumque adorare: quod imagines adhibeantur ad sensus nostros in Dei cultum erigendo extensandisque in hunc finem sacros Evangelicè codices, vasa sacra, & alia ornamenta habemus. Quomodo ergo cultu vasa Dei imagines adoramus, sic quoque eisdem adoratione templa, vasa sacra, & cetera emanatione divino servitio adiecta colimus. Idque clarius docet Epiphanius nomine Concilii loquens ait, ait, & hæreticis proprium. *Hæc igitur sunt, qui Deo soli & uni latum exhibentur in spiritu & veritate, scientes, quæcumque illi offeruntur, aut consecrantur, sive divina fuerint antea veneranda figura, sive sacra Evangelicè codex, sive veneranda imaginis, sive sacra vasa, ex amplectuntur, & venerantur: ut qui spiritum habentem sanctificationis ad istos reddenda, & illis ob id adorationem honorificam exhibemus. Adverte enim, ait (Psalm. lxxvii.) sanctissimum pedum eius, quia sanctus est ipse. Quam ob causam Gregorius Theologus in sermone Nazianzeno Dominum sic loquitur: *Bethleem honore affice, præsepe adora, & contractatione sancta fac.* Consule, si lubet, etiam D. Thomam 2. 2. q. cxxix. art. 3. Ratio ob-*

Com. Theol. Tom. III.

via est. Nam ideo sacre imagines Dei, & Christi Domini adoratione lacris coluntur, quia sacra symbola sunt, quæ nobis ad Deum, divinæque mysteria representanda sunt instituta: eo ergo cultu quo colitur Deus, adoranda sunt. Hæreticorum nunquam supra raptæ sunt.

XXI. Quæst. XIV. Quomodo calices, corporalia, & alia res sacre tangi a laicis possunt? Resp. Plura extraxit decreta que laicis veniant tangere vasa sacra, ut calices, pallas, corporalia, casulas, & alia ornamenta ab Episcopo benedicta, præteritur cap. *Sacratas disp. xxvii. item cap. Senta hæc Apostolica.* Que tamen decreta quantum ad omnia viam modo non habent. Nam communi iura recipiam est tam viros, quam mulieres licite tangere calicem, & alias lacras vestes ab Episcopo benedictas: maxime cum adest iusta causa eisdem tangendi, relictis &c. Vasa quoque non consecrata reverentur tanquam laicis valent, focus post consecrationem. Quæ abique venialis culpa nequeunt laici tangere clericum consecratum, etiam vacuum potestatem, & corporalia. Idque probat Suarez & quia summi Pontifices privilegium imperitici sunt Religiosis laicis Minorum, & Societas letu, ut possint vacuos calices, patenam, & alia vasa consecrata immutata tenere, maxime dum Ecclesiis intersunt: quod argumento est, eisdem communi iure contracta re illa minime posse. Qui tamen prima tonsuræ initiati sunt, ab hoc contractu non prohibentur. Calix vero continens sanguinem Christi, necessitate subfata, à solo Sacerdote, vel Diacono tangi licite valet. Necessitate vero tangente, etiam ipsum corpus Christi aliter tangi valet: ut si hostia consecrata in altari caderet, absente Sacerdote, a quocumque elevari summa cum reverentia deberet, & Sacerdoti quamprimum tradi in sacrario reponenda. Similiter, si Sacerdoti communicanti caderet particula consecrata in sinum mulieris, ab hac reverenter, non a Sacerdote, elevari deberet. Nec enim Dominus qui corpus suum sacratissimum tangendum præbet lingue, uti, facibusque mullieris, si tangi digitis eisdem designatur, necessitate urgente servande modestia, atque periculum, scandalumque amovendi cautus.

XXII. Corporalia, & purificatoria tanquam dicitur posse a laicis Regularium vi privilegii, dum sacrificii intersunt. Numquid etiam eadem lavare poterunt? Distinguitur communiter Auctores tres lotiones. Plura referri privilegia solent, vi quorundam Fratres laici Ord-

B nem

quum regularium, & Moniales possint corporalia, & purificatoria tangere, ac lavare. Verum his omnibus missis, standam est consuetudinem ubique obrinenti, videlicet primam lotionem a Sacerdotibus, vel Diaconis esse faciendam. Ex privilegiis quae in favorem laicorum Fratrum adducuntur, non aliud eruitur, quam quod valeant presata tangere, dum sacrificia inferuntur, locus quod valeant eadem lavare. Porro iura quae vetant eiusmodi lotionem, sunt valde manifesta, quaeque ipsa praxi, & consuetudine iam dicta fortiora evadunt, ideo pro certo habendum, primam corporali, & purificatori lotionem Sacerdotibus, & Diaconis servatam esse. & huc est communior Theologorum opinio.

XXIII. Quæst. V. Res sacra converti ne liceat in usus profanos? Resp. Primum coram esse, grave locum esse uti rebus sacris, usufructum retinent suam formam, in profano usus, ut si quis calcem in communi mœnia ad habendam adhiberet. Quoniam talis usus esse manifestus contemptus. Res Cathedralis morte a Deo plectitur, quod vana doctus Dei adhiberet ad mensam; quia, ut habetur Levit. xxvii. quicquid sancti fuerit consecrationem, sanctum sanctorum erit Domino. Legatur D. Thomas 2. 2. q. lxxxviii. art. 11. quantum in re exploratissima non vacat prohiberi amovari.

XXIV. Quare rejicienda est absolute spectata sententia Joannis Dicastrillo, qui ex Henrico docet tract. v. de sacr. Miss. disp. xv. n. 237. non videri mortale, sed mortem esse pro committit homicidii (quod ego intelligerem pro committit sacra) & infra Ecclesiam, ut illi vestimentis, & missis, maxime ad representandum aliquem sanctum Presbyterum, aut Diaconum, aut aliquod simile, iudicio prudentis determinandum. Hunc quæ Dicastrillus morem vocat sibi tantum notum, ceteris autem omnibus incongruum, sacrilegium esse absum, cum circumstantia solitaria, ad eum competentem est, ut nulla opus sit probationis. Velles igitur sacras, vasa Deo dicata licet in sacras inducere) Legatur Tridentinum sess. iv. de sac. de edit. lib. Quid quod dum hec excusat Dicastrillus contendit, sacrilegiorum esse? Scenarum turpitudinem temporum sacrilitate obterege ille credit. Qui sacras velles in profanum theatrum induceret, sacrilegium perpetraret. Qui vero templa in theatra, altaria in scenas converterit, qui templa una cum vestibus sacris profanavit, qui comocant, & histrionum impudentem artem exercere in sacris locis, hi sunt ab ini-

quitate immunes? Homent hæc pie aures, & magis detestatio quam impunitio reitici illa debent. Res sacra ritu sacro, & ab Ecclesia profano, non comico, & theatri repretentande sunt.

XXV. Quamquam res sacre scissione, & fractione benedictionem, & consecrationem amittant, non inde tamen sequitur licitum esse erudum utrum in profanum convertere. Idque probat Angelicus canonum auctoritate inducta III. Par. q. lxxxiii. art. 3. ad 3. Propter hoc etiam quod aliquam spirituales in virtutem adipsantur per consecrationem in eadem distinctione (dist. 1. de consecr. c. xxvii. Ligna Ecclesie) statum legitur. Ligna Ecclesie consecrata non debent ad aliud operantur, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profanum in Monasterio Fratrum; in laicorum autem opera non debent admitti. Et ibidem legitur (c. xxxix.) Altaria, palls, cathedra, episcopatum, & cetera, si fuerint vestitate consumpta, incensum duntaxat ceteros quoque eorum in baptisterium inferantur, qui in pariete, aut in fossis pavimento incendantur, ne in consecrationem publicis ingruant. Addendum, ipsa Ecclesie dirute applicanda non esse neque in Monasterium communes usus, ut ad coquina ignem, vel ad reparandas vineas, sed ad caputium, dormitorium, aliave religiosa usque, ut reverentia sacris rebus debita servetur. Quod in laudato capite de consecratione statum pro altaris palla, & cathedra, idem de sacerdotibus vestimentis, aliisque Ecclesie ornamentis dicendum. Quia addit Sylvester tract. Benedictio q. vii. lapides Ecclesie dirute in Monasterium adificia convertendos esse. Consule Suarez III. P. disp. lxxxv. sect. 3. Salm. tract. xxi. c. x. p. 11. §. 2. Azorium Tom. II. inlib. lib. IX. c. ix. quæst. vii.

XXVI. Quæst. XVI. An casa sacra, postquam sacra sunt, vendi valeant? Resp. Ut eisdem vasa in profanum usum converti, & venalia exponi valeant, debent igne, vel ferro ita amittere priorem formam, ut nihil eiusdem remaneat, ita ut aurum, argentum communis materia appareat. Tunc enim, cum nihil sacri in his consistatur, opponantur etiam ad usus sacros sub prætextu quod vendantur non ut consecrati, sed ut comstant materia venali. Spectanda sunt tunc circumstantia, & potissimum finis, ac necessitas. Vestimenta sacra, etiam consecrata, non debent in usus profanos converti, aut vendi: quia istorum

rum materia nequit, sicut illa calcis, aliorumque vasorum, penitus transmutari. Quare vel comburenda, aut ad reficienda aïa sacra vestimenta adhibenda sunt. Quondam calix, aliique sacra vasa, ornamenta Ecclesie depurata benedictionem, & consecrationem amittant, consule Barboiam de offic. & potest. Episcopi par. 11. c. lxxxv. 27.

XXVII. Quæst. XVII. Res profane converti ut in usus sacrum possunt? Resp. Adfirmant communiter Theologi, dummodo, debita artificiali forma, ad formam reducta, etiam aptam, & consistentem pro muneribus sacris obtendant. Neque aliqua difficultas in appositum urget: immo omnia ornamenta sa-

cræ ex continui materia consecrantur. Accedit praxis communis, qua pretiosa matrasarium, viduarumque velles in Sacerdotum calicibus, & aliis Ecclesie ornamenta tandem convertuntur. Sacra enim benedictione quilibet profana macula deletur. Quid quod vel ipsa laicorum domos in templa sacra aliquando Pontificis summi commutavit? Sic Marcellus Papa S. Lucinae, & Urbanus S. Ceciliae domos in Ecclesias Deo consecratas dicuntur: & Bonifacius IV. amplium illos, & magnificentissimum Pantheon, Edmictorum olim temporum, in Ecclesiam convertit forma immutata, & benedictione, atque consecratione adiecta.

DISSERTATIO II.

DE VITIIS OPPOSITIS RELIGIONI, SEU DE SUPERSTITIONE, ET USQUE SPECIEBUS.

CAPUT I.

De vitio, ac diversis superstitiosis.

I. Superstitio describitur a D. Thoma 2. 2. q. xcii. art. 1. his verbis. Superstitio est vitium religiois oppositum scilicet dum excessum, non quia plus exhibet suum cultum divinum quam vera religio, sed quia exhibet cultum divinum vel cui non debet, vel eo magis quam debet. Peripicia sunt omnia.

1. Superstitioem primam in duas species Angelicus tribuit hoc. cit. art. 2. Altera nuncupatur ex modo indebito colendi Divinam altera ex parte obiecti quod colitur. Prima cultum debitum Deo offert, sed modo indebito: secunda cultum Deo debitum creaturæ exhibet. Distinguitur ergo Superstitioem species primo quoniam ex parte modi: secundum ex parte obiecti. Potest enim quicquid cultus exhibet illis exhibere vel non exhibere est. Illi res Deo vere, modo tamen indebito: & hoc est prima superstitioem species: vel cui non debet exhiberi, scilicet cuiusvis creaturæ: & hoc est aliud superstitioem genus, quod in multis species dividitur secundum diversam finem divini cultus. Primam superstitioem modi indebiti dividit Angelicus q. xcii. art. 1. in alias superstitioem duas: quarum prima in deo est scilicet quod fallis esse potest, sed perniciosum, ut si quæ ludæorum caeremonias nunc Deum

II. Altera astrologia iudiciaria est qua homines ex stellarum motu, planetarum aspectu, astrorumque cursu quædam futura, contingentes scilicet, fortunoseque casus ex sola humana voluntate, & arbitrio pendentes, divinant. Hanc quadruplicem esse Thengotes docent. Una est qua ex astrorum aspectibus terre fertilitas, merum abundantia, animalium hominumque morbi, & obitus prædicuntur; que tamen superstitiosa non est, si non ut certo, sed ut probabiliter tantum, futura hæc prædicatur. Secunda appellatur *genealogica*, qua hominibus prænuntiatur dignitates, prædas, uxoris ducende pollicitudo, aut desolatio. Tertia *electivum*, qua in omni negotio divinatur quid agendum sit, quid omittendum, quando domo egrediantur, ut fasti eventus respondeant. Quarta *imaginum fabricatarum*, qua astrologi figuræ, numero, characteres efficiunt, quos cum figuris, quas in caelis reperiri committuntur, conferunt; & ex collatione, ac mutua sympathia futurorum eos prædicunt. De his omnibus vel scri-

bit D. Thomas 2. 2. *quest. lxxxvi. art. 2.* quem consulere potes.

III. Has tres divinationes recentitas veritas esse docent omnes Catholici, immo omnes præditi mente sana: quoniam corpora caelestia nulla vi possent in humanam voluntatem que spiritualis est, cuius liberos affectus, sive noxios, sive honestos, meritoque dignos, nequeunt modo aliquo in corporeas causas revocari. Siquidem alia vel influent in voluntatem vi sui naturalis, que cum necessaria sit, libertatem laderet; vel ut signa quedam, que cum disparata omnino sint, nullo modo concurrere ad hos effectus valent. Hæc omnia docet Angelicus 2. 2. q. xcv. art. 6. *Ex omnibus plurimis sacre Scripturæ prohibitionibus illius astrologie, licet sit reseræ verba constitutionis Sixti V. editæ anno 1586. cuius initium est, Cæli, & terre Creatrix Deus, ubi inter alia hæc habentur. Statuimus, & mandamus, ut... contra facientes iudicet, & atrocitates hominum, quibus de futuris contingentiis, speculibus, fortunisque casibus, aut actionibus ex hominum voluntate pendentibus aliquid eventuum affirmari audeat, etiamsi id non certo affirmare afferant, aut profectentur. Sic inquirant, & procedant, & in eos severius canonice peccet, & aliis eorum arbitrio animadvertant.* Que opponere astrologi solent, nimis stulta sunt, & constatione indigna.

IV. *Quæst. I. Superstitiosum ne est futura libera hæolari, non certo, sed probabiliter?* Resp. Sententia affirmans communis, & vera est. Ratio, quia assensus probabilis determinatus est; licet admittat foemidinem oppositæ partis. At nullus determinatus influxus astrorum in voluntatem vel probabiliter dari potest. Ergo hæc probabilis præsentio futurorum ex alia superstitiosa est. Quare, sive certo, sive probabiliter astrologi prædicant futura libera, semper superstitiosi sunt; quia nulla probabilis connexio astrorum est cum humana libertate.

V. *Quæst. II. Prædictio tantum coniecturalis est ne a superstitiosa immunitis?* Resp. Affirmantem sententiam docet P. Caltopalpus *tract. xvii. Alisp. 1. punct. 4. n. 8.* pro qua sententia citat Valentianum, & Delium: eam evincere conatur primum, quod Sixtus V. non prohibuit hæc coniecturalem, tenuissimamque prædictionem: siquidem Pontifex eam tantum futurorum præsentionem prohibuit que iure divino, & canonico vetita prius erat, ut ex proterio constitutionis colligitur. Secundo addit, quod hæc coniecturalis, & debita præ-

prædictio futuri eventus non est prædictio absoluta; sed solum est prædictio illius contingens inmixta quodam tenuissima coniectura; quod potius est prædictio contingentiæ quam effectus.

VI. Adversus hæc opinione possent quis obicere, quod in constitutione Sixtina prædictio vetatur, etiamsi id non certo affirmari afferant, aut profectentur. Ergo præsentio etiam coniecturalis prohibita videtur. Quid quod hæc coniecturalis divinatio æque perniciosa Republicæ, & divino cultui est, ac probabilis? Quæ vix ab hæc distinguitur, nisi penes maiorem aut minorem gradum probabilitatis. Admissio enim licito nisi istius coniecturalis divinatiois, homines in occultorum notitiam propensi vana huic scientiæ darent operam, ac si certa esset. Siquidem ex coniecturis ultra progredi, & ad conhaia probabilitatis accedere, & ex his ad certissimum culmen pervenire posse sibi blandiantur: atque adeo sub hoc tenuissimo coniecturalis prædictionis velo crimen superstitiosæ divinationis occultetur, & foveretur. Quid quod Caltopalpus ipse concedit, in foro externo patientios esse cuiusmodi divinatores? Cur pariter debent, si semel aliqua prædictio futurorum contingentium ex alia licita esset? Immo vix quæquam pariter possent, admilla sententia Caltopalpi: quia quisque se se excusare possent præterito coniecturalis prædictionis. Ideo Pontifex Sixtus, ut vidimus, vetat sive certam, sive coniecturalem divinatioem: que coniecturalis prædictio semper iure tum divino, tum naturali prohibita tum ob rationes allatas.

VII. Hæc que narravi, obiecta non adeo urgent, ut in quocumque sensu falsa sit opinio Caltopalpi. Nam S. Thomas docet, astrologos posse in communi coniecturaliter bella, alioque fortuitos casus prædicere: quia corpora caelestia, tamen non agant in intellectum, sed voluntatem, influunt tamen in passiones, quibus cum parvi resistant, ideo in communi possunt astrologi coniecturæ quædam futura, secus in particulari respectu huius, vel illius. Inquit enim Angelicus 2. 2. q. xcv. art. 5. ad 2. *Plures hominum sequuntur passiones, que sunt motus sensitivi appetitus, ad quas cooperari possunt corpora caelestia: parci autem sunt sapientes qui huiusmodi passionibus resistunt.* Et ideo astrologi ut in pluribus vera possunt prædicere, & maxime in communi, non autem in speciali: quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere. Unde & ipsi

astrologi dicunt, quod sapiens homo dominabitur astris, in quantum scilicet dominator fuit passionibus. Inquit, si rerum naturæ spectentur, videlicet corpora caelestia, & corporeæ, seu sensibiles passiones, datur inter hæc connexio, quia illa in hæc reple influunt: & licet omnes homines hæc valent passiones suæ compellere, parci tamen sunt qui eis dem bellum indicant: ideo, si hæc spectentur, possunt astrologi ex influxu astrorum in appetitus corporeos coniecturaliter in communi prædicere plures eventus iuxta diversos passionum motus. Nihil vero in particulari prædicere, vel coniecturaliter, valent eorum que a libero arbitrio pendunt, quia quilibet homo resistere motibus appetitus potest. Quin nec in communi astrologorum prædictio, que licita esse potest, curanda, sed proferri contemenda est: quia futura libera ex hoc circumstantiis pendunt, ut nec in communi valent astrologi quidquam coniectare. Quippe licet ex motu, aspectu, & situ stellaram, & astrorum, eorumque in passiones influxu possent quidquam divinare, quia tamen ab immensurabilibus possunt & influxus impediti, & passiones reprimi: ideo omnis divinatio, sive in communi, sive in particulari, live probabilis, sive coniecturalis, respectu eorum que ex libero arbitrio pendunt, ipsemoda est omnino, ut dicit Hieremias cap. x. *A signis celi nullo vestire, que timent gentes: quia leges populorum vana sunt.*

VIII. *Quæst. III. Licite ne valent astrologi ex seipso nutritiva temperationem, inclinationem, corporisque proprietates prædicere?* Resp. Plura de hoc Theologi disputant: ego parci me expetiam. Jam ex dictis constat, non posse astrologos illo modo, sive probabiliter, sive coniecturaliter, futura libera prædicere. Insuper quod astrologi nequeunt ex nativitate horoscopo certe prædicere infantis temperamentum, & inclinationes, etiam patet. Siquidem rapidissimos celorum motus, livellamque aspectus, earum retrogradationes, oppositionesque fugient mentis aciem, ut vel ipsi peritissimi Mathematici docent. Accedit quod punctum temporis nativitatis cognitum difficillimum est propter rapidissimum celorum conversionem. Quid quod ad temperamentum, & hominum inclinationes plus conceptus celorum influxus tempore conceptionis, quam nativitatis? Hoc porro punctum ignotum proferri astrologis est. Tandem hominum temperamenta ex alimentis, ex educatione, plurimique aliis mutantur. Quæ omnia, & plura alia que prætereo, simul col-

collecta impediunt ne astrologi vel probabiliter queant prenotum temperamta, & inclinationes predicere.

IX. Oritia inanis astrologorum divinatione, reliquum est ut dicamus, superstitiosum si sit eiusmodi divinatione. Scitutum est supra, astrologum naturalium licitam esse respectu eorum eventuum qui necessario consequuntur astrorum motus, & aspectus. Hæc vero astrologia quæ ex naturis horoscopi futuram complexionem, temperamta, & inclinationem harolatur, ineptam esse contendimus, atque adeo illicitam proponimus. *Salvaticentes* referunt *Filistim* & *Troileebom*, afferentes hanc divinationem suprenatura esse peccatum mortale; ipsi vero cum *Suzanæ*, *Layman*, *Fagius*, & *Palao* negant, a iuncte genere licite esse dumtaxat mendaciam, erroneque temerariam, non superstitioem. Porro mendaciam absolute non est peccatum mortale, sed tantum veniale. Erat ergo culpa venialis tantum, contra prudentiam, & veritatem divinare ex horoscopi nativitas futurum temperamta. Ad iuncte *loc. cit. n. 23*, hanc divinationem licitam esse, si tantum probabiliter, & coniecturaliter astrologus prædicat futuram inclinationem. Verum, semel admissio quod nulla occurrant fundamenta vi quorum possit fieri iudicium probabile de futura temperamento, & inclinatione, consequitur statim iustitiam omnino esse, & mendaciam hanc divinationem, quemadmodum alio laudari Theologi facientur. Porro, si inutilis, & mendax est eiusmodi divinatio; non video cur a superstitiosis immunitus dicendus sit qui illa utatur. An postea sit tempus peccatum mortale, non aulam decernere. Pro praxi admonendi sunt Christiani ut abstinere a petendis eiusmodi divinationibus, & abaudiendis illis astrologis qui in publicis plateis mendaciam, & fabulas in aures idiotarum, & stultorum per tubos insulant, pecunieque reportant. Quavis enim telluricæ ore nullam se illis adhibere fidem, facto tamen oppositum indicant: quippe difficile creditu est illos velle suas pecunias expendere ob solam curiositatem audiendi ea que fabularum loco habent. Svas ergo retineant pecunias, & ignorantissimum, vilissimamque gentem literarum, & astrologice artis omnino esportem derideant.

X. Qui consulunt astrologos, ut sibi aliquid occultum delictum revelent, puta sortum, homicidium, aliave crimina, sine facta, peccant gravissime: quia hæc delicta abique demonis arte nequeunt. Atque adeo

consulentes inducunt astrologos ad superstitioem exercendam. Quid quod neque licitum est inducere hominum qui respiciunt delictum omnino occultum, ad illud revelandum, ordine iuris præteritum? XI. *Quest. IV. Licetum ne est potere ut scirenti thesauri, æque substantiana, castiter sub sarcophago locata mensurarentur ab eis qui ipsorum exequutionem faciunt?* Resp. Quod aquæ discurrentes intra terre motus naturalibus signis, puta vaporibus, alibi que emittis effluvis, disposita queant, nemo est qui negat. Metalla quoque in fodinis extantia viduali cognosci valent pluribus signis, possimurque esse herbarum qualitate que ibi nasci solent. Utrunque ergo cognitio peti potest sine superstitioe: quia utriusque cognitio valet sine superstitioe culpa præberi. Theauri vero, vel cadavera sub sarcophago abscondita abique demonis pacto cognosci nequeunt. Quare qui istorum manifestationem postulant, & graviter peccant, quia ad superstitioem perpetranda inducunt divinos, & spes frustrantur. Quam sunt alte falsitæ illæ! Si divinis hominibus comperti essent occulti thesauri, sibi acciderent, non alius manifestaret. Quod quod raro demon hæc manifestat. Des se alibentis, ut infinita mala que divinantur opes naturalis homines scelerati solent perpetrare, impediuntur? XII. *Quest. V. Divinatores tenentur restituere pretium pro divinatione acceptum?* *Singularis opinio P. Sanchez refutatur.* Resp. Quando divinatores ea prædicant que naturalibus cognitionem efficiunt, ut cum præsumant ea que a solo libero arbitrio pendunt, tenentur restituere pretium pro tali predictione acceptum. Si alios falsa hæc doctrina imbuerunt, eos dedecere attingunt. Si damna passi sunt imperiti ob falsam credulitatem, præstant talibus imposturis, eadem compensare debent: quia isti fuerunt iniuria eiusmodi damnorum causa.

XIII. P. Thomas Sanchez *Lib. II. in Dotal. cap. xxxviii. n. 66.* singularem hæc de re opinionem habet. Ne ipsi imponere videat, propriis illius verbis eadem transcribo. Inquit ergo: Quod si loquamur de pretio accepto pro hoc iudicio ferendo, Gratianus cap. Qui habetis *xiv. q. v.* docet pauperibus restituendum tanquam turpe lucrum. Sed illud restituendum est sic. Si nullam operam appointat, *as ante diaboli* sciret astrologus illud quod nullo alio pacto sciri potuit, sive effectus evenit, sive non, tenetur pretium restituere danti: quia nullam diligentiam ad-

adhiebit, sed casu effectus evenit, aut non eventit. At pecunia datur propter operam ab illo impensam, & quidem utilem ad effectum consequendum. Sicut si medicum propterea igitur, aut inutilia ægro applicaret, tenetur pretium curationis ægro restituere, quamvis casu liber a morbo evaserit. Et quamvis consulens astrologum in ea re deliquerit, offerens pretium pro re turpi, verior sententia habet restituendum ipsi, donec per sententiam condemnator, ut id pretium amittat. Si vero astrologus ille, vel divinator, operam suam apposuit, & ante DIABOLI res ita eventit, non tenetur pretium restituere: quia ipse suam operam esse impensam, apposuit: & acceptum pro opere turpi non est obnoxium restitutioni, iuxta veriorum sententiam. Atque hæc omnia docet Nav. ibidem num. 163. & 164, & Mamel in Summa 2. editione cap. 111. num. 4. Salas 1. 2. q. 11. art. 3. tradi. 5. disp. 11. sec. 8. num. 79. in fine. Ad duntaxat indistincte teneri pretium restituere, re, quando res non ita eventit. Sed id non credo, quando ipse diligentiam adhibuit ante DIABOLI ad eum effectum necessariam: sicut medicus quando iuxta artis præcepta medicatus est, non tenetur pretium restituere ægro perenni: quia est diligentia a mago illi apposita (N. B.) est pretio estimabile. Nec in hoc casu tenetur damna, & expensas consulenti restituere: sed quando nullam operam impendit, aut eius DIABOLI arti operam præstat.

XIV. Preter itaque delinabilis est ars diabolica? Si divinatores nullum cum diabolo commercium habeant, tum restituere acceptum pro divinatione pretium, sive contingat effectus, sive fecus, tenentur: quia tum igitur astrologi sunt divinatorie artis, decipiuntque clientes suos, quibus nullam impendunt operam, nullamque performant molestiam, in discendo a diabolo artis sue arcana. Contra si diabolum consulunt, si tanto magistro secreta artis addiscant, tunc ceo periti divinatorie artis ab onere restitutionis liberi sunt, acceptumque retinere pretium iure valent, sive effectus præsumptus succedat, sive non. Quemadmodum medicus qui iuxta artis sue regulas infirmum curat, sive convalescat, sive pereat, acceptum pretium restituere non debet. Hæc mihi monstrata videntur paradoxæ, que communi sensui repugnant. Invenitur tandem opinio est que utile, & iocrosam esse docet cum diabolo commercium: & quod lucrum ex tali diabolico commercio

quilitum retineri possit. Vah erronea commenta. Clamant adversarii, quod lucrum perceptum et commercio cum diabolo vocaverim monstris paradoxæ & erronea commenta. Probabilis opinio illis est recepticia opinio.

C A P U T V I.

De divinatione per somnia.

I. VARIA sunt somniorum genera, que dividi solent in oraculum, visionem, somnium, insomnium, & phantasia. Oraculum est, cum Deus Sanctiorum, Angelorumve ministerio eundem in somno revelat aliquid futurum: & eiusmodi sunt somnia Abrahamelch Gen. xx. Abraham Gen. xxxviii. Samuelis II. Reg. cap. 111. & sancti Iosephi, ac Magorum Marth. cap. 2. Visio est, quando id quod quis videt in somno, eo quod videt modo evenit. Eiusmodi sunt somnia antiqui Iosephi Gen. xxxvii. Jacobi Gen. xlvii. & Gedeonis Iudic. vii. Somnium dicitur id quod figuris reatum apparat, indigetque interpretatione, ut cognoscatur: quale fuit somnium Nabuchodonosori, ut habetur Danielis 11. pinceræ, & piloris Gen. xl. Insomnium est id quod postquam fatigavit vigilanter, eidem dormienti se le ingerit. Quare dicitur Ecclesiasticus cap. v. quod multas caras sequitur somnia. Phantasia est, dum quis, vis somno capto, & vigilare le reputans, figuras varias, & discrepantes sibi spectare videtur. Hæc tamen somniorum genera, oraculo excepto, in idem fore recidunt.

II. Quatuor somniorum assignari cause solent, quarum due sunt intime, extrinseque. Causa somniorum intrinseca illa dicitur animalis, que ex interni passionibus nascitur: quæ de causa etiam animalia somnare solent: alia est corporalis, quæ ex varia corporis dispositione somnia generat, ut explicat Angelus 2. 2. q. xcv. art. 6. Interior somniorum causa est duplex. Una quidem animalis, inquantum scilicet ea occurrunt hominibus phantasia in dormiendo circa que eius cognitio, & affectus fuit immerita in vigilando. Quandoque vero causa intrinseca somnatorum est corporalis. Nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia conveniens tali dispositioni, sicut homini in quo abundant frigida humores, occurrunt insomnata quod sit in aqua, vel nive. Et propter hoc medici dicunt esse intendendum somnia et cognoscendum interiores dispositiones. Experiencia quoque constat quod qui sanguine abundant, ea somnia que hæcicare apta sunt, ut the-

theſaurus, concivia, viridaria: qui bill veſantur, in ſomni moluntur cedes, rixas, aggreſſiones, bellique conflictus: aſonius melancholicus placidus, tenebrae, ſubmerſiones apparent: ſibi vero qui valida humoribus pleni ſunt, fe compungit & ſuffocant in ſomniſ ſentunt: Quoties etiam corporis humores permixti ſunt, ſomnia graviora ſolent, & tritiora quae iudicia ſunt corpori male valentis.

III. Cauſa ſomniorum extrinſeca duplex ſimiliter eſt. Altera corporalis, inquantum inquit Angelicus, imaginatio dormientis immutatur vel ab aere continentis, vel ex impuſſione calidiſſis corporis; ut ſi dormient aliquis phantaſia apparuit conſormes caeliſum aſpectuſ. Altera ſpiritalis, quae, ut ſubdit D. Thomas, quandoque eſt a Deo, qui miſericorditer Angelorum aliqua hominibus reſertur in ſomniſ ſecundum illud Num. xij. Si fuerit qui inter vos Propheta Domini, in viſione apparet ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Interdum etiam, perſequitur Angelicus, operatione diuinitum aliqua phantaſia dormientibus apparuit; ex quibus quandoque alia futura reuelantur hiſ qui cum eis habent pacta illiſta. Quibus poſſit ſit.

IV. Quaeſt. I. Licetum ne eſt per ſomnia diuinitum futura? Reſp. Huic quaerito ſe reſpondet D. Thomas loc. cit. Dicendum, quod ſiquis quatuor ſomniſ ad praecognoſcenda futura, ſecundum quod ſomnia praecogni ex operatione diuina, vel ex cauſa naturali inueniuntur, ſicut extrinſeca, quantum poſſit ſeruitur tunc ſicut aſcendit, non eſt diuinitum, ſi autem hiſt. modi diuinitum cauſantur ex operatione diuinitum, cum quibus pacta habentur expreſſa, quae ad hoc inuocantur, vel tacita, quae inuoluntari diuinitum extenditur ad quod ſe non poſſit extendere; erit diuinitum illiſta, & ſuperſtitioſa. Licetum ergo eſt ſomnia a Deo immilla obſeruare, atque per ea diuinitum futura. Sed videndum prius eſt, ſint ne a Deo, vel a demone immilla: & hoc opus, hic labor eſt. Regula quippe certa, & utiliſſima vix deſignari poteſt. Coniectura vero probabilis plures praeco adiunt. Praecipua haec eſt. Si ſomnia ſint honeſta, & ad bonum ſpirituale animum inclinent, a Deo immitti credendum eſt, ut dicit D. Iacobus cap. i. 11. Quae autem deſcriptio eſt ſapientia, primum quidem publica eſt, deinde pacifica, modica, iudicialis, bonis conſcientia, plura miſericordia, & ſtrictitas bonis, non iudicia, ſine ſimulatione. Si animum turbent, ſi ad maum inſeclant, ut a demone iuggeta credi

debeat, ſi poſt ſufficientem diligentiam dubia videantur, ſpernenda ſunt: & id quod ruſus apparet, amplectendum. Mores, vitioque integritas illius cui ſomnia accidunt, plurimum conferunt ad internolendum, ſint ne a Deo, an a demone immilla. Qui haec ſomnia experiantur, praudenti Conſultario manifeſtata debent; & precibus ad Deum effuſis implorata ab eodem veram noſtiam, qui non permittit deſipi nolentes deſipi.

V. Quaeſt. II. Licetum ne eſt naturalium ſomniorum obſeruatio? Reſp. Adſtrunt communiter Theologi: quoniam haec ſomnia ex cauſis materialibus proficiuntur, nempe ex humorum copia, ex qualitate temperamenti. Porro licetum eſt ex cauſis naturalibus venari effectus qui inde profluunt. Quapropter medici ſomnia licite obſeruant, ut colligant cauſas morborum, eaſque auferant.

VI. Quaeſt. III. Licetum ne eſt ex ſomniſ ſumma libera diuinitum? Reſp. Omnes docent, hoc eſſe grave ſcelus: quoniam futura libera a ſola voluntate pendunt, nullamque cum ſomniſ connexionem habent. Accedit quod ſomniorum origo, non una, ſed multiplex eſt: atque adeo nihil certi, vel ipſorum effectuum naturalium, ſed tantum coniectura quidpiam aſſequi poſſunt. Nihil ergo conſerre ſomnia valent ad ea quae libera omnino ſunt, diuinitum. Quare ſuperſtitioſi illi ſunt qui certa poſitura, & ſitu in lecto ſe collocant, ut in ſomniſ futura euenta eis reuelentur; ſicut & alii, qui inſomniſ poluicribus cornu amantionum ſubſcitant, ut tranquillum ſomnium capiant. Nulla quippe coniectio inter ſomnium quietum & haec inſtrumenta reſoluet.

VII. Quaeſt. IV. Peccat ne qui ſomniorum occasione mores ſuos, & negotia moderat? Reſp. Extrema hic, ſicut in aliis rebus, cauenda ſunt. Qui ſomniorum obſeruat eſt, & iſdem paſſim utitur veluti regius ad ſua peragenda negotia, vel omittenda, procul dubio ſuperſtitionem committit. Ceterum, ſi quae interdum ſomniorum occasione aliquid omittit, vel ſuſcipit, non ob fidem certam ſomniſ praedictam, ſed ex iſdem occasione accipiens ſerius negotium aliquod perpendendi, moreſque ſuos reformandi, nulla poſſunt ſuperſtitionis labe. Haec aliquem peccatorem in ſomnio morum iſtantiſſimam imminuentem libi videre, niſi mores lauo corrigat, ſartoneque poenitentiae, ſuperſtitionis minime hic eſt: quin prodenter ageret, ſi continuo conſiderat, moreſque ſuos reformaret. Credere enim prodenter poſſet, a Deo ſomnia eiſmodi ſibi eſſe

eſſe inſuſa, formioſiorumque miniſterio admoſnari ut ad meliorem ſeſtem ſe ſe recipiat. Iam inſimius, forma quae bonum luadent, probabilis a Deo proficiet. Prudentia tamen opus eſt, qua bonum ipſum internolcat, utrum videlicet ſit bonum certum, neceſſarium, nullumque inferens malum. Nam angelus malus quandoque bonum proponit, ut inde maius malum deducat. Hoc tamen facile diſcerni valet. In exemplo alio nullum malum timeri ſuaſte narra poteſt: peccatorum quippe peccata deſerere, poenitentia eadem abluere, & in Deum ſe convertere, ita bonum eſt, ut nihil inſidiamum pertimeſcendum includat.

VIII. Quaeſt. V. Quando ſomnia ex ſuſibus conprobantur, ſunt ne tunc obſeruanda? Reſp. Non raro accidit ut quis videat euenta reſpondere ſomniſ quae habuit. Hinc moventur ut ea obſeruet, fidemque iſdem adhibeat. Dicendum ne ille ſuperſtitionis labe aſperſus? Reſp. D. T. 2. q. xvi. art. 3. ad 2. Hoc quod a principio in iſtis obſeruationibus aliquid veri bonum experti ſunt, acciſi tuſi; ſed poſtmodum, cum homines incipiunt ſuum autum in ſuſmodi obſeruatione implicare, multa ſecutione huiſmodi obſeruatione euenta per deſcriptionem deſerunt; ut in his obſeruationibus homines implicati, curioſiores ſunt, & ſe magis iſtantiſſimae multiplicitas laqueis perniciſſiſ erroris. Cauenda igitur leuitas eſt in fide ſomniſ adhibenda; & prudentia, ac veritate, quae ex certis aliis, ſicutque principiis nobis comperita eſt, morat, & negotia noſtra dirigere debemus. Somniſ ne indigemus ut mores corrigamus, ut euenta faciamus, & opera bona agrediamur: Illud praeco ſemper habendum, quod Scriptura vetat ſomniſ fidem dare: Niſi ab Aluſino fuerit cauſa viſitata, ne deleſit inſomniſ carum: Eccli. xxxv. Illud etiam animaduertendum, quod, dum Deus ſomnium immittit, ſignum una praecat quod dignoſcat, reple illud diuinitum eſſe immiſſum. Quare, niſi certa, aut valde probabilia ſigna occurrant, deſerunt ſomnium deſcendere, contemnedum eſt.

CAPUT VII.

De diuinitum quae ſit per auguria, & omnia, & alia eiſmodi obſeruatione extempus rerum.

I. Quaeſtione hanc proponit D. Th. 2. q. xv. art. 7. Augurium communitur pro auium garritu accipi Con. Theol. Tom. III.

ſolet. Triplex eſt. Quando ex voce, cano, numeroque garrutum futura praedictum, dicitur abſoluit augurium. Si haec praedictio fiat ex volatu; palſu; alitu; vel motibus; appellatur auſpicium. Si vero diuinitum fiat ex inſtolarum, aut calarum auium extus, ſeu inſtelinis, ſibus: &c. tum nuncupatur auſpicium. Quando vero diuinitum fit ex verbis hominum, abique illa intentione ad futura prolatis, dicitur omni. Plurima hinc de auguramento ſcribit M. Tuſſius in ſuis de diuinitum ſibus, Etruſcoſque extolli, ceu iſtius artis callentiſſimos: quos etiam a Romanis ſepius vocatos aſſert, ut eiſmodi arte illos iſtraerent. Plura iſtius tranſcribere poſſent ad eruditionem; ſed melius exuiſio quam breuiſſime ea dumtaxat perſtringere quae ad mores noſtros formandoſ pertinent.

II. Quaeſt. I. Licetum ne eſt canu, volatu, motuque auium futura praedictum? Reſp. Si ſeruo fit de quibusdam futuris effectibus qui a cauſis naturalibus pendunt, ut ſunt pluuia, tempeſtates, ſeculares &c. licetum eſt ex auium canu, & volatu eiſmodi conſtare. Quia praefati auium canus, & motus ſua ſunt naturalia illorum effectum. Si quidem ſentus illorum animalium ad aeriſ mutatione, & aſtrotum inſtaſibus ſortius praeco hominibus aſſiciuntur; & propterea animalia iſtibus in uſu habent aut canore, aut volare celoribus his temporum mutationibus imminentiſ. Nulla ergo ſuperſtitio, ſed praedens obſeruatio eſt, ex auium canu, ſeruitu; volatu &c. pluuia, ſerenitate, tempeſtateſque colligere. Haec omnia explicat Angelicus loc. cit. Cauſa operationum brutorum animalium eſt inſtelitus quidam, quae motetur natu naturali: non enim habent ſubſtantia ſua actus. Haec autem inſtelitus poteſt ex cauſis naturalibus procedere. Uſus quidem motus ex cauſis corporaliſ. Cum enim uita animalia non habent niſi animam ſenſitiuam, cuius omnes potentiae ſunt actus corporaliſ inquantum, iudicant autem anima diſpoſitione conſtitutionem corporum, & primordialiter cauſam. Et ideo uſit praeco aliquas eorum operatione eſt futurorum ſigna, inquantum conſonantur diſpoſitionibus eorum cauſam, & aeris continentis, ex quibus poenitentiae aliquid futuri euenta. Hinc eſt, ſubdit Angelicus, quod, quando cornicibus frequenter crocitat, indicat proximam futuram pluuia. Aves alia ſua ſigna edunt ad ſimiles eiſmodi effectus praenuntiandos.

III. Superſtitio uero aperta eſt, futura contingentia libera ex praefatis auium, & quorumque

que animalium lignis predicere. Ratio sapienter data est, quod nempe futura libera voluntate pendeat. Hinc est quod Deus Deuter. xvi. precipit: *Non invenitur in te qui oblectet auguria.* Nonnullas auctoritates Scripturarum quae afferri in oppositum solent, interpretatur D. Th. l. c. ut quando Ioseph dixit: *An ignoratis quod non est simile nisi in scientia augurandi?* respondet loci causa hoc a Ioseph dictum fuisse, ut Augustinus etiam docet.

IV. Quæst. II. Licetum ne est ex vocibus humanis casu prolatis, aut ex aliis fortuitis eventis futura predicere? Resp. Negans. Quædam certa, & communis est. Hominum quippe verba sunt signa ad libitum, quæ nullam rationem habent, nullamque influxum in eorumque futura, nihil ergo est fortium in quædam verborum prolatione predicere sicut licet. Quod Eliezer verba puella obsecraverit, est peculiaris Dei revelatione fuit, ut & de Gedone tradit D. Th. loc. cit. ad 3. Superstitio itaque laborat similes observationes: puta, in malam partem interpretari, si prima hebdomade die eleemtosina petantur, si primo mane canis, aut feles obviari occurrat; si mane sternuaveris; si vespe a foribus concordantur; si caput ad ianuam alliseris; & sexcentæ alie similes observationes, a Paganis in Christianis idiotas, ignorantelque derivatæ. Quia enim aliquando casu quidam triste insulamque accidit, prævis similibus lignis; homines ad superstitionem prompti, deceptivæ a dæmone, consensum pro malo augurio talia ligna considerant.

V. Quæst. III. Superstitiosus est futura predicere ex corporis humani membris? Resp. Præcipua præcipua corporis membra que in divinatione observari solent, manus, caput, & pedes. Divinatio qua ex manuum lineis prædicuntur hominum futurum eventum, vocatur *chiromantia*, qua ex pedum lineis aliquid præmatatur, dicitur *pedomania*, qua vero conspectatur ex frontis lineis, & vultus qualitate, vocatur *metecopia*; qua denique ex univerto corpore, cuiusque membris auguria capiuntur, dicitur *physiognomia*. Quælibet istarum est duplex: altera naturalis, altera astrologica. Hæc ex membrorum lineamentis futuros liberos, & omnino contingentes effectus prædicat; illa vero ex corporis dispositione, manulque amplitudine saturatem, temperamentum, & morbos consicit. Quibus prælibatis, dicimus, *physiognomiam* naturalem, quæ videlicet, ex corporis habitudine consuetas colligit infirmitatis, sanitatis, fortitudinis, li-

citam esse. Quare dicitur Eccli. xix. *Ex vultu cognoscitur vir, & ab oculo factæ cogitationes sentiat. Amictus corporis, & risus dentium, & gressus hominis enuntiant de illo.* Quæmodum ceterorum animalium, puta equorum, boum &c. fortitudo, agilitas, velocitas ad cursum colligitur ex optima corporis dispositione; sic hominum inclinationes naturales, temperantia &c. dignoscuntur ex vultu, aliorumque membrorum diversitate. Ex hoc licitum esse a nemine revocatur in dubium. Divinare autem ex *physiognomia* astrologica futura contingentia, fortitudo, & libera superstitiosum est, ut omnes fateantur ob rationem scripturæ datam, quod nempe corporis, partiumque positura, & dispositio nihil influere in futura contingentia & libera; quæ a sola voluntate pendet, valet. Quod dictum de *physiognomia* est, idem dicitur de *chiromantia* naturalis, & astrologica, ac de aliis dicitur. Quamquam quod docere Auctores solent de manuum lineis, commentitium puto; nullamque idelle colligi probabilem consuetudinem ad inclinationes naturales, ad vitam longiorem, vel breviorum dignoscendam existimo.

VI. Quæst. IV. Peccant ne graviter qui *Egyptios, vulgo Cingaros, consulunt, ut ex manuum inspectione bonam, aut malam sortem sibi enuntient?* Resp. Si id serio peragant, dubio procul letaliter peccant; quia, ut scriptum diximus, id superstitiosum est, cum noli causa naturalis designari possit que tales pariat effectus. Si loci causa facti, peccatum veniale criminalitatis contingere Auctores docent. Verum in præxi viri id agitur absque gravi culpa, tum ob laudabilem, tum obredulitatem quam idiotæ, & postissimum mulieres, adhibent etiam modo circulatoribus. Quare cogendi omnes sunt ut ab his consultationibus proflus abstineant; Dum enim tales predicationes possunt, foveant iniquam artem, malique hominibus occasionem præbent peccandi.

CAPUT VIII.

De divinatione qua fit sortibus usum.

I. *S*ORTES definitur a D. Th. 2. 2. q. xcvi. art. 8. quod sit actio aliqua que ideo fit, ut eius eventus consideretur, aliquod occultum innoteat. Hanc autem triplicem esse. Prima est *divinatoria*, cum ex eius eventibus decernitur quid cuique sit tribuendum; puta munus, honor, dignitas &c. Secunda est *consultoria*, cum nempe divina voluntas

consultor, ut sciamus quid cavere, quid aggredi, quid in hoc, aut in illo negotio agere debeamus. Tertia est *divinatoria*, cum a dæmone tacite, vel expresse aliquod futurum occultum tacite, vel expresse pollicetur. *Sortes proprie dicuntur* (inquit Angelicus) *cum aliquod fit, ut eius eventus consideretur aliquod occultum præstat.* Et quidem si queratur iudicio sortium, quid casu sit exhibendum, si vultud sit res possessa, si sit honor, si sit dignitas, seu pæna, aut actio aliqua, vocatur *sortes divinatoria*. Si autem inquiritur quid agere oportet; vocatur *sortes consultoria*. Si vero queratur quid sit futurum, vocatur *sortes divinatoria*. Unde si quis ad intentionem sortibus utatur, quasi huiusmodi actus humani, qui requiruntur ad *sortes*, secundum dispositionem bellarum sortiarum effectum, vana, & falsa est opinio, & per consequens non carere dæmonii suggestione: ex quo talis divinatio est *superstitiosa*, & illicita.

II. *S*ORTES divitiæ licite sunt, quod nihil aliud sunt quam mutuum pactum quo homines conveniunt, ut ex sortium eventu decidatur, cui res, honor, dignitas &c. debeant applicari. Nullum hic sine expressum, siue tacitum cum dæmone pactum. Iustitiam tamen exempli pira ex Scriptura divina cum veteri, tum nova. Ex veteri quidem I. Reg. cap. x. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel. Et cecidit Iers super Britanniam. Item Deuter. cap. 1. *Iste sorte terram dividit Israeli.* Ex novo testamento: *Deteravi factæ, & cecidit Iers super Mathiam.* Actum Apoll. c. 1. *Super vultum meum miseram sortem:* Matth. cap. xxvii.

III. Quæst. I. Licetum ne est sortibus usum divinatorio ad dignitates secularis? Resp. Sententia affirmativa communis est, respectu electionis ad officia laicalia: quia talis sortio nullo iure vetita est, & alias itaque natura nullam redolet superstitionem. Ad hoc tamen ut licita sit, in equaliter idoneo, atque integro sorte multi debet: nam licet ob sortis adhibitas, idoneis neglectis, minus idonei contingant præmia; tum peccatum erit contra distributivam iustitiam. Tunc ergo licita sortio est, cum plures idonei occurrerit meritorum nequei dicerent, ut sciant quis sit posteritior.

IV. Quæst. II. Licetum ne est sortibus usum ad eligendum ad ecclesiastica beneficia? Resp. Sententia negans communis est: quia lege ecclesiastica id cavetur cap. *Ecclesia extra de sortibus*, ubi hæc habentur: *Sortis usum in*

electioibus perpetua prohibitione damnatum. Nullæ ergo electiones siue ad dignitates, siue ad beneficia, siue ad officia ecclesiastica licite fieri possunt sortium usum; quod verum habet etiam in eligendis componendis ad dictas electiones. Hanc sententiam expresse docet Angelicus, qui licet admittat sortitionem licitam ad res dirimendas, negat tamen licitum eundem usum in electionibus ad beneficia ecclesiastica. *Potest tamen* (inquit loc. cit.) *in hoc quædam pænetrat potestatem incidere. Primum quidem, si absque ulla necessitate ad sortes recurratur: hoc enim videtur ad Dei intentionem pertinere. Unde Ambrosius dicit super Lucam. Qui forte eligitur, humano iudicio non comprehenditur. Secundo, si quæritum in necessitate absque revocata Dei sortibus utatur. Unde super Actus Apostolorum dicit Beda: Sed si qui necessitate aliqua compelli, Deum putant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hoc ipso Apostolos, non nisi collecto fratrum cœtu, & præcibus ad Deum suis esse. Tertio, si divina verba ad terrena negotia convertantur. Unde Augustinus dicit ad inquisitiones Lamentis: Qui de paginis evangelicis sortes legunt, easi operantur id ut potius faciant quam ad dæmonia confutanda concurant; tamen etiam illa mihi displicere consuevit ad negotia secularia, & ad vite huius vanitates divina gratia velle convertere. Quarto, si in electionibus revocentur, que Spiritus sancti inspiratione fieri debent, aliqui sortibus utantur. Unde, sicut dicit Beda super Actus Apostolorum, *Matthæus contra Petros quibus ordinatio sorte queritur, quia scilicet mundum erat pleritudo Spiritus sancti et postea esset illis septem annos Diocani Pater usque sorte, hoc electio discipulorum sunt ordinati. Secus autem est in temporaliis dignitatibus, que ad terrena dispositio ordinantur; in quantum electio plerumque homines sortibus utantur. ... Si vero necessitas inveniat, licetiam cum omni dæmonia revocata sortibus utantur in electione implorare. Unde Augustinus dicit in epistola ad Honoratum: Si inter Dei ministrum sit discipulus, qui eorum peccationibus temporibus, ne fugat fiat omnium, & qui dæmon fugant, ne morte omnium dæmonia Ecclesia: si hæc discipulatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneat, & qui iudicet, sorte legendi sunt. Vere ergo intelligitur, nonquam Deo gratia plenitudo in Ecclesia suam esse adit, sortium usum veteris est in ecclesia hanc dignitatum esse hanc. Quæ omnia locum habent, etiam dum scilicet equalibus duo electi sunt ad beneficium.**

Quia si sortitione electio dirimatur, tunc vi
fortis, non suffragiorum, beneficium obtine-
retur: quod expresse verum est.

V. Quæst. III. *Electio ad beneficia ecclesias-
tica, sortitione peracta, est ne nulla, veliam
licita?* Resp. Electio ad officia, & beneficia
ecclesiastica, quamquam licita sit, non
tamen est nulla quia lege tantum prohibe-
tur, non autem declaratur invalida. Electio
vero Prælati Ecclesie, qui habet iurisdictionem
tam in criminalibus, tum in civilibus,
sertum in iudiciali facta, nulla est; quia ex-
presse sic patet relictur cap. Quia propter de
elect. Et hæc est communis, & vera senten-
tia. In prohibitionibus semper iudicandum
est, utrum ultra prohibitionem absolutam adda-
tur etiam irritatio, nisi id exprimat. Et
cum in sola electione Prælati Ecclesie, ha-
beat iurisdictionem, irritetur electio
facta per sortes, fecerit vero in electionibus ad
beneficia, & officia Ecclesie, ideo illa dum-
taxat nulla est, fecerit vero aliter, que tantum-
modo illicita sunt.

XI. Quæst. IV. *Lex ne sortitio est ad di-
mittendum litem super rebis, & beneficiis eccle-
siasticis?* Resp. Si Ecclesiasticis litigetur super bonis
temporalibus, non est dubium quod val-
deant litem dirimere, quemadmodum lites
sortitio utriusque partis conditionibus
quæ in hac hypothesis non distinguuntur
etiam bona a bonis secularium. Proposita ergo
quæstio licet lites que instituntur super
electionibus ad beneficia, & officia eccle-
siastica: qua in differentia dicitur reperiri sen-
tentia. Prælati autem Lex penaliter non debet
ultra casus expresse extendi. Paro lex eccle-
siastica sortitum nullum prohibet tantum in ele-
ctionibus ad beneficia, & officia, secus in li-
tis dirimendis. Altera tenet: quia si lites per
sortes dirimerentur, electiones herent, aut
saltem completerentur sortium uli.

XII. Quæst. V. *Lex ne sortitio prohibet
electio?* Resp. Sortitionis consuetudo duplex
est causa, utraque principalis, nempe Deus,
aut demon. Si eventus sortitionis consuetudo
expectetur a demone, nuncupatur *sortes divi-
væ*; que superstitiosa est, & a Sixto Pa-
pa V. verita in suo motu precepto. Rationem
supra dedimus, quod scilicet sortes illæ nul-
lam habeant connexionem cum eventibus fu-
turis, neque et causa, neque et signa ex-
tenduntur. Ergo, cum a Deo hæc cognitio
non habeatur, reliquum est ut sit a demone.
Quare in his sortitionibus semper ad ele-
ctum cum demone aut expellitur, aut in-
plicitur.

officia ecclesiastica sortibus fieri: vetat etiam,
si vis, lites sortibus dirimi, quando iudicis
sententia terminari lites valeant, licet quan-
do iura non sortita involuta, ut dignoscit, & di-
dicari nequeat, cum iam litigantium parti fa-
venda cuius adferatur. Ceterum quando
lites sunt ita obicere, ut iudicis ipsi quæ-
rent, cum iam partium iura favere; quis di-
xerit, legem ecclesiasticam veram hæc in hy-
pothesis lites finem imponit sortium uli?
Alioquin dicendum esset, legem velle lites
interminatas: quod suspicari nemo potest.
Porro, ut evitentur incommoda que opponi
solent, hæc sortitio fieri debet iudicis ecclesias-
ticae auctoritate. Tunc enim nullum adferri
periculum obtinendi beneficium sine iusto titulo
& quia auctoritas iudicis valet beneficium
conferre dum præcipit sortitionem, sententiam
fert; & cui beneficium obtigerit, non tam
sortitionis effectu, quam lententia iudicis tan-
tam sortitionem præcipiens obvenit. Nulla
quæque simoniae suspicio, que tollitur iudicis
auctoritate. Hæc sententia communior est,
& nihil probabilior. Eam defendunt Gloss.
in cap. Licitæ causam, de prop. verb. vii
p. 10. Sotarez de Reliq. Tom. I. verb. III.
Lib. II. cap. xxi. n. 25. Sanchez Lib. III.
cap. xxxviii. n. 79. Calrop. tract. xviii. disp.
11. p. 106. q. 6. p. 7. Leander verb. ix. disp. 11. q.
vi. Salman. tract. xxi. cap. 81. p. 106. q. 7.
88. & alii. Ex quibus inferunt, controversia
serventur, uter in Pontificem iura fit electus,
discreto litem sortibus dirimi Cardinalium
consentio. At tunc magis hoc in causa esse
tentum eligere, contentumque negligi? Ita
factum esse ex historia ecclesiastica scimus;
& ita factoro Cardinales existimamus, fixas
acciderit. Nec enim scimus sortibus al-
quando litem contententum de Papatu di-
remptum esse. Hoc tamen sapientum iudicio
submittimus.

XIII. Quæst. V. *Lex ne sortitio con-
suetudo?* Resp. Sortitionis consuetudo duplex
est causa, utraque principalis, nempe Deus,
aut demon. Si eventus sortitionis consuetudo
expectetur a demone, nuncupatur *sortes divi-
væ*; que superstitiosa est, & a Sixto Pa-
pa V. verita in suo motu precepto. Rationem
supra dedimus, quod scilicet sortes illæ nul-
lam habeant connexionem cum eventibus fu-
turis, neque et causa, neque et signa ex-
tenduntur. Ergo, cum a Deo hæc cognitio
non habeatur, reliquum est ut sit a demone.
Quare in his sortitionibus semper ad ele-
ctum cum demone aut expellitur, aut in-
plicitur.

IX. *Consultoria sortitio vocatur, quando
eventus futuri cognitio impioratur a Deo.*
Hæc licitam esse, nulla licitarum Scrip-
turarum exempla, que iura, indicata sunt,
evincunt. Nam Iesus sorte usus fuit ad de-
prehendendum occultum reum, ut habetur
cap. vii. Saul detexit filium suum Ionatham
mel degenitæ, ut colligitur ex I. Reg. cap.
xiv. Apostoli sortitione præmissa Mathiam
in Apostolorum censum præscriperunt. Alia
plura exempla indicata sunt. Ad licitum
sortitionis ulum quomodo præscribit D. Th. con-
ditiones, quas iam delineamus, breviterque
in memoriam revocabimus. Prima est urgens
necessitas spiritualis, aut temporalis: qua ne-
cessitate sublata, Deus tentatur. Secunda est,
quod in sortitione summa reverentia, & ob-
sequium erga Deum servetur: nempe præmit-
tatur oportet matura consideratio, præcæque
Dei fundi debent, ut Apostoli præciterunt
in electione Mathie. Tertia, ne profanis sa-
cera miscantur, at si quis paginis evangeli-
cis, Sanctimonialibus reliquiis ad negotia tem-
poralia uteretur. Postquam est, ne hæc sorte
tuo adhibeatur, in electionibus ad beneficia ec-
clesiastica. Hæc conditiones in praxi vix al-
quando observari animadvertunt Theologi.
Quapropter eiusmodi sortitiones omnino re-
dicende sunt: & in rebus dubis iura, leges,
prudenter regule, viri sapientes consulendi
sunt, sortibus neglectis.

X. *Animadvertunt etiam communiter Theo-
logi, quod, quando sortes adhibentur, etiam
Dei auxilio impioratur, si necessitas non ad-
sit, nisi peccatum, non superstitiosum, sed
tentandi Deum. Cetera vero conditionibus
deficientibus, ultra peccatum superstitiosum,
alia crimina occurrere valent; ut quando lites
adhibentur ad deprehendendum occultum
furem, homicidam, & quemcumque reum,
ultra superstitiosum, inuillitatem citium perpe-
tratur.*

XI. *De superstitioe usus duellentur, feri-
candentis, aque ferventis hæc docet D. Th.
2. 2. q. 107. art. 8. ad 3. Iudicium ferri
candentis, vel aquæ ferventis quodvis quidem
ad alienis peccati oculis investigatum per
aliquid quod ab homine fit; & in hoc con-
suetudo cum sortibus: inquantum tamen expecta-
tur aliquis miraculosus effectus a Deo, excedit
communem sortium rationem. Unde huiusmodi
iudicium illicitum redditur: tum quia ordinari-
um ad iudicanda occulta, qua divino iudicio
referantur: tum etiam quia huiusmodi iudicium
non est auctoritate divina sancitum. Unde
de 11. q. v. in Decreto Stephani Pape V. di-
citur: Ferri candentis, vel aquæ ferventis ex-
aminationem consuetudinem extorgeri a quolibet,
facere non censent sanctorum: & quod sanctorum
Patrum documentis sancitum non est, supersti-
tiosa adinventio non est præsumendum: [pon-
tana enim consuetudo, vel iustitiam approbatio-
nem publicæ doctrine, habito pro oculis Dei in-
more, concessit ferri nostri regimini iudicare.
Occidit vero & recognita illi sunt vestiganda
qui solus ipse: corda filiorum humanorum.
Et vident ratio videtur esse de lege dæmonum,
nisi quod plus accedit ad communem sortium
inquantum non expectatur illi miraculosus ef-
fectus: nisi forte quando pagibus, sine velle
impares veritate, vel arte.*

XII. *Quæst. VI. Cur dormientes præ vigi-
lantibus divinant?* Resp. Congrua ratio at-
signari vix potest. Contendunt plures quod
dormientes a sensibus exterioribus, rebusque ex-
terioribus obiectis sint magis abstracti. Porro
anima lectum interius collecta, nullique re-
bus externis distraha, vividius simulacra con-
templatur. Hinc est quod Deus interdum quæ-
dam mentibus aliquæ futura revelat: non quia
mentes sit dispositæ ad vaticinationem; sed
quia anima in somno magis tranquilla est,
& soluta ab exterioribus impedimentis. Accedit
etiam causa naturalis eborum, quibus aluntur
homines. Audiamus Martium Tullium
Lib. I. de div. Inbet iustar Platorum sic ad so-
mnum profecti spiritibus affectis, ut nihil per
quod eorum anime, percontationemque affe-
rat. Ex quo etiam Pythagoricæ invidiam
patitur, ne forte referatur, quod habet in-
flationem magno in cibis, ut quilibet mens
quereret vera constantiam. Cum ergo est
somnia levocatus anima a societate, & con-
gruè expressi, tum meminit præteritorum,
presentia verit, futura providet. læt enim
corpus dormientes, ut moritur, vigeat intus,
& vicit animus: quod multo magis fortis
per metem, cum omnino est capere excesserit.
Plorina hæc de re Cicerio habet.

XIII. *Quæst. VII. Cur futuri, & futuri
futuri divinantur quanto fortis prædicti mente?*
Resp. Vulgari tertur proverbio, futurus, pu-
ros, futuriolæ divinare, idque docere Plato,
& Aristoteles. Hæc autem divinatio que futuri,
& amenibus adscribitur, neque est propheta,
neque vaticinatio proprie dicta, sed quæ-
dam prædictio que naturalis causis habet.
Siquidem facti, & futuri, prudentia, & acume
desistunt, quodam veluti instinctu ducuntur,
aut bruta animantia, que in futurum
quæ a causis naturalibus, & necessariis pro-
ficiuntur, indicandis præstant hominibus.

XIV. *Quæst. VIII. Cur futuri, & futuri
futuri divinantur quanto fortis prædicti mente?*
Resp. Vulgari tertur proverbio, futurus, pu-
ros, futuriolæ divinare, idque docere Plato,
& Aristoteles. Hæc autem divinatio que futuri,
& amenibus adscribitur, neque est propheta,
neque vaticinatio proprie dicta, sed quæ-
dam prædictio que naturalis causis habet.
Siquidem facti, & futuri, prudentia, & acume
desistunt, quodam veluti instinctu ducuntur,
aut bruta animantia, que in futurum
quæ a causis naturalibus, & necessariis pro-
ficiuntur, indicandis præstant hominibus.

Quidam pisces navis tempestates porciuntur, aves agricolis, armenta pastoribus pluviam praenuntiant: imbre confertim abeuntis domum ruina incolas praemoustrant. Hoc autem inde errorum habet quod bruta animantia miore rem habent cum causis corporibus propinquitate, carumque impressiones, & influxus vividius percipiunt ac proinde melius & certius futuris effectibus praediciunt. Similiter fatui, stupidique prodentia delirantibus, animantibus magis accedunt, & causarum naturalium impressionibus fortius afficiuntur; atque adeo futura naturalia solent magis quam prodentes praevidere. Plurimum seclibus detrahit interior contemplatio; & vitiosum sensum externorum applicatio contemplationi vim extenuat, & minus sensus privatio alterum sensum acutiorum efficit. Sic qui carere oculis, & acutus auditus, & facilius recondantur. In fatuo ergo, stupidique divinatia naturalis frequentior interdum est quam in prodentibus eorum naturam cum animantibus affinitatem. Accedit, quod fatui, stupidique loquaces sunt, continenter blaterant; & quicquid ipsis in buccam venit, effluunt: hinc est quod tantum inter verborum affinitatem calu quandoque quicquam veri praenuntiant, quemadmodum circulatori, qui evecta omnia, quibus communitur homines sunt obnoxii, quaeque frequentissime accidunt, narrantes, saepe plura revelant quae seipse contingere: quae manifestatio ab imperitis pro vaticinatione suscipitur, cum sit oratio fortuita.

XIV. Quael. VIII. *Cur homines maris praesentis saepe futura divinant?* Resp. Plato, alique Philoſophi animadvertunt, eos qui sunt maris propinquiores, futura praedire. Hoc narrat Marcus Tullius Lib. I. de div. *Divinae autem morientes etiam illo exemplo confirmat. Possidentis, quo esset Rediunt quendam morientes sex aequales summasse, & dicebat, qui pro secerum, qui fecundus, qui delinens moriturus esset.* D. Greg. ut referat Avianus Lib. IX. cap. XIV. *Lib. III. De his, p. p. xxvii. & xxviii. plura adest exempla, quibus evincit, moribundus futuri praedixisse. Narrat advocatum morti proximam vocasse patrem suum, et velimenta sibi parare, quae eum exire domo vellet. Obedire tenuit puer, existimans patrem insanire. Decumbens vero surrexit, et se induit, & per viam Appiam ad S. Sixti Ecclesiam se processerunt astitit. Verum ingravescente morbo, mortem oppetit. Deliberatum fuerat, eius cadaver Praenestina via ad beatum Iannarium Martyrem*

sepeliendum deferre; sed quia nimis longum iter eis qui illius funus curaverant visum fuit, repente mutato consilio ad illam quam de sanctus praedixerat, Ecclesiam detulerunt, eisdem vaticinationem ingnorantes. Adit e. xxvii. Comitum Theophrastum aeris ferentem post suum obitum futuram praedixisse iocuri; cum, dum in vivis ille erat, moriturque proximus, gravissima aeris tempestas oblatret, ne ad praedictum deferri possit. Quae si vera sunt, dicendum, quod, si moribundi ea vaticinantur quae vi naturali fieri nequeant, revelante eis Deo, coramque mentes illustrante futura praediciunt. Idque probat D. Greg. exemplis etiam Iacob, & Moysi, qui morti appropinquantes plura futura praedixerunt, ille filii, hic Israelitico populo. Cum vero morituri praenuntiant futura quae a naturalibus causis pendent, id praedant, quia mens, ex sopitis sensibus, exactius res contemplatur, eorumque corpora causturam naturalium insidiosibus magis adhaerent: ideoque temporis, antiquae vices, & mutationes ceteris melius praesentiant.

XV. D. Augusti. Lib. XII. de Civitate ad Iulianum c. xvii. plura exempla proponit, quibus indicat febre ardenti furentes divinare futura. Non alia tamen est illorum vaticinatio quam fortuita, quia enim fuerunt loquaces sunt, & omnia quae in buccam veniunt, effluunt, ideo quandoque incidunt in id quod futurum est. Nulla isti prudentia, nullaque timore reguntur, nihil occultum dissimulant; sed omnia effluunt. Quare mirum non est, si interdum aliquem futurum eventum praedictant, sicut qui frequenter iaculantur, etiam clausis oculis quandoque signum attingunt. Qui atra bilis corripuntur, frequentius divinant, eo quod illorum mens a sensibus facilius abstrahi solet, & sic abstracta intentione coarctat res contemplatur. Facilius quoque aeris caelestiumque corporum influxus, & mutationes sentiunt. Plura alia trito, quod nullius fere utilitatis sint. Nam vel ipse Marcus Tullius, & quamquam plura superstitiosa defendat, haec tamen scribit Lib. I. de Divin. prope finem. *Si quis modo talis possit esse qui vaticinationem causarum omnium praesentiat omnino, nihil enim profecto fallax: quo enim tenent causas rerum futurarum, idem necesse est omnia scire quae futura sint. Quod cum scire nemo nisi DEUS possit, vaticinationem nisi beatorum ut signis quibusdam consequentia, & clayantibus futuris praesentat. In hoc autem errat Cicero, alius eius erroribus praetermissis, quod signis illis plus iullo tribuit.*

CA.

CAPUT IX.

De vana observantia.

Vana observantia est tertia superstitiosus species, quae ope vanarum considerationum aliqua externa opera efflicere conatur. Interrogat, quaerit, ut supra xxvii. 2. 2. quatuor articulis, contentam super haec re D. Th. instituit. Ex primo articulo eruitur, quod vana haec observantia sit superstitio quaedam, cum instrumenta inepta, nec a Deo, nec a natura infusa, ad aliquem externum effectum producendum adhibent. Haec observantia dividit in species tres. Prima est *arrogantia*: secunda *observantia sanitatum*; postrema *superstitio eventuum observantia*. In his, sicut in aliis superstitiosis speciebus, praesentium tacium, vel expressum cum daemone intervenire solet.

II. Quael. I. *Licet ne est ars vitoria?* Resp. D. Th. hoc, cit. huic quaestio sic respondet. *Dicendum, quod ars vitoria est illicita, & inlicita. Illicite quidem est, quia utitur quibusdam ad seculum in acquirendam qua non habent secundum legem virtutem causandi scientiam, &c. Et ideo huiusmodi ars non utitur bono ut effectu, sed ut finis: non autem in se signis divinis tabularum, &c. per consequens quod sit superstitiosa signa, &c. per consequens perniciosa ad pacem quaedam significativam cum demonibus placita, atque facticia. Et ideo ars vitoria peccata est reprobanda, & fugienda, a Christiano, sicut alia arte magica, vel nova superstitiosa, ut Augustinus dicit II. de doctrina christiana. Est etiam huiusmodi ars inlicita ad scientiam acquirendam. Cum enim per huiusmodi artem intendatur acquirere per modum homini contrarium, scilicet ad peccatum, vel ad infirmitatem, consequens est quod ista effectus vel expectetur a Deo, vel a demonibus. Certum est autem aliquis a Deo dependentem, & scientiam per instrumentum habuisse, sicut de Salomone legitur III. Reg. vii. c. 12. Paral. I. c. x. Dominus etiam dispersit scientiam super gentes, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri. Sed hoc dominus non dedit quibuscumque, aut cum certa observantia, sed secundum arbitrium patris suorum, secundum illud I. ad Cor. xii. Alii quidem datur per Spiritum scientia, sicut sapientia, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum: & postea subditur. Haec omnia operatur unus & idem Spiritus, dividens singulis, prout vult. Ad d. vitoriam autem*

non pertinet illuminare intellectum... *Acquisitio autem scientiae, & sapientiae fit per illuminationem intellectus: & ideo nullus unquam per demonem scientiam acquisivit. Unde Augustinus dicit in X. de Civ. Dei, Paphrytionem facit, Aborigines theletis, & id est vaticinationibus daemones, vanae intellectus nihil profectus accedens, quod capax sit idoneam ad videndum Deum suum, & possit videri ea quae vera sunt, qualia sunt omnia scientiarum theoretica. Possent tamen daemones hominibus colloquenter exprime aliquid scientiarum documenta. Sed hoc non quare per artem notiorum. Haec omnia, licet aliquantisper prolixae, transferre placuit, quod ad plura utilia sint. Illicite potissimum observandum, quod daemones, cum sint tenebrarum angeli, nequeunt illuminare intellectum: quoniam haec illuminatio eo spectat, ut manifestet veritatem cum ordine ad Deum: omnis quippe veritas a Deo est: daemones autem propoliunt est homines a Deo iungere, minime vero ad Deum adducere. Quare qui pactum cum daemone inveniunt ad scientiam acquisitionem, ultra gravissimum superstitiosum crimen, spe quoque sua defraudantur. Quod de Anabaptibus narratur, nempe illis, lumbos facite: coena bolo, Scripturas edidite: si verum hoc sit, dicendum, daemones occupare illorum corpora, eorumque ora, & lingua, utinam arreptis, loqui. Idque adeo verum est, ut, haec illa abitura, ipsi non remaneant, & ignari, quemadmodum atheni. Quod si retinere sciant, haec curate, quidem usus heitus esset: immo modo certum, computum foret a daemone illius contumacitatem non pendere. Vanum ergo observantiam, seu artem notiorum illicitam esse, gravique superstitiosum crimen, certum est, & omneque tenetur.*

III. Quael. II. *Licet ne est sanitatum observantia?* Resp. Tum dicitur sanitatum observantia fieri, cum instrumenta inepta, puta carumque, orationes, imagines atropomicae adhibentur ad curandos morbos, delinendos dolores, effluxum languinis impediendum, atque humores incommoda propulsienda. Siquidem cum recentia, & id benigna similia medicum nullam vim habeant ad tales effectus, neque a se, neque a divina institutione, consequens est a daemone esse omnem effectum qui illorum via proditio solet. Intervent ergo pactum aut expressum, aut implicitum cum daemone: atque adeo superstitiosum crimen committitur. Superstitiosum quoque rei sunt qui brevia, involuta, at-

C 4 167.

leta, scriptas preces, reliquias cum certa fiducia, quod non sint abique confessione mortuori, aut a floppis, bombardisque legendi, secum deferunt. Ratio est eadem, quia ficitur hoc signa nec a se, nec a Deo viri habent ullam ad eiusmodi effectus. Quod ad reliquias tamen pertinet, observandum cum D. Th. 2. 2. quæst. xciv. art. 2. ad 2. quod si portentur ex pietate Dei, & Sanctorum quorum sunt reliquie, non erit illicitum. Si autem circa hoc attenderetur aliquid aliud, puta quod nec eas esset triangularis, aut aliquid aliud huiusmodi, quod non pertinet ad reverentiam Dei, & Sanctorum, esset superstitiosum, & illicitum. Admonet præterea Angelicus, dum deseruntur imagines, erant, aut patet in quibus exaratum sit Evangelium, cavendum esse primum, ne quiddam fallitatis contineant ad versus sacram Scripturam, consuetudinem, traditionemque Ecclesiæ, demque sic scriptum aliquid sit quod ad invocationem pertinet, aut nomina ignota, aut characteres, vel figura innotuitur signo crucis excepto. Verbo dicunt, tum et lectis reliquiarum, literarumque imaginum delatio, quando in solo Dei spes habetur, media etiam Sanctorum intercessione; factique rebus homines, & reverentia adhibetur propter solam relationem ad Deum, & Sanctos, quacumque alia vana observatione lectiva.

IV. Superstitiosum est sacra verba proferre ad movendum animum e filo pendentes; quoniam hæc verba nullam habent virtutem ad talem motum inferendum. Quare, si motus contingit, a demone est. Superstitiosum quoque committunt qui ad colium suspensio gerunt phylacteria, seu ligaturas remedium, que laute natura inepta sunt ad pellendas infirmitates: item ii qui Sanctorum imagines in flumen proiciunt, & ibidem decidunt, donec a Deo pluviam obtineant. Si plura cupit, legere Dehinc Lib. III. disp. magna, pars 11. q. xv.

V. Obsecransia futurorum eventuum est prædictio proferre vel advertere fortuna ex his proferis incipit ad eiusmodi prædictione: puta si quis oblectat dies, tempora, humanum occursum, alique similia, quibus moveatur ad quiddam agendum, vel omittendum, tamquam infantium. Libet nonnulla transcribere ex D. Augustino, qui Lib. II. de doctr. chr. susle recenlet plurima superstitiosum exempla. Mixtam nunc ea que pertinet ad alias superstitionis species, & aliqua dumtaxat ex his que pertinent ad vanam observationem, bre-

viter exhibebo. Hæc ergo scribit Augustinus cap. xx. & seq. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia, que medicorum quoque discipulis condempnam, sive in præcantationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant, sive in quibusdam rebus suspensendis, atque suspensendis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quoddam significaciones aut occultas, aut etiam manifestas: que miriore nomine Phisicam vocant, ut non quasi superstitiose implicare, sed natura professe videantur; sicut sunt inanes in summo aurium singularum, aut de strachionum offibus ansole in digitis, aut eum tibi dicitur Inguiscenti, ut dextera manu sinistrum pollicem tenens, servationum, si membrum aliquid fallerit, si insectis ambulatibus amicos lapsi, aut canis, aut puer medius intervenient: atque illud quod lapidem calcant, tamquam dremptem amicitiam, minus molestem est, quam quod innocentem puerum calopho percutitur, si pariter ambulatibus incurrit. Sed istisim est quod aliquando pueri videntur a canibus. Nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam canem qui medius intervenient, ferre audiant non impare. Namque avano remedio cito interdum ille percussorem sumam, verum medicum mittit. Hinc tunc etiam illa: sicut calcare, cum ante domum suam tranlit; redire ad lectum, siquis, dum in calcia, stravitaverit: redire domum, si procedens offenderit; cum vestis a foricibus roditur, plus timere suspitionem futuri mali quam presentem dampnum dolere. Unde ista eleganter dictum est Catonis, qui, cum esset consultus a quodam, qui sibi a foricibus corolis caligas diceret: respondit, non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si forices a caligis roderent. Plurima alia que ibidem præconitur Augustinus, prætereo, & quod extensioibus que habentus allare sunt, cuique competunt esse potest, quantum lunt superstitionis damnanam, queve ob eadem purganda.

CAPUT X.

De magia naturali, eiusque effectibus.

I. **M**agia generatur accepta aut est tria, quidem, & insolita operandi. Tribuitur in species duas, naturalem nempe, & superstitiosam. Naturalis est que natura-

lium causarum usâ, & applicatione occultâ, & mira operatur: superstitiosa que demonis auxilio insolitus effectus producit.

II. Quæst. I. Est ne ista magia naturalis? Resp. Sententia admittans communis est, & vera; que tum ratione, tum exemplis clare Scriptura, & hiberna profana petitis evinci potest. Magia huiusmodi naturalium vim, & efficacitatem penetrans, eorumdem vim effectibus edit, qui innotiti, & miri videntur indoctis, ac imperitis, quibus causarum vires occulte sunt. Hinc Philofohi, & sapientes Magi olim vocabantur. Genes. cap. xxx. legitur, hæc arte illum fuisse Iacobum, qui virgas amygdalinas in canalibus aque defixit, ut ad eisdem relapsentes oves, maculatos fetus pareret. Narrant enim Auctores gravissimi, animal fervore libidinis periculum vias imagines attrahere, festoque imprimere. Hinc apprehensio in ferventi corru concepte adherit forte verus possunt masculi ille que in nonnullis etiam viris, ac feminis conspicitur. Hanc naturalem magiam didicisse Iacobum, dum scholas Melchisedech frequentabat, docet Tullius in cap. xxx. Gen. Tobia quoque hæc arte usus fuit, cum oculorum lumen patri restituit felle piscis. Qui plura hæc de re cupit, legat veteres inter Albertum Magum Lib. VIII. & Lib. XXI. ut tamen ipse illud sit illius penitus sensus.

III. Quæst. II. Que ratione & via magia naturalis a superstitiosa severim coler? Resp. Parentur omnes difficilissimum esse interuenire, & distinguere, num effectus plures a naturalibus, vel superstitiosis causis proficiantur. Nam ad utrorum effectuum distinctionem necessaria est virum causarum naturalium comprehensio. Tria tamen præscribi signa solent. Primum est causæ cognitio, videlicet si inepta natura sua deprehendatur ad talem effectum pariendum. Porro tum causæ potissimum inepta prioribus indicatur ad effectum idpendendam, cum patet effectus in applicatione causæ adhibet ligaturas, characteres, verba apocrypha, nomina ignota: si tot ligamenta, & non plura, tot cruce, tot verba, & alia id genus similia adhibeantur. Tunc enim demonis aut effectus illos produci sentiendum est: quippe certum est prædictos characteres, ligaturas, & cetera que adhibentur, nulla vi polleat ad effectus eiusmodi producendos. Secundum signum est ex modo operandi, videlicet si hæc fiant in re valde operanti, si brevissimo temporis intervallo effe-

ctus causetur; ut si repente a gravi morbo animal, sive homo causetur: si longam iterationem leucarum unius horæ quadrante consistat. Tertium colligitur ex effectus natura, quando nempe certo ficitur, talem effectum humanas excedere vires, induriamque.

IV. Quæst. III. Quævis dicitur præcedat ne effectus a causa naturalis, vel a superstitiosa, quid præsumendum? Resp. Salmar. tract. xxx. cap. xi. ponit. ix. n. rix. tendunt præsumendum esse a causâ naturali proficisci, eo quod debia in meliorem partem lunt interpretanda: afferuntque autoritatem D. Thome 2. 2. q. lx. art. 4. ubi quætionem inlilitur, sint ne dubia in meliorem partem interpretanda; & hæc verba ex eodem transcribitur: *Ubi non apparet manifeste indicia de malitia alicuius, debemus cum ne bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium sit.* Doctrina hæc vera est, sed quætionibus resolvende male, & contra expressam Angelici mentem applicatur. Alia quoque regula servanda est in interpretanda hominis mala, vel bona voluntate; alia in interpretanda dubiorum que occurrunt de rebus ipsis. Nemo prelium malus debet, nil probetur. Ideo quomodo dubitatur, sit ne bonum, aut mala hominis voluntas, semper ad meliorem partem lictendam est iudicium. Quamvis vero dubitatur, sint ne vera, aut falsa propositiones, sint ne honestæ, aut vitiose rerum natura; tunc id quod verum, & securus est, amplecti debemus. Audiamus Angelicum ipsum. *Aliud est indicare de rebus, & aliud de hominibus. In iudicio enim in quo de rebus iudicamus, non attenditur bonum, vel malum ex parte ipsius rei de qua iudicamus, cui nihil nocet, quæsiturque iudicamus de iudicium de ipso; sed attenditur ibi solum bonum indifferens, si vera iudicat, vel bonum, si falsum; quia verum est bonum intellectus, falsum autem est malum ipsius, ut dicitur in VI. Eth. Et ideo cuiusque debet iudici ad hoc quod de rebus iudicat, secundum quod sint, sed ne iudici quo iudicamus de hominibus, potius attendatur bonum, & malum ex parte eius de quo iudicatur, qui hoc ipso bonitatis habet, quod bonum indicatur, & concupiscentibus, si iudicatur malus.* Et ideo ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio, quod bonum indicemus bonum, nisi manifeste ratio contrarium appareat. 2. 2. q. lx. art. 4. ad 2. In quætionibus ergo prædicta distinctione opus est. Si dubium sit, animo ne superstitiosus, & inique voluntate, an recta intentione homo operetur; dubium in meliorem partem est.

erit interpretandum. Si vero dubitetur, superstitiosa non sit, aut naturalis effectus prodigio; tunc inquirenda veritas est, & id quod securus est, amplectendum iuxta doctrinam probabiliorum, & veram. Et in simili eventu libendum est, quamvis dubitatio persequat, ut homo ad eiusmodi abilitate adhibeatur. In dubiis enim tutiorem partem suscipere debemus.

V. Admirandum & not quod occulte sunt nature vires, & quod ex ignorantia naturalis efficacitatis ad plura, & inuisita effecta procedenda non raro homines tribuant miraculae superstitiose quosdam effectus qui vere a naturali causa procedunt. Sed tunc corrigenda est hærentium ignorantia, considerandæque sunt nature vires, ut Doctorem placita, atque omnibus expensis, decidendum, quid arti- quid nature debeat acceptum ferri. Quod si dubium superfit, tutius est sine controuersia eligendum. Ad dubia vero, tollenda plurimum valet Iesio Doctorem, possimam D. Th. qui hoc de argumento erudit, & sapienter de more disputat. D. Augustinus etiam miris nature portenta recenset. Nonnulla enim verba peritiamque sic enim scribit *Lib. XI. de Civ. Dei. l. xxiv.* Nam & hominum quorundam naturas novimus multum ceteris dispares, & ipsa raritate mirabiles, nonnulla, ut volunt, de corpore suo hauriunt, que aliis nullo modo possunt, & autia vix credunt. Sunt enim qui & cum res movent, vel singulas, vel ambas sumunt. Sunt qui totam carnem, capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem, & retocantque tam volente. Sunt qui coram quæ voraverint incredibilibus plurima, & varia, passulorum præcordiis con- cretatis, tamquam de lacteolo, quod pa- gnat, integerrimum profertur. Quodam voces divini, peccatorumque, & aliorum quorundam hominum sic mutantur, atque ex- primunt, ut, nisi viderentur, discerunt mirabi- non non possint. Nonnulli ab uno sine pro- dore alio ita numerolâ pro arbitrio lo- cutus edunt, ut ex illa etiam parte carnis- te videantur. Ipse sum expertus, fuisse hominem solere, cum vellet. Notum est quoddam flere, cum volent, atque ubertim lacrymas fundere. Iam illud multo est incredibilibus, quod plerique fratres membra recentissima experiunt. Presbyter iugit quidam nomine Kestitus in parocia Calamensis Ecclesie, qui quando ei placebat rogabatur autem ut hoc faceret ab eis qui rem mirabilem coram seire cupiebant, ad

imitatas quasi lamentantis cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat a sensibus, & iacebat simillimus mortuo, ut non locum vellicantes, atque pungentes minime sentiret, sed aliquando etiam ingentetur admoto, sine ullo doloris sentia, nisi postmodum ex volente non autem omnitendo, sed non tenendo, non movere corpus eo probatur, quod tamquam in desensu nullus inveniebatur anhelitus; hominum tamen voces, si claris loquerentur, tamquam de longinquo se audivisse poltea referebat. Plurima hic, & alibi receniet Augustinus que occultis nature viribus, licet artis superstitiose tribuenda decernit. Non itaque dicimus sine maturo, gravique examine prævia reputanda esse superstitiosa nature portenta: sed solum alluimus, autorem partem esse eligendam, si post grave studium, & serium examen prudens dubium remaneat.

VI. Quæst. IV. Quid dicendum de his qui salutares invocant? Resp. Eos vocant Theologi salutares qui virtutes ostendant medendi pluribus morbis, ut rabiei, seu hydrophobici, vniuersitatis letalibus, seu ergoci impellere, aut insulsiatione, aut quorundam veterum prolatione, aliique fignis. Fuis illi disputant, si naturalis eiusmodi virtus, reperianturque reple eiusmodi salutares uti morbos curant. Quod reperiantur, vix revo- cant in dubium. Plinius *Lib. XXVIII. cap. 11.* ut reser Azorius, quætionem hanc dit- curat, relinquit incertum esse, valeant ne incantamenta carminum ad medendum; & cap. 1. scribit, dente hominis vi interesse gingivæ, & oculorum insulsiiones felle hominis sanari. Porro *cap. 111.* narrat, fuisse in Africa Pillos, & in Italia Morios, & quorundam familiis qui dicebant originem, solo tactu vel saliva curabant a serpentibus vulne- ratos. Sabdit fuisse quendam in dolium lep- portibus plenum, sonitum experimenti causâ, & circumiacentibus linguis illarum pan- tibus edisse. Alios velitar, reperos fuisse quorundam ludor multis morbis expellendis efficac erat. Itaque contendit Azorius cum aliis, & reperit eiusmodi salutares, & eorum vir- tutem naturalem esse.

VII. Contra sententiam alii, virtute dæmoni- hac omnia patrii, quia virtus naturalis haud valet momento temporis morbos curare, & tam mira producere, & neque eadem ef- fectu omnium ægrotorum, sed iuxta dis- positiones varias infirmorum operatur. At neque a Deo est eiusmodi virtus, ut ex plu- rimis

rimis signis colligitur: siquidem salutares isti ut plurimum homines sunt nequissimi, qui aliorum cruentis inhiant; tametsi lex veteretaria arte simulent, se gratis sua remedia offerre, ut hæc liberalitatis larva facilius, & copiosius crumenas explent.


VIII. Tertia sententia est, reperiri utique eiusmodi familiis, quarum viri sint præfata virtute præditi; istorum tamen virtutem gratiam esse a Deo gratis datam, minime natura- lem. Primum partem es eo evincunt quod Inquisitores, & Episcopi permittant e- iusmodi salutares artem suam exercere. Quod vero sanitate non conferat vi ali- qua naturali, inde colligitur, quia id orum haberet vel ex qualitate temperamentis, vel ex hoc quod sint tales homines sub hoc, aut illo stellatum, aliorumque aspectu concepti. Hoc autem consistere nequit: siquidem omnes homines sub tali constellatione geniti simili essent virtute orati. Nec enim una vel altera tantum familia in univerlo orbe sub hoc stellatum aspectu, & postura propagatur. Hac ratione omnes herbe, omnes magnetes eisdem specie eadem plus, minive vi pollent. Nulla ergo ratio superfit cur dicamus hoc salutares naturali virtute præfatos morbos curare. Quod autem hæc virtus gratis a Deo quibusdam conferatur, præfate auctoritate Scripturæ dicentis: *Alia datur gratia sanctita- in uno spiritu, alii operatio consistunt* &c. Nulla porro assignari potest ratio que sus- ceat, Deum non conferre aliquibus familiis virtutem, sin universalem, saltem peculiarem ad aliquos tantum morbos curandos.

IX. Quod Deus conferre hanc virtutem possit quibuscumque velit, nemo est qui ambi- gat; sed quod reapse conferat, & contulerit familiis quibusdam plurimum secularium spatio, hoc est quod difficultatem ingerit. Nam mol- la ratio, nulla origo istius divini privilegii; nullumque authenticum documentum asserunt ab his qui hæc perennem virtutem descendunt. Utam ex his familiis in Umbria reperiri se- runt, quibus homines sola benedictione curare eos infirmos solent qui nervorum contractio- ne, aliique similibus morbis laborant. Que omnia mihi suspensa sunt. Siquidem ex nulla probata historia hæc privilegia familiis con- cessa leguntur. Quod quod nec integris fami- lis aut Proprietariis, aut Apostolorum, aut aliorum Sanctorum simili privilegiorum, aut aliorum secularium spatio concessum scimus, quemadmodum impertitur istorum salutares familiis contendunt recentiores illi Theo- logi? Quare nobis haud probatur Salmanti-

centiam opinio, qua *1602. xxi. cap. xi. pag. 9. §. 2.* defendunt reperiri reapse eiusmodi salutares, qui non virtute naturali, sed gratia gratis data a Deo morbos sanent. Eorum postillia, ac unica ratio est, quod Episcopi, & Inquisitores permittunt hos ho- mines libere suam exercere artem, alioque plures Theologi approbent. Quanti sit hæc ratio faciendâ, ceteri iudicent. Quod nobis probabilius videtur, est, nullis familiis hæc virtutem sanandi recentioribus morbos concef- sam esse. Privilegium a Deo Galliarum Re- gibus concessum curandi *frances*, vulgo *scro- sole*, probati historici narant; idoque credi- tur admittendum. D. Thomas *Lib. II. de reg. Princip. cap. xvi.* portenta que inter- dum Reges Francorum operati sunt, illos patrisse scribit, ut hæc mentionis, qui tincti sunt. *Chinis*, inquit, *favistia* etiam argu- mentum ostendunt, ex *gillis Francorum*, & *B. Remigii* super *Gleodorum Regum*, *primum Christianum* inter *Reges Francorum*, & *de- claratione* *dei* *desuper* *pat* *saluberrimam*, *quo* *Res* *prestatas* *sunt* *in* *univerlo*, *ac* *in* *magnum* *colle- ctis*, *signis*, *portentis*, *ac* *varii* *causis* *appa- rentibus* *in* *eis* *ex* *unctione* *prestatas*.

X. Plura signa produunt laudatæ Salmanti- centis, alique Auctores commentis, quibus istorum salutarium superstitio interfecti queat. Nam & ipsi advertunt, severiore examine uti debere superiores, antequam eiusmodi officio defandi illos sanent. Superstitiosi porro estimandi sunt, si futura prædicant; si laminas adentes manibus attritent illis; si filo an- helitu seracem attritent illis; si sigillata impressa obtinent; si se eiusmodi salutares agnoscere, qui illos unquam vi- derint, effusant; si in conspectu aëtheris *salutarios* sanare se morbos non posse affirmant; si artem hanc se ab aliis didicisse affirmant; vel addant, se eadem polere, & quod si le- gitimi filii ex masculis nati, immediate pul- lo semine parvi interposito, denique si desini- tati verbis, secus alii, miserè se morbis posse afferant. Hæc & alia signa exhiberi solent ad dignoscendam istorum salutarium superstitio- nem. A Deo ergo Christi fideles Salmantici petant, sanctorumque virorum interfectionem implorent, nulli istis prestigiatoribus; qui, ut *msa* præfert opinio, si quid operantur in- solitum, aut demonis ope id præstant; aut id sortibus, & naturali vi interdum accidit.

XI. Quæst. V. Licet ut reputari *insanum* debet? Resp. Ensilimus oratio precatoria est ex lacris verbis compacta ad morbos pel- lendos: & quia ut plurimum ex plaurum



verbis componitur, *ensalmus* oratio isthæc nuncupatur. Duplex ensalmi genus Theologi distinguunt. Alterum est *innovatorium*, cum scilicet preces Deo funduntur ad implorandam divinam misericordiam, qua a nobis, vel a proximo removere Deo dignetur morbos, aliave temporalia damna; ita tamen ut non precibus præ aliis certo & insalubriter nos fidamus, sed tota fiducia nostra in divina bonitate sita sit. Alterum est precario ex certis, determinatis verbis, quibus insalubilis tribulatio vis morbos sanandi: & *ensalmus* hic appellatur *confutivus*. Ensalmus primi generis licitus est, honestusque, sive publica, sive privata sit autoritate confectus: nihil enim in eo est quod reprobari iure valeat. Similiter non licitum modo, verum etiam sanctum est, a Deo infirmatum, adinvenitque sanitatem, & alia temporalia bona, prout dicitur ad *Hebræos*. Quod enim preces suis certa verborum formula componitur, nihil mali occurrere, dimittendo tali ordinationi, & formaliter nulla efficaciam ad effectum obtinendum tribuatur. Alterius generis *ensalmus* illicitus est, & superstitiosus: quoniam nullis verbis (sacramentalibus exceptis) contulit Deo infallibilem virtutem producendum effectum aliquem. Nec talis vis inquit naturaliter illi est. Restat ergo quod *ensalmatorum*, eiusmodi sacra verba pronuntians, pactum expressum, aut tacitum cum demone habeat. Nam eo ipso superstitiosus rei sunt *ensalmatorum*, quod certo credant talibus verbis inesse aliquam certam sanandi virtutem; vel quod sit eisdem talis virtus a Deo communicata. Promittit utique Deus ministris Ecclesie, quod demonia eicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent, quod super agros manus imponent, & bene habebunt; at non hoc in sensu, quod desinat eisdem verborum prolationi, ut sit ad *ensalmatorum*, hominibus factis, & nequifimis, annexa sit certa sanandi virtus; sed quatenus ipse pro sine voluntatis consilio eorum peritones quandoque exaudiet, & quandoque non exaudiet. Hæc omnia communia sunt penes Theologos. Legit D. Thom. 2. 2. q. xcvi. arti. 2. & 4.

XII. Quæst. VI. *Datur ne virtus naturalis qua aliquis valetat solo aspectu fascinare?* Resp. Fascinatio est veluti prava quædam qualitas oculis ipsita, & orta ex maligna quâpiam affectione animæ intentiva. Dividitur a Theologis in *vulgarem*, quæ ex vulgi opinione proficitur, cum scilicet vulgus credit posse homines sola visione invidio animo con-

cepta fascinare debiles infantes: & in *physicam*, seu *naturalem*, quæ oritur ex vehementi imaginatione: quam consequuntur humores putridi, corporisque alteratio; hinc oculi ita inquinati effusivos emittunt veneficos insipientes personas vilas, si sint teneræ, & debilitate complexionis: & in *diabolicam*, quæ pacto expresso, aut tacito demonis solo vii damnium infert.

XIII. Super propolita questione in utramque partem Theologi disputant. Qui adfirmant id naturaliter posse fieri, plura exempla produunt & balisilici vii homines occidentis, & hominum plarium qui, teste Plinio, eadem vi præditi fuerunt, nempe fascinandi sola visione, & mulierum menstruantium, quæ speculum aspicientes illas guttis sanguinis maculant. Qui negant posse virtute naturali ejusmodi effectus produci, probant ex eo quod visio, utpote actus immanens, impotens sit ad producendam effectum externorem.

XIV. Sententia communior, & probabilior est, dari reapse hanc naturalem virtutem, non quod visio ipsa personæ videns alios inficiat; sed quia ex oculis, ceterisque corporis membris effluvia venefica extere possunt, quæ partes viciniores aeris imbandendo valeant corporis propinquum nocumentum idferre. Audiamus quid hæc de re scribat Angelus I. Part. q. cxvii. arti. 2. ad 2. *Dicendum, quod fascinationis causam assignavit Avicenna ex hoc quod materia corporalis nata est obediens spiritui substantiæ magis quam contrariis agentibus in natura. Et ita quando anima fuerit fortis in sua imaginatioe, corporalis materia immutatur secundum eam. Et hæc dicitur esse causam oculi fascinationis. Super istum ostensum est quod materia corporalis non obediit substantiæ spirituali ad nutum, nisi sibi Creatori. Et ita melius dicitur quod est, quod ex forte imaginationis anime immutatur spiritus corporis cœlestis; quæ quidem immutatio spirituum maxime fit in oculis, ad quos substantiæ spiritus pertinent. Oculi autem inficiunt aërem circumstantem usque ad determinatum spatium: per quem modum specula, si fuerint vitæ, & poræ, contrahunt quandam inspiratam ex aspectu mulieris menstruatæ, ut Aristoteles dicit in Lib. de som. & vig. Sic igitur tam aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, sicut maxime in tætae contagio, effectus secundum modum prædictum aspectus eius venosus, & nocivus, maxime pueris, qui habent corpus tenerum. Et de fasciis recipitur impressio. Possibile est etiam quod*

quod ex Dei permissione, vel etiam ex aliquo pacto oculto cooperatur ad hæc malignitas demones, cum quibus vetula sortilegia aliquod sortis habent.

XV. Hinc sequitur fascinationem vulgarem superstitiosam esse. Sola quippe visio nequit externorem effectum producere. Quin licet fascinatio naturalis contingere possit, ut ex D. Thoma dictum est, hanc tamen quam maxime rarum credimus, in animalibus venenum reperitur: & ideo facile spiritus, seu effluvia inquinata ex illis egredi possunt, & propinqua corpora inficere. In hominibus, ac etiam feminis venenum non existit: nec facile est quod ex commotione, & invidio animo humores corporis ita corruptantur, atque depraventur, ut ex oculis, ore, naribusque exeant, & vilas personas inficiant. Provere eveniat, saltem frequenter, salium reputatum. Ideo fascinationes, si quis contingant, arte demouis fieri communiter arbitramur. Superstitiosus quoque rex sunt femine illæ quæ puerorum collo appendunt acillas, aliave signa adverfus fascinationes. Superstitiosum interdum est offerre feminis vetulis pueros fascinatorum, ut illarum benedictione liberævadant. Mos iste pravus ex paganorum superstitioe originem traxit, in quem declinat Patriarcha Chryostomus homil. viii. in Epist. ad Colossæ. *Cruz Christi demonstratur. Elementarium superstitiosum characteres profertur. Christus cruciat, & induitur conculcatus, & angustis carnis. Mysticum nostrum conculcatur, & sanctio diaboli impugnat.*

CAPUT XI.

De magia superstitiosa, seu de maleficio.

I. *De Arti malefica.* Scriptura sacra Matth. vii. & Marc. ix. & alibi passim, & Doctores omnes testantur. Porro maleficium est magia quæ demonis arte damnium infert. Duplex est maleficium, *veneficum*, & *amatorium*: illud ad nocendum hominibus, brutis, & plantis adhibetur: hoc vero malefici utuntur ad concitandum amorem carnalem, vel odium eorum quos amare debemus. Veneficum maleficium interdum fit iniecho pulvere in cibum, aut potum, aut super vestes asperso. Luxta varium horum pulveris colorem diversæ inducuntur infirmitates. Si pulvere fuerit rufus, aut genericus, morbus contrahitur; si fuerit atris, mors evenit. Hæc tamen morborum, & mortis diversitate, non ex colorum diversitate, sed ex demonis in-

quitate oritur. Varii colores fiam sunt, ad quorum positionem demones effectus operantur. Malefici interdum utuntur veneficis, quibus naturaliter nocentium inferre valent. Invenunt sunt viæ quibus malefici nocere hominibus possunt, qua videre poteris apud Sprenger in *Malleo Malef. Tom. II. Delirium L. III.* pluresque alios. Nolim tamen ut omnibus quæ narrat, fidem adhibeam. Maleficium *amatorium*, quod *philtarum* etiam græce appellant, duobus modis executioni mandari consuevit. Primus modus est, dum aliqua comedenda, aut potanda porrigantur, quæ suppete natura ad venenum simulare solent. Nullus autem cibis, vel potus, quin nec demones ipsi concitate determinate amorem valent, voluntatemque inflammare; sed tantum corpus calefacere, & humores commovere, sensus immutare, ac vilas personas sensibus obicere, etiamque qualitates representare quæ amorem gerere aptæ sunt. Secundo modo hæc amatoria malefica concili solent sacrosanctis nostræ religionis sacramentis, ut oleo, & hostia consecratis, thure, & aqua laustrali benedictis. Sed semper ejusmodi malefica comedenda, aut bibenda maleficandis exhibentur, sed extrinsecus aut vestibus alligantur, aut sub lectis, in quo iacere, vel sub limine ossi, vel alio in loco, per quem persona quæ maleficio infici tentatur, transire debet, absconduntur. Artificia quibus utuntur mulieres Babylonice ad concitandum virorum concupiscentiam describit Prophetæ Barchi cap. vi. *Mulieres circumdantur suminis in viis solent, succedentes esse aservant. Cum aliqua ex ipsis attracta ad aliquo transivente, demonecum eo, proxima sua exprimat, quod ex non sit digna habita, sicut ipsa, neque tunc eius disprensus sit. Omnia autem quæ ab illis sunt, falsa sunt.* Hæc, & similia precligia nequeunt ullo modo commovere voluntatem; sed signa sunt, ad quorum positionem demones concupiscentiam hominum ascendunt.

II. Ad ejusmodi maleficia expellenda sancta mater Ecclesie proponit novissimorum meditationem, testes ad Deum, & B. Virginem preces, sacramentorum frequentiam, ieiunia, cilicia, flagella, elemosinas, acque assidua corporis macerationes, humilitatem spiritus, & id genus pia opera. Item iuga coactionum, maxime pleiarum, & mulierum, quæ vere sunt impudici amoris incantamenta, seu incantamenta. Remedia quæ Philosophi contra hunc impudicum amorem maleficio accitatum proponere solent, vana sunt, & su-

perditionis plena. Herba promethea, lupi virga, rubeta in corio pecoris alligata, hirci urina, & alia, de quibus Plinius *Lih. XXVIII. c. XXXVIII.* & *Jes.* superstitiosa sunt; sicut aliqua permuta que congerant, ut sterco amica mulieris in calces inclusum; quod foetidum remedium amentes duntaxat, & lupidi adhibere valent. Addunt tamen communiter Theologi, præter sacra remedia quæ Ecclesia in suis ritualibus præscribit contra quæcumque maleficia quorum, præter recentia, potissima sunt viva in Christum fides, Cæcis signum, Beatiſſime Virginis, Sanctiorumque invocatio, licetum quoque esse, atque utilem naturalium remedium utum: non quod naturalia remedia in demoniis auctores maleficiorum agere valent; sed quatenus sedare humores noxios queunt, & compellere, illosque expellere, ut ex sacra Scriptura colligitur. Nam David suavi sonitu lætificabat Saul, a quo spiritus malus resedebat: & Tobias fumo resinæ, Almadem expulit. Flores quoque herbarum, ut salvia, rutam, herbennam, aliaque prædicæ ad maleficia propulanda, præter pravos humores expellunt, aut corrigunt, purgantque, docent Plinius, Galenus, Aristoteles, & communiter medici.

III. Quæst. I. *Licit ne maleficium alio maleficio curari?* Resp. Non deservit, qui docentur, licetum esse petere dissolutionem malefici a maleficio qui ad id præstandum paratus sunt; quemadmodum, necessitate cogente, licet petere ab usurario pecuniam sub usura, a Sacerdote in morali existente sacramenta. Verum communis & sana sententia petit licetum esse petere dissolutionem malefici a maleficio, quantumvis paratus ad id præstandum. Ratio evidens est. Quoniam, sicut maleficium ipse demonis peractum est, ita & demonis expressa, aut tacita invocatione tollitur. Ad invocationem demonis natura sua inanimata est. Ergo semper illicita, & superstitiosa. Et enim que genere suo inanimata sunt, queque nulla ratione a malitia purgari valent, nunquam sananda sunt, ut bona eveniant, dicit Apostolus ad Rom. *ix.* Hinc Deus Levit. *xxv.* iubet: *Non declinasti ad magos, neque es barolus aliqua scelerum, ut possidantur per te.* Adverto eos qui rituum sceleris perceptorum, pecuniam contra maleficia propulanda, illicitum demum esse declinaverit ad magos, & barolus, & sacrificia fuerit cum eis, penam factum necem conato eum, & interficium illam de medio populis suis. Nominis fornicationis Scriptura in-

telligit commercium, communionemque mutuum cum magis.

IV. Hæc omnia clara sunt, suscipio explicari haud indigent. Rationes que opponuntur, nullas sunt momenti. Nam licetum est sacramenta petere a Sacerdote sacrosio, & pecuniam ab usurario: quia & sacramenta administrare, & pecuniam mutuo conferre licetum, honestum, & sanctum natura sua est, atque ex sola hominis nequitia vitium reddit potest flagitiosum. Postulat utique quod ex sui indole honestum, quod sanctum est, quod valet sine culpa præstari; crimen autem & scelus omnino est præter intentionem petentis, & ab alterius nequiter operantis malitia solum procedit. Quod autem subdunt licetum esse petere a demone ut desinat a maleficio, sicut excolit facium; & quod a demone non possit effectus potius pravus, sed destructio malefici, que sapite natura bona est: hæc & similia sophistata sunt. Quoniam quæcumque communicatio cum demone illicita est. Cum demone communicatur, & ut superior suspicatur, dum ab eo postulat ut a maleficio desinat. Exorcisus imperat divina virtute, sueque dignitate, & potestati suam subicitur; quod licetum est. Dum vero petis ut desinat a maleficio, illius operi supioris, eisdemque te subicis; quod iniquum est. Destructio malefici bona est: licet medio obrecta: sed cum illicito, & superstitioso peracta. Quare destructio malefici medio exorcismo præstita bona est; iniqua vero alio maleficio parata. Nec dicat, re non subici demoni, quin illum cogent ut maleficium tollat. Quoniam aut id præstas auctoritate Ecclesie, vel auctoritate privata. Si auctoritate Ecclesie, & Dei eum cogent, licetum est; ad hoc tamen, ut tali auctoritate prædixi sit, oportet. Si auctoritate propria id efficit, hoc ipsum argumento est, pactum quodammodo tacitum esse addele. Si tamen in Christum fide, & spe demone obtinere, ut a facinus inferendo desistat, haud esse superstitiosum sensu, illicitum quod est inducere maleficio, ut benedictione maleficia tollant: quia malefici hæc benedictione abutuntur, nunquam libero, quo peccato demum promittit se a maleficio cessaturum, aut illud ablatum, Remediis ergo duntaxat ab Ecclesia præscripta utendum est: maleficia propulanda, illicitum demum esse tollere maleficia aliis ritibus vanis: quia rituum vani inepti sunt ad inducendum effectum; & si forte inducant, demonis auxiliium intervenit.

V. Quæst.

V. Quæst. II. *Licitum ut est petere a maleficio ut maleficium auferat, cum tibi constat illum posse medius licitis eiusmodi maleficium tollere?* Resp. Convenit pene Theologos, licetum esse cogere maleficio ut tollant maleficia medio licito, dum certo constat illos in prompta habere eiusmodi licita media: quia tunc non adhibentur maleficio, quatenus maleficio sunt, sed ut peritis in arte bona ad bonum opus præstandum. Quemadmodum contra omnes afferunt se illicite petere maleficio dissolutionem, si incertus sis, vel dubites, utrum maleficio scias medium licitum, quo auferre maleficium queat: quia tunc indifferens est ut medio licito, vel illicito tollat maleficium. Et hæc ratio illicite non ab eo qui illud petegit, sed ab alio magis, qui tunc maleficium, tum signa eisdem ignorat; quia tunc magis non potest nisi alio maleficio prius maleficium agnoscere: atque alio petere ut novo maleficio maleficium tolleret. Neque tandem licitum est permittere ut magis medicinam vanam & superstitiosam applicet maleficario.

VI. Ad propositam questionem responderet Cæcilius Tom. II. *opusc. III. de malef. quæst. 1.* illicitum esse petere a maleficio dissolutionem malefici: quia tunc petitur talis dissolutio a maleficio ut maleficio; sicut quando postulat opus artis ab artifice. Porro maleficio, ut talis, minister diaboli est, cuius invocatio semper illicita est.

VII. Contraria sententia communis est, & mihi venor videtur. Quoniam saltem est quædam Cæcilius pro ratione suæ sententia prolixi, videlicet in proposita questione peti a maleficio dissolutionem malefici. Quin opus ipsum loco principis consilium. Quæritur enim, an licitum sit a maleficio petere dissolutionem malefici in caso quo ille sciat, libetque in promptu medium licitum ad hunc effectum. Si enim vel dubitatio occurrat, maleficium medio licito ceteris, tunc fatetur omnes illicite esse petitionem. Quando ergo nobis constat respice maleficium habere licita media quibus satisfactionem tollere valeat; quid nos prohibet ab eodem petere ut a maleficio liberet licito medio maleficium? Patet enim nos tunc non uti maleficio ut maleficio, sed ut homine habente, & cognoscente licita media ad optimum effectum, qualis est sanitas maleficiati. Profuturo hæc ratione dicimus, licitum esse petere pecuniam ab usurario, quia licite eas numerare potest; & sacramenta a Sacerdote sacri-

lego, quia sancte valet sacramentorum administratione perfungi; quamvis aliunde sciamus neque usurarium mutuo daturum pecuniam abique usura, neque Sacerdotem administrationem sacramenta sine peccato. Cur hoc; nisi quia malitia tota in pravam intentionem vel Sacerdotis voluntatem refunditur? Mem ergo profuturum & de maleficio in caso nostro asserendum: cuius peccatum novi maleficium totum refundendum esset in solam vim auxiliari; cum necessarias actiones ad primam maleficium tollendum licite possit exercere, et vellet. Neque vero peccatum proximi, quod unice est illius perniciosa malitia, non ex imbecillitate oritur, urgente necessitate propria sanitatis, evadere tenetur. Christus ipse nos docuit, scandalum Phariseorum contemendum esse. Id duntaxat negotium inexcusable in re, quod certo sciamus maleficium habere licitum remedium, quo dissolvat maleficium, sicut certo sciamus & usurarium posse licite mutuo pecuniam dare, & infidelem sancte iurare. Neque enim fides adhibenda est maleficio tollenti: licet eiusmodi habere remedia, quia nulla isti digni fide sunt. Ex certis ergo documentis nobis constare debet, maleficium agnoscere licita remedia, quibus tollat maleficium. Et quia vix unquam nobis id constat; ideo nunquam permitterem ut quis a maleficio petere malefici dissolutionem. Sed si maleficio tellaretur se hæc habere remedia, libetrem ut mihi, vel alteri eadem manifestaret, ut abique illius ope probe homo possit sui remedium uti, illaque applicare. Alioquin nullam maleficio fidem præberem, si renueret hæc manifestare innoxia remedia alteri homini probo, qui ea adhibere tollere maleficium possit.

VIII. Quæst. III. *Licit ne maleficio licita destruat?* Resp. Sententia communis, & vera adfirmat. Hoc clare colligitur ex Scriptura. *Deut. vii.* ubi precipitur, idolorum simulacra, templa, & aras deliri, lucosque litendos. Porro hæc signa sunt, & monumenta superstitiosum, ac veluti diabolice magicæ. Eadem ergo ratione destruat licite, & instrumenta maleficiorum licitum erit. Ne que dici potest, hæc signorum remotionem pactum cum demone, aut invocationem eius, seu aliquam cum ipso communicationem includere: quia eiusmodi ignorantia destructio infringit pactum, & quodcumque cum demone factus. Ad hunc enim finem destruat licita, nempe ligaturæ, chartæ, capilli, & cetera eiusmodi, ut pactum quodlibet cum demone intum infringatur. Quare hæc fi-

gnorum destructio non est effectus artis maleficæ, sed malefici ut malefici; sed hominis relictus maleficiis sanitate. Omnes ergo qui eiusmodi signa dignoscunt, possunt, & debent eadem amovere, & destruire. Malefici ad id teporiter ex iustitia, nequæ ex caritate; ceteri vero ex caritate, quæ adtinguntur omnes damna a proximo removere. Nec hanc destructionem impedire iure potest dominum, si quod inde malefico acciderit: quia damnum hoc est præter intentionem dissolvens maleficium; libique maleficis impurari debet, si ex pacto cum demone aliquo subit damnum. Hæc omnia communia sunt, plurimoque pro hæc sententia laudant Theologos PP. Salmanticensis *tract. 11. cap. 21. punct. 10. §. 3. min. 158.*

IX. Contraria sententia tribuitur Joanni Hæstelo Lovaniensi, qui contendit illicitam hæc esse destructionem, eo quod autumat iam malefico duplex sint pactum cum demone, alterum nocentem sibi pactum, alterum deservendum a Sacramento eodem remoto signo. Hæc autem absolute verum non est. Sed ad idem pactum hæc dupli pacto, non inde sequitur quod illicite evadat malefici destructio. Nam si dissolutio malefici fiat ab homine non malefico, tunc nulla potest esse suspicio pacti cum demone: quia hæc signa non destruit, operi demonis implorando, sed illum potius fugando, etque instrumenta amovendo, ut ab inferendo damno delinquit. Si vero malefici ipse hæc signa destruat, id præstare valet, quæ demonis auxilium potest; sed potius fœdus intum infringens: eulque poenitentem, nullam in posterum de eum demone communicationem habere velle ostendit. Nam qui hæc signa destruat, a demone sanitate, seu beneficium quoddam non postulat; sed signum destruyendo, illum compellit ut a nocendo delinquit. Si plura compellat, lege delictum *lib. VI. cap. 13.*

X. Quæst. IV. *Maleficiis qui demones christographi proprio sanguine subscribunt tradidit, debet ne illud retinere, ut tamen præterire penitentiam valeat?* Resp. Eo implentur maleficorum plures probantur, ut a Deo, sacramentis, ceterisque christianæ religionis mysteriis nuntium remittant; atque ut firmus fides demone servituti mancipent, tantummodo fœdus inveniunt, scripturamque proprio sanguine christant: quod postea demon ostendendum tradunt, tamquam promissæ fidelitatis oblationem. Vulgaris obtinet error, haud posse maleficum sinceram agere poenitentiam, nisi fuerit ut demone scripturam hanc sibi restituit:

quæ persuasio falsa, & erronea est. Nullum quippe peccatum est cuius poenitere nequeat impius, si velit, Dei gratia adiuvante. Porro, ut ipsam vere poeniteat, satis est ut in toto corde peccatum perpetratum deteleatur, demoni renuntiet, Deo se fideat, etque servet mandata. Si maleficis signum quoddam peus se a demone sibi datum habere, illud comburere deberet protinus in argumentum fracti fœderis, & futuræ inimicitiae. Possent tamen malefici uti cognitione, & pecuniis demonis arte comparatis, alique rebus, quarum conservatio, & usus a demone nullo modo penderet: quia, licet acquiritur vitiosa fœderis, labiata tamen per poenitentiam culpa, usus licitus esse valeret, ut committeret Theologi docent. Advenit tamen, & frequentissime accidit divitias ope demonis acquisitas falsas esse, atque illusorias. Et tunc talibus uti superfluo, & iniustitia foret. Item si pecunie a demone collate furto comparate essent, illicite retinerentur. Adde ego, licet utique facultatem, cognitionemque aliquam demonis arte acquisitam retineret: quia hæc ab illi nequeunt. Quapropter, peccata severa poenitentia deleto, usus earumdem licitus erit. Neque enim quis sanus ope alienius malefici factus, sponte agrorare tenetur, & in pristinam infirmitatem se lo conicere. Notitiam quoque quam acquisitit aliquis, & merente haud potest delere. Ea dumtaxat, non ad vana, aut curiosa scrutanda, sed ad honestum finem uti debet. Quod ad pecunias attinet arte demonis conquisitas, sive vera pecunie, sive adulterate sint, illas prociendas curat, sive adulterate sint, illas prociendas curat, si rationem quaeris, forte illam evidentem exhibere ipote. Nec enim male latet, plura illicite para retineri posse, ut de stipendio foratione christanæ professio, ut ita dicam, sentis istarum divitiarum conceptionem, projectionemque iudere videtur. Si divitias quæque contemneret Dominum docet; si D. Petrus Simonem magnum offerentem pecuniam increpuit, dicens: *Pecunia tua rectora sit in perditionem?* Actor. VIII. vers. 20. ut mea præsertim opinio, pecunias qualique poenitentis maleficis vocare debet. At, inquis, nonne vitium est veras pecunias prodigere, cum optimo usui deservire valeant? Hoc solum evincit quod eiusmodi pecuniarum possint probo viro tradi in aliquem usum iustitiae, quod improbare non audeo, minime vero quod debeant a malefico retineri, ut eisdem dicitur.

Recensentur opiniones damnatae, & laxiores nonnullorum recentiorum.

I. **T**ER propositio Michaelis de Moli- no Pontifice dicitur fuisse que votorum ma- trimonio spectant. Prima habetur n. 7. disti- nam propositio, quae sequens tenet. *Vota de aliquo futuro sunt perfectissima in- penditua.* Altera est n. 64. *Propositio obligatio- num est in exteriori, & latius vero obligatio- nis. In interiori vero aliter se res habet, quae solus Deus, & directus intentus.* Ambae propositioes aperte repugnant sancto Dei ver- bo. Capite superiore ostensum est ex Ier. cap. xiii. Deum con- sultis, & votis. *Vota vobis Domini, & servate.* Ex quo patet primae propositiois damnatae falsitas. Alteram quoque reprobat D. Paulus Hebr. xiii. *Obedite praecipitis vestris, & servate eis; ipsi- que pervigilant, quasi rationem pro anima- rum vestris reddatur.* Si pro animabus ratio- nem reddere praecipiti debent, eorundem ser- vationem, & cognitionem habent, necesse est. Sed de hoc plura in loco. Nunc recensende sunt quaedam opiniones aliquorum recentio- rum, quae nimis laxae nobis videntur.

II. Num coniugatus impeditur ad peccato- nem

nem debiti ob votum, aut incestum, aut cognationem spirituales, possit petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitur, ne periculo exponatur in gravia luxu- ria peccata labendi? ... Affirmativum se- quor, si ita vehementibus carnis stimulis coniugatus ageretur, ut proximo periculo- se exponat incidendi in peccatum fornicatio- nis, vel aliud turpis, nisi debetum parat- quia cum ex observatione voti periculo proximo quis exponatur incidendi in ali- quod peccatum luxuriae intrinsicae malae, & tunc non observatio voti (sicut petere debetum a propria ore) non sit intrin- sece malum, manifestum est nec votum, nec observationem voti esse de re meliori &c. Haec, & longe plura in hanc rem de- *Hissone P. Quintana dicitur ... Perdidit- esse mihi videtur nunc negare omnem pra- cticam probabilitatem sententiae P. Quin- tana dicitur ... Ita expertissimus Casp. Go- zar, cui ego merito assentior. P. Patri- um Sporer tract. 111. n. 2. praep. Decal. cap. xi. sec. 2. §. n. 65. pag. 234. Vide infra cap. 7. n. 12.*

III. An votum castitatis, vel Religio- nis, vel non nubendi factum ab eo cui salubrius est matrimonium ob incontinen- tiam, sit validum, impediaturque matrimo- nium haec iniri. Negantiam sententiam, videlicet neque esse validum tale votum, nec matrimonium impedire, suadere pos- set quis his argumentis. Quia votum castitatis, vel Religionis factum ab eo quem carnis molester, & frequentes rui- nae antecedunt, non est de materia factis indi- cna ac iusta; immo potius contra condi- tum D. Pauli.

Idem forte docerent Auctores huius sen- tentiae in casu quo alicui, dictis tribus vo- tis, aut aliquo eorum emissis, consultus esset ob frequentes carnis tentationes, & lapsum in res veteras supervenientes ma- trimonium contrahere... quia quod ante emissionem votum efficit ut res promissa fit inepta voti materia, si eo emissio superven- nit, tollit voti obligationem... ego videremus lapsus irritabunt vota antea edic- ta... Haec opinio est probabilior specu- lativae... Sed ego probabiliter respondeo esse periculosam opinionem praetere etiam loquendo aliquantulum probabiliter, *tubus amplexi possit.* Ratio est, quia probabile est (quodquid immerito dubitet Diana) quod id quod hic & nunc est speculative probabile, fit etiam praetere... Ergo hic *Cent. Theol. Tom. III.*

non tunc talis opinio etiam praetere erit pro- babilis. Ergo tunc amplexi possit ab eo cui salubrius est matrimonium quam ab eo fuit incontinentiam sunt vota religionis, vel ca- stitatis &c. Ergo aliqua dispensatione pot- erit matrimonium iure. Sic expresse te- net prelatos Ioannes Sanctius. *Leander a SS. Sacramento tract. 15. de Matrim. disp. xxxiii. q. 11. & 111. p. 324. & 325. Vide infra cap. v. n. 17.*

IV. Aliquando votum tanquam agitantia in Sanctiorum honorem potest esse validum, etiam in Hispania... Unde in Hispania videmus canonizationes Sanctorum sole- minitari agitationibus taurorum, ultra sole- minitates processionum, Missarum, & simi- les. Ioannes Martinez de Prado T. II. in fine cap. xxxi. §. 4. summario n. 30. & in il- lius n. p. 640. Vide infra c. v. n. 11.

V. Votum in gratiarum actionem pro actu turpi iam facto validum est. *Leander tract. 11. de voto disp. v. q. xli. p. 341. ex Fillicio tract. xxvi. de voto c. 11. q. 11. n. 54.*

VI. Quod de voto abstinentiae a vino? Obligat sub gravi culpa, ne bibatur in ea quantitate quae vino temperate utentibus sufficeret pro una comestione. *Caill. tract. xv. disp. 1. p. 12. num. 21. pag. 72. Vide disp. 11. cap. 17. n. 1.*

VII. Probabile est eum qui vovit virgi- nitatem, non teneri ad perpetuam castita- tem; sed tantum ad servandam integritatem carnis, quoniam illa vox virginitatis pro- prie significat. *Marin tract. 15. disp. 11. sec. 2. n. 39. ex Burch. cent. 1. cas. 59. Vide disp. 11. cap. 17. num. 22.*

VIII. Si voluit redimere iacturam tem- poris, comprehendit ludum etiam mode- ratum, itemque ludum pro alio; quia ve- re luderes cum iactura temporis. Poteris tamen per alium ludere, licet aspiciendo perdas tempus... Si eo sine voluit, ut vitares rixas, blasphemias, iuramenta... licet tibi ludere nomine alieno, vel per alium; immo debere licet per alium, licet haec incommoda timeantur, quia rei- nit non ludis. *La Croix Lib. III. part. 1. n. 454. pag. 175. ex Tamburino, Palao, & alii. Vide infra c. v. q. xvi. n. 48. & seq.*

CAPUT III.

Voti mortis. Quae illius conditiones, et licitum, & validum sit.

A. Nescimus notionem, seu definitio- nem voti prodo, diversam voca- buli

ball illius, vel vocis significationem permitto. Voti nomen a verbo vocis proficitur. Porro votum idem est quod promittere, non cavere, sed Deo, aut Sanctis. Promittere, sponte, polliceri, verba sunt, quibus vel hominibus, vel Deo animi nostri desideria pandimus, & obligamus. Vovete autem proprie significat quidem Deo nuncupare: quia votum est actus religionis, quo Deum colimus. Votum legius pro desiderio accipitur. Quia propter votorum compositos appellatur illi qui iura assequuntur desideria. Vota facere idem non imperanter sonat quod precari, avere, & optare; & pia desideria vota dicuntur, atque pro ipso voluntatis proposito non nunquam utuntur. Ex his variis significationibus genuinum voti notionem statim damus, ut in limine disputationis id de quo tractandum est, fiat competent.

II. D. Raymundus in *Son. tit. de veri tractat.* hanc exhibet voti definitionem. *Votum est aliquid boni cum deliberatione facta promissio.* Hec definitio parum distat ab altera quæ est D. Thom. 1. 2. q. lxxxviii. tradunt communiter Theologi, quæ est istiusmodi: *Votum est promissio deliberata, & spontanea Deo facta de re maiori.* Quæque conditiones pro vero voto alienari solent. Prima est deliberatio; qua intellectus expendit, ponderatque omni suscipiendum. Secunda est propositum, seu voluntas promittendi, se obligandi, & exsequendi promissum. Tertia est promissio ipsa, quæ quædam iocunda practica intellectus nuncupari solet. Quarta, quod hæc promissio fiat Deo, cui soli, ut infra dicitur, vota presse accepta nuncupantur. Quinta, quod sit promissio de meliori bono; hoc est de Deo grata, seu de bono supererogatorio, quod preceptum non sit: si votum strictum, & preceptum accipitur; quamquam, ut infra dicitur, votum quoque de re precepta esse possit, quatenus res precepta constituitur a vovente religionis materia: & sub hoc titulo nuncupari potest melius bonum, seu opus supererogatori. Sed, ut dixi, dum de voti materia sermo infra redibit, suffus ex D. Th. hæc conditio exprecabitur.

III. Indicatæ conditiones explicandæ sunt. Ex primum omnium advertingendum est, nulla verba, aut signa requiri ut votum periciatur, ut docet Angelicus 1. 6. & D. Antonius 1. 1. Par. tit. 21. cap. 11. *Non tamen, inquit, est necessaria expressio vocis, in promissione; sed sufficit promissio corde facta.* Ideo enim in promissione homini facta voces, signa, aut actus, quibus interna animi sentia manifestetur, necessaria sunt, quia homo non videt ea que in corde sunt, sicut ea videt Deus. Quocirca humana promissio, ut accipiatur, verbis, aut signis indiget; secus votum Deo factum. Hoc tamen dictum sit, ut voti naturam explicemus. Ceterum in praxi expediens semper erit, & ad firmitatem memoriam, & ad maiorem voti declarationem, verbis votum exprimere, ut legitur scilicet David Psal. lxx. *Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.*

IV. Disputant non leviter Theologi, in quo actu aut intellectu, aut voluntatis voti essentia sit a sit. Ab hac difficultate paucis nos expediemus. Inter omnes convenit, plures actus ad votum prærequiri tum ex parte voluntatis, tum ex parte intellectus. Si voti essentiam spectes, in actu intellectus practici consistit. Votum enim lex privata est, quæ sit Deo ad aliquid agendum devincti; atque ad illius honorem, & gloriam, quod faciendum sibi imponit, ordinat, & dirigit. Dirigere autem, & ordinare actus est intellectus imperantis; secum tamen desert propositum voluntatis. Quomodo autem propositum voluntatis moventis præcedat ipsam actum intellectus, aibi dicitur, cum actum interiorum series delineabitur.

V. Quæst. I. *Quenam deliberatio requiritur ad votum.* Resp. Omnes ad unum adfirmant, necessariam esse deliberationem ad vovendum. Verum, quia deliberatio, seu libertas alia est imperfecta & imperfecta, alia perfecta & plena; locus est questionis, utra ex his ad votum necessaria sit. Communissima sententia est, ad votum necessariam esse plenam, perfectamque deliberationem. Hæc autem perfecta deliberatio in solita est, quod votens sit plene sui compos, quod advertat, & cognoscat id quod promittit. Ad hæc perfectam plenamque deliberationem necessariam minime est longa, & diuturna discussio omnium circumstantiarum. Neque huic perfecta deliberatio officit quæcumque animi perturbatio, vel commotio; sed ea solum quæ mentem obnubilat, læmque rationis aufert. Alioquin, si quæcumque animi commotio tolleret deliberationem voto necessariam, putanda reperiretur vota valida: quod quidem plurima vota sunt vel in spiritu devotissimi, vel vehementi aliquid rei desiderio impellente, vel ira, aut timoris impetu stimulante: que omnia, licet occasiones, non tamen causæ sunt emittendi votum. Ea ergo libertas que vel ad committendum peccatum, vel ad perficiendum contractum, aliudve grave negotium

tum sufficit, ad votum quoque emittendum satis esse non dubitatur. Quare dupliciter considerari potest deliberatio, & ut opponitur subreptioni, seu motui subitaneo, quem primo primum vocatur; & ut affert severam discussionem omnium mediorum quæ vel promovere, vel remorari rem deliberatam possunt. Deliberatio primo modo accepta necessaria ad votum est; secus secundo modo.

VI. Quæst. II. *An vota repentina debeant impleri?* Resp. Vota, licet repente fiant, valida sunt, quando, ut dictum est, ex deliberata voluntate proficiunt. Imprudentia tamen eiusmodi vota laborant. At, si valida sunt, dubio procul obligationem inducunt. Ceterum talis repentina emissio iustam præbet causam impetrandi vel dispensationem, vel commutationem. Quod aliquem emissio voto confessum poenitentiam eundem, non inde inferat votum invalidum esse: quia non raro displicent nobis plura, illico ac facta sunt, quamvis ex perfecta deliberatione concepta & parata sint. Si tamen votum ex vehementi aliqua perturbatione sive iræ, sive timoris processisset, eundemque statim poenitet votum arguendum non leve esse, votum invalidum fuisse. Ceterum regula præcisa assignari nequit. Deliberatio siquidem actus imperans est, earum vel ipsi voventi non satis semper perspicua. Ex signis igitur externis tantum illa colligi potest: adeoque ex variis consuetudinibus, & circumstantiis valida, vel invalida declaranda sunt eiusmodi vota. Una duntaxat regula certa est, quod vota quæque nonnisi cum magna ponderatione, & discussione fieri debent. Sunt namque private leges, quæ, antequam ferantur, ad severum examen omnium circumstantiarum debent revocari. Quare dicimus cum communissima Theologorum sententia, peccare, saltem venialiter, eos qui levi consideratione vota magis momenti emittunt. Quo enim maior est omni iudicandum, eo exigit maturior consideratio, severior discussio, & prædilatior consultatio. Quæ propter dicitur Eccl. v. *Discretus Deo inspicit, & stultus promissio.* Stultia promissio appellatur que prædientia, & consultatione caret.

VII. Quæst. III. *An quandoque mortale peccatum committit qui precipitanter votum magis momenti edit?* & *An votum sit in peccato emissum, valens sit?* Resp. Gravitas cuiusque inconsiderantia est negotii peragendi momento maiori aut minori sumitur. Votum genere suo grave negotium est cum Deo initum. Potest leve fieri ob materiam levita-

tem. Sed, si materia gravis sit, gravissimum semper existit. Erat itaque culpabilis omnisio debitor considerationis plus minusve, prout maioris aut minoris momenti fuerit votum emissum. Peccatum tamen mortale nunquam, mea sententia, contingere posse dicent. Iam autem peccatum mortale accidere defendant Sanchez, Suarez, & Lessius, cum votens experientia edoctus prævidet, se transgressurum fore votum quod emittit absque debita consideratione. Hanc opinionem rejiciunt Salmant. *tract. xviii. cap. 1. par. 1. §. 1. n. 13.* eo quod periculum transgressurum non occurrere pariter potest in voto deliberatione perfecta emissio, ob votens fragilitatem. Subdunt vero peccatum mortale contingere posse, cum precipitanter votens leve periculo exponit impossibilia, aut illicita promittendi. Talia enim Deo promittere, peccatum grave est. Ergo peccatum tridem grave erit leve periculo summa promittendum exponere. Huic vero periculo se exponit qui inconsulto, & precipitanter vovet, tale periculum prævidendo.

VIII. Ego tum primum, tum secundam opinionem censo fallam. Nomen consentiunt omnes, ad votum perfectum, plenamque requiri deliberationem? Quæro precipitanter, & templa deliberatione vovet, nihil vovet; potiori iure excusabit a præsto periculo. Quid? An ne imperfecta erit deliberatio comparata ad votum; plena vero respectu periculi? Sed hæc paradoxa sunt. Qui enim plene lumine, & deliberata voluntate prævidet periculum, videt quoque id quod vovet. Si autem inconsideratio eiusmodi est quæ libertatem, plenamque deliberationem impedit; votens nihil vovet. Quomodo ergo verum habet quod dicit Salm., hinc licet leviter votentem se exponere periculo promittendi illicita, vel impossibilia; si nihil vovet, nihilque promittit, ob necessitatem, plenamque deliberationis defectum? Peccat itaque solum venialiter, eo quod ad peccatum mortale plena deliberatio necessaria est. Quod vero non peccet mortaliter, dum post experientiam violati voti iterum vovet, etiam patet. Nam sic votens semper votum emittit eo sine ut Deo cultum exhibeat, ut se a vitio coerceat. Solutus ergo imprudentia, & inconsiderantia crimen est, quod venialis malitia limites non excedit. Avocandi ergo sunt homines ab eiusmodi votis, intransigentique, ut antequam vota Deo nuncupent, serius recogitent vires suas, propensiones, circumstantias, statumque

proprium expendant. Quod atinet ad secundam quærit parrem, cum votum plena deliberatione emittitur, licet ex aliquo re, timoris, alienationis passionis motu, tamquam ex occasione ortum ducat, & conuenienter alius votum contingat, nihil impedit quominus votum validum sit, & ad illud implendum votens teneatur: quia eiusmodi culpa nec tollit deliberationem ad votum necessitatem, nec votum ipsum inficit.

X. Quæritur. *IV. An, quando votum est de re leui, ex aliquo, solum sub veniali, sufficiat scripturae delibetatio?* Resp. Adfirmant aliqui, quos inter referunt Salm. loc. cit. n. 25. D. Antonium II. *Part. tit. xi. cap. 1. vers. 6.* sed falso: quia solum dicit, quod votum subitum non obligat ad peccatum perfectum, nec ad bonum perfectum. Verum, utcumque se se habeat, respondeo ad nullum votum, quantumlibet in materia leuissima, sufficere temperatam deliberationem. Votum enim quodlibet lex est privata, cuius naturam materiam siue magnitudinem, siue paruitatem minime variat. Votum illud iuste natura grauius obligat. Admissio etiam, quod ratione materiam leuis obligationem inducat leuem (cuius oppositum infra docuimus) hoc minime impedit quominus vera lex sit privata, quæ necessario exigit perfectam deliberationem. Peccatum veniale (ut soluitur contrarie opinionis argumentum) committi potest sola temperata deliberatione præcedente, quia actus suo genere imperfectus est in linea moris; et votum quodcumque natura sua, quocumque materie, siue magne, siue parue, consideratio inflata, quod perfectum est in religionis negotio: & ideo perfectam exposcit libertatem.

X. Quæritur. V. An ad votum sufficiat deliberatio, seu liberatio virtualis? Resp. Negat Angelus II. *Part. 9. de voto art. 1. disp. 3. concl. 1.* ubi auctor necessarium esse deliberationem adualem. Sed Auctor iste nullam pronat rationem. Ex alia parte illius opella, quam in motum materia edidit, parum illi auctoritatis conciliat. Communissima sententia tenet, sufficere deliberationem virtualiter contentam in actibus præcedentibus, dummodo in actu ipso emittendi votum, sui compos sit votens: si enim aut aliter, aut corruptus esset, certe votum nullum foret. Hæc virtualis deliberatio sufficit in omnibus actionibus humanis, in quibus actualis rara est ob mentis naturæ imbecillitatem. Sic in actu virtualis sufficit ad perficienda sacramenta. Quare qui exacto adprobationis anno

in aliquo Novitiatu, ut vocant, cum deliberatione profutendi sanam religionem, accedit ad oratorium vota noncupaturus, quamquam repta, & actualiter non cogitet de votis, quia alio distractus est, profectus, & vota valida sunt, ut communitur Theologi docent.

XI. Quæritur. VI. An propositum sponsum sit votum, vel aliquam indicat obligatorium? Resp. Canonitarum aliqui docent, solum propositum ad votum sufficere. Communis Theologorum, & Canoniarum sententia est contraria: quia propositum illi aliud etiam quodlibet faciendi. Præcurritur utique propositum ad votum; sed in eo votum natura non consistit. De secunda quærit parte non una est Theologorum sententia. Quod inter omnes conuenit, est, nullis propositi, quantumlibet efficacis & validi, transference mortalem esse. Diffidius est de culpa veniali. Non pauci enim, ut Lessius *Lib. II. cap. xl. arti. 4. n. 22.* Angelica vero *Votum 1. Præd. Raphael dela Torre 2.2. quæst. lxxviii. art. 1. disp. vii.* & alii docent, transfectionem propositi veniali culpa non carere: & aliter illud D. Bernardus episc. *1. Quisquis vultis bonum, facite propositum, bonum minus, quod potest, sibi illicitum facit: & illud D. Gregorius. In conspectu Dei casit qui a bono proposito recessit.* Alii contra propugnant, nullum in violatione propositi committi peccatum, eo quod propositum obligationem nullam inducit: quæ sententia mihi probatur, si sola propositi natura inspicatur. Ideo namque homines abluunt a voto purpuratum, & de his tantum propositum eliciunt, ut liberi remaneant, valeantque pro libito consilium mutare. In his enim quæ libere libi homines imponunt, eorumdem intentio spectanda est. Porro intentio eorum qui proponunt quidquam agere, ea est, ut ea necessitate quæcumque liberi maneant. Hæc doctrina est D. Thomæ hic *art. 1. ad 3. Distinguit, quod ille qui matris nomen adstrahit, iam facit aliquod, sed ille qui solum propositum, noncum aliquo facit, sed quando ponitur, iam incipit existerre ad strandum, licet nomen implicet quod prociuit, sicut ille qui ponit matrem ad stratum, nondum arat, iam tamen ponit nomen ad arandum.* Hæc D. Th. doctrina soluta manet quæ opponi solent. Patres pro propositis votum leuissimum usurpant. Quoties Augustinus voti violationem indicat, a proposito cadere transgressores ait. Eodem modo Bernardus, & Gregorius loquuntur. Quod pollea subdunt, in-

con-

constantia, leuitatis, & infidelitatis argumentum esse propositi facti fidem frangere, saluum est. Nam idcirco, ut dicitur, quicumque propositum, & non votum, ut sibi liberatissimè per adit a proposito recedendi. Nemo tamen negare audebit, ut ego arbitror, aliquam contingere culpam, si obique illa causa quis a bono proposito recedat. Non ea quidem ratione quod obligationem, quam nullam esse diximus, propositi violat; sed ob illud generale principium, quod non proficere in via Domini desistere est. Quare quisque curare debet ut illi quid propositum, exequatur; nisi rationes occurrant quæ oppositum fuscident. Et licet non sit lexurgens, neque fidelitatis debitum attingat, mutatio tamen difficillime a cuiusque inconstantia, & volubilitate libera purgari potest. Et hoc forsasse spectat prima sententia: & hoc in sentis cum reprobare minime valeamus.

XII. Quæritur. VII. An in promissione natura voti sit sit, et quando a proposito promissio differat? Resp. Communissima Theologorum sententia est, votum promissione perfecta, & in eadem essentiam voti consistere. Idcirco votum definitur promissio facta Deo. Ratio sumitur ex ipsa Scriptura, quæ votum per promissionem describit. Dicitur enim *Deuter. xxi. Cum votum reueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere. . . facies sicuti dixit Deus: ne moris reddere: displices enim ei infidelis & multa promissio: & infra: Melius est non votare quam post votum promissio non reddere.* Votum igitur in Scriptura per promissionem explicatur. Votum ergo promissio est. Omnes pariter alerunt, promissionem hanc distinctam esse a proposito eorundem promissionem præcedente. Ut proinde distinctio clarior evadat, utriusque actiones proponenda sunt. Promissio hoc pacto fiti solet: *aliquid ago qui intendit aliquid facere sub obligatione exhibita alteri.* Hæc initio communis est, licet naturam promissionis in communi acceptæ exponit. Voti namque promissio particularis est actus, quo quis se se obligat ad aliquid præcedendum in Decalogo; propositum autem est deliberatio aliquid faciendi; seu, ut communitur dicitur, propositum procedit ex deliberatione rei faciendæ: promissio vero ex deliberatione acceptandæ obligationis, si ubique eam imponendi. Disputant Theologi, ad quam animæ potentiam spectet promissio. P. Suarez *Lib. I. cap. xlii. iulo calamo hæc versat quætionem, quam nos præterite expediens iudicamus, eo quod*

nullius momenti ipsa nobis appareat. Dumtaxat cum D. Th. 2.2. q. lxxxvii. art. 1. dicitur, promissionem ad intellectum pertinere: est enim practica locutio, seu imperium, quo ad Deum se homo dirigit, quæve se illi obligat. Per votum enim, quod in promissione situm est, homo ad Deum se se obligat. Dirigere autem, & ordinare ad intellectum, non ad voluntatem, spectat; quiquid in oppositum asserat Suarez cum Scoto, quorum vix obiectiones taceo, quia tanti non sunt, ut plus otii in illis excutiendis terere debeam.

XIII. Quæritur. VIII. Quando a proposito requiratur, ut votum validum sit? Resp. Omnes ad unum fatentur necessitatem propositi ad voti valorem. Diffidius aliquid solummodo est de qualitate propositi, seu intentionis, & deliberationis. Nam propositum votens diverso modo considerari potest. Erit, si deliberatio solummodo promittat, & votum; sed animi deliberatum habeat non votendi. Secundo, si quis habeat propositum votendi, & se se se obligandi; sed simili deliberatam habeat voluntatem non exequendi promissum. Tertio modo votens considerari potest, quatenus animum, sui propositum habeat promittendi; & implendi promissum, sed abique animo se se obligandi.

XIV. Communis sententia est, eum qui primo modo votet, nullam emittere votum, quod solum vult carnis ludere. In illius opinionis confirmationem Salmat. *trist. xvii. cap. 1. post. 1. q. 3. n. 19.* pronuntiant hæc D. Th. auctoritatem ex *IV. Sent. dist. xxx. viii. q. 1. art. 1. quæstionibus 1. ad 2. Promissio quandoque fit ere, & non corde; & talis quoad Deum non est votum.* Hæc D. Th. auctoritas truncata est, quæ Doctoris mentem minime exprimit; subdit enim Angelicus *immediate, & non oportet addere spiritum.* Car hoc? Audi rationem: Quoties homo non possit cogi sufficienter simpliciter ad promittendum, potest tamen cogi rationem quædam interpretatam ad reverentiam promissionis, sicut & ad illa opera voluntatis exteriora, non autem ad promissionem interiorum. Sententia ergo S. Th. est, quod si quis eorum verba exteriora quæ votum præferunt, emittit, votum nullum eredit: quia coacta promissio exterior, si voluntatem politivam non promittendi habeat votens, ludica, & umbra promissionis est. Ceterum, si quis politivum deliberatum animum promittendi haberet, atque hæc deliberata voluntate sponte, & libere verba votentia exprimeret, licet

licet

et alia intentione interiore nollet se obligare; tunc latius probabiliter nobis videret, hunc votum edere, quia intentio, seu propolium illud intentionem efficacem promissionem, & votum continet, & secum necessario deferret voluntatem se obligandi. Libere namque vult, & deliberate promittit, seu deliberate votum profert, quicumque serio, & deliberate animo, nullo cogente, verba vota promittit. Intentio autem interiore, quae requiritur votens se se obligare, inefficax est; quae efficitur propter non potest. Venit quia quaedam metaphysica est, quae in intrinseca duplicata parte valet, ideo a fultore discussione abstinere. Illud nam pro praxi subdo, eum qui deliberate animo abique alia exteriori vi, vel metu votum verbis ederet, cum interiori proposito non votendi, excusari non posse, in omnium, ut ego quidem arbitror, sententia, a quacumque culpa. Si enim promissio ludicra, & fallax hominibus facta ex parte haud est; quanto magis violenter erit promissio fallacia, & doli plena Deo facta?

XV. Qui secundo modo votent, nempe cum animo promittendi, & se obligandi, sed cum voluntate non implendi promissum, quamvis Valentia Tom. III. in 2.2. dist. 21. qu. 5. vi. post. 1. dicat, eiusmodi non esse votum; communi tamen sententia est, sic votentes verum edere votum: quoniam voti essentia perficitur voluntaria promissione, ut roque animo se se obligandi. Votum hoc est privata, quam legatorum cum voluntate se obligandi abique voluntate excedendi, regere peroptime valet. Posteriori autem propolium non implendi inefficax est, nequeque elidere duo priora promittendi, & se se obligandi, seu ipsam imperium praestitum, quo votum imperatur, & dicitur in Dei cultum. Quapropter qui sponsalia promittit, qui ordines sacros suscipit cum voluntate contrahendi, suscipiendi, & se se obligandi, valide contrahit, valide ordines sacros suscipit, & adimplenda promissa alitripuit; tamen si voluntatem implendi non habuerit. Sed haec vix in praxi occurrunt.

XVI. Obicis. D. Th. ait, quod promissio ex proposito facienda procedit. Deficiens ergo proposito facienda, deficiat ipsa promissio. Voluntas namque implendi promissum ipsam continuit promissionis efficaciam, ergo sententiam quoque voti ingreditur. Quod plurali Nonne si quis homini promitteret, statimque subderet se non habere animam implendi, illud non promissum haberetur?

XVII. Resp. D. Th. cum ait promissionem procedere ex proposito facienda, loquitur de promissione perfecta; &, cum ait ad votum tria requiri, nempe deliberationem, propolium, & promissionem, sermonem habet de voto iuxta rectam, communi nemque votandi normam. Cum autem deest aliqua conditio, quae nec voti, nec promissionis, efficaciam ingreditur, non delinitur votum, sed imperfectum duntaxat relatur. Porro conditio implendi promissa, seu votum, nullo modo ingreditur five promissionis, five voti naturam; sed extrema est, & adventicia; ideoque votum delinere nequit. Quod subditur, extra rem est. Utrique si quis promitteret, & consensum subderet, se nolle implere promissum, non verus promissor, sed illud haberetur. Si vero sinceret, & deliberate promitteret, uti nunc sermo est, promissis stare, & eadem implere cogere.

XVIII. Qui tertio modo votet, voto alitripuit. Qui enim sinceret, & deliberate animo votet, & promittit, recipia vult ea omnia quae in iplo voto, & promissione necessario includuntur. Porro in vero voto, & promissione includitur obligatio exequendi rem promissam. Eo modo quo quis deliberate vult aliquam causam, eadem voluntate vult effectum qui necessario causam illam consequitur. Qui deliberate stupam legi adicit, anae respere potest ultionem? Hanc sententiam proponunt Sotus Lib. III. qu. 1. art. 1. Prado Tom. II. cap. xxxi. q. 12. Aragon 2. 2. qu. lxxxviii. art. 1. pluresque alii. Pro contraria vero opinione dicitur Suarez Lib. I. cap. 111. num. 7. Azorius I. Part. Lib. XI. cap. 111. qu. 1. Sanchez Lib. IV. cap. 1. num. 27. Lessius Lib. II. cap. 51. Bonacina disp. 19. qu. 11. num. 21. Trullench. dub. 1. num. 12. Valentia disp. 19. p. 1. §. 6. num. 24. Ratio istius sententiae est, quod qui apponit conditionem contra substantiam contractam, nullum edicit contractum. Præterea votum lex est privata, quae ultra intentionem legislatoris non obligat. Quodlibet illud de lana caprina est, atque inter magas reicienda: quia aut hypothesis est chimerica; aut prior sententia vera est. Facta namque positio qua quis vult regera votum, & promittere, immo quod recipia votet, & promittat, admittit, inquam habet, & lineata voluntate, quae iam erupit in actum votendi; & promittendi, posterior voluntas vellest est, quae nequit priorem voluntatem efficacem elidere. Ceterum, quia

vix,

vix, ac ne vix quidem concipi potest quod homo libe compos velit sincere, & deliberate animo votere, & promittere, simulque velit se se non obligare; ideo quaestiohem ceu inane pratermittimus.

CAPUT IV.

Explicatur ultima definitio voti particula, promissio facta Deo, ut palam fiat, quo sensu dicatur, vota Sanctis fieri, & Praelatis.

I. Quæstio hæc disputatur, & adversus hæreticos, & inter Catholicos, Hæretici recentiores, Lutherani, & Calvinisti, quemadmodum omnem cultum Sanctis admittit, sic nulla vota, nulla promissa in Sanctorum honorem quocumque in sensu dicari posse defendunt abique idololatrie reatu. Erasmus in colloquio inscripto *Naufragium*, navigantium vota deridenda pronat: & quamquam de bacchari videatur contra vota inconluta, atque mortis timore edita ab illis qui, ut se ab undarum faucibus eripiant, ad divos confugiunt; nihilo lectus impudentissime proflus non modo vota, sed & ipsas preces Sanctis oblatas ludibrio tradit. Sanctos ipsos impetit, Virginem Sacramentum a maris invocant in praesidium spernit, & tanquam navigationis ignaram non polletere currere naufragis deblatatur. Venerem, non Virginem, mari praesidere effuit; & plura alia evoimit adversus D. Th. Vincentium, & Catharinam Genentem, quae vel referre piget. Alibi palam feci Sanctos colendo, invocandoque a nobis esse. Nunc tantum de votis sermo est. Non negamus Erasmo, eiusque gregalibus, plura vota inconluta esse, atque humano timore extorta quandoque Sanctis nuncupari. Sed aliud est votorum abusus, aliud ipsa vota detestari.

II. Catholici omnes adversus hæreticos docent, vota aliter in sensu Sanctis nuncupari posse, huncque morem antiquissimum esse in Ecclesia, ut colligitur ex Eusebio Lib. XIII. *prep. evangel.* cap. vii. qui nomine omnium Christianorum ad Martyrum monumenta convenientium ait: *Non corpe precatis militet* (hoc est Martyres) *ut Dei amicos honorantur ad monumenta illorum accedentes, votum illi facimus, tamquam civis sancti, votum intercessione ad Deum non parum in votum profertur.* Theodoretus Lib. VIII. Græci referent vota, seu illorum membrorum simulara quorum facilitatem Sanctorum patrocinio a Deo acceptant claudi, caeci, alique

id genus infirmi. Inquit enim: *Pie, fideliter, que precatus es maxime consequi qua desiderant, respicit illa que votum tui persolvunt nam alii quidem cultum, alii veri pedum, alii manuum simulacra suspendunt ex agentis, auro confecta.* Plura alia promere suffem, nisi obvia penes Theologos essent. In præsentia modum potius explicabimus quo Sanctis nuncupari vota solent.

III. Omnis itaque variis dicendi modis, qui magis nobis probatur, ille est quem tradit D. Th. 2. 2. qu. lxxxviii. art. 1. ad 3. ubi docerit vota soli Deo proprie fieri his verbis. *Ad tertium dicendum, quod votum soli Deo fit; sed promissio etiam potest fieri homini; & ipsa promissio boni qua fit homini, potest cadere sub voto, in quantum est quoddam opus virtutum. Et per hoc modum intelligendum est votum, quo quis vocet aliquam Sanctis, vel Praelatis: ut ipsa promissio facta Sanctis, vel Praelatis cadat sub voto materialiter, in quantum scilicet homo votum Deo implaturum quod Sanctis, vel Praelatis promittit.* Duae itaque promissiones, in verbis, saltem res ipsa diligende sunt. Altera est qua quis aliquod opus in honorem Sancti se facturum promittit; atque hæc promissio votum non est, sed voti materia. Altera promissio est Deo facta, qua quis Deo spondet se servaturum id quod in Sanctorum honorem promittit; & in hac secunda promissione votum consistit. Hinc consequitur, vota soli Deo, si presle loquendum fit, nuncupari sub Sanctorum auspiciis: quoniam votum adus est religionis, cultusque lætæ, qui soli Deo debetur. Hæc sola breviter, & perspicua S. Thomæ doctrina probrat omnia Lutherano, & Calvinistarum commenta contra vota Sanctis nuncupata.

IV. Hæc quæ dicta sunt, non impediunt quin ipsi Sanctis vota nuncupari dicantur, si vota in latiori significatu usurpentur. Nam voti nomen latius patere, nec ad solius religionis actum restringi, vel ipsi fatenti cognitur hæretici; Equidem & ipsa desideria, & preces vota læpissime appellantur tam in Scripturis sanctis, tum in communi modo loquendi, tum in ipsorum Ethnicorum scriptis. Non est ergo quod cavillentur hæretici, nos idololatriæ crimine perstricare, cum vota Sanctis nuncupantur; hæc aperte testamur, vota quæ illis dicuntur, non esse vota proprie dicta, & actus religionis, seu lætæ; sed longe inferioris conditionis. Sacrificium nunquam offertur Sanctis: quia nomen sacrificii non est adeo amplum, sicut nomen voti. In communi namque

que omnium exultatione sacrificium significat oblationem soli Deo debitam; neque extenditur ad significanda munera que creantur offeruntur, sicut extenditur votum. Vota ergo Deo nuncupamus, tanquam primo, & supremo omnium honorum largitori in grati animi agnitionem pro acceptis beneficiis, pro imperandis; Sancti vota offerimus tanquam intercessoribus, per quos a Deo beneficia facilius nos accepturos confidimus.

V. Quando ergo Catholici vovent B. Virginis, Sancto Angelino, Sancto Benedicte, Sancto Francisco, Sancto Dominico, Iesu genitum est, quod voveant Deo coram istis Sanctis, tanquam testibus, patronis, & adiutoribus ad imploranda divina subsidia, quibus vota facta valeant impleri. Quod amabo, istis idololatram habet? Similiter qui obediunt Praefato promittit, cui xenodochia ministrare, aut quidquam offerre vovet, Deo vovet; licet promittat obedi Praefato: qui promittit, ut Praefatum spectat, votum non est, sed voti materia: nec praefato voto xenodochium honorare vovens intendit, sed Deum; quamquam votum Deo factum in unitatem dirigat ipsius xenodochii.

VI. Obicitur. Nunc cum vota Sanctis nuncupamus, Sanctos ipsos honoramus, & colimus? Vota ergo nostra Sanctos ipsos spectant, & consequenter non soli Deo, sed etiam Sanctis vota nostra offerimus; Resp. Patet ex dicto iudicio: Deo soli vota preste accerit, ut in Scripturis sanctis designatur, nuncupamus, Sanctis promissa offerimus, quae vota non sunt, sed votorum materiae. Sanctos honoramus, & colimus, tanquam votorum nostrorum testes, & intercessores, seu imperatores auxiliorum a Deo, quibus vota implere valeamus. Caeterum addit, Sanctis non fieri vota, si considerentur in creatura ratione praedita; sed prout Deus in iisdem pro gloria inhabitat, & respicit: ita ut vota quae fieri Sanctis dicuntur, fiant Deo in Sanctis residentibus: quae homo non recedit a doctrina D. Th. ut indicat Suarez *lib. 1. cap. xvi. m. 2.* Nam Caeterus hac solitione, sui distinctione confirmat doctrinam sancti Doctore. Si enim vota quae nuncupantur Sanctis, sunt Deo residentia in Sanctis, planum est vota praefata accepta fieri soli Deo. Cuius autem qui oblationem Sanctis his votis in lata specificatione accipit, quae vere sunt iuratae, non est laicus cultus, sed tantum dolus. Clarus: non est cultus me-

re civilis, & humanus; neque est cultus laicus soli Deo, tanquam supremo, solumque Nummi, omnium honorum principio, & largitori, debitus; sed est cultus sacer, qui laici vocari debet, quem Sanctis propter singulari excellentiam qua a Deo donati sunt, offerimus. Et, dum illis adiudici vota nuncupamus, non recedimus illi tanquam gratiarum, & auxiliorum distributores; sed tanquam mediatores, & intercessores apud Deum. & Iesum Christum Filium eius, qui verus & unicus mediator, & redemptor noster est; Omnes etenim sive Angeli, sive Sancti, virtute dumtaxat meritorum Iesu Christi apud Deum pro nobis intercedunt. Quod postea aures obtundunt, eadem ratione qua Sanctis in caelo resonantibus offeruntur vota, offeri quoque posse iustis in terra dependentibus, inane loquimur est. Iusti namque qui in terris nobiscum degunt, non sunt in gratia, nec in gloria confirmati: modo sunt, modo possunt non esse sancti. Praeterquam quod certo nobis non constat, quemquam hac mortali carne indutum esse sanctum; sed pie tantum de aliquo credimus. Certo autem scimus tales esse homines cum Deo in caelo regnantes: certo scimus nunquam illos similitatem amittentes; sed esse in gratia, & in gloria aeternam confirmatos.

CAPUT V.

De materia voti subiecta. Vera intelligentia illius particulae de bono meliori respicitur. Votum non ubiubi validum declaratur. Opinio Leandri, & aliorum, docentium votum castitatis fieri nullum ad superuenientes tentationes, & lapsus, refutatur in *laxa, & improbabili.*

I. Convenit inter omnes, materiam voti debere esse aliquid honestum, possibile, liberum, non indifferens, nec minus bonum impediens. In quolibet namque voto dicitur occurrunt actiones quarum aliqua materialis est, qua sit votum, ut scilicet, & sacrificare, &c. altera formalis, quae est promissio quaedam actionis materialis; & haec promissio Deo facta actus est religionis; quae omnia in sequentibus qualitatibus explicabuntur.

II. Quae. I. An ea quae sunt lege sine humana, sive divina scripta, &c. possunt esse materiae voti? Resp. Pro sententia negante Salerni, de *lib. xvii. cap. 1. p. 1. m. 2. n. 2. n. 3. n. 4.* allegant S. Antonium *II. P. cap. 11. §. 1. Sylvesterum verb. Votum 3. quae. 1. v. Sed*

adfirmare oportet eiusmodi Auctores lectum non fuisse a Salernitanis; cum illi oppositum omnino doceant: scilicet quippe cum D. Th. distinguant rem praecipiam, seu necessariam, a materia libera: & statuant, opus ut necessarium non esse materiam voti, focus ut liberum. Quodlibet autem praecipiam, sive humanum, sive divinum, licet necessarium sit necessitate salutis, quatenus sine eo salus obtineri nequeat; liberum tamen est, & quia homo illud respicit, & quia novo titulo illius observationi astringi potest. Seu breviter, duplicem distinguunt necessitatem, absolutam unam, quae voto respicitur; & alteram necessitatem finis, quae necessitas opus absolute liberum imponit, & ad summum necessarium duntaxat ob alium finem abiectionem. Haec est doctrina D. Th. 2. 2. quae. lxxviii. art. 2. Quae votum permissibile voluntarium imponit; nec est absolute necessarium excludit; id quod est absolute necessarium esse, vel non esse, modo sola sub voto cadit: nullum enim est, si quis voverit se esse mortuum, vel si non esse voluerit. Illud vero quod non habet absolute necessitatem, sed necessitatem finis, puta quia sine eo non potest esse salus, cadit quidem sub voto inquantum voluntarie fit, non autem inquantum est necessarium. Hanc doctrinam defendunt D. Antonius, Sylvester, Angelus verb. Votum n. 1. & Tabiena verb. Votum n. 2.

III. Sententia communissima docet, ea omnia quae lege sive divina, sive civili, sive ecclesiastica praecipuntur, esse posse materiam voti. Haec sententia clare eruitur ex sacra Scriptura: siquidem dicitur *Psal. cxviii. lxxv. & statim custodite iudicia iustitiae tuae.* Et iure quoque canonico, ut ex *cap. Ego de incontinentia, & cap. Cum Ecclesis, & cap. Significavit de electione.* Constat quoque opinionem nationum illi consilio, votum etiam non Christiani modo, votum etiam Ethnicis, condita, pacta, contractus, ad votum observantiam astringuntur homines iure naturali, & divino, confirmant toramens. Quid in ergo & votis? Sive enim votis, sive iuramentis illa firmantur; vinculum superadditur religionis. Unde ipsimet barbari, si irritata pacta infringunt, duo crimina specie diversa, alterum adversus religionem, alterum adversus iustitiam, se se committere arbitrantur. Ratio tandem evidens est. Opus sub praecipio impositum absolute liberum est, & solum dicitur necessarium necessitate finis, sed obligationis: quam necessitatem vocat

ipse Tabiena necessitatem conditionatam, seu suppositivam, quae non excludit libertatem. Nihil ergo obstat quominus Nova religio vinculo non astringatur ad praestandam opus quod est sub praecipio impositum. Praecipium namque nullo modo aufert a voluntate libertatem; immo eam supponit. Cur ergo non poterit idem opus praecipium fieri voti materia; ita ut quod est titulo legis vel divinae, vel humane debitum, alio titulo, nempe religionis, debeat? Auctorem citatur superius: quia communissima sententia est.

IV. Quae. II. An promissa quae fit in baptismatis susceptio, venunt in subiecto, & promissis eius, sit votum? Resp. S. Raymondus *titul. de transgress. pag. 52. ait: Poterunt esse necessitates, alia voluntaria. Vota promissae dicuntur ea ad quae implenda non sunt absolute necessarii, sive vocati, sive non ut abstruuntur diabolo, & omnia: promissae sunt. . . . & ad hoc se obligat quilibet in baptismo, unde, quocumque modo peccat mortaliter est transgressor huiusmodi voti: ergo tenetur agere penitentiam pro illi peccato, & praeterit pro transgressione. Sed dicit, quod non est sibi imposita penitentia tanquam pro diversis mortalibus, sed tanquam pro uno ex circumstantiis transgressiois voti aggravato. Ex his colligitur, Raymondus promissionem baptismalem habere utique praevotum, sed amplio in sensu accepto; eius transgressio non constituit peccatum mortale specie diversum, sed solum peccatum intralivum generis gravioris. Idem docet D. Th. in IV. dist. xxxviii. art. 2. q. 1. ad 3. Transgressio voti committit non facit speciale peccatum, sed aliud peccatum specialem deformitatem. Magis enim peccat baptizatus eodem genere peccati. Idem docet S. Antonius *II. Part. 6. tit. 11. cap. 13. §. 1.* Caeterus 2. 2. quae. lxxviii. art. 2. *quae. 2. & communiter Theologi.* Eorum ergo promissa facta in baptismo, eorum appellatur, quoniam in sensu amplo, quod votum legis transgressionem peculiaris deformitatis habet respicitur.*

V. Quae. III. Quomodo intelligenda sit illa particula, De bono meliori? Resp. Duplici modo potest aliquid maius, vel melius bonum nuncupari. Primo comparate ad aliud bonum; puta; melius est elemosinam elegeri pauperi quam iurare; melius est succurrere pauperi periclitanti quam alteri pauperi nullo animae periculo exposito. Secundo modo comparate ad contrarium omnimodum eisdem boni; ut melius est dare elemosinam

nam quam non dare; melius est ieiunare quam non ieiunare; melius est fervare castitatem quam non fervare. Ut autem aliquid sit idonea voti materia, iustit ut non secundo modo sit bonum melius. Quoniam, si necesse foret ut bonum quod est voti materia, esset melius comparate ad aliud bonum, sequeretur nullam votum validum futurum, nisi foret de opere omnium bonorum perfectissimum. Auctores non satis clare hac de re loquuntur. Salmaticenses duas sententias esse contrarias referunt: quarum altera docet, melius bonum esse debere absolute, & quocumque modo liberum, ut est opus supererogationis; altera sustinet, id non exigi, sed satis esse quod sit melius bonum quam eius contradictorie oppositum, sive sit supererogationis, sive precepti. Discrepancia harum sententiarum nulla est, si Auctoritas meus sincere exponatur. Nam D. Thomas cum aliis, dum afferit materiam voti esse opus supererogationis, loquitur de voti materia propria, & stricto in sententia accepta, ut clare hinc exprimitur in IV. dist. xxxviii. q. 1. art. 1. questione 2. *Si votum acceptum secundum propriam sui rationem, est proprie de bonis illis et quae non tenentur, quae supererogationis sunt: & ideo dicuntur materia bona, quia superadduntur illis bonis quae quibus non est solus: & ideo votum proprie acceptum dicitur esse de meliori bono.* Nec propterea excludit Angelicus opera precepta a voti materia, sed aperte illa includit 2. 2. q. lxxxviii. art. 2. *Illud vero quod non habet absolutam necessitatem, sed necessitatem finis, puta quia sine eo non potest esse salus, tunc quidem sub voto, in quantum voluntarie fit. Illud vero quod nullo modo est necessarium, propriissime dicitur sub voto, concludit ibidem Angelicus. Paucis rem habeto. Opera consilii, seu supererogationis, sunt *propositio*, ut inquit Angelicus, materia *voti*: & reliqua communitur bonitas vota edunt de his quae consilii sunt. Opera vero precepta, sunt materia sufficienti votorum, seu de his quoque fieri vota possunt. Ab hac D. Thomae doctrina nemo recedere aude valet; & certe, ut nihil colligere liceat, nemo recedit. Nam D. Thomas concedit precepta ipsa sub novo titulo esse voti materiam, consilia vero evangelicæ, vel quae ad eadem reducuntur, magis proprie, seu, ut ipse ait, *propriissime* esse opera voti subiecta. Quis hac in controversiam advocare audeat?*

VI. Quæst. IV. An validum sit votum de

materia *opposita consilii*? Resp. Certum penes omnes est, ex omnia quae consilii evangelicæ absolute accepta opposita sunt, non esse vota subiecta, cum apram votorum materiam; & consequenter nulla esse vota non ieiunandi, non mutandi, non sciendi e-le-mosinam, non ingrediendi Religionem, & id genus similia. Eiusmodi enim Deo placere nequeunt, cum maiori perfectioni comparande sint impedimento: sicut expresse docet D. Thomas q. lxxxix. art. 7. *ad 2.* Contingere tamen circumstantiæ tales possunt, ut opus quod absolute est oppositum consilio, non sit *idem* oppositum: puta non mutare pro modo absolute opponitur consilio evangelico, at non mutare in tali, aut tali occasione, potest esse opus non contrarium, sed consentaneum consilio evangelico, ut infra solus explicabitur. Si quis obfirmate, & perniciter votum omittere opera consiliorum, peccaret mortaliter, quia consilia continentur in evangelicis. Accedit quod frequenter consilia quaedam ob aliquam circumstantiam transiunt in precepta. Qui autem levitate, vel ignoratione doctus familia vota ederet, venialis culpa: limites non transiret. Hæc communia sunt penes Auctores.

VII. Quæst. V. An votum contrahendi matrimonium sit validum? Resp. Invalidum est iuxta communissimam Theologorum sententiam: est enim de actu consilio evangelico opposito. Dicit: si quis iuravit puellæ alicui se eam in sponsam dūcturum, iuramento profecto implere tenetur: quid ni ergo & tale votum? Rationis dictamen per se patet. Sponsalia iurata acceptata fuerunt a puella; & propterea ex iniuria promissæ eadem implere debet. Votum Deo nuncupatum de matrimonio contrahendo non acceptatur a Deo. Quid, si quis promitteret se dūcturum in sponsam puellam pauperem, aut meretricem? Neque in hoc casu votum valeret: quia paupertas postea non vincit valus bonum celibatus: nec matrimonium est vinculum per se ordinatum, aut omnino sufficiens ad salutem spirituales meretricis in tuto collocandam. Secus dicendum, si quis vovisset se dūcturum in sponsam puellam a se desolatam; aut si vovisset se dūcturum meretricem, postea constituta quod matrimonium contrahere aliquando vellet: enim utrumque votum valeret. Valeret quoque votum de matrimonio contrahendo, quoties, quod rarissime contingit, matrimonium necessarium esset ad bonum commune Reipublice, & Principatus, ad

pacem firmendam inter Principes, ad hereticorum conversionem, ad Ecclesie catholice amplificationem. In his enim positionibus non tam matrimonium, quam bonum commune esset voti materies. Et hæc omnia communia sunt.

VIII. Quæst. VI. An qui concupiscentia stimulis excitatus vocet matrimonium se contracturum, ut fornicationem, alioque libidinis actu videret, valde nocet? Resp. Dux sunt extreme sententiæ. Prima adfirmat, votum omnimodo validum esse, facta positione quod vivens nolit, aut nequeat aliis remediis uti ad carnis impetus cohibendos. Quoniam, inquit Auctores istius sententiæ, matrimonium concessum est in remedium concupiscentiæ dicitur Apostolo: *Melius est nubere quam uri*. Melius ergo erit uti tali remedio; & consequenter meliori boni erit votum de tali matrimonio contrahendo. Id confirmari ex eo potest quod si quis habens concubinam, voveret aut ingredi Religionem, aut ducere concubinam, teneretur in omnium sententia intra annum ingredi Religionem, si illam non duceret in uxorem. Denique homo fragilis, frequenter libidini succumbens, nihil habeat impedimentum, iure nature tenetur contrahere matrimonium in remedium concupiscentiæ, ut plura peccata vitet, facta positione quod nolit, aut coqueat aliis uti remediis. Hanc sententiam defendunt Salmaticenses tract. xvii. c. 1. *par. 2. §. 2. c. 2. & pro eadem laudant Bellarminum lib. de Monach. cap. xiv. Sed falso: nam Bellarminus solum asserit quod alicui persona interdum melius esse possit nubere; & consequenter votum valere; ut si nubar ob bonum commune Reipublice, & alia momenta supra indicata. Nec verbum ibi habet de voto nubendi in remedium concupiscentiæ. Laudant etiam Navarrum in *Manuali cap. 23.* Sed error est: est enim 2. 2. q. 107. art. 13. at neque hic Auctor, laudem hoc in loco citato, quidquam habet hæc de re. Laudant præterea Villalobos, Bonacinam, Lopez, Trullenchum, & Caietanum, qui res ipsa hanc defendunt opinionem, quibus accedit Sylvius 2. 2. q. lxxxviii. art. 2. *concl. 6. & plures alii.**

IX. Contraria sententia mihi videtur probabilior, nempe votum præfatum invalidum esse: & verum id ex doctrina D. Thomae clare erit. Docet namque Angelicus matrimonium in officium nature, prolixius educationem institutum, ad concupiscentiam vero frandam indulgentiam permissum esse.

XXXIV. Altera sententia valere prefatum votum iustitiam, nec tamen obligare: cum utilis animæ aliquando possit esse dispensationem petere. Hanc defendunt Bonacina *disp. 19. quæst. 11. punct. 1. num. 18.* Suarez *Lib. II. cap. 21. num. 6.* Filliustus *tract. 22. 11. cap. 11. quæst. 11. num. 65.* Falus *tract. 20. disp. 1. punct. 8. num. 4.* Azorius *Lib. VI. cap. 112. q. 20.* Sed hæc Athesiæ cit. de hæc questione non loquitur; sed de votorum petendi dispensationem nisi à Romano Pontifice. Salmanticenses *tract. 22. 11. cap. 1. punct. 2. §. 2. num. 56.* hæc secundam sententiam propugnant; & præter citatos Auctores referunt quoque Solvstrum *verb. Votum 2. q. 117. §. D.* Antonium *II. P. 211. tit. 11. cap. 11. §. 6.* Verum D. Antonius nec verbum de suo promittit; sed solum exhibet sententiam propriis verbis conceptam Richardi *in 11. dist. 58.* quem Auctorem vel ipsi Salmanticenses pro contraria allegant opinione; & consequenter pro eadem sententia debuerunt quoque D. Antonium allegare; cum non nisi ipsam sententiam ferre eisdem verbis Richardi transcribat, nihilque de suo addat, ut legenti patet. Sententia autem Richardi, & S. Antonii est; votum prefatum validum esse, quoties utilis animæ sit dispensationem non petere; invalidum vero, quoties utilis sit antea dispensationem petere: nisi expressa intentio votantis sit quod, si votum a se emissum in aliquo casu non obligat, in nullo obliget: tunc enim absolute votum nullum est. Hæc sunt verba tum Richardi, tum S. Antonii. *Si aliquis voverit aliquid, quod in non casu potest esse utile ad salutem, & in alio casu inutile, obligatur ad observationem eius in illo casu in quo est utile ad salutem, & quantum non in illo casu in quo est ad salutem inutile, nisi fuerit intentio votantis quod: si non obligat in omni casu, quod obligat in nullo.* Quod apud S. Antonium legitur in *11. præd. typographi est.* Hæc opinio in illo locum habet, ubi quandoquidem certum est apud omnes quod votum de non petenda dispensatione abique legitima causa à summo Pontifice validum sit. Quod invalida, aut saltem illicita est dispensatio abique legitima causa tum in petente, tum in concedente. Deinde certum est, admissio etiam valore voti absolute emissi de nunquam petenda dispensatione posse votantem iura conscientia ad superiorem recurrere pro dispensatione voti, iusta occurrente causa dispensationis; cum Auctores decedentes voti valorem fateantur non obligare in eventu quo antea utilitatis

ret petere dispensationem: nemo enim nec sibi, nec superiori adimere hæc facultatem potest. Quia subiectio iudicii respectu superioris, & potestas superioris in subditum, ita est quod per sublequentem votum asseri nequit. Nullum ergo votum impeditur valere quod subditi legitima occurrente causa, summa ad eam superiorem. Quare si vis rationis spectetur, prima sententia probabilior videtur. Tutius tamen est positionem factam servare, & solum urgente evidenti causa dispensationem petere: P. Sanchez docet, quod licet qui votum emittit non petendi dispensationem a primo voto, non tamen esset votum non petendi dispensationem ab hoc ultimo; & sic, impetrata dispensatione ultimi, remanet dispensatio primam; aut, si edidisset votum non impetrandi dispensationem iustus ultimi, nunquam votum citare potest non impetrandi dispensationem ab hoc quod postremo loco addit, etiam si in infinitum multiplicaret vota sua. Verum hæc votorum repetitionem, ut fabulosam, & otiosioram somnia, reitico. Non dispensatione, sed elleboro indigent qui similia delirantes imaginantur.

XXXV. Quæst. XI. An qui votum edunt non petendi dispensationem, possint petere dispensationem, aut relaxationem? Resp. Negant Sanchez, & Trullench *loc. cit.* quia qui excludit commutationem, potiori iure excludit dispensationem. Admittit secunda sententia, quam defendunt Prado *cap. 331. num. 67.* Leander *q. v. Tamburinus c. xv. §. 2. Salmanticenses tract. 22. 11. c. 1. punct. 2. §. 2. n. 57.* Extensio obligatoris res facti est, omnino pendens a votantis arbitrio. Si votans commutationis privilegio renuntiavit, non ideo censetur renunsiisse dispensationi: quia unum separare ab alio potest. Utrique qui respicit commutationem, prædenter præsumitur de dispensatione ratiocinare. Ceterum cum de contrario verum sit, quod votans valeat se priore facultate petendi commutationem, & retinere libertatem petendi dispensationem; idcirco est intentione votantis res colligenda est. Possunt namque occurrere casuales ob quas impetare expediat dispensationem; & non commutationem; tamen non id frequenter contingat.

CAPUT VI.

Res indifferentes, inutiles, vitiosas, impossibiles non sunt voti materia. Variæ quæstiones explicantur.

IUT a rebus suspicemur indifferentibus, & vanis, convenit inter Theologos, nihil quod inutile, vanum, vel indifferens sit, posse subici voto. Inquit enim D. Th. 2. 2. quæst. 188. art. 2. ad 3. *Vota vota que sunt de rebus vanis, & inutilibus, sunt magis deinde quam servanda.* Si quis tamen voveret eiuismodi res inutiles, ventraliter tantum peccaret; ut si quis voveret se non ingrediendum forum, non ascensurum equum, cum illo homine non loquendum, non abiectionem sibi impetris, & capillos, ac cetera id genus, qui genere suo, circumstantiis subiacent, sunt absolute inepta voti materia. Plura tamen que tenent suo indifferentia, & inutilia sunt, possunt ob circumstantias occurrentes fieri utilis, & apta voti materia, Ingressus in talem domum, colloquium cum tali homine, ascendere equum sunt res indifferentes. At si ingressus in talem domum se cum deserat periculum obviam habendi maliciam ad libidinem provocantem, si colloquium cum tali homine proponat ad prava, si equi ascensus occasio malorum sit; tunc, cum a votente ob finem honestum vota eduntur de vitandis his rebus, talibus votis circumstantiis, omnino valida existunt. Ut tamen res que sæpè natura indifferentes sunt, induant rationem honestatis, & bonitatis, factis minime est quod votans sua arbitraria intentione res illas in bonum aliquem finem dirigat: quæ de causa nullum est votum quod minus promittit de libebat non vere, non cogere pacem, non iurare, & similia: quia abinentia ab hoc, vel illo opere res vana est: fecas, si promitteret abstinere ab omnibus vestibus, sordibus; ut liberetur Deo vacare possit. Requiritur ergo quod in ipsi rebus votandis appareat aliqua proportio cum fine intento a votante; & quod res votenda, circumstantiis saltem inspectis, revera aliquo modo ad assequendum finem illum conducat eo tempore quo votum emittitur: quia, si res subiectione voto non est utilis votenti eo tempore quo votum editur, sed vana, vel indifferens, licet aliquo alio tempore possit esse utilis, votum nullum est. Ingressus in hanc domum, in qua periculum semine provocantis ad venem reperitur, materia apta est, ut fieri possit votum evitandi talem do-

mum periculum plenum. Si, sublato omni periculo; tale votum emittitur, nullum tunc foret: quia eo tempore materia indifferens esset, & consequenter voto incongrua.

II. Quæst. I. An votum abiatu rei cuius exsecutio peccatum est, validum sit? Resp. Eiuismodi quæstio difficulte asperius videtur. Quis namque ignorat, votum materiam honestam esse debere, licitam, & ipsi Deo, cui offeritur, gratam? Id optime exprimit D. Th. 2. 2. quæst. 188. art. 2. Porro, si oblatio victimæ culpam includit, nec licita potest esse, nec Deo qui peccatum odit, gratia, & accepta. Hæc omnia clara sunt, nullaque egent enucleatione. Sed quædam opponuntur quæ aliquod faciunt negotium: ideo quæstio propostia est, ut dissolvatur.

III. Obiicit I. Iephthæ vovit se immolaturam Domino quemcumque primum obviam habuisset et domo sua, si ex Ammonitis victoriam reportaret. Et repta, victoriosa occidit, domum revertens, filiam, que ipsi fu occurrere venerat, immolavit Domino, ut habetur *Iud. 11.* & tamen in Sanctorum centum periculis ab Apostolo Paulo *Hebræor. 11.* Fallunt ergo est votum de rebus illicitis, & vetitis nullum esse.

IV. Dicit præcipue Ipsi responsiones quibus dissolvi hoc argumentum solet. Altera est Lyran, & aliorum recensionum, qui negant Iephthæ Deo filiam suam immolasse occasione corporis; sed docent illam Deo consecrasse mortem spirituum, & civili, quatenus illam ab hominum leuitum consortio, & perpetua virginitate servande alinxiit: que consecratio, quantum irrevocabilis erat, mors vocari potest, quemadmodum consecrata agni, sic. Quod licet, & hominis mors vocatur *Levit. 16.* Quod consecrari potest. I. Iephthæ vir prudens, atque bene moratus erat, & in lege versatus, proprios filios immolaturam, minime ignorabat: eo vel magis quod benevole habuit ipsam, quo Sacerdotum Principem consolare poterat. I. Iephthæ ex afflatu sancti Spiritus sancti votum emittit: ipsa namque Scriptura testatur, quod *factus est super Iephthæ spiritus Domini...* & *votum voverit Domino.* III. Filia Iephthæ plangendi virginitatem, non mortem suam, ipsam petiit: & ubi non in postea vulgata legitur *Iudic. ver. 40.* *Mos habebat in Israel...* ut post anni circulum conveniret in unum filia Israel, & plangat solum Iephthæ. Sanctus Pagninus ex Hebræo reddit: *Ut allegarentur filiam Iephthæ, levitæ causa.* Addunt; non potuisse Iephthæ

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

ignorare legem que solis Sacerdotibus privilegium sacrificandi adjudicabat. Hæc recentiorum cogitata species sunt, siquæ suntur probabiliore.

V. Altera responsio verior est, & omnium antiquorum firmata iudicio, quæ verba Lephte occidisse filiam suam docent. Ambrosius *Lib. III. cap. xxi.* Hieronymus *Lib. I. aduersus Iovin. cap. xxi.* Augustinus *quæst. xlii. in lib. Iudæorum*, Chrysostomus *hom. xxx. ad popul. Antioch.* Theodoretus *quæst. in Lib. Iudæ. D. Th. 2. 2. quæst. lxxviii. art. 2. Secunda diff. xxxviii. q. 1. m. 1. quæstiones 2. ad 3. & ut breui dicam, veteres omnes, Tertullianus, Ildorus & Pelusior, & Hispanensis, Iulianus Martyr eandem tenent sententiam, in quam concedunt pariter graviores Theologi recentiores, Abulensis, Soto, Serrarius, Azorius, & plurimi alii, quæ mitto.*

VI. Hæc responsio de vera corporali occasione clare eruitur ex ipsa Scriptura, quæ eadē siue vi aperta minime potest, sic enim habetur *Iud. xi. vers. 26. & 31. Si tradidisset filius Amnon in manus meas, quicquam primus fuerit egressus de foribus domus mee, mihi que occurreret venirentis cum pace dñs Amnon: cum holocaustum offeram Domino. Ubi istibi vel vestigium spiritualis consecrationis? Vovit offerre quicquid primum sibi de foribus domus sue occurrisset. Potamus quod eidem desina occurrisset: sacrificale vel illum oblationis spirituali? Neque pura fecit vota, utnam pro oblatione animantium, aliud pro hominum sacrificio. Ergo votum illud unicum, quo omnem primo egressum complectebatur tamquam victimam sacrificii, fuit votum vere, & cruenta immolationis. Id confirmat item ex eo quod non minime holocaustum spiritualium aliis obimebat, sed sola cruenta sacrificia offerantur.*

VII. Ad rationes oppositæ opinionis facilis responsio est. Ad primum dico, Lephte virum quidem fuisse morantem, prudentemque; peccare nihil fecisse potuisse, & respa tunc peccasse. Nec mirum. Si in Angelis suis Deus pravitatem reperit; quidni & in hominibus, quantumlibet moratis? Illius peccatum ignorantie fuit contra ius naturale, quæ deceptus existimavit Deo acceptum futurum sanguinarum sacrificium proprie sic. Ignorantia eius occasio fortassis esse potest, & exemplum Abrahæ parati ad filii occisionem, & vicinarum gentium ritus, filios, siquæque immolationem. Quibus exemplis deceptus, præter sibi permissæ, homi-

num sacrificium Deo fore pergratum: & idcirco sapientium consilium capere nescit. Ad secundum aliqui respondent, per spiritum Domini intelligendum esse spiritum fortitudinis, quoniam forti animo præcium committere deliberavit. Angelicus *loc. cit. ad 2. ait: Factus est super eum Spiritus Domini: quia fides, & devotio ipsius, ex qua motus est ad vocandum, fuita Spiritu sancto: propter quod ponitur in catalogo Sanctorum, & præpar gloriam quam obtinuit, & quia probabile est eum permississe de facis iniquo, quod tamen aliquod bonum figurabat. Ad tertium dicendum, filiam Lephte non petuisse delere mortem, quam parata erat lubenti animo occumbere; sed virginitatem insuendam, & sterilitatem, quam sterilitatem fere ipsa morte amantorem mulieres Hebræe reparabant.*

Et sane, ut Abulensis observat, si sacrificium fuisset solius virginitatis, cum totius vite sue spatium placidè destinavisset. Duos ergo menses dimittat planxerit precedentes diem mortis sue. Ad interpretationem Patrum, licet viri iugum, dicamus, nullum ex omnibus antiquis interpretibus: textum illum vertere per verbum *aliqui*, sed *plangere*. Quod si etiam hanc versionem sequi velimus; non idcirco a vera sententia recedere cogamur. Quoniam dici potest, filias Israel accessisse quotannis ad alloquendam filiam Lephte, non presentem verbis, sed lacrymis abluentem, figuris apolitrophe, aut proleptice adhibitis. Ad ultimum dico, Lephte credidisse, sacrificia quæ præter legis præscriptum offerantur, a quocunque immolari potuisse.

VIII. Obiicit 2. Validum est votum quo quis promittit se non peccaturum nisi cum tali femina. Sed in hoc votum peccatum includitur. Ergo fallum est, votum de re illicita, & vitiosa nullum esse. Primum propositionem docet Sanchez *Lib. I. 2. cap. v. 22. his verbis: Parum vultum Deo non peccandi nisi cum certa femina, quandoque est validum, quandoque irritum. Validum est, si amore continentie servanda emittatur; excipiet autem votum illam feminam, eo quod se valde prætervenit ad fornicandum cum illa expertus, non anctus est illam in vota comprehendere, vel voluit se omnino ad continentiam obligare. At si hoc voto se devotivè ob sine, quia tunc illam feminam amore capere intendit ab aliis se abstinere, poterit esse ad frequentiorum eorum; vel quo illi placeat, & vehementius ab illa detinere, donec*

posset amore illius ad votum illius emiffisse: sic distinguendum est. Si ille malus fuit sit finis rei promissa, votum est irritum; si autem si malus fuit effectus voti fuit, effectus validum. Clamatis, lector prudens, eummodi phantastica & ridicularia inventa indigna esse, utin christiani invehant Theologiam. Non repugno. Sed quia inventa reperimus, ea excutienda excusamur. Non modo Sanchez, sed etiam alii votum illud validum sustinent, Martinez de Prado *cap. xxxi. q. 11. §. 8. num. 102.* Bonacina *disp. xv. q. 11. punct. 4. §. 1. num. 2.* Trullench. *Lib. II. cap. 1. dub. 5. num. 4.* Salmant. *tract. xvi. cap. 1. punct. 2. §. 4. num. 63.*

IX. Resp. Omnes recentissimi Auctores, qui sententiam Sanchez secuti sunt, cum eodem sustinent, votum prelatum rem bonam includere, nempe continentiam. Quoniam contendunt illi, in tali oblatione non includi peccandi voluntatem. Si enim voluntas includeretur peccandi, nullum & illi ipsi votum eiusmodi lateretur. Quod satis est ad veritatem communis sententiæ, videlicet votum quodcumque de rebus illicitis nullum esse. Si autem queratur, quid ipse sentiam de hac opinione; tandem fateor, mihi eam non probari. Quoniam hæc deliberatio non peccandi nisi cum tali femina, iuxta communem sensum, vel includit repta voluntatem peccandi cum tali femina (exceptio namque contrariam firmat regulam) vel si non includit, vana, & Theologorum disputationibus indigna eiusmodi hypothesi sunt, potissimum in re venerata, in qua præcisiones metaphysicæ non sunt repta adeo faciles. Quis, a-mabo, sane mentis similia vota emittet: Voveo me non peccaturum nisi cum tali femina? Ut mea præfert opinio, soli Casuistæ similes hypothesi formant: quoniam communis nature instinctus minime permittit homines Deo similia vota nuncupare. Præfatum namque votum, Voveo me non peccaturum nisi cum tali femina, simillimum est huic, Voveo me non te occisurum nisi cum tali gladio. Quis porro ausit talia supremo Numini vota dicere?

X. Obiicit 3. Si quis voveret immoderatas vigiliis, ieiunia, macerationes, & similia; vel eadem servare obstrictus esset, vel peccare dispensationem. Et tamen huiusmodi illicita sunt, præter naturalis legi custodiendi vitæ contraria. Ergo vota de illicitis valent. Resp. D. Th. hæc exhibet responsum 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 1. ad 3. Materiam proprii corporis, pura per vigiliis, & ieiunia,

non est Deo accepta, nisi inquantum est opus virtutis: quod quidem est inquantum cum debita discretionem fit, ut scilicet conscientia referatur, & natura non omnia præcipiat. Et fultali tenore possunt huiusmodi sub voto cadere.

X. Quæst. II. An votum agnandi taurus in honorem alicuius Sancti sit validum? Resp. Adfirmat Martinez de Prado *Tom. II. cap. xxxi. m. 70.* Pro ratione Hispanorum morem in medium adducit. Fella namque Sanctorum locubus, Ioannis Baptista, & Annæ taurorum agnitionibus celebrari solent. Si igitur civitas votum eader taurus evagantidi, insectandi, & torquendi in maiorem alicuius Sancti honorem, non apparet ratio cur votum illud validum non esset.

XII. Hæc relata opinio improbabilis, & falsa est, superfluitatem sapit, atque indigna est vel in disputationem a Theologo adducatur. Quandoquidem, prout iam supra indicatum est, ut actio aliqua congrua sit voti materies, minime satis est ut voveritis inintentione in hunc bonum dirigatur. Si actio aliqua per seipsum evadere nequit bona, & facta, Desique grata, voveo mihi nequequam potest. Abinentia a cibo quid indifferens est; sed ad tenendam conscientiam directa, ut expositis Deo inserviamus, actio bona, & virtutis temperantia fructus evadit. Taurorum agnatio vix interperat indifferenter collocari potest. Quam amabo relatio agitationis tauri ad sacrum Sanctorum cultum? Quod quod Concilia, Toletanum ultimum *act. 111. decret. xxvi.* Bracharientium *act. v. part. 11. cap. 1111.* Summi Pontificis P. V. in *lra consuetudine meæ proprio edita, quæ habetur in Bull. Tom. II. Gregorius XIII. & Clemens VIII. ut videtur licet apud Quaranta, vero Testamenta, taurorum agnitiones fieri diebus festis prohibent? Respondet Prado, prohiberi utique taurorum agnitiones diebus festis; secus diebus præcedentibus, aut subsequentibus. Na egrégia interpretatio! Incredible videtur quod Theologi, alioquin docti, ut sane est laudanda Prado, possint similia commenta in medium promere, & tamen illa proferunt; & ego eadem recenseo, ut colligat lector fidendum minime esse, limæ magno examine, recentiorum, cuiusdamque sint instituti, auctoritatis. Quod idcirco admonere, ut confirmem quod mihi dixi, repetendumque sepius est, me necesse amore legi unum ordinem, neque odio in alterum, sed solo veritatis spiritu sine Dominicanam, si mei-*

melitarum, five Iesuitarum, five Minorum, five cuiuscunque Institutu Casularum opinionones quas laxas reputo, aut periculosas, refellere.

XIII. Quod opponit Prado, Hispanos solitos esse diebus sanctorum Jacobi, Anne, & aliorum torneamenta exercere, nullius momenti est. Neque enim omnes popularium mores contractari valent. Iisdem diebus saliant promissae vini, & mulieres, theatra frequentat, & comedias repraesentant. Validum ne propterea votum erit addendi theatra, & comedias frequentandi? Nullo ergo modo valet praesatum votum; quia opinio illud defendens nimiam laxa nobis videtur, ac penitus improbabilis.

XIV. Quæst. III. An validum sit votum quo mulieres votæ non pelere capillos tali, aut tali die? Resp. D. Th. in 3^o dist. 302. q. 11. quæst. 1. art. 2. quæstio. 2. ad 2. respondet, quod iusta vota multorum sunt, si illa sunt vota. Sicut enim religio quædam sollicitate, ferendum quædam severitate dicitur, & mensura. Ideo pro non quibus habenda sunt, & peccant talia votæ. Nulla quoque sunt vota abstinendi a carnibus assis in die S. Laurentii. Valida tamen forent vota, si essent de abstinencia ab omni cibo igne decocto. Valida item sunt vota utendi velibus vilibus, & asperis: & validum quoque esse potest votum quod edunt mulieres adhibendi vestes albas in honorem B. M. V. in signum specialis virginittatis, ut docet Sanchez. Lib. III. cap. vii. num. 11. & approbat Sotus. Lib. III. q. 1. art. 3. circa 2. cõsol. Nisi tamen specialis adesse circumstantia, nulla ego pronuntiarer eisdem vota de ferendis velibus solo colore diversis. Si vero coloris diversitati addatur asperitas, & vilitas, valida omnino esse suffineo: quia tunc sunt penitentie, & humilitatis instrumenta. Primo autem modo sunt quid tantum indifferens.

XV. Quæst. IV. An votum nocturnarum vigiliarum, & non ingrediendi mare, validum sit? Resp. Votum illud iuxta naturam validum est: quia nocturnæ vigiliae, quibus divina laudes celebrantur, Deo gratæ sunt. Propter absurdum quoque alieni conquebatur, prohibere fore: Ideo ite in locis votum nullum est, utpote de re prohibita. Votum non ingrediendi mare, genere suo nullum est, sicut votum non equitandi, non ingrediendi talem, aut talem domum. Si circumstantie occurrerent cavendi peccare periculum, quod votenti imminere solet; tunc validum

esse posset, ut communiter Auctores docent.

XVI. Quæst. V. An votum emissum de re sana ob suum pravam validum sit? Resp. Duplicem finem communiter Theologi distinguunt in præsentia: alterum intrinsecum rei promissæ, alterum extrinsecum eident rei. Finis intrinsecus rei promissæ si est qui per se rem promissam consequatur, habet ex eadem re naturam suam profectum, ut ex penitentie sacramentali conscientia purgatio, ex coniugio carnis compressio. Hic finis dicitur quoque alio vocabulo finis operis. Finis extrinsecus, qui etiam finis operantis appellatur, nullam naturalem connexionem habet cum re promissâ, sed ei a votente assignatur; quatenus votens rem promissam, ipsi quoque votum eligit ut medium ad consequendum finem sibi præstitum; ut si quis elemosynam votens, et dignitatem aliquam obtinere; votens Religionem, ut naufragium vitaret; vitæque vitam a morte servaret. Hic finis operantis, seu votantis, nuncupatur. Rursus finis alius vocatur casus sine movens, seu motus; cuius causa impulsus, seu impulsus. Illa motus dicitur sine qua te obligare minime velles: illa vero impellens, seu impulsiva nuncupatur que animum iam motum, & paratum ad agendum, ad ejectionem, & expeditorem urget executionem. Quibus positis, communiter dicunt, invalidum esse votum rei bonæ, quæ assumitur tanquam instrumentum, seu medium, ad consequendum pravam finem; quoniam tunc non offertur Deo res bona, ut est in se, sed ut conducit ad pravi finis consecutionem; ut si votens elemosynam, ut aliquarum malum mulieris. Si vero finis pravi non afficiat rem promissam, neque per illam oblatum sit, sed sit tantum finis ipsius promissionis, seu votantis, tunc validum votum est; ut si votens Religionem ingressum, ut commodius viveres, votum validum esse: quia commodior vita non est finis operis promissæ, sed ipsius promissionis, sed, ut optime explicat Caetanus. 2. 2. q. 12. v. 1. art. 2. est finis ipsius applicationis ad votendum. Non enim licet votens ordinat professionem suam ad vitam delicatioram; sed hæc vita delicatior excitat, & applicat votentem ad profectum. Idem dicto de eo qui profectorem, ut placeret alicui scelerato. Vota eiusmodi dicit Caetanus, bona sunt; sed applicatio est diabolica. Quare qui licet votens, indubitate peccant. Caeterum sequuntur communiter Doctores, ut videre poteris apud Salmanticenses, qui citant Palam, Candidum,

dom, Navarrum, Sotum, Bonacinam, Suarez, Toletum, Azorium, Valentiam, Prædum. Sed candidè fateor, ut mihi videtur, omnes obscure loquuntur, ipsique Salmantici, xviii. cap. 1. quæst. 2. §. 4. num. 65. & seq. fatis implicite, & conculcæ rem verant, non secus ac ceteri.

XVII. Eiusmodi igitur distinctiones, quibus statuant, non valere votum de re bona, quando finis malus est, finis rei promissæ, seu voto dicite; valere vero, si finis malus sit finis ipsius votantis, seu operantis, seu per finis ipsius votantis, ut aliam Salmanticem. num. 66. non valere insuper, si finis malus voti referatur ad Deum pro malo obtinendo: eisdemmodi, inquam, distinctiones, licet absolute vera sint, & optime; applicatæ tamen ad discernenda vota valida ab invalidis, obscuritatem, & confusionem parant, nisi clarius adhuc multo explicentur. Quod ut ego præsum, quoad per me fieri potest, sequens conclusiones subicio.

XVIII. Votum editum ob pravam finem, seu ob finis pravi consecutionem, semper malum, & irritum est. Hæc assertio a nemine negari potest. Quoniam votum hoc modo acceptum, nempe ut instrumentum ad comparandum finem pravam, semper malum est. Quod autem malum est, Deo placere nequit. Confirmatur, & inculentius evincitur, Verum actus est religionis. Actus porro religionis est aliquo motivo divini cultus oriri debet. Sed quod est sine pravo ortu, nullo modo est religiose, divinique cultus motivo aliquo profectum. Ergo votum ob pravam finem editum, irritum est. Hæc omnia clara sunt. Rem præ omnibus dilucere explicat Sotus. Lib. III. quæst. 1. art. 3. dub. 1. quem sequitur Azorius, & alii communiter: quoniam tamen plerique Soti doctrinam magis impeditam reddunt. Referam ipsius Soti verba.

XIX. Si quis (inquit) hanc faceret obligationem: Voves dare elemosynam propter inane gloriam, tunc vocala propter moderari potest aut verbum dare, aut verbum votum. Et quidem priori modo obiectum ipsum voti, quod est dare, refertur in malum finem, a quo datio ipsa contaminatur, ac depravatur; & eiusmodi votum nullum est. Nam dare propter vanam gloriam est malum obiectum. Exemplum secundi. Si quis dicat: Voves esse Sacerdos propter beneficium explicandum: præposito propter non modificat rem, quæ est esse Sacerdotem, sed verbum votum. Haud enim post Sacerdos,

aut miles effectus, opera facit lux religionis, pura nec orat, nec celebrat, nec obedit propter malum finem, sicut qui dat elemosynam propter inane gloriam; sed inane profectum est propter malum finem. Votum sic factum tenet. Et ratio est, quia obiectum eius res licita est, & bona, scilicet esse militem, aut Sacerdotem.

XX. Hæc doctrina, quam præ alio Sotus clarus exponit, adhuc implexa mihi videtur. Nam, si quis voveret satisfactionem Sacerdotum propter affectionem pinguis beneficii, eodem modo lato votum nullum mihi videtur, ac votum elemosynæ propter inane gloriam. Nam, licet quis Sacerdos effectus non ordinat adsum orandi, celebrandi, & sacrificandi ad malum finem (quod solum evincitur, hunc rite Sacerdotem ordinatum, suæ functiones licite exercere) attamen, si statum ipsum elegerit cuius medium, & instrumentum ad obtinendum pingue patrimonium, tum status iste, qui voti obiectum facti, habuisset finem malum: eo quod res spiritualis ad rem temporalem obtinendam detorta res mala evadit; sicut elemosyna propter vanam gloriam facta. Sensit & ipse Sotus obijctionem difficultatem, ob quam talis argumentum sibi ipse opponit. Ad rei autem, inquit, perniciationem intellectum arguitur. Sicut dare elemosynam propter vanam gloriam, peccatum est, & corrupto sine ire ad Ecclesiam, pota ad sollicitudinem nullam; sic & malo sine votum facere. Ergo sicut votum primi generis est malum, quia lo malum obiectum, sic & votum secundi generis, quia malum habet finem. Quod iururque malum est, sit ut neutrum tenet.

XXI. Respondit ille, Pro solutione (inquit) appone in præsentia materia notandum est, quod lectorem minus attentum fallere valde potest: nempe non esse in votum votum quod omne votum illicitum, & malum, sit irritum; neque hoc a nobis assertum est; sed hoc tantum, quod omne votum de obiecto malo est irritum, & casum. Concedimus ergo quod votens Sacerdotem, aut Religionem, malo sine, peccat quidem votendo; tamen quia votum bonum habet obiectum (nam est votum referatur in malum finem, tamen obiectum non refertur in eundem) votum tenet. Negatur igitur postrema conclusio sequenti. Votum factum malo sine, malum est: ergo non obligat: sicut si habebat malum obiectum: quoniam res Deo devota bona est, licet malo sine dicatur.

Ha.

Haerent Sotus, quem, ut dixi, sequuntur ceteri Theologi communiter.

XXII. Hæc responsio mihi non probatur, nisi charis explicetur. Ut minus enim phrasim non satis congrua concepta, & exhibita est. Et primum omnino votum malum irritum ego reputo: nec videtur quomodo hoc negari a Soto, vel a quocunque Theologo possit. Quod enim malum est, actus religionis non est; & quod actus religionis non est, votum esse non potest. Accedit, omne votum verum, aratum esse Deo: sed nullum malum, siue grave, siue leve, gratum Deo est: ergo univertim verum est quod omne votum illicitum & malum sit irritum. Si enim, ut illudum est, natura voti tota in eo est posita quod sit gratia Deo; sane consequitur, nullam rem que Deo displiceat, posse votum Deo gratum extare; omne autem malum Deo displicet: ergo nullum votum malum validum est.

XXIII. Ut ergo Soti doctrina constet, explanatione est opus. Finis malus a duobus modis respectu voti considerari potest. Primum ut causa finalis primaria movens, & influens, & ad quam votum ipsum, seu studium quo finis in executione obtineatur, votens dirigit: & hoc modo votum temper irritum est: quia malum est. Quantum erentur res promissa, seu obiectum voti bonum sit, ut aiunt, materialiter; malum ratio erudit formaliter propter ordinis reverentiam in finem pravam. Secundo finis malus ut causa quam concomitantem vocat, considerari potest, & sub hæc consideratione non influit in votum; neque votum propter hunc finem pravam editur: ac proinde votum ipsum non vitiat, non inquinat, sed in sua bonitate specifica relinquit. Hic vero finis, qui respectu voti concomitans est, respectu voluntatis votentis causa finalis, & influens est: atque ideoque influit, inquinatque votentem. Et hoc sane dicere Sotus voluit. Quomodo, tamen, prout dixerat, non omne votum malum, & illicitum esse irritum, latum subdit, quod si votens Sacerdotium, aut Religionem malo fine, peccat quidem votendo; tamen, quia votum bonum habet obiectum, votum tenet, tenet, inquam, si non ordinetur ad finem pravam, tanquam ad causam finalem, propter quam fiat votum. Nam etiam elemosyna bona est, & tamen, ut ad vanam gloriam dirigitur, tanquam ad causam finalem, mala evadit; & votum de eadem propter hunc finem irritum est. Ceterum, sicut teneret votum elemosynæ,

quod publice ederes coram aliis, ut videres, & gloriam quamdam caperes; quia hinc inanis gloria votum solummodo comitatur, illudque non vitiat; cum in illud non influit, sed inquinat solum votentem: eodem prolixo modo valida sunt vota Religiosis, inficiendi ordines sacros, baptismi, & similia, que ita emittuntur, ut fines vari interdam eos comitentur: quia eiusmodi fines non sunt causa moventes, & influentes in votum, sed tantum influentes in voluntatem votentis, quam inficiunt. Similes fines non vocantur in scholis *causæ movens*, sed *causæ impulsivæ*; seu sunt veluti conditiones, quæ facultatem reddunt voti emissionem. Quare, licet votens peccet votendo, at tamen votum validum est: quia votum ex officio, seu obiecto bonum est, opus Deo gratum, & a religionis virtute procedens. Votum autem quod ita assumitur, ut sit instrumentum assensendi finem pravam, vitiat ut sine pravo, & evadit malum, atque adeo irritum. Omne enim votum quod illicitum, & malum est, inane, ac irritum esse dubitari non potest. Idque confirmatur ex eo quod, dum votum edimus ad finem aliquem comparandum, tum ad Deum respectu preces fundimus, ut talis finis nos compotes reddat. Sed oratio, prout a Theologis communiter definitur, est *positio rerum decenterum a Deo*. Porro magnam committeremus irreverentiam erga Deum; si quod Deum non deceret, peteremus ad ipso. Ergo quicumque finis, pro quo obtinendo Deum irreverenter oramus, votum irritat. Quapropter vota admodum chorum ob lucrandas distinctiones, assumendi ordines sacros propter divitias, & pinguis reditus percipiendos, irrita sunt, quoties eiusmodi fines sunt vere causæ moventes; & secus, si sint tantummodo circumstantiæ allicientes.

XXIV. Quæst. VI. An verum esset ad Deo minus bonum ab effectu malum iam obtentum, vel obtinendum, validum sit? V. g. *Uxor meæ tot Missas celebraturus, nisi elemosynas erogaturus, si ex lite, bello, aut ludo misso, autior evaserit; si beneficium simoniacè obtinuerit; si fratrem occiderit, ut illius hereditatem acquiram; si in furto, aut homicidio non fuero comprehensus; si filium ex adulterio, aut concubina non susceperit.* Resp. Dissident Auctores super decisione questionis propositæ, pluribusque oppositis modis aggründunt eius enodationem. Sylvester verbò, *Votum 2. q. 11. dicto 5.* docet invalidum esse votum, si conditio discederet a votentis; validum vero, si conditio respicatur. Suarez

rez *Lib. 2. de voto cap. v. n. 4.* Navarrus *cap. XXI. non. 31.* Sanchez *Lib. IV. cap. vi. n. 17.* docent, quod, supposita voluntate belli, & accessu ad concubinam, seu postis his veluti conditionibus, valet votum: quis in hæc propositione votum non ordinatur ad bellum. Castropalaus *disp. 1. punct. 8. §. 2. n. 5.* dicit, primum votum non valere, si sine expectetur obtinendis mediis prefatis votis; contra valere, si bellum, & accessus ad concubinam spectentur eorum conditiones. Deinde iudicat, verius esse non valere prefata vota, que emittuntur ante conceptum filium ex adulterio, vel victoriam reportatam ex bello; valere autem, si fiant post conceptum filium, & victoriam, in gratiarum actionem. Caietanus *2. 2. quest. lxxviii. art. 2.* Tabiena verbò. *Votum 2. in fin. docet*, vix contingere posse ut vota prefata non ordinentur ad malum; atque adeo nulla esse. Sanchez *loc. cit.* adfirmat, aliquando id posse evenire; & consequenter pluribus in casibus vota valere. Salmanticenses tractat. *xvii. cap. 1. punct. 2. §. 3. n. 69.* absolute pronuntiant, eiusmodi vota valida esse; atque procul dubio & de prefatis votis iudicium ferendum. Si votentes Dei cultum spectarent, nullo modo vota sua conditionibus facti, homicidii, victoriæ insulae illigerent. Cui ergo eiusmodi conditionibus vota sua induunt? cur? Nisi quia hæc ipsa tanquam voti finem intendunt, seu tanquam finem per vota assequuntur? Non sic rei habet, inquit; sed ut incolumes votentes evadant; que res bona est: seu votum Deo munera bona, illicite grata, que supponunt conditiones, & effectus malos; quia, inquit, supposito furto, homicidio, occisione fratris, beneficio simoniacè obtento, elemosyna bona est: licetque votum illius validum erit. Iterum dico, eiusmodi esse præcisiones, & abstrusas hypothases Casuistarum, qui pro arbitrariis efformant. Nemo negat elemosynam bonam esse; sed elemosynam aligatam recentibus conditionibus malum esse cordatus, quicunque fuerit. Negant illi quod non sit ad eas obtinendas directa. At ego melius assero; eo quod homines votentes non etiam illegitam vota prefatis conditionibus; si enim elemosynam, Missive abique ulla relatione ad eadem conditiones Deo offerunt; vota sua absolute Deo nunciantur, conditionibus recentibus neglectis, atque profus omittis. Restat ergo prefata vota huiusmodi pravum conditionibus illegitam, quia mala certissime sunt, yalorem nullam habere. Hanc nostram sententiam docet Sotus *Lib. VII. q. 1. artic. 3. dub.*

XXV. Missis variis Theologorum placitis, dico: *Prefata vota imperatoria pro effectu futuro conditione, etiam annexo invalida sunt.* Hæc assertio mihi videtur certa, si loquamur de his votis, prout communiter, & in praxi a Christianis eduntur. Nam cum Christiani votent Deo elemosynas, & Missarum celebrationes, si ex bello, ex duello iniulto evaserint victores, respectu votum dirigunt ad consequendam victoriam iniustam, id est ad malum finem: quod secundum omnes votum nullum reddit. Quamvis ergo admitterem quod iuxta metaphysicas abstractiones Theologorum quorundam, acumen subtilissimum cogitationum secundo indulgentium, valida forent prefata vota; nulla tamen sunt, prout respectu sunt. Porro in presentia nullus est, nec esse debet sermo de votis que secundum arbitarias hypothases sibi efformant Casuistæ, non quod: quia de rebus, non de commentis, est nobis agendum. Quod autem Christiani talium votorum auctores eadem revera ad finem malum dirigunt, ex ipsis verbis quibus vota prefata concipiuntur, manifestum efficitur. Nam qui dicit: *Voveo elemosynam,*

si fratrem occidero, ut illius hereditatem acquiram; si beneficium simoniacè obtinuerim; si in homicidio, aut furto non fuero comprehensus; hæc sunt vota que proponunt Salmanticenses; qui, inquam, sic dicunt, & votent, votum assumunt ut medium ad futurum, homicidium, & fratricidium facilius felicitate exequantur. Hæc vota omnino similia sunt illis numeribus que homines cupidi alicuius privilegii a Principe, vel Magistrate obtinendi ministris offerunt hæc conditione: *Si gratiam, favorem, & privilegium obtinuerimus; si a cæteris exterius; si pœnam ob perpetratum homicidium nobis insidendum evaserimus; hi aurei, quos ad vestram securitatem penes hominem fide dignum deponimus, vestri erunt.* Quis negaverit eiusmodi munera eo pertinere ut illi homines id obtineant quod cupiunt? Et quavis phrasibus amœnioribus, & expressivioribus ad iustitiam, & innocentiam magis accommodatis uterentur; que nihilominus inficitur tunc, talem numerum finem autem esse privilegiorum illorum consecutionem? Simile igitur procul dubio & de prefatis votis iudicium ferendum. Si votentes Dei cultum spectarent, nullo modo vota sua conditionibus facti, homicidii, victoriæ insulae illigerent. Cui ergo eiusmodi conditionibus vota sua induunt? cur? Nisi quia hæc ipsa tanquam voti finem intendunt, seu tanquam finem per vota assequuntur? Non sic rei habet, inquit; sed ut incolumes votentes evadant; que res bona est: seu votum Deo munera bona, illicite grata, que supponunt conditiones, & effectus malos; quia, inquit, supposito furto, homicidio, occisione fratris, beneficio simoniacè obtento, elemosyna bona est: licetque votum illius validum erit. Iterum dico, eiusmodi esse præcisiones, & abstrusas hypothases Casuistarum, qui pro arbitrariis efformant. Nemo negat elemosynam bonam esse; sed elemosynam aligatam recentibus conditionibus malum esse cordatus, quicunque fuerit. Negant illi quod non sit ad eas obtinendas directa. At ego melius assero; eo quod homines votentes non etiam illegitam vota prefatis conditionibus; si enim elemosynam, Missive abique ulla relatione ad eadem conditiones Deo offerunt; vota sua absolute Deo nunciantur, conditionibus recentibus neglectis, atque profus omittis. Restat ergo prefata vota huiusmodi pravum conditionibus illegitam, quia mala certissime sunt, yalorem nullam habere. Hanc nostram sententiam docet Sotus *Lib. VII. q. 1. artic. 3. dub.*

duo. 1. off. Sanchez vero Lib. IV. cap. vi. n. 17. haec scribit: *At iure optimo dicunt Caetanians, Tabiena, & Valenta, mortaliter loquendo vix esse possibile ut homo non dirigat votum ad tale malum*. Eadem docet Ioannes Marin Tom. II. tractat. xv. ser. 3. num. 35. Neque alicuius momenti est quod opponitur, nempe stipulationes pactas cum hominibus pro assensu re etiam iniusta iure naturae valere. Quoniam potest homo, ut ait Sotus, ab homine turpe obsequium recipere, & pro eodem illi mercedem rependere. Quis vero dixerit a Deo quicquam turpe patrocium recipere posse, & pro eodem sibi collato voto pendere? Absurda haec maxima sunt.

XXVI. Dico 2. *Volunt pro alio turpiter factum in gratiarum actione Deo nuncupatam esse validum est.* Deum delectat. Conclitio haec mihi certa videtur, & communis est, ut inquit Catholici tract. xv. disp. 1. punct. 8. §. 2. n. ubi haec habet: *Consequenter sententia defendit, hoc votum invalidum esse, et illegitimum.* Refertur namque gratia Deo pro actu turpi, et representare Deum tanquam auctorem, & approbationem illius turpitudinis pro cuius assensione illi vota penduntur: quod quam horrendum sit, patet. Quare mirari satis non debet, Leandrum auctorem fuisse transcribere ex Filiberto tractat. xxv. cap. 11. §. 9. n. 54. in suo tract. xi. de voto disp. vi. §. xxxi. haec verba: *Dicitur votum in gratiarum actionem pro actu turpiter factum, validum est.* Quandoquidem licet in sententia auctorem suam, & Filiberti conclusionem explicet: nihilominus conclusio hic expressit blasphemia tempor est, & scandalum patet. Et quidem Theologorum nullus unquam asseruit, validum esse votum in gratiarum actionem pro facto turpi: sed disputant validum ne sit, an invalidum de effectu, seu termino actionis turpis. Sed satis testatum est quod addit Filiberto ibidem, nempe suam sententiam Suarez docere Lib. II. de voto cap. v. n. 19. ex Caetano: cum Suarez doceat, Caetanum potius oppositum sentire. In verba Suarez: *Aliquibus non placet haec assertio (nempe de valore voti) putant enim eandem esse rationem, siue victoria praesertit, siue expelletur: quae videtur esse opinio Caetani. Nam eiusdem malitiae existimant esse votum in gratiarum actionem, et ad imprecandum.* Quod & ipse Leander docet. Caetanum id quod magis displicet, est, quod isti collectores calum ex Theologis clarissimis, quales alius inter Suarez est, transcribunt id omne quod laxitati favere potest,

& deinde exceptiones quibus praefati Theologi suas conclusiones prudenter rostrant, limitantque, silentio non raro praeterunt. P. Suarez, licet votum de effectu consecuto ad actionem turpem validum esse doceat, subdit tamen duas limitationes necessarias esse: alteram, quod effectus consequens actionem iniustam honestus sit, & licite retineri possit; alteram, quod actio gratiarum laeparet a voto. Lege ipsum num. 22. *Oportet tamen huc assertioni duplicem limitationem adhibere.* Porro, tametsi satis obicere loquatur, nihilominus confert non parum ad confirmandum id quod modo indicavi, videlicet recentiores calum collectores non pauci: Theologorum sententias truncatas referre, & idque silentio obducere quod necessario foret reconferendum. Et tamen casuistic Theologie patroni haud erubescunt nobis similes veritates adscribere, omnia & aperta lingua veritate repugnant.

XXVII. Dico 3. *Votum factum in gratiarum actionem ob victoriam ex bello iniustum, et ob lucrum ex iudo peritum iniustum, invalidum est.* Ratio evidentissima est: quoniam ex victoria iniusti iudi perceptum, regisque acquisitum per victoriam ex bello iniusto reportatum iniuste retinetur, atque in eorum possessione iniusta, habentis malitiae perseverat. Patet ignitur conclusio, & veritas assertionis. P. Catholici tract. xv. punct. 8. §. 3. n. 4. contrariam defendit sententiam in his verbis: *Verius videtur hoc votum pro se validum esse: sic expresse Suarez Tom. II. Lib. II. de voto cap. v. n. 19. quia non est consentus agere gratias pro victoria iniusta, et per se iniusta fuit, & a se processit; sed pro illa victoria, quatenus a Deo processit. Secundum hanc rationem bonum quid est, & honestum. Ergo in eius laudem votum offerri potest.* Hanc rationem describit Leander disp. xv. §. xxxi, cui tamen addit, *l victoria admittit materiam casualem, id est esse iustum bonum.*

XXVIII. Si haec doctrina Catholici vera foret, nullum esset icelus, nullumque flagitium pro cuius executione non possemus Deo in gratiarum actionem vota nuncupare. Non solum actio iniuste victorie, sed omnes aliae actiones flagitiosae, & secleratae ab homine procedunt lectuorum totam malitiam, & a Deo sub ratione entis. Si ergo licitum est gratias Deo rependere ob victoriam iniustam, non qua parte iniusta est, sed qua parte Deo procedit: eadem ratione licitum erit Deo vota nostra offerre pro adulterio, pro homicidio, pro furto, non ea parte qua mala sunt, & ab homine perpetratur, sed ea parte qua entia phy-

physica sunt, & a Deo proficiuntur: Sed, quod magis miror, est, quod adducat in patrocium illius sententiae auctoritatem Suarez, inquit enim: *Sicut expresse Suarez.*

XXIX. Ut alterum habeat argumentum doctrine casuisticae, verba Suarez isthuc transcribo. Suarez ergo num. 19. allegato a Calotropalao, statuit, votum in gratiarum actionem pro iniusta victoria validum esse, si effectus consequens victoriam iniustam boni sint, & honeste possint retineri. Ceterum, si victoriam iniustam consequatur iniquus effectus, ut iniusta civitas acquiratur, tum votum iniquum erit. En illius verba ibidem num. 21. *Si autem Rex inferat iniustum bellum alteri, & comparata victoria regnum usurpet, quod iuste retinere non potest, tunc dico, votum in gratiarum actionem pro tali regno ab initio iniquum esse, & invalidum. Quia, licet actio iustaque physice videtur, tam situr, & practica: immoliter tamen dicitur. Ergo hoc gratiarum actio est impia, & ergo votum de illa praesumenda invalidum est. Oportet ergo ut gratiarum actio sit pura, & bona, ut ista dicant, purum, id est non habens admixtum peccatoriam iniustam, vel aliam similem iniquitatem.*

XXX. Ut ergo potuisset Calotropalao sibi aciliter patrocium Suarez in confirmationem propriae sententiae, debuisset cum eodem distinguere duplicem effectum victoriam consequentem, alterum iniuste retinendum, alterum iniuste possidendum. Debuisset uti principis Paris Suarez, qui docet, tunc gratiarum actionis votum esse validum, quando spectat bonum parum, non habens admixtum peccatoriam iniustam, vel aliam similem iniquitatem. E contrario Calotropalao contendit, gratiarum actionis votum esse validum pro ipsa victoria iniusta, non ex parte qua iniuste facta, sed pro illa victoria quatenus a Deo processit. Quodcumque lenimentum huic adhaerens principio, in ergo quidem arbitror, nullo modo laetis inderi illi valet. Quoniam hic consequitur, nullum esse actionem adeo turpem pro qua non possit, ut dictum est, gratiarum actionis votum Deo dici. Quia quavis actio, quantumlibet impia, accipi potest & ut est a Deo, & ut a peccatore procedens. Quare pro Auctoris huius excitatione dicendum, quod licet illius locutio sit implexa, & minus tanta: nihilominus non aliud intelligere voluit, nisi quod tale votum Deo dicatur validum sit, non quatenus est de victoria iniusta, sed quatenus est de bono effectu consequente victoriam iniu-

stam, pura votum pro incolumitate secuta ex bello iniusto. Quae de causa erit potius in modo loquendi quam in re ipsa reputandus est.

XXXI. Dico 4. *Votum factum pro filio qui susceptus est ex concubina, pro incolumitate ex duello reportata, validum est.* Obiicit illius voti res bona est, & honesta, licet actionem turpem ad flagitium supponat. Finis enim, quocumque modo conceptus sit, & sanitas lex incolumitatis, quatuor tandem ratione habeatur, sunt res honestae, & bonae, pro quibus licitum est Deo gratias agere. Haec sententia communis est. Eam docentur Sotus Lib. VII. quest. 1. art. 3. duo. 1. Marin tract. 9. disp. 11. ser. 7. n. 58. Sanchez Lib. IV. cap. vi. num. 17. & omnes communiter, ne tempus teram linguas recensendo.

XXXII. Validum quoque votum est puniendi proprium flagitium; ut ite dicas: *non commiseris tale crimen, tantum ergo ab elemosina, vale diuina sculo, ieiunio &c.* Si quidem eiusmodi vota sunt opera poenitentiae, quibus vitandis sumitur de parata iniquitate omnes.

XXXIII. Quaest. VII. *An votum rei bonae ob finem indifferenter, et ob finem assequendi res temporales, validum sit?* Resp. Absolote loquendo communissima sententia docet, votum ob finem indifferenter irritum esse, & inane: quia finis indifferens tam est, & finis ad quem ordinatur votum, eisdem voto speciem tribuit. Igitur, si vanus est finis, vanum quoque consequitur esse votum in talem finem directum. Quare nullum est votum iniurandum et sumptibus porcis. Contra, si ob fines indifferentes obtentio votum in gratiarum actionem Deo dicere, validum tunc votum foret: quia tunc finis votum non esset res indifferens, sed gratiarum actio, quae non indifferens, sed optima est.

XXXIV. Similiter nullum est votum ob finem assequendi res temporales, si vivens in illis sitat, & ultra intentionem suam non erigat in aliquem finem bonum altiore. Quando ergo res voto promissa, seu materia eisdem voti dirigatur ad consequentem rerum temporalium tantquam ad finem, irritum est votum ob rationem assignatam: quia mirales actus speciem expiunt a sine. Quare, si finis indifferens est, & vanus, vanum quoque sunt actiones eisdem finem spectantes. Ceterum, si sermo sit de votis quae in praxi a Christianis communiter fiunt ob res temporales obtinendas, ea valida sunt: quia haec

vota communiter dirigitur ad consequenda bona temporalia ab ipsa iniuncta Dei liberalitate, & saepe per Sanctorum imperatorum. Porro similitum intentionum, seu votorum finis optimus est. Valida ergo erunt talia vota. Similitum votorum pan paucis exempla occurrunt in Scripturis. In Gen. xxviii. Iacob votum edidit pro felici peregrinatione. Reg. i. Anna votum Deo dedit pro filio obtinendo. His namque votis Deum ut supremum, & unicum omnium bonorum datorem, voverunt reverantur: idcirco vota huiusmodi valida sunt. Hac quoque sententia communissima est.

XXXV. Quæst. VIII. Quoniam peccatum committitur quod malum est, Deo votis promittitur? Resp. Malum quod quis Deo voverit, potest esse tale vel ex parte rei promissæ, quatenus res ipsa in se mala est; vel ex parte finis ad quem vovens rem dirigit, qui, si malus est, votum vitiat. Si malum quod voto promittitur, sit malum mortaliter, peccatum erit mortale. Immo si vovens non modo Deo illud malum facendum promittat, sed verum etiam propositum habeat illud exequendi; etiam peccata mortalia perpetrat: alterum, quia Deo rem malam offert, ac si Deus rem gravam haberet; alterum ob propositum perpetrandi id quod peccatum mortale est. Quod si malum veniale tantum fuerit, veniale quoque culpam committit qui tale rem voverit, ut communitur Auctores docent. Ceterum diligenter videtur. Aut enim vovens ex quadam ignorantia ductus, rem venialiter malam Deo voverit; & tunc venialiter tantum peccat, etiam ipse concedo: aut vovens repta sit rem vovendam malam esse, & nullo modo Deo gratam, atque nihilominus vult eam voto Deo consecrare; & in hac hypothese cum peccare mortaliter dico: & est communior opinio, quam docent Sanchez Lib. II. cap. vi. nu. 9. Bartholomæus a S. Paulo Lib. I. cap. xlii. Trullenchus Lib. II. cap. xi. dub. 5. nu. 9. Ioannes a S. Thoma 2. 2. disp. xxii. art. 2. Leander disp. IV. q. xxxvi. Prado cap. xxxi. q. xxxi. §. 8. n. 10. Cælestanus verb. Pot. §. 2. Raphael de la Torre 2. n. quæst. lxxxviii. art. 1. disp. 1. Cætopalans disp. 22. punct. 8. & 3. non. q. Suarez Lib. II. cap. xv. punct. 2. Salmanticenses tract. xxvii. cap. 1. punct. 2. §. 4. n. 72. Illi pro contracta sententia citant D. Antonium II. Part. III. xxx. cap. 15. §. 1. Leander quoque, qui laborem sibi vindicavit corrigendi menda citationum, laudat D. Antonium ex Prado. Verum secunda

pars Summe D. Antonii tota concluditur duodecim titulis. Titulus in quo de voto agit, est undecimus, qui duo tantum in capita tribuitur. Sed hæc pertractantem. Ratio autem communis nolite sententia est per se obvia. Qui enim deliberato animo offert Deo rem quam advertit esse malam, ex lectionum exhibet, quo ostendit Deum acceptatorem esse iniquitatis. Hoc autem blasphemiam sapit.

XXXVI. Quæst. IX. An qui votum faceret peccata mortaliter hoc animo impedit, peccaret mortaliter? Resp. Dubio procul mortali peccaret si peccato sacrilegi, & irreverentiae contra Deum, ac mendacii contra veritatem. Ideo dicendum de eo qui foveret sine intentione se obligandi, obeamdem rationem. Eaque opinio communis.

XXXVII. Quæst. X. An res impossibilis sit voti materia? Resp. Aliquid impossibile dupliciter dicitur: primo absolute, & inapte natura; secundo contractate ad personam seu aliquid esse impossibile physice, & per se; aliud mortaliter, & relate ad hanc vel illam. Materia voti non solum debet esse possibilis physice, & absolute; sed oportet ut possibilis sit moraliter ipsi voverenti. Quoniam vovens executioni mandare debet id quod promittit. Ergo necesse est ut res exsequenda iussu potestati lubiatur. Res evidens est, nullumque est super eadem dissidium.

XXXVIII. Quæst. XI. An votum partim de re impossibili, partim de possibili, seu de materia partim apta, & partim inapta, validum sit? Resp. Ut clare proposita quæstio resolvatur, tribuenda in partes est. Illud primo penes omnes certum est, quod si vovens expressa, & manifesta intentione coniungeret simul rem inaptam, & aptam, in hanc finem ut unam sine altera offerre nollet, votum nullum esset, & sic vovens peccaret: quia absolute promitteret rem impossibilem eo ipso quod nollet partem possibilem abique impeditam implere. Illud etiam certum est, quod, si materia que voto promittitur, sit inapte natura divisibilis, cuius una pars ab altera minime pendeat, tunc votum validum est; & vovens partem voto aptam implere obstringitur; atque in hoc committitur Theologi convenienter cum D. Thoma, qui 2. 2. loqui conveniunt cum D. Thoma, qui 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 3. ad 3. ait: Si illud quod quis voverit, ex quacunque alia causa impossibile reddatur, debet hoc fieri quod in se est, ut saltem habeat propositam voluntatem faciendi quod potest. Exemplis clarior fiet. Vovisti centum aureos in eleemosynam distri-

tribuendos: non potes erogare nisi quinquaginta: ad hos elargiendos teneris. Vovisti castitatem, & uxorem duxisti: ad non petendum debitum obstringeris. Vovisti ieiunium quod vovisti, abstinere a carnibus, potes vero a pluribus conculere: unicam reflectionem levare debes; quiquid de hoc ultimo scribat Cætopalans disp. 1. punct. 8. §. 1. n. 10. Si utrumvis exemplum demas, opinio communis est, immo lere omnes, que diximus, docent. Difficultas in eo vertitur, quænam materia debita dicenda sit. Non alicuius materiae divisibilis, & potibilibus minus partis ab altera separatim pericia est; ut ex allatis exemplis patet. Alique vero materiae hanc possibilem divisionem, & separationem aperte non producit. Quid autem de eiuusmodi rebus voto Deo consecratis dicendum sit, ex sequentibus constabit.

XXXIX. Quæst. XII. An qui votis adfuerit Ecclesiam, si negaverit votum, ad partem tenetur, aut in alia Ecclesia capellanum conferre, vel quidam aliud Ecclesie offerre? Resp. Tamburinus Lib. III. in Decal. cap. xv. §. 5. num. 1. eiusmodi eventum ad nihil obligat: ergo, inquit, materia suprenatura est indivisibilis. Secus, si vovens expresse vovisset partem, quando totam non posset: tunc enim, ait, ad partem teneretur. Idipsum docet Sanchez Lib. II. cap. x. num. 7. Cætopalans disp. 1. punct. 8. num. 10. Leander tract. 1. disp. ix. quæst. xxxvi. Patres Salmanticenses citant pro contraria sententia D. Thomam, & alios graviore, antiquioraque Theologos; deinde concludunt punct. 2. §. 5. num. 77. Sed dicendum est non teneri. Salmanticenses Patres in suo egregio cursu Theologie scholasticæ religioni libi vertunt in ipsa speculationibus, in quibus sine ipsis dispendio in utramque partem disputari potest, a S. Thoma vel latum unquam recedentes: verum non raro oppositam viam insunt ibidem præstantissimi Patres in altero moralis Theologie opere, cum & a D. Thoma sepe recedant, & laxiores quandoque opiniones colligant, ac propugnandas assument.

XL. His ergo missis, dicimus, eum qui absolute vovit edificare Ecclesiam, teneri ad partem, quando non potest totam; & si pars alicubi inanis foret, in alia Ecclesia capellanum, sive quod aliud in aliquo templo, quod in cultum Dei cedat, construire

debet. Hanc sententiam aperte docet D. Th. in II. Sent. dist. xxxviii. quæst. 1. art. 3. quæstione 1. ad 1. Si quis dixerit voverit edificare Ecclesiam, quod postmodum perficere non possit, propter imperium, non obligatur ex voto ad implendum. Sed tamen in hoc distinguendum est dupliciter: uno modo quia vel omnino factus est impotens; & tunc non tenetur simpliciter ad hoc quod vovit; vel est factus impotens ad totam perficiendum, quamvis non ad partem; & tunc ad illud quod potest, remanet obligatus. Sylvester verb. Votum 2. quæst. 1. Navarrus cap. xii. n. 19. Prado cap. xxxi. quæst. 11. §. 9. num. 118. Bonacius disp. 11. quæst. 11. punct. 4. m. n. 3. P. Ioannes Marin, cuius pos scriptum est, tract. ix. disp. 12. per. 8. num. 117. scribit hæc D. Thome sententiam se intelligendam esse, ut si conset de intentione prefata vovens ad se obligandum etiam distinxit, tunc ad partem tenetur; licet dicendum, si de hac intentione non conset. Hæc interpretatio, quam exhibuerat etiam Sanchez, arbitraria est, nulloque fulta principio. Si conset de expressa vovens intentione, disputationi locus non ellet. Verum mirum haud esse debet eiuusmodi Auctores similes prodere interpretationes, quia consentaneæ sunt eorum principiis: illi enim in favorem vovens votum interpretandum contentiorem potissimum in rebus dubiis: quod principium expresse improbat a D. Thoma, ut infra videbimus. Salmanticenses vero rationem cur a sententia S. Thomæ recederint, producit: alium namque, quod Ecclesie, & capellæ constitutiones non sint moraliter eiuusdem rationis: insuper quod Ecclesia est corpus individuum, minime potens separari in partes. Quare, si totius Ecclesie constructio sit impossibilis, ad nihil vovens tenetur.

XLI. His ergo interpretamentis missis, regulam assigno, que licet contraria sit regulæ recentiorum Caluitarum, verosimilior nihilominus videtur, & emittit ex ipso D. Thoma a quodam exercitio partis separata a toto secundum prædictum: exhibitionem credit in honorem Dei, & hæc parte votum implere potest; ad omnia implendum tenetur: scilicet quando pars separata non credit in Dei honorem. Quare non probè absolute quod ait Bonacius, nempe debere hunc voverentem edificare partem Ecclesie, quia forte alii, vilo principio Ecclesie, ad complementum inceptum edificium excitabuntur. Ego hæc non consilium voventi ut huic fortuito eventui locus committeret pecuniam; neque consilio cedere

in honorem Dei: quoniam pars Ecclesie sola ad nihil valet, nisi compleatur tota. Inchoare autem hanc partem ea sola spe quoadvis, visio principio, sine opus consummatur; nihil aliud esse videtur, nisi expensas fortune committere, quando alia non occurrant fundamenta. In mea itaque regula (consilio inle-ru) illas particulas secundum prudentiam estimatorem. Porro tum ego dicerem, secundum prudentem estimationem partis Ecclesie constitutionem in honorem Dei reducere, quando reipia alii parati essent, vel coniectura moraliter certa, aut valde probabiles iuppeterent, alios fideles ad perniciendam fabricationem opem fore laturos. In tali positione concederem utique, voventem teneri ad partem, quamvis non ad totum: & hoc communi prudentiam consentaneum videtur. Patet ad capellam, seu oratorium erigendum tenentem voventem, quando id possit, & iuxta preceptum Christiane pietatis adimatores adiectum capellam, seu oratorium in divinum cultum, & fidelium usitatum recideret. Qua ergo ratione ad vestitum concessum, voventem centum in elemosinam teneri ad quinquaginta, quando non potest centum; eadem concedere debent, voventem adificare totam Ecclesiam teneri ad partem, aut ad capellam, seu oratorium, quando non potest totum; dummodo prudens pietas iudicet partem, vel epellam in Dei cultum, & Christianorum utilitatem cedere. Secus dicendum, quando exco-rcio partis superbia, & omnino inanis foret. E. g. vovisti peregrinationem ad Damum Lauteranam, non potes totam iter conficere, non tenens ad partem: quis pars itineris ad finem voti inepta prolix est, sicuti ineptam dicimus constitutionem partis Ecclesie, quando spes non adesse, ut alii opus inceptum perficerent.

XIII. Rationes adventantium seipis communit. Quod enim dicunt Salmantenses, non esse alius distinet rationis Ecclesiam, & capellam, periculum est, quia hic sermo non est de rebus physicis, sed moralibus. Porro eadem virtus religionis impellit ad adificandum capellam, ac Ecclesie. Utique capella, & Ecclesia distinguuntur tamquam totum, & pars. In eadem tamen, ut ita dicam licet alicuius moris reperiantur. Decem, & centum ad diversam naturam speciem pertinent. Ergo qui non potest centum, non debet decem? Eiusmodi speculationes in morum preceptis tradendis vane sunt, & inutiles. Fallium est quod tota Ecclesia sit corpus individuum. Quot Ecclesie in die non videmus inceptas,

& non consummatas? Ego ipse non paucas vidi quarum sola maior capella edificata est: in qua tamen cultus Dei promovetur, & fidelium spiritualis profectus non Sanchez, & Marin, nempe ex expressa intentione voventis colligendum esse illius obligationem. Quippe, cum voventis intentio expressa est, locus non relinquatur disputatum. Debitum ergo voventis ex illius facultate, & ex rei voto promissie conditione erendum est. Quando iuxta executionem partis rei promissie iuxta preceptum prudenteque adimatores promovet finem voventis, nempe cultum Dei, aut pietatem fidelium, in eodem genere in quo est totum quod promissie, tunc ad hanc partem executionem voventis dubio procul obstringitur.

XIII. Quest. XIII. Quando votum est de materia mixta, partim bona, & partim mala, ad quid vovent tenetur? Resp. Materia voti pluribus modis mixta esse potest: vel quia pars una est possibilis, impossibilis altera; & de hoc satis dictum est: aut quia partim est bona, & partim mala; ut si quis vovet Religionem, quo res Comodis fuerit; vel quia est partim indifferens, & partim bona; ut si promittas te monachum Romanum, & elemosinam erogaturum: vel ratione sicut materia mixta esse potest, qui partim bonus, partim indifferens sit: ut si vovent elemosinam ad subveniendum pauperi, & acquirendas divitias quin illas in Deum diripas. Plures alias positiones praterco. Ex dictis autem patet responsio ad omnia. Nam, quando materia partim apta est, & partim inepta, & quando ex duobus finibus unus est bonus, alter indifferens, & ineptus; validum est votum, si iuxta prudentes estimatores leparatum finis impleri possit, dummodo non cogit de expressa contraria intentione voventis, ut dictum est.

XIV. Quest. XIV. An votum disjunctive factum, cuius altera pars apta, altera inepta sit, puta cum vovet aut Religionem, aut factum validum sit? Resp. Si votum revera sit disjunctivum, itant vovent ad neutram partem se volnerit obligare determinate, led indifferenter aut ad unam, aut ad alteram aequo modo; absolute votum nullum & irritum est. Quoniam qui sic vovet, in talis voti non magis ad partem aptam quam ineptam tenetur. Ergo vovent, quod de meliori bono determinate esse debet, invalidum est. Item dictum, quando disjunctio cadit infra dupliem finem, quarum unus ineptus, alter aptus est. Immo

Immo qui sic vovet, peccat. Sed casus sub his terminis metaphisicus est. Quis enim, nisi stultus, auit sic vovere, ut neutram determinate partem velit? Aut quis adeo sit impius, ut partem criminis plenam voveat? Quare in praxi eiusmodi vota, que disjunctiva videntur, sunt tantum conditionata; seu potius sunt duo vota, unum irritum, quia de te vana, aut mala; alterum validum, quia de meliori bono; ut si quis iraperius tale votum emitteret: Vovet me vindictarum iniuriam mihi irrogatum, aut Religionem inprestitutam: hoc votum non est disjunctivum: sed est votum conditionatum, quod nisi iumpierit vindictam, velit ingredi Religionem: seu potius sunt duo vota, primum absolutum iumpendi vindictam, quod est irritum; alterum conditionatum amplectendi religionem iactam, quod, impleta conditione, obligat, cum sit de meliori bono. Quando autem dubium est, an similia vota sint disjunctiva, vel conditionata, dico decernenda esse vota illa conditionata, & valida quantum ad partem aptam, conditione explera; quidquid in oppositum sentiat P. Marin hoc est. n. 128. quia nemo primum dicit illud, nisi probetur: malus autem foret, & peccator qui votum disjunctive eliceret de re bona, & mala aequo modo. In votorum vero materia, quando dubia occurrunt, tutior pars est eligenda; ut infra sicut adversus eundem Marin, alioque recentiores Calistiflas demonstabo.

XV. Quest. XV. An votum cuius Romani modum vult? Resp. D. Antonius II. Part. xi. cap. 1. §. 3. dicit: Votum autem de exendo unquam, non videtur multum commendabile, quia nec honestum, & periculosum tempore hiemali, & ideo pariter est commutandum; id est, ut indurus honeste votum impleat. Validum itaque votum est, eo quod pars principalis voti bona sit; solumque modis necessitate malus est, & propterea omittendum. Navarum tenet oppositum c. xii. n. 39. Sed D. Antonii opinio tenet Sanchez lib. 1. c. x. n. 13. & eidem accedit Marin hoc est. n. 19. & hanc sententia vera est.

XVI. Quest. XVI. An votum non indolens validum sit? Resp. Sententia communis est validum esse: quia est de meliori bono. Nam ludus aut considerari potest ut est quid formatum in ordine ad iuratum, & iacturam; & ut est malorum organum, sicut tampe communitur est; & tunc dubio procul validum est votum non ludendi: aut consideratur ludus ut modus oblationis, & levandi animi causa

assumptus secundum estrapelias regulas, & tunc abstinencia a ludis ex amore penitentiae, & mortificationis proficitur, & consequenter votum eius de meliori bono est: ergo validum. Quod si contingeret animi recreatio-tem futuram esse in aliquo casu necessarium ad sanitatem, tunc cessaret pro tali eventu voti obligatio. Neque verum est quod inquit Tamburium lib. III. cap. xv. §. 4. n. 3. nempe quod si ludus, recreatio, & cibis delicatis in speciali casu essent summa utilitatis, vota de abstinendo ab illis non essentur. Hac, inquam, doctrina mihi vera non videtur. Nam plures vota elicunt abstinendi a cambibus, quarum nisi quandoque in speciali casu est necessarium; nec propterea vota redduntur invalida. Dicendum ergo, quod vota similia in speciali casu non obligant; sicut de qualibet lege, & precepto dicitur. Verum ex hoc quod in casu speciali non obligant, male inferitur vota huiusmodi invalida praterferenda. Quando ergo materia voti absolute considerata, & spectatis circumstantiis que communitur occurrunt, est de meliori bono; vota semper valida sunt; quamvis casus speciales occurrant in quibus observantia voti non sit de meliori bono; & tunc votum non obligat. Sed validum semper mapet: & in casu speciali sublato, voti obligatio tutius urgere proficuum.

XVII. Posito quod votum non ludendi validum sit, plures casus resoluendi superint. Et primo quidem, ad quid tenentur qui votum non ludere, puta chartis, P. Gobatus tract. xi. n. 572. & P. La-Croix lib. III. part. 1. n. 457. respondent, voventem huiusmodi non teneri abstinere nisi a ludis immoderato, quando absolute vovit, nihil cogitando de immoderato, & periculo ludis: quia, inquam, votum in dubio explicari debet in favorem voventis. Pro hac opinione P. Claudius La-Croix citat Bonacium, Dianam, Tamburinum: & possent innumeris alios laudare pro opinione defendente, votum dubium explicandum esse in favorem voventis. Verum hanc sententia P. Claudii La-Croix duplici ex capite nobis falla est. Primo quia vota dubia non in favorem voventis, sed in tutiorem partem sunt interpretanda. Secundo quia qui vovit non ludere chartis; iuxta communitatem lenium ad omni chartarum ludu abstinenciam promittit; cum ludus iste inapte natura periculosus sit; & idcirco a canonicis sacris vetitus compertur. Distinctio autem ludi moderati, & immoderati casuistica est, seu a Calistiflas inventa; que in mentem voventium vix, ac

ne vix quidem venit. Qui enim vovent non ludere chartis, absolutam abstinentiam ab omni chartarum ludo spondere intendunt. Quapropter praefata distinctio unice ad extenuandum voti obligationem videtur inventa. Concedit tamen La-Croix, se debere abstinere etiam a moderato ludo, si ex ipso in voto tuo illum comprehendisti: Papae Egregiae sane admonitio.

XLVIII. Citatus Auctor, ut votum non ludendi accommodet inclinationi voventis, contendit ex hinc voti colligendum esse, nisi excedat eam ludum moderatum, & an vovens etiam se non ludurum pro alio. Nam, inquit ille, si voto intendis vitare ludum pecuniarum, excludis solum ludum immoderatum. Quare inferit, te ludere posse & pro alio, & pro te ludo moderato, & per alium, tradendo et pecuniam, & accipiendo alium, tradendo et pecuniam tua. Si christiani nisi abster commeter de morte tua. Si christiani homines germana pietate ad virtute praeparat, licet hinc has cumstificas distinctiunculas, vix profecto a ritu se continent. Respondo itaque, nisi conset expresse reddistinguit, sed votum ad idem, ab omni ludo chartarum te debere si voti absoluti abstinere: tunc quia cum votum privata lex fit, de eo pariter res habet celeberrimum dictum. *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus* tunc etiam quia materia voto promissa, nempe integra a ludo abstinentia, conset plurimum ad nunquid peccatorum pericula declinanda: tunc denique quia votum in rationem partem semper interpretandum est. *Salfum est* insuper quod inquit La-Croix, voventem non ludere, non peccate, dum per alium ludit. Quia qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. Non minus salum est quod loco citato pergit docere La-Croix cum Galtopolus, & Tamburino, nempe, dum vovisti non ludere, ne tempus teras, te posse per alium ludere, licet ipse solo per se tempus. Audisti? Licet peras tempus, ludendo aliena manu votum non fregisti, si autem propria manu ludis, votum fregisti. Perasentia, & mirifica Theologia! Manifestam laxitatem non vacat longius improbare.

XLIX. Si vovisti, inquit P. La-Croix *lex. cit. n. 444. eo sine non ludere, ut vitares vitas, blasphemias, irurgentia, & ludere licet per alium, licet hoc sacramento timetur, quia vovisti non ludere.* Haec opinio laxissima est quia, praeter rationes adductas, accedit periculum frequentissimum blasphemiam, iuramentorum, & risurum. Et tamen P. La-Croix eiusmodi mostra ut cer-

tas morum regulas obtrudit. Haec quoque verba velitarunt adversarij. Sed non illos: An non licet aliquando pro domo Dei vocem extollere contra laxas opiniones, salvo erga Auctores obsequio?

L. Quest. XVII. An validum sit votum *namquam peccandi*? Resp. Ut responso citato sit, distinctio est opus. Si votum sit abstinentiae ab omni peccato mortali, validissimum est: quia non solum est de meliori bono; sed est, divina opulante gratis, de re moraliter possibili. Nam praepcepta divina omnibus possibilis sunt. Ita communitur omnes. Si autem votum sit absolutum, excludens quaecumque peccata, tum mortalia, tum venialia collective accepta; & conset de hac expressa voventis intentione: tunc votum nullum est: quia materia voti, sic collective accepta, est moraliter impossibilis humanarum imbecillitati. Quoties ergo vovens spectat abstinentiam omnium peccatorum tum venialium, tum mortalium per modum unius obiecti, tunc votum nullum est obrationem datam. Quandoquidem in hac possessione non valet regula: *Qui non potest totum, debet partem implere*: quia vovens expresse excludit hanc divisionem, quando expresse collective votum totam materiam individit. Vovens enim legislator est, qui pro arbitrio, sed eiusmodi obligationes valet imponere. Etque communis opinio, quae docet Sanchez *lib. II. cap. v. n. 10. Sottis Lib. VIII. disp. 11. sec. 2. n. 11. Sanchez Lib. II. cap. 11. n. 10. Valentini 2. disp. VI. q. VI. punct. 2. Aragonis 2. 2. 9. lxxxviii. art. 2. dub. 2. concl. 4. Salm. tract. xvii. punct. 2. §. 5. n. 82. Ledelina tract. n. cap. 11. concl. 2. Navarrus cap. xii. n. 67. Toletus Lib. II. cap. xvii. n. 10. & alii.*

L. Praefata autem sententia vix in praxi locum habet: quia fere nempe vovens expressa intentione comprehendit utranque materiam per modum unius quo modo, nempe tam mortalia, quam omnia venialia peccata. Communitur namque voventes intendunt vitare omnia mortalia, & venialia, quoad permiserit humana fragilitas. Propterea quoad plurimum similia vota valida sunt: quia vitare omnia mortalia, cuique possibile est: vitare omnia venialia, cuique possibile est. Quod quantum ad hanc partem votum servandum est, iuxta illam formam regulam 37. in dicitur, *ut in illis votis non debet*. **VI.** *Ut in illis votis non debet*. Quapropter huiusmodi vota, quando non conset evidentem de contraria intentione voventis, evidenter de contraria intentione voventis, ut valida sunt censenda: quia, quando quis

vovet duas res separabiles iuxta communem praesentium existimationem, quarum una possibilis sit, impossibilis moraliter altera, valet votum respectu partis possibilis. Hanc sententiam defendit P. Marin *tract. ix. disp. 11. sec. 1. n. 10.* qui laudat Sanchez *lib. II. cap. 11. num. 1. & 12. Ledium Lib. II. cap. 21. dub. 7. n. 31. Galtop. punct. 8. n. 9. Grobat tract. xi. n. 76.* Et haec opinio tenenda est etiam in dubio: quoniam actus in dubio praesumitur factus secundum eius naturam, ut commune habet axioma.

LII. Si votum sit de vitandis omnibus peccatis distincte, aut mortis ius, aut venialitas, ita ut vovens ad neutram partem determinate se obliget, nullum est: quia vix talis voti vovens non magis valet partem aptam quam ineptam: quia de causa dictum est supra, nullum esse hoc votum: *Voveo me celebraturum Missam, aut salutarum.*

LIII. Quest. XVIII. An validum sit votum *vitandi omnis peccata venialia*? Resp. Ut hinc quaestio clare respondeamus, quae communis fuit, praesertim oportet. Validum itaque votum est vitandi aliquid genus peccandi venialiter, pota mentendi. Quia hoc moraliter possibile est. Sic docet Azorius *Lib. XI. cap. 11. n. 17.* Ledius *Lib. II. cap. 21. dub. 7. n. 31.* Sanchez *Lib. II. cap. 11. n. 4.* Sanchez *Lib. II. cap. v. n. 18.* Galtop. punct. 8. n. 11. Marin *tract. ix. disp. 11. sec. 2. n. 11.* Sanchez tamen sustinet votum vitandi omnia venialia in cogitationibus luxuriae, vel iudicii temeritatis, vel in cibo, & potu, vel in verbo otioso esse invalidum: quia, inquit, est de re moraliter impossibili. Opiniorum docent communitur alii. Diffidium tamen non est, ut prolixior de eo fieri debeat disputatio. Pro praxi similia vota non sunt censenda. Si vero facta serupulis voventem torqueant, dispensatio, aut commutatio impetranda est, ut periculum peccandi vitetur.

LIV. Communissima autem sententia est, votum vitandi omnia peccata, non solum collective (quod servum est apud omnes,) sed etiam distincte, nullum esse. Quoniam voventis de re moraliter impossibili, nullum est. Huiusmodi autem est votum vitandi omnia peccata venialia. Siquidem non posse hominem omnia venialia peccata cavere, auctoritate patet Tridentini Concilii, dicentis: *leff. vii. canon. xxi. si quis dixerit hominem in seipsum posse in tota vita peccata omnia, et omnia venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quomodo admodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.*

LV. Non desunt qui oppositum sustineant; quorum etiam argumenta satis valida sunt. Insuper namque, votum illud non obligare ad aliquid quam ad id cui iam obstricti sumus: siquidem omnes tenentur vitare omnia peccata venialia. Ergo votum de his vitandis validum erit. Confirmatur. Votum illud non obligat in actu secundo in actu secundo pro hoc instanti, tum pro alio, & sic deinceps. Non est autem quod moraliter impossibile vitare omnia peccata venialia, in instanti determinatum. Votum ergo illud obligat ad rem promissam implendam eo modo quo impleri potest. Sic vovens construe templum, non tenetur edificare hodie totum templum; sed hodie unam, & cras alteram partem. Eodem modo vovens vitare omnia peccata venialia, hodie tenetur vitare hodie, & cras craliam. Præterea eodem modo obligat hoc votum quo obligat lex; sed lex obligat ad aliquid possibile in actu secundo: ergo & votum. Votum enim lex est privata. Fortio quam legem maiorem, prudentiore sibi imponere valet homo pro illa quo similis illi de divine legi? Amor enim illius divine legi in nobis prædens est. Ergo & votum illam ad nullum exequendi prudens dicendum est. Accedit quoque tam difficile est intentum in seculo commodatum, & indigne liberebus multis electum non peccare venialiter, quam difficile est Religiosum non peccare venialiter. Si valet primum votum, quidni & secundum? Nonne iuxta Sotum *lib. II. dist. xvii. q. 111.* Azorium, Sanchez, Galtop., La-Croix *n. 404.* validum votum est confitendi omnia venialia: quia intelligitur de illorum confessione quæ medicorum diligentia adhibita memorie occurrunt? Idem ergo dicendum & de voto illa vitandi. Tandem, iuxta superius dicta, validum est votum calibatus emissum ab homine fragili, licet suorum relapsuum experientiam habeat: eo quod absolute continere se potest, & ex sua multitudine labitur. Neque enim voti materia metienda est ex fragilitate, & malitia voventis; sed bonitate generica, & comparate ad hominem divine gratia ausi instructum. Quapropter dictum etiam est, matrimonium votum in tali homine invalidum esse, eo quod impedit usus nonnulli calibatus. Momenta igitur hinc, si recte probant calibatus voti voventem, procul dubio trident votum alterius naturam peccandi venialiter valorem evincunt.

LVI. Argumenta hec specialia sunt, & vis metaphysicæ rationum spectetur, satis

valida. Ceterum, si ad Conciliorum, & Scripturarum canones revocentur, languida sunt, & infirma. Anathema Tridentinum in eos contorquet qui asserunt, sine speciali auxilio posse quempiam in tota vita vita omnia venialia vitare. Scriptura testatur, Deum in Angelis suis pravitatem reperire; neminamque esse mundum a forde. Legem divinam, quae omnia venialia prohibet, venerari, & pro viribus exequi debemus; sed inique tunc libum legi niam debemus addere, quae pondus aggravat, augeatque. Quid laudabile naturae humeri ferre valeant, solus supremus eisdem effector novit: idcirco solus ille legem rogare potuit de singulis venialibus declinandis. Nec valet paritas de voto mortali criminum: quia repta homines bene morati communibique divinae gratiae subsidii aduti, mortalia vitant: nullaque canon reperitur qui doceat, aliquem hominem toto tempore mortalia omnia vitare non posse, quemadmodum de venialibus docet Tridentinum. Non valet igitur paritas a mortaliibus ad venialia. Deum quilibet homini, quantumvis fragili, mortiferis possibilibus est exhibere; dummodo remedia quae Scripturae, & Patres praescribunt, velit executioni mandare. Sunt autem saga mulierum, libidinum, & spectaculorum, abstinere a pravis libris, cogitatio securibus, & omnibus deinde occasionebus, quas christiana prudentia vitare suadet. Nec latet illi declinare scopolis: adhibenda quoque admittenda sunt, ut crebra preces, meditatio aternitatis, gehennae, paradisi, passionis Christi Domini, jeiunia, abstinentiae, vigiliae. Haec validiora sunt remedia ad continentiam promovendam, quam matrimonium ad naturae propagationem a Deo institutum. Ad servare votum nunquam peccandi venialiter non est in hominis potestate; quantumvis conatus omnes suos adhiberet: vitare liquidem omnia venialia peccata pender ex speciali divinae gratiae privilegio, quod nullus hominum prudenter sibi valet polliceri. Ne multa, vota omnia praedicta, non negligenter legibus dirigenda sunt. Et quaevis in metaphysica disputatione proponari possit valor voti de vitandis venialibus, in praxi tamen non censenda, nec permittenda essent eiusmodi vota, peculiaris assensu divini Numinis subdito.

LVII. Vota quae referuntur a quibusdam iniquibus pietate personis emissa, ex peculiari divino instinctu fuisse contendimus. Votum sanctae Theresiae efficiendi semper quidquid perfectius intelligeret, aliquid et maius

multo quam votum non peccandi venialiter. Votum etiam quod edidit pusillimus P. de la Colombier, quod eius sermonibus typis editis praenotum legitur, subintus est voto vitandis culpas veniales; adeo namque excelsus est, ut, quoties illud legi, toties incredibili quodam impore correptum sui senserim, & peculiari venerationis affectu erga piuum virum me pertractum expertus sim. Relat quoque Gobat votum F. Ludovici de la Puente, viginti annis ante mortem editum, nunquam peccandi venialiter deliberatae: aliisque familia vota monastica historia suppeditat. Quae vota omnia ex speciali Spiritus sancti ductu fuisse fatemur omnes. Et de sancta Theresia asserit Gregorius decimus quintus, *Duo consistante illam votum suum edidit.*

LVIII. Quasi. XIX. Quid dicendum de his duobus votis? Mater innuptam filiam gravidam agnovit. Familiam ex illius participationem passim praevideans, votum emittit docendi Beatae Virginis mille nummos aureos, si filia ante partum moriatur. E contrario filia vota, nisi illi nubat a quo contracta fuit, cuiusque alterius viri nuptiae se repudiaturam: quoniam matrimonium pactio cuius amatore suo ante corporum commixtionem intercesserat. Resp. Hinc eadem proponit P. Comitolus, docereque matris votum impium esse: quod per se notum est. Quippe votum illud mortem filiae, & partus qui ex illa egredi deberet, pro fine immediato habet. Fura infamiae per se bona est; at mala evadit, si medio vitioso intendatur: quia malitia media inficit finem, ut ex dictis constat. Quamvis ergo infamiae periculum declinare res bona & optima sit: iniqua tamen redditur in casu posito ad praevotum mediis, desiderio scilicet mortis filiae. Votum filiae honestum, & ratum est. Quia, si suis nubendi illi cui se se imponderat, insipienter, hominis est. Si celibatus quoque, quem promittit, amatore suo in matrimonio non ducto, consideret, bonus titulum non ambigitur.

CAPUT VII.

De votorum distinctione, & multitudine.

I. Deura dictum sumus de votorum distinctione, dum argumentum status religiosi in manus occurret. In praesentia pauca habuimus. Primo tribus votum sicut in oblatum, conditionatum, & penale. Deinde in solenne, & simplex. Tertio in necessarium, & li-

& liberum, seu in commune, & singulare. Quarto in reale, personale, & mixtum. Tandem in adfirmatum, & negans; in perpetuum, & temporale; in reservatum, & non reservatum; in publicum, & occultum; in expressum, & tacitum, seu in mentale, & vocale. Haec sunt divisiones quas passim ostendens penes omnes Auctores.

II. Votum absolute est, dum quidquam votum ab omni conditione actum suspendente expeditum: ut si dicas, *Voves castitatem. Conditionatum* appellatur cui conditio aliqua affigitur, qua interveniente, obligatio confargit voti implendi: ut si infirmus dicat: *Voves duo teivata in pane & aqua, si convalesco, si ex hoc periculo liber evasero.* Penale est, quando, ut rem promissam observes, aditici poenam subeundam; ut si dicas: *Voves disciplinam usque ad sanguinis effusionem, si husero, si illam domum laqueum plenam ingressus fuero.* Quod votum nuncupatur conditionatum penale. Dissert autem a puro conditionato: quia in illo non apponitur conditio ut poena, sed ut conditio; in illo per modum poenae conditio adicitur.

III. Antequam ultra progredior, pauca dicenda sunt de variis conditionibus quae votis affigi possunt. Nam aliae sunt conditiones generales, & necessariae; aliae peculiariae, & necessariae, quae suscipe natura praesupponunt, votum conditionatum huiusmodi conditionibus cuiusmodi sunt, si vixeris, si Deo placebit, si superior non triverit, si exa creta sit, ut habetur in cap. Beatae Mariae xxvii. §. 11. Similiter conditio quae est de praeterito, non reddit votum conditionatum, sed absolute relinquere, penite ad si non est apposta. Ratio est, quia conditio proprie dicta suspendit contractum ex futuro eventu; conditio autem de praeterito, aut praesenti nihil suspendit; ut si dicas: *Voves continentiam, si pater meus mortuus est, si nunc vivit;* quia, veritate conditionis posita, obligatio voti non suspenditur, sed viget, & votum tenet adimpliri. Sic communiter docent Auctores. Possent tamen aliquando votum appellari conditionatum respectu votantis, si cogitatio eventus conditionis futura esset; atque adeo votum morti, vel vitae patris illamiam fuisset. Sed haec votum dissidia sunt. Absolute quoque votum appellatur quod sit tum animo suspendendi executionem ad futurum tempus, ut si dicas: *Voves ingressum in Religionem, si pater obierit, si viginti annorum attingeris, si curriculum studiorum absol-*

veris. Illa liquidem particula si eundem prodiit sensum ac quando. Absolute enim votum Religionem amplectendum determinat tempore. Absolute quoque esse defendunt eiuusmodi votum, *Promitto ingredi Religionem, si frater maior natus habuerit filios,* Salmarum. *hu. cit. novis.* §. n. 88. quia, aiunt, absolute intendis Religionem; nec praeter successionem fratris Religionis obligatio; sed illius dumtaxat executioni. Verum haec opinio mihi fallis videtur, illi spectemus ad ipsam conditionis notionem, quam promittit non modo Auctores communiter, sed ipsimet Salmarum. Illa enim conditio appellatur quae actum suspendit, donec ille ponatur. Atqui ille qui illigat ingressum in Religionem votum fratris sui successioni, vere futuram, & incertam, seu fortuitam conditionem votum suum albit. Cur ergo conditionatum non erit? Quare conditionatum revera esse debendum Suarez scribit. *VI. cap. xlvii. innot. 6. Sanchez Lib. II. cap. xl. n. 83. Pontius Lib. III. c. 12. n. 18.*

IV. Omissionem Salmarum. Qui promittit se Religionem ingressurum, si frater maior natus filios habuerit, ex affectu ad Religionem votum emittit; nec praeter successionem fratris obligationem Religionis, sed illius executionem: ergo votum est absolute. Subdunt deinde, quod, si votans dicat: *Promitto ingredi, si ex infirmitate convalesco, si ex periculo evasero, si in tale peccatum lapsus fuero;* votum illud foret conditionatum. Resp. Non video cur conditionatum sit hoc votum, & absolute non vero primum: quin oppositum sentendum existimem. Ratio namque quae promittit, falsa apparet. Non praeter Religionem ingressum in Religionem obligat? Quare si frater natus maior filios careret, & obierit ne votum Religionem ingredi minimum spiritum profectus, quemadmodum non teneretur qui lectu modo viveret, si apposta conditionis deficeret. Verum igitur praeter successionem fratris Religionis, si, deficiente successione, non intendit Religionis ingressum.

V. Celebris divisio est voti in *solenne, & simplex.* Nomen nuncupatur quod in capitulo Ecclesiae fit, & ab eadem acceptatur; simplex vero quod a privata persona quasi in occulto emittitur. An eiuusmodi vota specie differant, an iure divino, vel ecclesiastico, pro tui dignitate de statu religioso omnia difficultate reperietur.

VI. Votum necessarium est illud quod omnes in baptisimo emittunt, diabolo, mundique pompis rennuntians: quod ideo necel-

carium dicitur, quia est de observantia evangelicæ legis ad salutem necessaria. Non est tamen votum proprie dictum, ut supra indicavimus. Votum liberum illud est quod quis sponte edit de re non necessaria ad salutem, ut servare castitatem; aut, si necessaria res est, & ex præcepto præscripta, libere votum ad illam se obstringit nostro vinculo voti, quod potestiter omittit.

VII. Rursum votum aliud est commune, aliud particulare. Aliquis, ut Bonacius, commune votum appellat quod a communitate, vel ab omnibus editur; particulare autem quod quisque pro arbitrio emittit. At communiter Auctores votum commune idem ac necessarium, & particulare idem ac liberum esse docent: & est vera opinio.

VIII. Votum reale est illud quo externa res alicui Deo offertur; personale quo actio, vel officio ad personam attinens obligatur; mixtum, quo utramque promittitur, nempe & res externa, puta elemosyna, & actio votum adhibens, ut peregrinatio, ieiunium simul cum elemosyna. Ita omnes. Similiter omnes asserunt, votum adferendum esse illud quod spondetur quocumque positum sciendum, v. g. elemosynam; negativum, quo aliquid negativum, ut abstinentia a carnibus, a ludo, a peccato promittitur.

IX. Votum perpetuum illud est quod durat usque ad mortem votantis, ut est votum erogandi elemosynam singulis mensibus per totam vitam; & illud dicuntur perpetuum respectu vinculi obligationis afficiens votentem. Potest autem alio modo esse perpe-

tuum, scilicet ex parte materie post mortem votantis duraturum; ut est votum adscribendi cenobium, aut nomenclonem, in quo perpetuo alantur Religiosi, vel pauperes retrahentes. Dicit etiam votum perpetuum per se, quando nimirum fuerit absolute prolatum; & perpetuas ex natura rei intelligatur; ut dum quis vover castitatem, Religionem &c. quia est nihil perpetuitatis habetur expressum; tamen iuxta communem sensum per se intelligitur perpetuitas. Vocatur votum perpetuum per accidens, quando suapte natura hanc perpetuitatem non præfert; sed ex intentione, aut verbis votantis colligenda est; ut votum ieiunandi, elemosynam erogandi &c. *Temporaneum* dicitur quod ad certum definitum tempus durat; puta votum ieiunandi senes in hebdomada per annum unum. Omnia communissima sunt.

X. Vota reservata ea dicuntur in quibus Prælati immediati & inferiores facultate disponendi carent; sed talis potestas Prælati superiori duntaxat reservatur: non reservata dicitur illa quorum relaxatio Prælati immediati etiam, ac inferioribus competit. Votum expressum, & formale est quod conceptus verborum formulis editur: tacitum, vel virtuale, seu implicitum illud est quod non verbis expressis emittitur, sed ex aliis arguitur, quando nempe peragitur aliquid cui votum adhibitum est; ut est castitatis votum, quod Subdiaconi Ecclesiæ catholicæ emittunt sacros ordines suscipientes. *Publicum* vocatur quod fit palam; occultum quod fit secreto. Hæc omnia facilia, & communia sunt penes omnes.

DISSERTATIO II.

QUANTA SIT VOTI OBLIGATIO. DE VOTO DUBIO, INDETERMINATO, METU, VEL ERRORE EXTORTO, CONDITIONALI, ET PÆNALI.

GRAVES occurrunt in hæc dissertatione quam aggredior, difficultates excutiendæ: & quod non leve facessit negotium, in aliquibus maioris momenti adversus plurimos novos Casistas pugnandum erit. Stabant tamen a nobis antiquitas, & ratio, ut consilium: quamquam plurimæ tractandæ quæstiones non antiquæ, sed nove sint. Patrius incognite; & utilior esset earundem ignorantiam quam notitia. Ceterum, ut lector nollet in promptu habeat quæstionesque tractari ab aliis solent, idcirco operæ pretium indicavi eandem discutere.

CAPUT I.

Obligatio voti exponitur. Cuiusnam virtutis sit, religionis, ut alterius. Deur ne materia parvitas; & an hæc obligatio ad alios transire valeat.

I. Veritas fidei est, votum obligationem inducere, ut votens, id quod promissit, exequatur. Id perspicue præfinitur Dent. xxxiii. *Cum votum evoerit Dominus Deus tuus, non turbabit eisdem: quia requiescit illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reprobabitur tibi tu peccatum.* Quod confirmat D. Th. 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. in IV. dist. xxxviii. q. 1. art. 3. q. 1. & quodlib. 111. art. 11. *Maxime obligatur homo ad hoc quod impliat vota Deo facta: hoc enim pertinet ad fidelitatem quam homo debet Deo. Fraus autem voti est quedam infidelitatis species. Unde Salomon rationem assignat, quare sint vota reddenda: quia displicet Deo infidelis promissio.* Hæc obligatio suapte natura gravis est, eundemque transgressio ex genere suo peccatum mortale est: etenim inquit D. Th. in IV. loc. cit. *Qui votum rite factum præmittit, mortaliter peccat: quia fidem quam cum Deo iuravit, frangit.* Ex sequenti quaestione res clarior fiet.

II. Quæstio I. An voti obligatio pertinet ad virtutem fidelitatis, & religionis; an etiam ad aliam virtutem ad quam attinet materia promissa? Resp. Primo certum est obligationem voti pertinere ad virtutem religionis, seu fidelitatis: quia votum est actus religionis, quo Deo cultus lætæ exhibetur.

III. Onicis. Fidelitas erga homines non obligat sub mortali. Ergo, si votum ad virtutem fidelitatis pertinet, non sub mortali, sub sub veniali obligabit. Respondetur, utique fidelitatem in promissionibus factis, & ab alio non acceptis, non obligare sub mortali, quia hæc fidelitas sistit intra suos limites veracitatis. At fidelitas quæ in obligatione votorum elucet, est Deo per virtutem religionis consecrata; religio autem sub mortali obligat: ideo dispar est ratio.

IV. Dissidium penes Auctores est, utrum hæc voti obligatio non modo ad religionem pertinet, verum etiam ad illam ipsam virtutem ad quam spectat res voto promissa. Et voti illi sententia, & ieiunium frangens: necas neadversus religionem, voti obligationem frangendo, & simul adversus virtutem temperantiae? Prima, & vera sententia negat, obligationem voti ad utramque virtutem pertinere: quoniam qui opus consilii, seu super-

erogationis vover, non aliam sibi imponit obligationem quam illam quæ ex promissione Deo facta oritur. Hæc autem obligatio, tota quanta est, a virtute oritur religionis, & fidelitatis. Nec enim vovens novam sibi addicere temperantiae legem præter illam quæ limitis præfinit cibi, & potus, intendit; quamquam ex affectu ad temperantiam, quam sibi proficuum, & Deo gratam reputat, voveat tale ieiunium. Id evidens factis ex communi votentium sensu. Nulla igitur obligatio est in voto spectans ad aliam virtutem præter religionis, & fidelitatis obligationem.

V. Contraria sententia defendit, præfatum obligationem voti pertinere cum ad religionem, tum ad virtutem illam ad quam reducitur res promissa; ita ut frangens votum ieiunii duo peccata committat, alterum contra religionem, alterum contra virtutem temperantiae. Salmant. *scd.* xvii. cap. 1. *prop.* 4. §. 1. n. 102. pro hæc opinione citant Valentini 2. 2. *dist.* vi. *q. vi. punct.* 3. *q. 1. concl.* 3. Sayrum *lib.* 1. *cap.* vi. n. 8. Sanchez *lib.* 1. *cap.* xi. n. 6. Bonacianum *disp.* 1. *punct.* 5. §. 2. n. 11. At revera Sanchez, & Bonacina absolute hanc opinionem non docent; sed solum contingunt, quando votens intendere se obligare ex peculiari circumspectio illius virtutis ad quam voti materia spectat, in hæc hypothel vovens duo peccata admittit: locus, quando absolute voveret sine hæc expressa intentione, & sine peculiari affectu ad præfatum materiam. Et certe, si vovens expresse intendere hæc duplicem obligationem sibi imponere, duo peccata committeret votum frangendo, unum contra votum, alterum contra virtutem, cuius obligationem sibi servandam assumpsit ex debito. Nec video cur Salomanicenses negent, posse votentem sibi actum temperantiae sub gravi culpa contra talem virtutem servandam imponere; ita ut actum illum omittens & contra votum, & contra eandem virtutem peccet. Sicut enim ad aliquod opus superogationis exequendum potest homo per votum sub gravi culpa se obligare; ita potest sub gravi culpa se obligare ad excercendum actum aliquem temperantiae. Neque hoc est pervertere rerum naturam: Rerum nature subiacentur in genere moris humane dilectioni in se in quibus non apparat aliqua repugnancia; quemadmodum hæc nulla profus apparat. Nonne liquidem datur proceusum ieiunii obligans sub mortali? Cur nequit Christianus tale ieiunium præceptum sibi ipsi imponere sponte sua, & libera voluntate? Atque

carium dicitur, quia est de observantia evangelicæ legis ad salutem necessaria. Non est tamen votum proprie dictum, ut supra indicavimus. Votum liberum illud est quod quis sponte edit de re non necessaria ad salutem, ut servare castitatem; aut, si necessaria res est, & ex præcepto præscripta, libere votum ad illam se obstringit nostro vinculo voti, quod potestiter omittit.

VII. Rursum votum aliud est commune, aliud particulare. Aliquis, ut Bonacius, commune votum appellat quod a communitate, vel ab omnibus editur; particulare autem quod quisque pro arbitrio emittit. At communiter Auctores votum commune idem ac necessarium, & particulare idem ac liberum esse docent: & est vera opinio.

VIII. Votum reale est illud quo externa res alicui Deo offertur; personale quo actio, vel officio ad personam attinens obligatur; mixtum, quo utramque promittitur, nempe & res externa, puta elemosyna, & actio votum adhibens, ut peregrinatio, ieiunium simul cum elemosyna. Ita omnes. Similiter omnes asserunt, votum adferendum esse illud quod spondetur quocumque positum sciendum, v. g. elemosynam; negativum, quo aliquid negativum, ut abstinentia a carnibus, a ludo, a peccato promittitur.

IX. Votum perpetuum illud est quod durat usque ad mortem votantis, ut est votum erogandi elemosynam singulis mensibus per totam vitam; & illud dicitur perpetuum respectu vinculi obligationis affertur votentem. Potest autem alio modo esse perpe-

tuum, scilicet ex parte materie post mortem votantis duraturum; ut est votum adscribendi cenobium, aut nocolonium, in quo perpetuo alantur Religiosi, vel pauperes retrahentes. Dicit etiam votum perpetuum per se, quando nimirum fuerit absolute prolatum; & perpetuas ex natura rei intelligatur; ut dum quis vover calitatem, Religionem &c. quia est nihil perpetuitatis habetur expressum; tamen iuxta communem sensum per se intelligitur perpetuitas. Vocatur votum perpetuum per accidens, quando suapte natura hanc perpetuitatem non præfert; sed ex intentione, aut verbis votantis colligenda est; ut votum ieiunandi, elemosynam erogandi &c. *Temporaneum* dicitur quod ad certum definitum tempus durat; puta votum ieiunandi senes in hebdomada per annum unum. Omnia communissima sunt.

X. Vota reservata ea dicuntur in quibus Prælati immediati & inferiores facultate disponendi carent; sed talis potestas Prælati superiori duntaxat reservatur: non reservata dicitur illa quorum relaxatio Prælati immediati etiam, ac inferioribus competit. Votum expressum, & personale est quod conceptus verborum formulis editur: tacitum, vel virtuale, seu implicitum illud est quod non verbis expressis emittitur, sed ex aliis arguitur, quando nempe peragitur aliquid cui votum adhibitum est; ut est castitatis votum, quod Subdiaconi Ecclesiæ catholicæ emittunt sacros ordines suscipientes. *Publicum* vocatur quod fit palam; occultum quod fit secreto. Hæc omnia facilia, & communia sunt penes omnes.

DISSERTATIO II.

QUANTA SIT VOTI OBLIGATIO. DE VOTO DUBIO, INDETERMINATO, METU, VEL ERRORE EXTORTO, CONDITIONALI, ET PÆNALI.

GRAVES occurrunt in hæc dissertatione quam aggredior, difficultates excutiendæ: & quod non leve facessit negotium, in aliquibus maioris momenti adversus plurimos novos Casistas pugnandum erit. Stabant tamen a nobis antiquitas, & ratio, ut consilium: quamquam plurimæ tractandæ quæstiones non antiquæ, sed nove sint. Patrius incognite; & utilior esset earundem ignorantiam quam notitia. Ceterum, ut lector nollet in promptu habeat quæstionesque tractari ab aliis solent, idcirco operæ pretium indicavi eandem discutere.

CAPUT I.

Obligatio voti exponitur. Cuiusnam virtutis sit, religionis, ut alterius. Deur ne materia parvitas; & an hæc obligatio ad alios transire valeat.

I. Veritas fidei est, votum obligationem inducere, ut votens, id quod promissit, exequatur. Id perspicue præfinitur Dent. xxxiii. *Cum votum egeris Dominus Deus tuus, non turbabis eisdem: quia requirit illud Dominus Deus tuus: & si muras fueris, reputabitur tibi tu peccatum.* Quod confirmat D. Th. 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. in IV. dist. xxxviii. q. 1. art. 3. q. 1. & quodlib. 111. art. 12. *Maxime obligatur homo ad hoc quod impliat vota Deo facta: hoc enim pertinet ad fidelitatem quam homo debet Deo. Fraus autem voti est quedam infidelitatis species. Unde Solomon rationem assignat, quare sint vota reddenda: quia displicet Deo infidelis promissio.* Hæc obligatio suapte natura gravis est, eundemque transgressio ex genere suo peccatum mortale est: etenim inquit D. Th. in IV. loc. cit. *Qui votum rite factum præmittit, mortaliter peccat: quia fidem quam cum Deo iuravit, frangit.* Ex sequenti quaestione res clarior fiet.

II. Quæstio I. An voti obligatio pertinet ad virtutem fidelitatis, & religionis; an etiam ad aliam virtutem ad quam attinet materia promissa? Resp. Primo certum est obligationem voti pertinere ad virtutem religionis, seu fidelitatis: quia votum est actus religionis, quo Deo cultus lætie exhibetur.

III. Onicis. Fidelitas erga homines non obligat sub mortali. Ergo, si votum ad virtutem fidelitatis pertinet, non sub mortali, sub sub veniali obligabit. Respondetur, utique fidelitatem in promissionibus factis, & ab alio non acceptis, non obligare sub mortali, quia hæc fidelitas subsistit intra suos limites veracitatis. At fidelitas quæ in obligatione votorum elucet, est Deo per virtutem religionis consecrata; religio autem sub mortali obligat: ideo dispar est ratio.

IV. Dissidium penes Auctores est, utrum hæc voti obligatio non modo ad religionem pertinet, verum etiam ad illam ipsam virtutem ad quam spectat res voto promissa. Et voti illi sententia, & ieiunium frangens: necas neadvertis religionem, voti obligationem frangendo, & simul adversus virtutem temperantiae? Prima, & vera sententia negat, obligationem voti ad utramque virtutem pertinere: quoniam qui opus consilii, seu super-

erogationis vover, non aliam sibi imponit obligationem quam illam quæ ex promissione Deo facta oritur. Hæc autem obligatio, tota quanta est, a virtute oritur religionis, & fidelitatis. Nec enim vovens novam sibi addicere temperantiae legem præter illam quæ limites præfinit cibus, & potus, intendit; quamquam ex affectu ad temperantiam, quam sibi proficuum, & Deo gratam reputat, voveat tale ieiunium. Id evidens factis ex communi votentium sensu. Nulla igitur obligatio est in voto spectans ad aliam virtutem præter religionis, & fidelitatis obligationem.

V. Contraria sententia defendit, præfatam obligationem voti pertinere cum ad religionem, tum ad virtutem illam ad quam reducitur res promissa; ita ut frangens votum ieiunii duo peccata committat, alterum contra religionem, alterum contra virtutem temperantiae. Salmant. *scd.* xvii. cap. 1. *prop.* 4. §. 1. n. 102. pro hæc opinione citant Valentini 2. 2. *dist.* vi. *q. vi. punct.* 3. *q. 1. concl.* 3. *Sayrum lib.* 1. *cap.* vi. n. 8. *Sanchez lib.* 1. *cap.* xi. n. 6. *Bonacianum disp.* 1. *punct.* 5. §. 2. n. 11. At revera Sanchez non docent; sed solum consentiunt quod, quando votens intendit se obligare ex peculiari regulæ illius virtutis ad quam voti materia spectat, in hæc hypothetice vovens duo peccata admittit: locus, quando absolute voveret sine hæc expressa intentione, & sine peculiari affectu ad præfatam materiam. Et certe, si vovens expresse intendere hæc duplicem obligationem sibi imponere, duo peccata committeret votum frangendo, unum contra votum, alterum contra virtutem, cuius obligationem sibi servandam assumpsit ex debito. Nec video cur Salmanticenses negent, posse votentem sibi actum temperantie sub gravi culpa contra talem virtutem servandam imponere; ita ut actum illum omittens & contra votum, & contra eandem virtutem peccet. Sicut enim ad aliquod opus supererogationis exequendum potest homo per votum sub gravi culpa se obligare; ita potest sub gravi culpa se obligare ad excercendum actum aliquem temperantiae. Neque hoc est pervertere rerum naturam: Rerum nature subiacentur in genere moris humane dilectioni in se in quibus non apparat aliqua repugnancia; quemadmodum hæc nulla profus apparet. Nonne liquidem datur proceusum ieiunii obligans sub mortali? Cur nequit Christianus tale ieiunium præceptum sibi ipsi imponere sponte sua, & libera voluntate? Atque

in hypothefi qua aliquis exprefse talem fubiret gravem obligationem, & hinc obligationi votum adiceret, nemo certe negaverit eam in cala transgressioni duplex flagitium perpetrarum, faltem ex conscientia erronea. Verum, hoc verbali diffidio miſeo.

VI. Prima ſententia vota eſt; illamque defendunt Caietanus 2. 2. quæſt. lxxxviii. art. 5. *deb. ubi*, Suarez Lib. 7. n. llii. num. 3. Caltrapala *diſp. 1. punct. 11. n. 8.* Trullench, Lib. II. c. xi. *deb. 12. n. 23.* Immo hanc eandem ſententiam tenent Sanchez, & Bonačina, quoties votens exprefse non intendat aſſumere duplicem obligationem.

VII. Obiicies pro citata contraria opinione. Votum lex privata quædam eſt; & votens legiſlator facturus eſt. Sed legiſlator præcipiens actum alicuius virtutis, puta temperantiam, obligat præcepto illius virtutis. Ergo idem de voto. Nemo violens ieiunium votum ſimul violat eſt, & intemperans, cuius & caliditas voti tranſgreſſori. Lege confirmatur. Nemo tranſgreſſori voti abſtinet in confeſſione voti materiam manifeſtare: Hoc committit docent Theologi. Porro ſi ſolus inſubſtituit peccatum ad veritas religionem in tranſgreſſione contingit, ſatis eſt dicere in confeſſione: *Peccavi contra votum in materia gravi*: quia opus foret materiam voti explicare. Reſp. Votum eſt lex privata, qua votens ſibi opus imponit aliquid efficiendum. Quare id quod primo & per ſe votens ſpectat, eſt obſervare leiſtium ad offendendum deo votum cultum Deo; exequendo hanc vel illam actionem, quam iam ſibi imponit honorandi voti materiam. At lex imponit libertatem in materia quam præſcribit, ſeu reddit materiam neceſſariam, eamque in ſuo virtutis orbe, ut ita dicam, & ſphæra relinquat, & media tali materiei honeſtate homines ſubditos virtutis officere contendit. Limites temperantiam ab ipſa natura præſcripti ſunt. Lex quoque viis homines vitæ temperantiam præcipit, conſtituit neceſſitatem temperantiam: & hoc eſt quod lex per ſe ſpectat. Ceterum qui tenent votum Deo dicat, ſuapte natura, & per ſe non reſpicit, ſeu non intendit addere neceſſitatem honeſtatis materiei, ſubſtituendo voto; ſed hypoſiſta honeſtate illius materiei, eam aſſumit tanquam inſtrumentum, quo Deo cultum exhibeat: & hoc eſt quod votum per ſe ſpectat. Si conſecratur quod violens ieiunium ſimul etiam temperantiam violat, non inſertur peccare contra virtutem temperantiam ſetialiter, ſed ſolum ventraliter; quemadmodum peccat qui obſtitit ſuo

non eſt. Ceterum mihi haud diſplicet ſententia P. Suarez Lib. 7. c. llii. n. 12. & Caltrapala *punct. 11. n. 9.* qui docent, poſſe le quæſiam votum ieiunii tranſgredi, qui ſimiles tranſiit temperantiam. Ad ultimum multi Anſtores reſpondent, non teneri ad manifeſtandum materiam voto ſubſtitam; ſed ſatis eſt manifeſtare tranſgreſſionem voti in materia gravi: de quo lege Sanchez Lib. 7. c. xi. n. 24. Nos vero dicimus, neceſſarium eſſe confeſſionem circumſtantiarum que peccatum aggravant, ut ſuo loco oſtendemus, ſaltem ut miniſter prudens iudicium neceſſitatis medicine applicande efferat valeat.

VIII. Quæſt. II. *Matoris ne meriti ſi opus aliquod voti lege ſibi exequendum ſumere, an ſiſe voto?* Reſp. Adſtrictim reſpondet Angelicus Doctor 2. 2. q. lxxxviii. art. 6. & III. *cont. Gen. c. cxxxviii. & ſibi.* Plures præmit rationes, quarum tres hic indicabo. I. Actus ſublimioris virtutis laudabilior, atque excellentior eſt. Opus quod i voti ſit, a virtute religionis proficietur. Ergo, ſi cetera paria ſint, maioris meriti eſt. II. Qui opus ex voto peragit, maioris meriti Deo offert quam qui ſine voto idem opus efficit ad Dei gloriam: qui enim votum ſibi imponit, Deo libertatem ſuam dicit, atque actioni vinculo Deo le atringit. Quam rationem ſenſibilem reddit hac ſimilitudine. Qui arborem ſimul cum fructibus donat, plus donat quam qui ſolos fructus tribuetur. Paſter qui voto libertatem ſuam, ſimulque opus Deo conſecrat, Deo plus offert quam qui ſolos plantas, libertatis licet, fructus daret. Hinc eſt quod qui facit opus ex voto, duo implet conſilia, alterum operis, alterum voti, quod etiam ſub conſilio cadit. III. Opus voti lege factum proficietur ex voluntate magis firmata in bono. Ergo opus illud maiore fruſtu bonitate: ſimilitas namque maior in bono magis cultus ſelicitatis perpetue ſimilitudini accedit.

IX. Si ergo voti naturam, & meritum ſi utilitatem quam ex voto capimus, ſerio conſideremus, neceſſario debemus inferre id quod *loc. cit. ex 2. 2. art. 5.* docet Angelicus, nempe expediens admodum eſſe voto Deo dicere: quia maxime expedit nobis operari ex voluntate in bono firmata, & excellentiori maniera Deo offerre. Nonnullis ſibi opponit difficultates impletur.

X. Obiicies. Non expedit frequenter iurara: ergo neque frequenter votere. Ideo enim frequenter iurata vetita eſt, quia ſecum ſua-

fanationem divini nominis deſert, & periculum perituri; ſed idem in voto periculum vitandum eſt: ergo &c. Reſp. Diſcrimen aſſignat ipſe D. Thomas *quæſt. lxxxix. art. 5.* Iuramentum iſtius medicine ſimilitus, quo humanæ ſegritati ſubſidium feratur; nec iuramentum ſuapte natura, & neceſſitate ſeclula, bonum eſt: divini namque nominis ultipatio ſola neceſſitate fit licita. Contra, votum genere ſuo bonum eſt, & eo melius, quo magis liberum a quacumque neceſſitate. Quapropter non eſt expeclanda quæſiam neceſſitas, ut euidem fiat ubi, ſed aſolute, & quaque indigentia ſeclula, Deo offerri valet. Dum iuramento utimur, Dei nomine, ſeu maiestate, & reverentia nimir. Dum votemus, non Deo timore, ſed Deo cultum, & reverentiam exhibemus. Et quantum etiam in iuramento cultus Dei emittit; nihilominus tunc ſolum Deus honoratur, cum urgente neceſſitate illius nomen aſſumit ad votatis confirmationem. Quare ſine hac neceſſitate, non colitur, ſed profanatur divina maiestas.

XI. Ad id quod addit de violationis periculo, reſpondet idem Angelicus *quæſt. lxxxvii. art. 4. ad 2.* divinitus more ſuo. Duplex nempe periculum diſtinguit: unum quod ex natura ipſius facti, alterum quod ex culpa hominis oritur. Exemplum primi eſt. Si ponit ſit ruinofus, ſanctus vitandus eſt: quia ex tali poſto periculum imminet. Exemplum vero ſecundi eſt, ſi ponit ſolidus ſit, ac firmus, & homo per illius extrema latera tranſire velit: quia tunc periculum non ex poſte, ſed ex ipſo homine proficietur. Votum igitur ſuper firmo voluntatis propoſito colendū Deum fundatur; quin firmat in bono voluntatem ipſam. Totum autem periculum violationis non ex voto, ſed ex hominis culpa procedit. Sermo eſt enim de voto prudenti, quod homo divino fretus auxilio emittit, quodque iterarum ſe conſidit, gratis Deo operante. Non quæſiam ergo periculum fortitum retrahere non debet ab opere; alioquin nunquam inſtredi cymbam, vel navim, nunquam equum aſcendere deberemus.

XII. Quæſt. III. *An parvitas materiei in voto detur?* Reſp. Voti obligationem ſuapte natura gravem eſt, & ſub mortali, iam diſtinctum eſt. Illius tranſgreſſionem levem fieri poſſe ex imperſecta deliberatione, ex animi inſubiectione, nemo eſt qui inficietur. Ex hoc enim capite lex quæque leviter violari poſteſt. Difficultas in hoc vertitur, fieri ne poſſit levis cuiſmodi tranſgreſſio voti ex ipſius ma-

teriei parvitate; quemadmodum ſurtum ex levi ablotione rei alienæ levem crimen evadit. Materiei parvitas, aut gravitas non ſumitur ſemper ex ipſa re que promittitur, ſed etiam ex ipſis circumſtantis, poſſimum eſt ſine. Nam ſepe materia poſteſt eſſe levis in ſe ipſa, & gravis ratione ſinis, ut in libro de legibus dicitur.

XIII. Quæſt. Quæ communia ſunt premitto. Si materia parva tota & integra voti materies non ſit, ſed partialis; puta, votiſte recitare Roſarium inſcriptum, & omittit unum decem; tunc tranſgreſſio levis eſt ratione parvitatſ materiei, que comparata ad totum levis in communi exiſtimatione reparatur. Non eſt autem audiendus P. Claudius La-Croix qui Lib. III. *part. 1. n. 128.* nimis laxè contendit, integrum Roſarium omittere levem eſſe materiam; quamvis poſtea admiſſet peccatum mortaliſter unum poſententem qui totum Roſarium omittit in tranſgreſſionem a Confeſſario impoſitum. Cuius rei diſparum hoc poſto rationem aſſignat: qui recitatio Roſarii a Confeſſario præſcripta, imponitur per modum pænam: & cum valde poſentem ſi recitare totum & Roſarium, ideo materia gravis reputatur. Per votum vero exiſtetur cultus Deo, qui non videtur eſſe notabile in recitatione Roſarii. Eadem recitatio, ut a miniſtro ſacro impoſita, eſt gravis, quia poſentem; ut vero ſanctificata per votum, evadit levis: Lepida ſane hęc ratiocinandi methodus, que paſſim in Caſiſtis quibſdam occurrit. Immo recitatio per votum conſecrata gravior, & ſublimior evadit: quoniam a nobiliori virtute elicitur. Laudat La-Croix pro ſe Tamburinum Lib. I. *Deſcal. c. 1. §. 3. n. 21.* Sed Tamburinus oppoſitum aperte docet ibi. En illius verba. *Noviti coronam B. Virg. ſiſt. ſex decennaria conſtantem: duo decem annaria comparatione dicte coronæ cum ſiſt. tertis parvis, videntur non modica materia: ut aſt ad quia illiſententium, id eſt ad cultum Virginis, id eſt modice noceſt, ſicet eſt, cum quatuor decennaria recitentur, vultile, eſt duo tantum vultile.* La-Croix præter Tamburinum laudat etiam Spoter, diſceptulum Tamburini. Sed Spoter de more Tamburini doctriſnam reciterbit, ut videre eſt *traſt. 1. c. v. §. 4. num. 30.* Hinc collige neceſſitatem legendi Auctores in fonte. Difficultas ergo eſt de materia integra voti.

XIV. Quæſt. IV. *An tranſgreſſio voti ſit mortalis, quando talia illius materia, licet abſolute parva, omittitur?* Reſp. Sententiam adſtrictam docet Caietanus 2. 2. q. lxxxix. art.

art. 7. dub. 1. Armilla verb. l. ut. n. 12. Tabiena verb. Iurare qu. x. Toledo Lib. II. c. XVII. tunc enim eam appellat Corduba qu. cxxxiii. Ratio est, quia transgressio voti suapte natura gravis est. Quare, cum deliberato animo violatur, integram promissam materiam omitto, est completa transgressio, atque adeo mortalis. Hec ratio non multum urget: quia plura sunt precepta iuris naturalis, & divini, quae suapte natura obligant sub mortali: & tamen transgressio deliberata, & completa in levi materia, puta in iuro bonis oboli, venialis est. Aliam rationem producit sumptam a paritate iuramenti promissorii, cuius violatio etiam in materia levi gravis est, & nunquam levis. Verum neque haec ratio omnino convincit. Primo quia alia est voti, alia iuramenti natura: non iuramentum in invocatione divini nominis ad confirmationem veritatis fit. Porro gravis iuramentum Deo irrogatur, quoties in confirmationem falsitatis invocatur. Secundo quia circa iuramenta habetur principium certum, & firmum in peritro assertorio, quod in omnium sententia grave peccatum est, sic Ecclesia ipsa definitio aucteris mollioris doctrinae patronos. Ex quo principio valide, ut mihi videtur, arguitur ad evincendum, peritro quoque promissorium mortale semper esse, ut nos infra probabimus. Simile autem stabile fundamentum in voto non habemus. Quare sententia quae defendit, quodlibet peritro, sive assertorium, sive promissorium, esse peccatum mortale, mihi probabilior, & vera est: hanc vero de voto ambigam.

XV. Contraria sententia communior est, quam defendunt Sorus Lib. VII. q. 11. art. 1. Navarrus Sum. l. ut. cap. XII. Henriquez Lib. V. cap. xx. n. 4. Ambrosius 2. q. lxxxviii. art. 3. dub. 1. Antonius Lib. XI. cap. xv. q. 10. Ioannes a S. Thoma 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. concl. 1. Trullench Lib. II. cap. 11. dub. 22. n. 5. Suarez Lib. I. disp. vii. n. 9. Sanchez Lib. II. cap. xii. n. 3. Bonacina disp. 1. punct. 5. q. 4. n. 3. Palani tract. xv. disp. 1. punct. 11. n. 6. Spret tract. 111. in II. Decal. cap. 11. sec. 3. n. 82. La Croix Lib. III. par. 1. n. 448. Marin tract. 1x. disp. 111. sect. 111. n. 10. Diana coordinatus Tom. VIII. tract. xv. resol. 1. Ledemia Tom. II. Tract. x. cap. 111. dub. 1. Antoine tract. de iur. cap. 111. q. 15. Wiganus tract. x. canon. 3. n. 3. ubi in finem peritro promissorium grave esse, & dilectum assignat eius a voto, Paulus a Lugham tract. 11. differ. 11. art. 2. quer. 3.

Felix Potestas Tom. I. par. 11. n. 1822. Salm. tract. xvii. cap. 1. n. 113. alioque plures. Ratio istius sententiae obvia est. Votum, ut supra dictum est, lex est privata, quae ad omnium aliarum legum similitudinem obligat iuxta gravitatem materiae; alia autem leges in materia levi leviter tantum obligant: idem ergo de voto dicendum est. Et hoc confirmatur ex paritate materiae paritatis, cuius omnis levis est, quia leviter irrogat irrogandum Deo. Ergo, cum tota voti materia levis sit, omnis pariter illius levis erit.

XVI. Hac secunda sententia mihi tum ob rationem, tum ob auctoritatem vera videtur, si absolute accipiatur. Id solum addere liceat, hoc vix in praxi locum habere. Quoniam communiter homines, dum votum edunt, quidquam in communi exultatione graviter Deo offerunt tum ob finem, tum ob ipsius voti dignitatem. Quis enim prudens serio, & deliberato animo votum ederet recitandi unicuique *Pater, & Ave, aut terram bis circumambulandi, aut quid simile?* Certe homines communitate materiam gravem voto dignam Deo spondent. Si enim quempiam poderet vel ipse hominibus in aliqua dignitate constitutus levissima offerre munusculum, nisi necessitas, aut paupertas in aliquo casu ad id urgeret, quanto magis hominem pudeat offerre talia Deo vota nuncupare, quorum materia adeo parva sit, ut omnis, si voti violatio, levis possit exilimari? Quod confirmari valet insuper ex communi principio legis, quae suapte natura praevidet obligat. Quemadmodum enim nullus legislator legem aliquam condit in sola levi materia: sic nullus votens, prudenter & communitate loquendo, votum edere cum materia sit undequaque levis. Quare in praxi vix occurrerit casus in quo quis abique gravi culpa voti alicuius observantiam omitat. Quandoquidem, quamvis materia voti levis appareat, ratione tamen finis intenti a votens gravis erit semper. V. g. voti illi recitare unum *Pater, & Ave* quoties ad sedam gravissimam tentationem, quae devotionem hanc experius esse medium efficacem, ne tentationi succumbas. Tunc ratione istius finis, si quoties omittes praefatae precis recitationem, a culpa gravi non auderem te extirare: quod forte nec citati Auctores negarent, eo quod talis materia ob finis circumstantiam gravis evadit. Simile quippiam habetur in omnibus votis quorum materia absolute inspecta levis apparer. Omnis enim qui prudenter vovet, id praestat aliquo gravi rationis momen-

to ductus: & consequenter rei promissa, sua in se, in fine saltem erit. Admissa tamen hypothese, quod voti materia est undequaque levis; tunc concederem etiam transgressionem voti levem futuram. Sed hoc vix unquam in praxi occurrere sustulim: quod ideo repeti, ut minister penitentiae cautus sit, & providus, seduloque perpendat non tantum levitatem materiae, sed finis potissimum gravitatem.

XVII. Quaesit. V. An votum possit graviter se obligare in materia levi, aut leviter in materia gravi? Resp. Ad primam quod attinet partem, quando materia omni ex parte levis est, communis opinio asserit, non posse votentem, etiam si vellet, sese obligare sub culpa gravi. Quoniam nec legislator ullus potest in materia omnino levi sub gravi culpa iudicatos obligare: quia cuiusmodi voluntas iniqua esset, & contra naturam ordinem, ut communitate Theologi docent. Ergo nec votens, privatus utique sui legislator, id praesare valebit. Et haec, inquam, sententia communissima est. Sorus Lib. VII. q. 11. art. 1. Petrus Ledemia Tom. II. tract. x. cap. 111. dub. 2. Sanchez Lib. I. de matr. disp. 1x. n. 6. Diana coord. Tom. VIII. resol. 12. Vaquez 1. 2. Tom. II. disp. clviii. cap. 14. n. 34. Raphael de la Torre q. lxxxviii. art. 5. disp. vi. n. 8. Prado c. xxxi. q. 14. §. 3. n. 36. Ioannes a S. Thoma 2. 2. q. lxxxvii. disp. xxix. art. 8. Marin tract. 1x. d. 111. sect. 3. n. 111. Leander tract. 11. disp. 111. q. 1x. & alii communitate.

XVIII. De secunda quaesiti parte dissentit acriter Auctor, & in duas extremas abeunt sententias. Quarum prima docet, in materia suapte natura gravi non posse votentem leviter se obligare. Quandoquidem, licet aliquis possit vovete, aut non vovete, in petitione tamen quod votum edere velit, obligationis limitatio non remanet amplius in illius potestate. Obligatio naturam voti consequitur veluti eisdem proprietates. Ergo qui vult votum, vellet debet illam obligationem quae est propria voti. Sed obligatio propria voti in materia gravi gravis est. Ergo qui vult votum in materia gravi, debet graviter se obligare. Confirmatur. Qui vult votum, vult eadem voluntate obligationemque votum consequitur. Ergo qui vult votum in materia gravi, vult gravem obligationem. Deinde probatur a simili ex iuramento. Est quidem in potestate hominis iurare, vel non iurare. Ad posito quod velit quis iurare, non est in potestate iurantis velle se obligare ad

confirmandam veritatem medio iuramento solum sub veniali; sed tuncur intentionem, & voluntatem suam naturae iuramenti aptare. Idem ergo de voto dicendum est. Tandem, si in votentis animo positum esset voti obligationem limitare, posses qui Religionem profectus, sub veniali se votis illis obligare; posses quoque sacris ordinibus initiatur, sub levi culpa castitatis voto se abstinere; posses qui matrimonium contrahit, ad reddendum debitum levem fusi imponere obligationem: quae omnia falsa sunt. Hanc sententiam docent Sorus de inst. Lib. VII. q. 11. art. 1. in fin. Cor. Corduba q. clxxxviii. punct. 1. Raphael de la Torre 2. 2. q. lxxxviii. art. 5. disp. vi. n. 4. Montelinos 1. 2. de leg. disp. xxxii. q. 1x. n. 159. Pontius Lib. XII. de spons. cap. 11. n. 12. Martinez de Prado Tom. II. cap. xxxi. quest. 14. §. 2. num. 8. Vaquez 1. 2. disp. clviii. Wiganus tract. x. canon. 3. num. 32. resol. 4.

XIX. Secunda sententia sustinet, posse votentem pro arbitrio in materia gravi sub culpa se obligare. Probatur primo D. Th. auctoritate, qui ait 2. 2. q. lxxxviii. art. 10. *Ille qui vovet, statim suo legem.* Sed lex, quantumvis in gravi materia praecipialiquid, potest ex intentione legislatoris leviter solum obligare. Idem ergo & de voto dicendum. Quod insuper ex eodem D. Thoma confirmatur. Siquidem *loc. cit. art. 3. ad 3. inquit: Obligatio votis ex propria voluntate, & intentione transiit.* Unde dicitur Dicit, xxviii. *Or. . . Et ideo si in intentione, & voluntate votentis est obligare se ad statum solvendum, tenetur statim solvere.* Ergo ex intentione votentis metienda est gravitas obligationis. Probatur ita argunt. Vel est possibile vovete in tali materia obligando se solum sub veniali; vel non. Si primum; ergo, quando expresse votens velit sub veniali se obligare, respiciat obligatio erit sub veniali: Si secundum: non erit verum votum; & sic votens nullo modo manebit obligatus. Hanc sententiam defendunt Suarez Lib. IV. cap. 14. n. 6. Molina de inst. disp. cclxi. n. 8. & 12. Galt. tract. xv. disp. 1. punct. 11. n. 4. Fillucius tract. xxvi. cap. 111. n. 80. Diana III. Par. tract. vi. resol. 91. Bonacina disp. 1. punct. 5. §. 2. n. 7. Trullench Lib. II. cap. 11. dub. 12. Sanchez Lib. II. cap. 1. n. 27. & 30. Balleus verb. votum 3. num. 4. Leander tract. 11. disp. 111. quest. xviii. Salm. tract. xvii. cap. 1. punct. 4. & alii non pauci.

XX. Prior sententia probabilior est: illius etenim

eterni argumenta valida sunt. Rationes vero secundæ opinionis infirmæ sunt, & sophistatæ laborant. Ad duo liquidem capita reducuntur, seu potius ad unum, nempe ad voluntatem humanam, quæ potest vovere, & non vovere. Distingendum itaque est, si uti distinguunt Auctores prioris sententiæ. Potest homo vovere, & potest non vovere. At, positioe facta quod revera vovet, in illius facultate minime est obligationis quantitatem minuire, & pro libito coarctare. Potest homo accedere, vel non accedere ad ignem. At, accessu posito, calefactio necessario sequitur. Nec est quod opponas, nempe natura sua calefacere, etiam remaneat voluntas; votum autem non obligare nisi votoe consensu, cum voti obligatio tota pendeat a libertate votoe. D. Thomas, & omnes Theologi concedunt, votum pendere a voluntate, & ab intentione votoe, qui potest aut non vovere, aut vovere pro tempore futuro, & non presenti. At posito quod pro tempore presenti se obligaverit, non potest, inquit Anglicus, differre solutionem pro tempore futuro. Hoc, & non amplius dicit Anglicus. Quod votum lex privata fit, solum infert quod possit vovens illam sibi imponere, vel non imponere; minime vero quod valeat naturam obligationis pervertere. Quia ratione prioris sententiæ Auctores negant committere, legislatorem posse in materia gravi leviter obligare. Et quamquam eorum aliqui id concedant, ut Wigandus, Gonetus, & alii de obligatione tamen negant de vovente, atque discrimen assignant: quia votum fit Deo ut superiori, qui novum us acquirat in voventem iuxta naturam promissionis: quare sine Dei voluntate nequit obligatio relaxari: lex vero respicit subditum, quomodo legislator pro natis actus, vel minus ligare valet. Intemper obligatio voti proxime iuris divini est; legis vero humane obligatio non nisi remota ad ius pertinet divinum.

XXI. Ut omnis aseruat fallacia, animadvertas oportet, Theologos adherentes votum esse legem privatam, non hoc in sensu id asserere, quod homo privatus instituat legem voti; sed quia homo vovens libere suscipit talem legem. Lex voti in ipsa Scriptura instituta est. Sed Deus ad illam fideles non obligat: eam tantum consilii. Verum si homo lem amplecti velit hoc consilium vovendi, nequit ullo pacto naturam pervertere illius legis divine. Porro natura illius legis est ut in materia gravi, sicut omnes alie leges divine, graviter obliget. Alie divini

legibus necessario homo subicitur. A voti lege liber est. Sed si femel habe legem obervandam libere sibi sumit, naturam illius obligationis mutare nequit. Aliud est legem novam condere; aliud est legem iam factam sibi servandam libere imponere. Etiam admisso quod legislator legem novam hactenus varet pro arbitrio obligationis irrevocantem temperare; non inde tamen inferri, idem præstare posse etiam illum qui factam legem sibi solum servandam imponit. In voto igitur duplicem distingue obligationem: alteram facti humani, alteram iuris divini. Prima pendet a voluntate hominis, secus altera. Obligatio que est iuris divini, pendet a voluntate humana præpositivæ; quia scilicet supponit voluntatem humanam libere amplecti velle votum. Verum, hac positioe facta, nullo modo obligatio iuris divini, que naturam voti necessario consequitur, pendet a voluntate humana, quæ, si potest repare votum, nequit tamen voti necessarium proprietatem minuire, & pro arbitrio sibi attemperare; quod exemplis permultis posse fieri conperitur.

XXII. Confirmatur. Nequit vovens in materia levi se graviter obligare, ut fatentur omnes secundæ opinionis Auctores. Cur? Quia, inquit, nequit vovens rerum naturas permutare: quia rationalis debet esse vovens promissio: istam namque promissionem Deus respicit, & excoerit. Irrationabilis autem, & iniqua est, si in materia quee siapte natura levis est, imponeret gravem obligationem. Non pendet ergo a voluntate vovens obligationis incrementum; pendebit autem illius diminutio? Cur nequit in materia levi obligationem augere; potest vero in materia gravi eandem minuire? Cur in materia levi iniqua esse augendi voluntas; iusta vero in gravi materia diminuendi potestas? Quoddam amabo, rationis discrimen? Verba reponi possunt, sed solutio nulla. Quia, si in materia levi vovens tenetur se se ad rerum naturas conformare, illique suam attemperare voluntatem; eodem omnino, & quali potiori iure idipsum præstare tenetur in materia gravi.

XXIII. Dilemma quod Salmant. opponunt, nullus est momenti. Dicimus namque, possibile non esse hominem votum edere sub culpa levi in materia gravi. Si ita res habet, inquit, non erit verum votum; & sensu modo manebit obligans vovens. Quod si ita est, iam caussa cadunt: quoniam reipsa dicimus non posse reperiri votum in materia

gra-

gravi cum obligatione levi. Illud spectat dispensationis status. Si ergo ipsi concedant, se voventem in materia gravi cum animo se obligandi, non edere verum votum, iter obligandi nullum verum votum reperiri in materia gravi cum sola obligatione levi. Ceterum nos dicimus, hominem qui deliberato animo emittit votum, qui vere vovere intendit, & reipsa vovet, votum verissimum obligans, licet habeat voluntatem non se obligandi nisi sub culpa veniali. Cur hoc? Quia prima voluntas sciendi votum, seu qua re ipsa votum parit, efficax est. Hac efficacitas effectum producit, manifestatur, conspicitur. Posterior voluntas velleitas est inefficax, que cum impedire nequeat prioris voluntatis parum potissimum, nempe votum, neque impedire valet proprietates necessarias eiusdem voti naturam consequentes. Qui enim impedire nequit esse, neque impedire potest id quod necessario esse illud consequitur. Hac omnia clara sunt.

XXIV. Responso quam exhibent ad paritatem de iuramento, deque aliis votis, & contractibus, satis solida non videtur. Dicunt, quemque liberum esse ad sacros ordines suscipiendos, ad contrahendum matrimonium; at, posita voluntate qua velit ordinibus initiari, uxorem ducere, liber amplius homo non est, ut possit pro ingenio obligationem limitare. Quoniam, inquit, pro homine initiando laicus ordinibus, vel proficente Religiosum; adest lex ecclesiastica; ceteri contractus, ut sponsalia, matrimonium &c. sunt utriusque onerosi. Hac omnia gratis dicuntur, & ne id negotium quod penes omnes certum est. Nam lex ecclesiastica præcipit omnibus initiandis emissionem voti. De voti obligatione ali omnino præscribit: eo ipso enim quod votum præcipitur, remanet vovens obligatus ad observandum votum cum omnibus conditionibus consequentibus votum ipsum. Patet ergo ipso quod privatus libere libet, si ubique imponat voti legem, liber deinceps nunquam est ad limitandam obligationem. Quod autem Deus qui votum acceptat, nequeat se voventi obligare, perperam apponitur ad inferendum, liberum esse voventem in limitanda obligatione voti, quod Deo nuncupat; cum limitare nequeat obligationem naturalem contractus quem cum homine iniit. Responso quoque ad paritatem iuramentum illa est: quoniam sicuti pendet a voluntate votum, ita & iuramentum, quatenus potest esse homo jurans, & non iurare. At posita voluntate iurandi, nequit limitare obligatio-

nem iuramenti propriam, sicut nequit coarctare obligationem voti. Quod iuramentum a voto in pluribus aliis differat, sponte conuenimus; & indicavimus supra; iuramentum non excipere paritatem materiam, etiam si hæc in voto admittatur. Ceterum quantum ad obligationem quee in materia gravi utriusque naturas, notioneque consequitur, eiusdem omnino sunt rationes.

XXV. Quest. VI. An votum vitandi peccatum veniale obliget sub mortali? Resp. Quamvis, admitta absoluita positioe voti in materia undequaque levi, v. g. recitandi unum Pater, illius transgressio levis sit; attamen, quia vix unquam prudentes homines votum emittant, nisi ob aliquem gravem finem; idcirco, si quis eliceret votum vitandi aliquod peccatum veniale, puta mendacium officiosum, vel incoelum, vel quod simile dabo procul ob gravem aliquem finem illud eliceret. Et ideo respondeo, votum præstatum sub mortali obligatum; quod fatetur & ipsi Salmantenses, *loc. cit. n. 155.* quando vovens per peccatum veniale sibi votum impeditur ut a maiori perfectione; quatenus dicant cum Trullenque, & Sanchez, aliique, quod tale votum absolute spectatum obligat sub culpa veniali, si fit de vitanda culpa veniali, sub mortali vero, si fit de vitanda culpa mortali: quia forte dicent, resolvendos esse casus iuxta rerum naturas absolute consideratas. Nos vero contra asserimus, casus practicos resolvendos esse inspectis circumstantiis, atque secundum quod communitur eveniunt in praxi. Et quia vix est qui voto se obligat ad vitandum peccatum veniale, nisi ob aliquam circumstantiam gravem; aliqui imprudens esset votum: propterea resolvendo iuxta id quod communitur occurrit, dicimus, præstatum votum obligare sub mortali. Vide quæ dicta sunt n. 12. & 2.

XXVI. Quest. VII. An qui violat plura vota in materia levi cadens sit, peccati mortalis? Resp. Ex his que a nobis dicta iam sunt, responso asserimus parit. Verum præscindendo etiam a nostra peculiari opinione, dico oblatum hunc peccare mortaliter. Et hoc docent Sanchez *lib. I. Sum. cap. 19. n. 16.* Diana *cord. Tom. VI. tract. 19. resol. 13.* Bonacina *disp. 111. quest. 111. punct. 6. n. 29.* Dominicus *Viva quest. VIII. art. 2. n. 6.* & plures alii. Quoniam quidem obligatio votorum eiusdem rationis est, licet vota numero diversa sint. Porro quamquam quolibet votum rem levem Deo sponte, omnia tamen

H

vota

Cent. Theol. Tom. III.

vota illa simul accepta materiam gravem, et supponimus, constituent. Ergo, cum omnia, ut votis subiecta, ad eandem religionis virtutem pertineant, graviter eandem violant religionis virtutem. Hac ratione qui homini pluribus promissionibus gravem quantitatem pecunie sponderet, letaliter delinqueret, si notabilem pecuniam promissa quantitate sibi retineret, vel si plura obsequia diversis vicibus promissa reddere recusaret: eo quod omnes promissiones, licet numero diversae, pertineant ad eandem iustitiae virtutem.

XXVII. Contrariam sententiam probabiliter reputat Diana *loc. cit.* quia, quando plura vota eduntur, quodlibet votum quoddam totum est, quod cum aliis votis non unum, neque omnia convenient in aliquo, ut possint eam constare culpam. Dilparata ergo sunt vota, ergo disparata pariter culpa erunt. Respondetur, vanas esse eiusmodi argumentationes quae defraudato plurimum obsequium quae votens Deo suis votis responderat, iuxta repudium existimationem est quid grave; cum reipsa gravem culpam ex illis variis promissionibus resultantem Deo surripit. Quare illa vota omnia convenient in cultu Deo exhibendo. Ergo transgressio talium votorum Deum privabit cultu gravi, pluribus votis illi promissio. Erit igitur gravis culpa.

XXVIII. P. La-Croix *Lib. III. part. 1. n. 449.* & P. Maria *tract. IX. disp. 111. ser. 3. num. 115.* dicunt nostram sententiam non esse universaliter veram; alioquin peccaret Beneficarius mortaliter, qui quotidie quidquam leve ommitteret in Missa, parum de horis, parum de aliis precibus ex debito recitandis, quae omnia parva unam gravem materiam efficient: quod nemo certe dixerit. Id confirmat alio absurdo. Si plures materiae leves, ex quo in eadem virtute religionis uniantur, constituerent unam gravem materiam; eadem ratione plures materiae graves, eadem virtuti subiectae, constituerent unam tantum culpam gravem. Et sic Beneficarius omittens Missam, & horas, unam tantum graviter culpam perpetrabit. Adit La-Croix, hinc sententiam non acquiescere Ovidii. Sed hic distinctio utitur. Si vota facta sunt ex diversis motivis, v. g. unum ad honorem passionis Christi, alterum ad honorem B. Virginis, tertium pro defunctis, quamvis materiae sint eadem: rationes, puta omnes sint precesiones; docet materiam minime uniri; sed plura venialia tantum committit; si omnes dicte obligationes eadem die

omittantur: quoniam finium distinctio votorum infert distinctionem. Contra autem, si ob eandem finem facta fuerint vota, etiamsi materiae diversae essent rationis. V. g. si in proximo naufragio constitutus voveret quotidianam Rosarii recitationem, deinde voveret eleemosynam certam faciendam; tunc ait, has materias uniri, & omittentem implere omnia eiusmodi vota, mortaliter peccare alferit. Secus autem, addit, si qui pro eodem die voveret Missam audire, orare Rosarium, dare eleemosynam, licet haec omnia voveret ex affectu ad cultum divinum; non ideo ait materias illas uniri, neque ex levibus partibus omissis constari unam gravem: quia motuum illud generale & modicum religionis apertum non est ad eiusmodi obligationes unienda.

Hanc Ovidii opinionem probabiliter reputat La-Croix. P. Ferdinandus de Castropalio, eodem La-Croix referente, veram indicat hanc descriptam opinionem; etiamsi omnes istae materiae, separatim leves, unico actu, seu voto promissa forent: quia talis actus propter materias diversae rationis esset virtualiter multiplex. Materiam autem diversae rationis casus intelligit quae quavis ad eandem virtutem religionis pertineant; diversis tamen legibus precipiuntur, ut Missae, & horae canonicae.

XXIX. Recentiorum quorundam Casuistarum arbitrariae, & saepe inutiles speculationes nos aliquando cogunt nimis indulgere prolixitati. Ut ab ultima P. Castropalii opinione ordiamur, eam veluti nimis laxam reicimus. Quando quis plures materias diversae rationis voto spondet eodem, non peccabit, mortali, quia actus illius voti virtus multiplex est? Si haec opinio confiteretur, quid vota, quot promissiones non eluderentur? Voves duos iulios erogandos pauperi, decem *Sacer. Regina* recitare nudis pedibus, & brachiis extendis, pluries lesu nomen sanctissimum invocare, lectionem spirituales per quadrantes, silentium servare per duas horas, invisere infirmum, illumque quis exhortationibus recreare, visitare Capellam B. Virginis, recitare *Pange lingua* flexis genibus ante augustissimum Sacramentum, atque per integrum *Miserere* disciplina carmen tuum flagellare: haec omnia unico voto Deo spondens. Ea omnia omittis, quin grave perpetres crimine, quia votum illud ad multiplicationem rerum promissarum multiplicatur? Cuiam Christianorum in mentem venisset eiusmodi virtualis omnis actus adeo secunda multiplicatio? Nulli certe, nisi novis Moralibus, spe-

culae.

culacionibus nimium assuetis. Quare hanc Castropalii opinionem, cum communi pietatis sensui contrariam, respicimus. Quando namque vovens omnes simul praefatas materias unico actu Deo adpromittit, minus unicum, diversis distinctum, & constatum manualis, divinis offert mactat. Ergo, dum talem promissionem transgreditur, graviter Deum offendit: quod pluribus exemplis confirmare possem, nisi veritas seipsa combaret.

XXX. Quod vero pertinet ad sententiam Ovidii, primo dicimus, quod, si quis voveret eodem die Missam audire, orare Rosarium &c. (ut illius verbus ex La-Croix acceptis utamur) promitteret res quae separatim acceptae materiam gravem constituerent: quae enim materiae graves est respectu praeccepti, gravis itidem est respectu voti. Porro audire Missam respectu praeccepti est materia gravis: ergo pariter respectu voti. Absolute vero dicimus, quod licet praefata distinctio in sua abstractione accepta sita praesert diversitatem, tamen in praxi iuxta communem pietatis, & prudentiae, ac sinceritatis, bonae fidei leges, qui plures obligationes eodem die reddendas, eidem portissimum domino, promittit, gravem iniuriam illi infert, si forma promissa numerata sibi retinet, quae haec dividim levis sint, simul tamen accepta materiam gravem constent. Et revera si votum maxime ex intentione vovens pensandum est, nihil minus votum quam eiusmodi fibiles speculationes nos, dum vover, reputat. Accedit quod, ut supra dictum est, nemo in praxi levis, & deliberato animo voveret quidpiam, etiamsi videatur leve, nisi ob gravem aliquam causam: quod potius iure verum habet, dum plura emittit vota, aut uno voto plura parva numerata Deo spondet. Argumentum autem P. Claudii La-Croix extra chorum omnino est. Nam modo non inquirimus, utrum, si vovens omittat parvam materiam partialem unius integri voti, & deinde aliam parvam quantitatem alterius voti, peccet mortaliter, quia certum peccet mortaliter est, eiusmodi omissiones esse tantum peccata venialia, quae quacumque multiplicatione facta, non constitunt unicum peccatum mortale. Sed questio est, an transgressione plurium votorum, quorum quodque habeat integram, & totam materiam levem, sit mortale habenda. Porro transgressio totius integri voti cuiuslibet diversam praesert peccet ac prodit observantia voti quoad praecipuum illius materiam; cum omissione dimittat eandem levis partis. Vix enim in mentem venit quorere, sint ne

illae leves transgressiones peccatum mortale; cum constet peccata solvuntur esse venialia. Ceterum transgressio totalis plurium votorum suapte natura quidem grave prodit. Et ne in questione levis momenti plus temporis contrahamus, vel ipse La-Croix concedit, sententiam Ovidii esse probabiliorum: quae tamen a nostra non differt, nisi penes arbitrarium distinctionem, quae nemini votum in mentem venit.

XXXI. Quae. VIII. An qui votum recitare per plures annos quotidie unum Patet, & Ave, peccet mortaliter, si plures annos quotidie omittat talem peccet? Resp. Sententiam affirmantem absolute defendunt Zamel 1. 2. g. lxxxviii. art. 4. dub. penult. Sayrus in *Clavis Reg. Lib. II. cap. ult. n. 21.* Valentia *Ton. III. disp. vi. g. vi. penult. 4.* Maldurus in 1. 2. tract. x. cap. v. dub. 4. qu. 1. Tannems in 2. 2. disp. v. dub. 3. n. 38. Contrarium defendunt Sotus *Lib. VIII. g. 11. art. 1.* Aragon in 2. 2. g. lxxxviii. art. 3. Joannes de la Cruz *in direct. part. 1. praes. 2. art. 2. dub. 4. cono. 2.* Villalobos *Ton. II. tract. xxxv. distinct. 3. n. 3.* Addunt tamen sententiam hanc non comprehendere votum erogandi singulis diebus parvam eleemosynam: nam, si plures omittentes eleemosynas parvas, constent ad ille parvae eleemosynas constiterent materiam gravem; peccaret mortaliter. Plures alii, nempe Azorius *Lib. XI. c. v. g. 111.* Valquez 1. 2. g. lxxxviii. art. 2. & disp. cxlv. cap. 11. Sanchez *Lib. I. cap. 14. n. 14.* quibus subscribitur La-Croix n. 450. Salmaticenses n. 115. Trullenches *dub. 12. n. 17.* Maria N. 166. Diana *resol. 14.* distinguunt dicentes. Si votum diem afficit, atque in cuiusque diei honorem ordatur, tum singulis diebus votum transgrediendo peccatum veniale committitur: quae peccata venialia singulis repetita diebus, sive per unum, sive per plures annos, unum mortale non constituent. Obligatio namque transit cum die cui votum adfixum est. Contra si votum diebus affixum non sit, sed solummodo die sit applicatus tanquam terminus obligationis, tunc leve licet materiae, nempe praecum recitationes, simul ununtur, & post plures transgressiones unam gravem materiam constent, & culpa committitur mortalis.

XXXII. Difficultas est, inquit Diana, in cognoscendo quando reipia votum diem afficiat, vel non. Et primo ex Castropalio resp. spondet, quod si in singulis diebus aliquod motum reluceat, ut in recitando quotidie calculo B. Virginis; tunc votum diem affi-

dit, & obligatio in sequentem diem non prorogatur, seu non transit: & hoc in votis personalibus fere semper accidit, ut dicunt alii citati ab eodem Diana, quibus subscribitur *La-Cruca, Martin, Fros, & alii*. Contra vero, si votum fit reale, ut erogandi singulis diebus tot obolos in elemosinam, tunc votum diem non afficit, sed obligatio transit ad sequentem; & transitus tunc omnimodis parvis, quia simul unius materiam constituunt gravem, mortalem culpam perpetratur. Addit tamen Calotropalus, quandoque etiam in actionibus realibus votum diem afficere, quando nempe in singulis diebus relucet aliqua peculiaris ratio. Hec distinctio absolute vera est, & quandoque in praxi occurrit. Nam in Clerico obligato ad horas canonicas singulis diebus recitandas, transacto die, obligatio quoque transit. Quod autem dicit Calotropalus de actionibus realibus erogandi elemosinam, non tenet verum. Immo communitur omnes, quando votum est de re praetanda, ut elemosina, & quocumque alio munere, excepta oratione, dicunt obligationem prorogari in tempus futurum; & consequenter peccare mortaliter eum qui usque ad gravem materiam transierit. Ceterum quomodo praetata distinctio applicari possit ut videndum quoad distictio unum *Pater, & Ave*, non videtur. Nam eo ipso quod promittens quotidianam recitationem unius *Pater, & Ave* per annum, iam patet votum affixum esse singulis diebus. Quod autem transgressio talis voti per interitum annum fit solummodo venialis, opinio in praxi nimis laxa nobis videtur: tum quod vis reperitur, ut jam diximus, qui re ipsa vocatur serio, & deliberato animo sine aliquo saltem fine gravi: tum quod, licet multiplicatio venialium nunquam ad mortalem culpam pertingat; attamen continuata ac deliberata transgressio voti, cuiusque sit materiam, specialem praeter malitiam, & sacrilegium, pernicitatemque infidelitatem. Quare haec sola deliberata voluntas violandi votum per interitum annum, cum omnes illas preces comprehendat, est graviter criminosa; sicut etiam per adversarios graviter culpabilis esse omnino per annum minus assis, quem quotidie pauperibus distribuendum quis vocerat. Et sane, ut res se habet in abstracto, & metaphysica consideratione, nunquam occurrerit casus quod re ipsa, & in praxi quis deliberato animo venim votum serio factum per interitum annum violat absque culpa mortali.

CAPUT II.

An voti obligatio impleri possit per alium, & transit ad heredes.

I. Certum patet omnes esse vota personalia a solo votente implenda esse, & esse ipsi soli obstringere. Quin nec vota realia ab aliis impleri debent, nisi exceptis qui in bona votentis descendunt. Ratio evidens est, quia vota personalia afficiunt ipsam personam; & ideo personalia vocantur, quia sunt ab ipsa persona implenda; cuiusmodi sunt ieiunia, corporis macerationes, peregrinationes, & similia.

II. Quod I. An vota parentum filios obligent; & an vota facta per procuratorem tenentur? Resp. Vota parentum nullo modo filios obligant: quia vota libera esse debent, & ab ipsis votentis voluntate proficiunt. Vota parentum dicuntur quandoque obstringere filios, quatenus scilicet illi in eadem vota consentiunt, eaque rata habent: quoniam in sensu intelligendi, & interpretandi sunt textus, qui recitentur 2. q. 1. & cap. Monachum, & cap. Quicumque, & cap. Quem progentis, & cap. Adhuc; Celestinus quoque III. declaravit in cap. Cum simus xiv. de Regul. filium aligarum esse Monasterio propria professione, aut paterna devotione proprio approbata, & confirmata. Qui filii consentiunt, ut vere habeatur, satis minime est eiusdem sententiam, & taciturnitas. Quare praeter negativum dissentium requiritur ut filius expresse votum ratum habeat, & confirmet. Inutilia tamen non sunt gentiorum vota, quia eo spectant ut operam dent ad hoc quod filii vota amplectantur, & acceptent. Vota facta per procuratorem tenent, & obligant principalem, seu mandantem, ac si per ipsum facta fuissent: quia qui per alium facit, per se ipsum facit. Et de hoc nullum diffidium inter Auctores.

III. Quod II. An votens possit, vel teneatur per alium implere votum suum personale, quod per seipsum implere nescit? Resp. Communissima sententia docet, votentem qui per seipsum suum votum personale implere nescit, non teneri, immo nec posse per alium execeri. Et quod non teneatur, patet: quia votum personale est de actione propria ipsius votentis; ergo tale votum non obligat ad actum alterius. Quod pariter neque possit, etiam constat: quia, si votens valet per seipsum votum implere; nequit illud implere per alium; si autem non potest per seipsum, neque per alterum: quoniam tunc non

non faceret quod promissit: &, dum factus est ad personale executionem impotens, cessat omnis obligatio. Polusamus in 17. disp. xxxviii. q. 111. art. 3. Sotus Lib. VII. q. 11. xxxviii. q. 111. art. 3. Sotus Lib. VII. q. 11. art. 3. Suarez Lib. II. cap. x. n. 2. Sanchez Lib. II. cap. xv. n. 3. Navarrus cap. xii. n. 1. Bonacina disp. xv. qn. 11. punct. 5. §. 2. Trullenchus Lib. II. cap. 11. dub. 14. & communiter alii.

IV. Quod III. An votens qui sua culpa factus est impotens ad observandum votum personale, teneatur per alium implere? Quamvis votum personale per alium impleri in rigore nequeat, ut dictum est; attamen D. Antonius II. Part. tit. 11. cap. 11. §. 5. ait: Si autem fecerit votum causa devocionis evadit, superveniente impedimento, non tenetur tunc, vel mittere, nisi forte fuerit in mora; & sic est in culpa, quia, cum potuit, voluit. Hanc eandem sententiam tenet Angelus verb. Votum 3. n. 7. Richardus in 17. disp. xxxviii. art. 3. q. 11. ad 3. Garbafanus in 17. disp. xxxviii. q. 11. §. Quartus; & colligi videtur ex Scriptura, in qua Deus, xxxiii. legitur: Cum votum coegeris Domino Deo tuo, non tardabis redere: quia requirit illud Dominus Deus tuus: &, si motus fueris, respicienti tibi in peccatum. Videtur quoque ad inferri ex doctrina D. Thome 2. 2. q. 11. lxxviii. art. 3. ad 3. ubi statuit, quod votens factus impotens ex propria culpa, debet poenitentiam agere de peccato praeterito, & promptam voluntatem habere faciendi quod potest. Et revera tutus est, cum propria culpa praecessit, aliquam adhibere compensationem.

V. Contraria sententia communior est, quam defendit Sanchez Lib. IV. cap. 11. n. 27. ubi plures laudat Auctores, Navarrum, Valentium, Sylvestrum; immerito tamen citat D. Th. q. 11. licet expresse prorem non doceat, attamen nec contrariam defendit; sed memoria tenet quae illi adversantur. Ratio potius immo videtur. Quoniam vota personalia ita afficiunt personam votentis, ut impotentia superveniente, cessat votum. Ex quo autem quod impotentia contingat ex culpa votentis, solum consequitur quod votens tunc teneatur poenitere de peccato praeterito, ut ait Angelicus; minime vero sequitur quod votens debeat per alium votum implere. Id sane ratio suavere videtur. Ceterum, ut inferior poenitentia de commisso peccato appareat, & ut infidelitatem suam erga Deum quoquo modo compenset, debet in re tanti momenti tutiorem partem eligere.

Cont. Theol. Tom. III.

VI. Quid si votens, antequam votum emitteret personale, certus erat fore ut nunquam votum suum posset implere? Teneri ad implendum per alium in hoc casu docent Sylvester verb. votum 2. g. x. Angelus verb. Votum 3. n. 7. Navarrus cap. xii. n. 55. Savrus in elec. Reg. Lib. VI. cap. vii. dub. 5. Layman Lib. IV. tract. iv. cap. 11. q. v. Sanchez Lib. IV. c. 11. n. 26. ubi citat Abbatem cap. Licet, de voto n. 17. Quoniam votum de materia impossibili ipsi votenti nullum est, ut diximus. Quomodo ergo votens compertam habuit hanc impossibilitatem, ne scilicet illum pronuntians, praesumendum prudenter est illum votum edidisse per alium implendum. Oppositum docent Suarez, Trullenchus, Azorius, Bonacina, Prado, Raphael de la Torre, Leander, & alii. Sed prima sententia probabilior evadit.

VII. Quod IV. An vota realia impleri possint per alium, vixim iusto, & iustitiam? Resp. Quodlibet votum reipsum continet partem. Et primo, quod votum reale per alium impleri queat, communissima sententia docet, quia voti realis executio in obligatione, seu exhibitione reipsumque, puta calicis, velis, stipulatio, live cuiusque alterius rei, sita est. Hoc autem reque per alium ac per votentem praestari potest. Secunda etiam pars, nempe quod hoc votum reale impleri possit ab alio, namque ipsius votentis, incipio ipso votente, communitur fulineat: quia tunc res promissa nomine votentis repta exhibetur; & nihil aliud debet praeter votentis consentium, qui per ratihabitionem adest. Si vero votens, non modo incipit, sed etiam invitus est, tunc communior opinio tenet, votum minime impleri posse per alium; & merito: quia ad satisfaciendum siue voto, siue praepcepto requiritur intentio satisfaciendi: ubi autem illi coactio, non est liberum propositum. Bonacina vero disp. 18. q. 11. punct. 5. §. 3. n. 3. Trullenchus Lib. II. c. 11. dub. 14. n. 3. Leander tract. 1. disp. xxx. q. vii. ad distictio votum implentem, invito votente, valere; si postea votens voti ratam habeat executionem. Mihi vero haec opinio minime probatur. Nam si, dum votum impleretur, votens resistit; certe tunc invalida est voti executio ob positivam resistantiam votentis, seu ob defectum voluntatis, quam necessario requiritur vel ipsi adversarii. Sed quod semel invalidum est, per actus subsequentes non fit validum. Consensus ergo votentis aut realis aut praesumptus, necessarius non est, dum votum impleretur. In facta positione non

11 3 modo

modo non habetur consensus, sed diffusus: ergo votum non impletur. Consensus enim futurus, seu subsequens supponit nullam executionem voti: idcirco illam validam efficere nequit. Hæc omnia vera sunt, si rationis vis spectetur. Ceterum, si res promissa oblata recipi fuerit, & votens desisteret preteritam suam omissionem atque rebellantiam, & consensum exhibeat ita efficacem, ut, si res promissa oblata non fuisset, revera eandem offerret; tunc illum non cogere ad novam obligationem, sed tantam ad penitentiam præterite omissionis.

VIII. Quæst. V. An votens factus pauper, et implet votum reale, tenetur ad amicitiam pecunias petere, aut artium suscipere quæ non obliuiscit statum, aut pecuniam sub dicitur obliuiscit statum, aut voto factus factus? Resp. Communis sententia docet, non teneri votentem ad petendas pecunias ab amicis, neque elemosinas mendicare, neque artium impetu quoque contrarium suscipere, ut votum implet: quia rationabiliter præsumitur noluisse cum tanto onere se obligare. Secus dicendum, si hero arte aliqua comparato vivere solitus erat: quia tunc ars illa statum eius non dedecoret. Tenetur vero acceptare pecuniam, siue hereditatem sibi oblatam, quæ valeat proprium implere votum.

IX. Quæst. VI. An satisfactio voto qui rem promissam alteri exhibet, si hic rem acceptam onerat offerre? Resp. Afferunt Suarez Lib. IV. cap. 3. n. 6. Castropalaus tract. xv. disp. 1. punct. 15. n. 6. Leander tract. 1. disp. xxv. q. xii. Vovens e. g. celebrationem decem Missarum, Elemosinam conferre Sacerdoti, ut Missa celebraret. Hic committit Missa celebrare. Tu sufficienter, inquit, votum satisficis: quia votum non hinc de facere cum effectu celebrandis, sed de procuranda illorum celebratione confecta via. Item vovisti mittere aliquem ad invensidam Apostolorum limina. Committis eum ipso de premo. Hic accipere libens, omisit votum implere. Tu liber natus, inquit, ab obligatione: quia ex parte tua optimum præstitisti. Sic docent Auctores laudati. Opinionem hanc non audeo absolute improbare: sed mihi difficultatem ingerit quod votens debet facere totum id quod potest, ut votum suum implet, sicut docet Angelicus 2. 2. quæst. lxxxi. art. 3. ad 3. Quando ergo votens advertit, votum recipi impletum non esse, licet ob alterius malitiam, videtur utique ad id implendum teneri: si illud implere sine gravi incommodo

possit. Certe qui debitum per alium solvit, tenetur ad novam solutionem, si ille cui pecunias dedit ad solvendum, eadem sibi tenuerit. Et quamvis hoc debitum esse iustitia solvendum sit, votum vero ex religionis virtute; atamen non est tanta disparitas, ut argumentum ab uno ad alterum recte fieri non possit, quod parum utrobique, gravem nimirum, obligationem concludat. Adde, tum recentiam opinionem locum habere posse, quando votens omnem moralem diligentiam adhibuisset, ut virum probum, fidelem, optimæque moratum, quoad ipse scire potuit, eligeret, qui votum impletet. Si autem negligens in hac electione fuisset, ipsam ad persolvendum votum urgetem: tamen, non cuiuscumque, sed probatissimo homini tantum, id negotii erat committendum; quem admodum & pecunie creditorum persolvenda, non cuiusvis, sed solum homini probate fidei traduntur.

X. Quæst. VII. An votum mixtum, consistens ex personali, & reali, per alium impleri valeat? Resp. Convenit inter Auctores, votum quod aique personale ac reale est, non posse, quatenus personale est, per alium impleri, ob rationem supra assignatam; quatenus vero reale est, non solum posse, sed etiam debere per alium impleri; ut patet dictum esse supra de voto reali. Si autem id quod reale est in voto, sit quid vere accessorium, quod necessario sequitur principale, tamquam instrumentum quo illud executioni mandetur, tunc ad hoc reale votum implendum nulla est obligatio. V. g. vovisti pergrinationem Lauretanam: infirmus est factus, nequis illam suscipere: non teneris sumptus infulmendos in itinere pauperibus erogare, aut in honorem B. Virginis, cuiusque lacte adis pecunias illas offerre. Si id præteritis, peroptime factum erit. Ceterum ad id non teneris. Si autem vovisses tum pergrinationem, tum elemosinam illi Ecclesie offerendam, factus ad pergrinationem impotens, teneris per alium elemosinam mittere. Suarez Lib. IV. cap. 3. n. 22. & seq. Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 13. Castropalaus punct. 15. n. 7. Leander tract. 1. disp. xxiv. q. xiv. & xv. Bonacina disp. 17. q. 1. punct. 3. §. 2. n. 6. & communitur omnes.

XI. Quæst. VIII. An factus impotens ad votum solvendum tenetur adhibere compositionem? Resp. Sylvester verb. Votum 2. q. vi. Suarez Lib. IV. cap. xv. n. 9. Reginaldus Lib. VIII. num. 181. Bonacina disp. 17. punct. 5. §. 3. n. 9. & alii communitur respondent.

spondent non teneri: quia votens ad id se obligare non præsumitur; & Ecclesia ipsa non obligat ad compensandum præceptum quod fideles nequeunt. Ego ita distinguere, non potentia superaverit, oblique culpa votentis, non tenetur uti compensatione; si autem votens sua culpa impotens se reddidisset ad voti executionem, ultra penitentiam de peccato præterito, obligarem illum ad congruam compensationem. Nemo enim ex sua iniquitate commodum reportare debet.

XII. Quæst. IX. An heredes tenentur ad vota personalia testatorum? Resp. Heredes, si ve voluntarii, si va necessarij, nullo modo tenentur implere vota personalia testatorum: quia, ut supra diximus, hæc vota personam afficiunt, & non hereditatem. Ita omnes.

XIII. Quæst. X. An heres tenetur ad solvenda vota personalia defuncti, postquam testator id ei præcepit? Resp. Quod heres absolute non tenetur ad vota personalia defuncti, certum est ob rationem non semel indicatam, quod nimirum personalia vota personam afficiunt, & cum eisdem interitu cessant. Admissa vero positione quod testator precipiat heredi solutionem alicuius voti personalis, adhuc certum esse non teneri, respondit Leander tract. 1. disp. xxv. quæst. xi. & allegat Suarez, Raphael de la Torre, & Castropalaus. Sed Castropalaus tract. xv. disp. 1. punct. 16. num. 1. distinguit, & merito, heredem necessarium ab herede voluntario. Heredes necessarius neque realia, neque personalia vota solvere tenetur, quatenus necessarius est heres. Heres autem voluntarius onera sibi a testatore sub præcepto imposta implere tenetur. Citati rursus Auctores distinctione utuntur. Si testator, inquit, relinquat hereditatem sub hæc expressa conditione solvendi quædam sua vota personalia, tum heres tenetur; si vero solum precipiat absolute voti solutionem, tunc non tenetur heres ex iustitia, sed ex gratitudine, casu quo expressè non accepit dictam obligationem. Mihi autem videtur, quod heres voluntarius, eo ipso quod accipit hereditatem, sibi ipso facto accipere onera a testatore sub præcepto sibi imposta. Si igitur testator sub præcepto expresso imponat pergrinationem heredi voluntario, acceptanti hereditatem, non video cur voluntarius heres votum illud implere non tenetur. Hic tamen advertas velim, quod, dum dicimus heredem ad implenda personalia testatoris vota teneri, non sit sensus quod vota personalia revera impleri possint per alium; sed asserimus posse testatorem non trans-

ferre proprie sua vota personalia in alium, sed sua vota personalia imponere per modum cuiusdam pensionis solvenda ab herede libere ac licite. Atque tunc heres ipsa proprie non implet votum personale testatoris, ut edictus votum est, sed tantum solvit onus sibi impositum, quod sub hac consideratione speciem præfert realis voti, non personalis. Que ideo dixi, ne putes hæc asseri oppositum ac lapsurum statum sui, vota scilicet personalia per alios impleri non posse.

XIV. Quæst. XI. An heres, si ve voluntarius, si ve necessarius, cogi possit sub pena privationis hereditatis, & excommunicationis ad solvenda vota realia testatoris? Resp. Heredem, si ve voluntarium, si ve necessarium, teneri ad vota realia testatoris solvenda, asserunt omnes; quia, cum defunctus votum reale emitit, sua oppugnaverit bona pro illius solutione: ergo qui succedit in bona defuncti, succedere necessario debet etiam in onera hereditatis annexa: quod intelligendum est, dummodo onera non excedant valorem hereditatis. Nam bona in quæ heres necessario succedit, cum non fuerint subiecta absolute dominio testatoris, non possunt a testatore gravari. Quapropter heres succedit tantum vota realia testatoris quæ non excedunt suam legitimam, vel ea bona quæ sibi necessaria iure debentur. Quod autem illi penus & privationis hereditatis, & excommunicationis cogi possit heres ad solvenda vota realia defuncti, patet certum est per Auctores; quatenus fideliendum aliquid sit quantum ad excommunicationem, quam iustitia duxerat votum Hostiensis, Zabarella, & Ioannes Andreas, quando heres promississet se testatoris vota expleturam, & promissis postmodum non destitisset. Alii communitur, nempe Sanchez, Sylvester, Bonacina, Palacios, Trullench, Leander, absolute sub utraque pena absolute ullo discrimine cogi posse heredem docent: quod si pravis fit causa, non video cur in controversiam id revocari debeat.

XV. Quæst. XII. An si testator non imponat heredi onera solvendi vota sua realia, sua si expressè dicat, se nolle heredem suum ad eadem realia vota obligare, voluntarius hereditarius heres ad illa solvenda? Resp. In utroque casu heres tenetur vota realia testatoris solvere. Et in primo casu patet: quia vota realia afficiunt ipsam hereditatem, inquantum onus eandem comitant. Quare quemadmodum cetera debita realia, sic & ista solvenda sunt ab herede. Que ratio evincit, heredem astringi ad huiusmodi solutionem; etiam si

testator expresse in testamento dicat, tenelle heredem ad implenda preata vota obligare. Quia testator, postquam semel sua bona gravavit, nequit amplius illa eximere: a prelati oneribus, nisi post eorumdem solutionem. Quare licet nequit testator eximere heredem ab onere solvendi debita realia hominibus, ita nequit eum liberare ab onere solvendi debita ipsi Deo per vota contracta. Potest atque testator instituire, aut non instituire heredem; at nequit liberare hereditatem ab illi oneribus quibus iure subiecta est. Unde quicumque talem hereditatem adire velit, omnia debita quibus obnoxia est, solvat oportet. Hoc vero intelligitur, quando votum absolutum est, ad nullum tempus contractum. Si enim testator voluisset edificare Ecclesiam, quoad vixerit, cum expressa conditione, ut sua morte omnia esset obligatus; tunc votum conditionatum est, & hæres ad nihil tenetur. Hæc omnia communia sunt. Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 23. Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 28. Bonaciam disp. 12. q. 11. questio. 2. punct. 5. §. 2. n. 12. Navarrus cap. xii. n. 56. Layman Lib. IV. tract. 1. cap. 111. q. vi. n. 17. Trullenchus Lib. II. cap. 11. dub. 15. n. 8. Prado cap. xxii. q. 1. §. 3. n. 14. & 25. Leander disp. xxv. q. 13. Sayrus Lib. VI. cap. 12. dub. 6. Salmanticenses tract. xvii. cap. 1. punct. 4. §. 3. n. 117. Castroplaus disp. 1. punct. 16. num. 3. Marin tract. 15. disp. 132. sec. 5. n. 147. Et nota, quod heres, non ex virtute religionis, quippe vota ille non emisit, sed ex debito iustitiae, ratione hereditatis acceptatae, tenetur vota realia testatoris implere.

XVI. Quæst. XIII. An heres teneatur solvere vota realia ante aditum hereditatem, vel ultra vires hereditatis in casu quo inventarium non fecerit, & per iudicis sententiam declaratur sit obnoxia solutioni, & ad eandem declaratus? Resp. Neque ante aditum hereditatem, quam semper renecare, quoniam non acceptaverit, potest; neque ultra vires hereditatis allicuius est heres ad solvenda vota realia testatoris: adeo omnes dicunt. Diffidium est, an accepta hereditate, & omnia collectio inventarii, teneatur ultra vires hereditatis solvere vota realia defuncti. Pro sententia affirmante refert Leander loc. cit. §. 2. n. 11. S. Antonium II. Part. tit. xi. cap. 21. §. 7. in fine. At nec verbum huius facit S. Præsul de inventario, aut de solutione ultra hereditatis vires; sed solum ait, heredem teneri ad solvenda vota dicta, quando ipse promississet, & se obligasset, non ratione he-

reditatis, sed absolute: tunc enim tenetur, etiam si non adiret hereditatem. Sed Leander excusandus est, quia talem citationem expressit est Sanchez, qui pariter prodita sententia citat D. Antonium, Leander allegat etiam Paludanum, Mencliam, Covarroviam, Valacum, Molinam, Gregorium Lopez. Et pro ratione adducunt l. frat. c. de iure deliberandi, ubi statuitur, heredem non scientem inventarium teneri ad solvenda debita ultra vires hereditatis. Sed communior est contraria sententia, heredem scilicet non teneri ultra vires hereditatis, etiam omisso inventario, in foro interno solvere si ve vota, si ve legata, si ve debita; quando nimis in fraudem non sit omisum inventarium. Lex enim que inventarium præcipit, fraudis presumptioni inmittit, aut in poenam negligentiae heredis lata est. Ideo, etiam post sententiam iudicis, mihi versutius videor, in foro interno non teneri heredem ad vota legata, & debita realia ultra vires hereditatis solvenda; quoniam inventarium abique nlla fraude, vel negligentia graviter culpabilis conficere omisit.

XVII. Quod ut clarior percipiatur, lubet cum Valquez 1. 2. q. xviii. art. 4. disp. cxxxii. cap. ult. a. n. 6. adnotare, duplicem esse legem presumptioni innixam. Altera est quam legislator ideo rogat, quia præsumit esse legem presumptioni innixam. Altera est quam legislator ideo rogat, quia præsumit in singulis casibus evenire id quod præsumit: & eiusmodi est præsumptio, qui innixus Pontifex resp. xv. Qui fide de spons. statuit matrimonium censeri initum copula post sponsalia subsecuta: quia præsumit in singulis casibus talem copulam affectu maritali exerceri: atque talis lex in quovis casu in quo præsumptio falsa est, non obligat in conscientia. Altera est in qua non præsumit legislator fraudem, vel quid simile in singulis casibus; sed quia prudenter existimat, e re aliqua commaniter fraudes, mala, & damna in publici boni detrimentum orti, ideo legem generalem constituit, qua casuum, seu occasionum fraudum, & malorum prohibet. Que præsumptio fundamentum est cuiusque legis. Porro quando præsumptio est huiusmodi, lex non delimit obligare, eo quod in uno aut altero casu singulari præsumptio falsa sit; sed solum, quando ut plurimum falsa est. Deficiente enim in uno aut altero casu singulari legis ratione, non deficit lex, sed obligat; sed, quando deficit in communi. Hac doctrina, quam ex Valquez tradit Sanchez, mihi vaide probatur. Sed difficultati gravissimæ obnoxia est; unde videlicet colligendum sit,

lit, legislatorem aliquando præsumere in singulis casibus malum accideri, & huic præsumptioni innixum legem ferre, que deficit, deficiente fraude in casu singulari, & aliquando absolute tam prohibere, quam communem, frequentemque absurdorum casuum. Hoc discernere cogitum non adeo facile est; neque cuiusque est discrimen illud assignare: alioquin quisque facile interpretari posset, legem latam esse pro casibus singularibus, non absolute; atque adeo te ad legem non teneri, quia in hoc casu longe a fraude est.

XVIII. Ceterum quoadque doctrinam hanc locum habere, mihi satis probabile est, & potissimum in re qua de agitur; ita ut heres, vel post sententiam iudicis, non teneatur solvere vota realia ultra vires hereditatis, quando abique nlla fraude, seu culpa omisit inventarium conficere. Intellegit de culpa que iniustitiam parere apta sit. Et pro hac sententia citat Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 37. Abulenem cap. xxx. Num. q. xviii. Sylvestrum verb. Votum 3. q. 21. Item allegat plurimos doctores laudant doctrinam in quocumque materia univere locum habere. Bartol. 1. 2. n. 4. c. de sacros. Eccles. & rubr. n. 3. c. de acquirend. hered. ubi Alex. n. 5. Ialon in fine, Abbatem c. Quia plerque n. 4. de immuni. Eccles. Felinus cap. 1. n. 44. de Const. Paludanum IV. disp. xv. q. 111. art. 5. n. 31. Sylvestrum verb. Ufur. 6. q. 2. dict. 4. & verb. Hereditas 3. q. v. Sot. Lib. VI. q. 1. art. 4. Ioan. Andr. Holl. Antonium Gomez. l. 111. Tauri n. 121. Matienzo Lib. V. resp. titul. 1. v. l. 1. glossa 10. num. 39. Navar. l. 111. de rest. cap. 11. part. dub. q. n. 137. nov. edit. Molin. Tom. 1. de iust. disp. cxxvii. concl. 1. & 2. Bonaciam disp. 14. q. 1. n. 4. & de contrah. disp. 111. quest. ult. punct. ultimum. Leandrum disp. xxv. quest. xiii. Ratio est, quia sententia iudicis inmittit factæ presumptioni, sicuti lex. Quare licet lex non obligat, ita neque iudicis sententia.

XIX. Quæst. XVI. An heres cum detrimento suo legitimè solvere teneatur vota realia testatoris? Resp. Adfirmant non pauci. Navarrus Lib. III. Conf. titul. de vot. conf. 111. num. 4. in 1. edit. in 11. consil. xvi. un. 4. Lopez, Rodriguez, Vega, Corduba, & alii, quos citat Sanchez Lib. VI. de marrim. disp. xxxvi. n. 3. & in Sum. Lib. IV. cap. xv. num. 37. quia contendunt, debita testatoris extrahenda esse ex toto hereditatis æcervo, non ex parte tantum, de quo libere testator disponere poterat: ergo eodem modo extrahenda sunt vota realia. In hac sententiam inci-

nare videtur Sylvester ver. Votum 2. q. xi. dict. 4. quatenus dicit, filium gravatum in legitima posse impetrare dispensationem, quæ obligationem impingat.

XX. Communissima, & vera sententia est, heredem non teneri cum damno suo legitimè solvere vota realia, immo nec ultra debita testatoris, quæ non sint ex iustitia contracta. Et ratio est manifesta. Quoniam legitimè filiorum pater dominum non habet; sed iura filii debetur, ut leges statuant. Ergo testator nequit legitimè aggravare. Nec verum est debita defuncti ex voto, extrahenda esse ex toto hereditatis cumulo; sed solum ex ea parte de qua testator disponere iure poterat. Et quamvis admittamus, potuisse testatorem inter vivos degentem votis, autque piselealem votivis legitimè minuere, non inde tamen inferatur posse in morte eandem legitimè aggravare; quia in vita dominum legitimè habet, licet post mortem cum morte namque dominium omne cessat. Covarrovias cap. 8. heredes de test. n. 9. Gregorius Lopez l. Anus in fine. tit. xviii. part. 1. Angles de foribus II. P. quest. de voto art. 2. post 13. ciffarini dub. 2. concl. 4. Rodriguez Tom. 1. cap. xxxi. num. 13. Sanchez Lib. IV. cap. xv. num. 38. Layman Lib. IV. tract. xv. cap. 111. q. v. num. 5. Bonaciam disp. 14. q. 1. punct. 5. §. 2. num. 5. Castroplaus tract. xv. disp. 1. punct. 6. n. 117. Trullenchus Lib. II. cap. 11. dub. 15. num. 4. Sayrus Lib. VI. clari. Reg. cap. vii. Leander tract. 1. disp. xxv. q. 2. n. 117. Martinez de Prado Tom. II. cap. xxxi. q. 2. §. 2. num. 18. Antonis Gomez Tom. 1. cap. 2. cap. 21. num. 24. Salmanticenses tract. xvii. cap. 1. punct. 4. §. 3. n. 137. Marin tract. 15. disp. 131. sect. 5. n. 149. & communitor recentioris opinio.

XXI. Quæst. XV. An heres possit, & debeat, si non possit per se, implere per alium vota realia testatoris? Et an possit impetrare commutationem a Confessorio? Resp. Quoad modum votens per alium implere potest vota realia, ita quocumque heres; immo cum heres non potest per se ipsum votum reale implere testatoris, tenetur per alium. Hinc si testator voteret te ipsum, aut misisset hominem in subsidium belli contra debite hostes, potest heres mittere alium nomine defuncti; immo tenetur mittere, si ipse heres non potest ire. Nec tamen ad expensas quas facturus fuisset votens, tenetur heres: puta si testator pro suo voto famulatu, & comitatu liberasset tres, aut quatuor famulos ducere, ad hoc non tenetur heres; sed ex tantum ex-

expensas facere debet que necessitate prudenter reputantur ad exequendum votum, & si enim principalem votantis. Nec Consecrator commutare valet eiusmodi vota: quia heres ex iustitia tenetur solvere vota realia defuncti: quapropter, sicuti debet Consecrator alios contractus, quibus ex iustitia obnoxius heres est, commutare; ita pariter nequit commutare vota realia que heres non sponte, sed ex contractu solvere tenetur.

XXII. Quæst. XVI. An Monasterium iure hereditario succedat in bona Religiosi professi, tamenque solvere vota realia que professus in saculo emiserat. Et non soluerat? Resp. Plures sententias habere potest questio proposita; idcirco distinctio utatur oportet. Et primum, si Monasterium sit constitutum heres ob votantis mortem, nullum est dubium quod tenetur ad solvenda vota. Si autem Monasterium factum sit heres titulo professionis ipsius votantis, tunc distinguunt Sanchez, Bonacina, Castropalaus, La-Croix, Marin, & alii, atque ita resolvunt. Si vota fuerint acceptata ab eo in cuius iustitiam facta sunt vota (v. g. Paulus, antequam Religionem ingrediatur, voverit calicem donandum Ecclesie, illamque promittit Parochus, qui nomine Ecclesie acceptat) tunc Monasterium tenetur; sed, si promissio facta non fuisse a votante; tunc enim, licet Parochus ex se acceptasset, hæc acceptatio facta sine promissione votantis, non inducet debirum iustitiam. Si vero vota non fuerint acceptata, ad solvenda Monasterium non tenetur. Sic docet Sanchez Lib. II. cap. xv. num. 22. Bonacina disp. xv. quest. 51. par. 1. §. 2. n. 7. Castropalaus disp. 1. par. 16. num. 7. Tralencus Lib. II. cap. 11. dub. 15. Leander quest. 1. disp. xxv. quest. xv. & XVII. La-Croix Lib. III. par. 1. num. 478. Lessius Lib. II. cap. 11. n. 66. Marin tract. ix. disp. 111. sect. 5. n. 155. Quia, inquit, vota omnia & personalia, ut omnes fatentur, & realia extinguuntur per solemnem professionem in Religione approbata. Extinguuntur vero, inquit, eiusmodi vota, non commutatione, neque relaxatione; sed perfectissima solutione, qualis est perpetua consecratio totius votantis Deo facta per professionem. Laudat autem Doctor hæc sententiam, veram esse banc ipsorum opinionem, etiam si votens ante constitisset sua vota realia non extingui per professionem, sed solvenda esse a Monasterio herede: a quibus tamen dissentit Bonacina disp. xv. qu. 11. par. 1. §. 1. n. 9.

XXIII. Negari non potest, recentiam opi-

nionem, que docet, vota realia votantis extinguuntur professione solemniter eiusdem, esse absolute probabilem, quando votens non refragatur, ob rationem datam, nempe ob subile sacrificium professionis moralitica, que tanti pretii est, ut valet quodcumque debitum extinguere. Contrariam tamen sententiam defendit D. Antonius II. Part. titul. 11. cap. 11. §. 8. & illi hæc opinio videtur verior ob hanc quam assigno rationem. Victimam propriam, & unicum sacrificium professionis religiose est persona votantis, & que eandem afficiunt personam. Quapropter per talem professionem extingui omnia vota personalia, peroptime inferuntur. Res autem temporales, que fuerunt sub votantis dominio, sunt quid extraneum ipsi professioni; quandoquidem hæc bona nullo modo spectant ad professionem, sed afficiunt hereditatem votantis, quemadmodum vota personalia afficiunt personam.

XXIV. Dico ergo primum, verosimiliter esse, Monasterium quod constituitur est heres per professionem votantis, teneri ad vota realia votantis professi: quia hæc vota realia committant hereditatem, que sic gravata iure fuit ab illius domino. Ergo, quousque dominus ipse hoc gravamen non auferat, alium remanet eius hereditati. Per suam professionem religionis auferit votens, seu solvit omnem debitum afficiens suam personam, quia se totum Deo consecrat, minime vero illius hereditas ut talis professionis solvitur ab oneribus ipsi adiectis: quia etiam illi hereditas quid disparatum est ab ipsa professione, ut dictum est supra.

XXV. Dico secundo, Quando votens, antequam professionem emittat, aperte testatur se velle sua vota realia impleri a Monasterio herede constituto, tunc Monasterium tenetur eadem persolvere. Hæc secunda opinio non modo probabilior, sed iuste vera mihi videtur. Eam, ut dixi propugnat Bonacina loc. cit. & quod potius est, D. Antonius loc. cit. & Paludanus in II. disp. xxxviii. q. iv. art. 3. n. 33. concl. 3. Ratio ex dictis patet: quia hæc vota realia afficiunt hereditatem, que quid extraneum est professioni, & nullo modo in eadem comprehenditur. Accedit, dum professus expressè declarat se velle sua vota realia hereditatem suam consequentia ex inquit, qua ratione dei potest, eandem recipi extingui? Quia, inquit Sanchez loc. cit. ex Sylvestro verb. Votum q. v. vti. dist. 3. aut professoris Religionem declarat hanc suam intentionem ante professionem ins-

stans, vel in ipso instanti professionis, vel post instanti eius eundem professionis. Si professionem emittat, tunc certum est votum esse nullum, quia post professionem vota omnia nulla sunt. Si autem in instanti professionis, habentur vota cetera facta post professionem. Si vero Novitius declarat hanc suam voluntatem ante instanti professionem, iam per professionem supervenientem remanet solum votum. Hæc est ratio quam ex Sylvestro proponit Sanchez, Sed ratio ista hæc iuxta ea que dicta sunt, non curat, & fuitis est: eo quod solum emittit, votum, & fuitis est: eo quod vota ante professionem emissa (de quibus factis verbo nobis est) extingui. Præterea voluntas qua Novitius ante professionem instituit Monasterium, siue quempiam alium heredem suum, valida est; & hereditas illa iure devolvitur ad eum quem Novitius suam heredem instituit. Cur ergo non poterit imponere aliquod gravamen, siue confirmare onus annexum tali hereditati? Cur? Nane Novitius ante suam professionem potest suam gravare hereditatem aliquo legato? Quidni & voto? Quia professio superveniens infringit vota realia? Non infringit legata pia libera: ergo nec vota quantum ad solutionem pensionis realis. Quæro: potest ne Novitius ante professionem votare, & reddere respa calicem, vel aliud manus, elemosinamve Ecclesie, aut pauperi ex sua hereditate? Quis hæc indicabit? Cur ergo non poterit declarare se velle votum iam factum impleri a suo herede? Ne multas que admodum alii pensionibus gravare potest Novitius ante professionem suam hereditatem, ita potest eandem gravare solutione votorum realium ab herede faciendâ: & sicut heres alias legata realia, ita & vota realia solvere tenentur; si heres sit Monasterium, sive secularissimo, aut familia. Quamquam igitur recentiores aliqui post alios oppositam sentiant; nihilominus ratio, ut ego quidem arbitror, nostram sententiam veram esse evincit, saltem quæ calicem opinionem contrariam.

XXVI. Quæst. XVII. Quo ordine solvenda sunt ab herede vota realia comparata ad debita & legata? Resp. Multas habet quæstiones partes, quarum singule sunt explicandæ. Et primo certum est penes omnes, solutionem debitorum ex iustitia procedere debere quousque live vota, siue legata. Ratio est, quia votens de re aliena vicissim Deo aliter nequit. Dicitur enim Eccli. xxxv. vers. 21. *Immolavit ex iustitia obnoxio est maculata*: & xvii. q. iv. ex Augu-

stino dicitur: *Quousque vult exheredat filio heredem facere Ecclesiam, quaras alterum filio suscipiat, non Angelum: immo Deus proprio neminem invenit. Solutio votorum votorum, legata sunt invenit. Solutio votorum votorum, legata sunt invenit. Solutio votorum votorum, legata sunt invenit. Solutio votorum votorum, legata sunt invenit.*

XXVII. Quæst. XVIII. Si testator plures voverit sit obnoxio, & hereditas omnibus solvendis sit impar, quomodo heres solvere debet? Resp. Tiracellus, Angelus, Sylvestre, Gregorius Lopez, Gomez, Gutierrez, & alii, quos citat Sanchez, sustinent solvenda esse pro rata, id est facta proportionate hereditatis, sui partis liberæ cum omnibus votis, & cunctisque voti aliquid esse solvendum. Sed communis sententia docet, vota maioris momenti preferenda esse illis: quia heres defuncti personam resert, & eius loco succedit, atque adeo cedit obligationi; sed votens tenebatur prius solvere vota de re graviori: ergo & heres. Si vero dubium fuerit quodam votum sit maioris momenti, tunc votum quod prius editum fuit, solvendum prius est. Sanchez Lib. IV. cap. xv. n. 41. Bonacina disp. xv. qu. 11. par. 1. §. 2. n. 14. Castropalaus disp. 1. par. 16. num. 7. Leander quest. 1. disp. xxv. q. xxi. Marin tract. ix. disp. 3. sec. 3. n. 158. Ad argumentum contrarie sententiam, nempe, legata solvenda sunt pro rata, quando pro omnibus hereditas non sufficit: eisdem dicendum de votis: responditur negando consequentiam: & discernim est, quod heres in persolvendis votis representat votantis personam, & quia votens prius vota graviora momenti solvere tenebatur, ideo & heres hunc ordinem servare tenetur.

XXVIII. Quod si vota plura sint, & non constat quodam fuerit prius: emittit, Sanchez loc. cit. docet solvenda tunc esse vota pro rata. Castropalaus, Bonacina, Marin, Leander sustinent, tam heredem eligere posse que sibi placuerit: & ratio est, quia, ut fatetur Sanchez, poterat eligere votum quod sibi magis placuisset,posito dubio de meliori bono, & de temporis prioritate: ergo poterit & heres, qui, ut fatetur Sanchez, resert personam votantis, & illius obligationi succedit. Et licet heres ex iustitia teneatur ad satisfactionem votorum; hoc non mutat solutionis ordinem, sed solum magis ad solvendum urget: & non permittit ut heres possit petere aut dilacionem, aut commutationem votorum, sicut poterat votans, qui solo

felo religionis titulo obstrictus erat. Hæc opinio & mihi probabilior videtur, & verior: eo vel magis quod tæpe solutio votorum pro rata parte non ita cedit in Deigloriam, & proximi utilitatem, sicuti cedit integra solutio unius aut alterius voti, quod prudenter elicit heres solvendum. Si vota sint de construendo aliquo pio edificio, de offerendo aliquo insigni munere, de altari erigendo, atque id genus similia, & pro rata duntaxat solverentur; nil ad perfectionem reduci possent. Quare potissimum in similibus casibus heredem, sicuti voventem, eligere posse votorum solutionem, in facta positione omnino probabilis, & veram censeo; dummodo heres bona fide rem agat, & vota solvenda seligat que in maiorem Dei gloriam cedant.

XXX. Quæst. XIX. An, quando plures sint heredes, quisque in solidum tenetur vota deservit solvere? Resp. Nemo in solidum tenetur: quia quisque tenetur, quantum est heres. Ergo si solum in parte heres est, solum pro ea parte solvere vota tenetur. Sententia communissima. Addenda tamen duo sunt. Primum, si res Deo promissa sit penes unum ex heredibus, tunc ipse tenetur in solidum; at hæbetur assensum repetendi partem ab aliis heredibus respondentem hereditati. Secundum, si alii heredes nolint solvere, quilibet tenetur in solidum, dummodo pars hereditatis sufficiat: quia heres de suo, aut dictum est; vota testatoris solvere non tenetur. Hereditas vero legatis, debetur, votisque solvendis & rata, & qualibet sui parte obnoxia est. Ergo, si volente uno herede solvere, alius attingitur. Hoc tamen verum esse credit Castropalaus, quando heredes ex malitia nolunt solvere; secus, si ex impotentia omittant. At mihi videtur ratio adducta erronem esse in utroque casu. Quandoquidem quod quislibet hereditatis pars addita sit votis solvendis, non pendet nec ex malitia, nec ex impotentia heredum; sed ex ipsa testatoris institutione, seu ex quodam contractu inter heredem, & testatorem naturaliter contingente. Nec iuvat respondere, hanc partem non esse addictam debitis solvendis integre, sed simul cum alia comparte: quia id verum est absolute loquendo; quoniam, ut diximus, absolute quisque heredem solvere tenetur pro rata parte: sed in hypotheli quod coheredes five nolint solvere ex malitia, five solvendo non sint idonei ex impotentia, tunc tota hereditatis pars votorum solutioni obnoxia evadit. Ita mihi ve-

rosimilius videtur adverteri Leandrum, & Castropalaus.

XXX. Quæst. XX. An donatarius tenetur vota donantis exequi? Resp. Communiter non teneri respondent Auctores: quoniam donans revera, etiam post votum, dominium rei Deo adpromissa retinet, illudque in alterum transferre valet. Ergo donatarius non tenetur vota dicta solvere, etiam si donans factus fuerit impotens. Non tenetur liquidem ratione rei acceptæ, quæ, ut diximus, vere erat dominio donantis subiecta: non tenetur ex illicita acceptione, quia hæc acceptio adverterat solummodo religioni, secus iustitiae, quæ sola fundat debitum restituendi. Neque eiusmodi debitum provenire potest ex aliquo pacto, seu contractu tacito inito cum donante: quia id solum verum habet in heredibus. De his enim sic leges disponunt, eo quod hæres repræsentat testatoris voventis personam; donatarius autem minimè donantis personam refert. Hæc in rigore vera videtur, prout ex legibus absolute rationari licet. Ceterum quis donatarius, sine salutis merore retinere sibi veller victimam iam Deo semel oblatam? Licet enim id non sit factum, quia non ex iustitia, sed ex religione Deo illa debebantur, artem sacrilegiam est, & peccato donantis cooperaretur donatarius. Idcirco ego non abolverem donatarium a voti solutione in defectu hereditatis. Cedo. Quod Petrus voto donavit Ecclesie, immo Deo, non ne Dei, vel Ecclesie est? Donator igitur dare nequit quod suum non est, seu quod voto consecravit Deo. Dominium utique illius rei Deo consecrata retinet; sed dominium gravatum debito reddendi eandem rem Deo. Debitum, inquit, religionis est, non iustitiae: verum hæbet. At quid inde? Peccabis ergo, si contra iustitiam, saltem adverus religionem, ea bona Deo consecrata retinendo. Quisquæ lumen naturale, omnibus civitatibus subministrat, consulas; & nemo bene moratus; ac christianæ religionis sincerus cultor, sentiet se rursus conscientia retinere posse ea que scit donatore prius religioso ritu consecrata fuisse Deo.

XXXI. Quæst. XXI. An legatarius tenetur implere vota realia legantis? Resp. Legatarius tenetur iuxta communem opinionem solvere vota realia legantis. Ratio diversitatis est, inquit Castropalaus, Leander, Sanchez, & alii, quod donatarius acquirit dominium rei donatæ ob traditionem eiusdem sibi factam; quæ, quamvis illicita, est tamen

valida, & firma in linea iustitiae, esto contraria religioni; at legatarius dominium legati acquirere debet ex valore promissionis in testamento factæ: quæ si nulla est, perit legatum: est autem nulla, si sit de materia voto obnoxia, quia tunc est promissio de re illicita, atque adeo nullius valoris. Sic notidem verbis Castropalaus. Clarior discernimen assignatur. Donatarius consequitur dominium rei donatæ per realem traditionem, & acceptionem, quæ, licet illicita, valida est. Legatarius assignatur legatum per promissionem, quæ, si sit de re illicita, nulla est. Illicita autem est in præfata causa: quia legans promittit homini quod iam Deo consecraverat. Utcumque discrimen illud verum sit, ego in præxi tum donatarium, tum legatarium, debentem hereditate, obligarem ad solvenda vota realia, quæ assignant omnia bona legantis, seu testatoris. Non nego tamen, immo fateor, porzione titulo alimij legatarium. Hinc, si legatarius acceptionem, non in specie Deo adpromissam, tenetur rem Deo tradere, eo quod nulla titulo illam retinere valet: nulla enim fuit legantis promissio. Si autem res legata in specie Deo consecrata non fuerit, & hereditas non est solvendo præ, corrumpitur legatum. Quoniam, ut optime rationantur citati Auctores, aut testator credit hereditatem suam satis esse ad implenda sua vota, non obstante legato; aut non credit. Si credit hereditatem sufficere, & re ipsa hereditas non sufficit; iam legatum in hoc casu est contra illius voluntatem, & consequenter nullum. Si prævidet hereditatem non sufficere, & nihilominus legatum instituit, hæc institutio, seu promissio est de re illicita, & lubinde nulla. Si autem hereditas sufficiens est ad vota realia solvenda, & res Deo adpromissa, fuerit in manu legatarii, concedenda erit, inquit Sanchez, alimior rei ipsi legatario, & hæres præxiam forem edem, ut res promissa Deo reddatur.

XXXI. Quæst. XXII. Quando Princeps ob præmissis civem mortui pars solvit votum, anque bona fisco addit, tenetur ne Princeps, seu filius vota realia voventis solvere? Resp. Adfirmans responso iam ex dictis colligitur: quia hæc vota realia, bona assignant. Fiscus capere tantum aure potest bona que sunt ipsius voventis libera ab oneribus. Sicut ergo tenetur filius solvere debita realia, & legata; ita & realia vota rebellis damnati. Id quoque constat ex L. Non possunt ff. de iur. ff. & L. Dicitur ead. Cum Glossa,

Communiter id docent Sanchez, Layman Gabat, Sporer: & res per se patet.

CAPUT III.

De tempore quo votum implendum est.

I. PANCIS expediam propositam questionem, tum quia facilius est resolutionis, tum quia plura dicenda erunt de statu religionis. Nonnulla que sunt iustis loci propria, sequentibus quaeritis resolvitur.

II. Quæst. I. Quando votans tempus non assignavit pro voti executione, quo tempore illud implere debet? Resp. Dupliciter quis votum, ad tempus quod arctet, edere valet. Primo certum tempus constituendo pro executione; ut si voces intra annum te ingressurum Religionem, vel ieiunium servatum omnibus sextis feriis, & id genus similia. Et de hoc nulla est difficultas: nam patet voventem non teneri ad voti executionem, nisi adveniente tempore, seu infra tempus pro voti observatione definitum. Secundo emittendo votum potest: nullo temporis intervallo constituto, ut si vovent Religionem te ingressurum, elemosynam te erogaturum. Et quando hoc modo votum emittitur, tenetur vovent, quamprimum commode potest, illud implere. Hoc aperte traditur Deur. xxvii. Cum votum ovium Dominus Deus tuo, non tardabis reddere: quia requirit illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Quod etiam inculcatur Eccles. v. Si quid coegisti Deo, ne moratus reddere: displicet enim ei libelles, & iuncta promissio. Idque docent Doctores omnes. D. Thomas 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. ad 3. Sylvestr. verb. Votum 11. q. 11. & v. Armilla. verb. Votum n. 16. Azorius Lib. VI. cap. xxv. q. 2. Sanchez Lib. IV. cap. xxv. q. 5. Suarez Lib. IV. cap. xli. n. 6. Bonacini d. p. iv. c. 11. p. 11. n. 4. q. 15. Castropalaus d. p. v. disp. 1. p. 11. c. 17. Salmant. tract. v. l. p. 11. n. 128. Marin. tract. ix. disp. 111. sec. a. n. 123. & alii omnes. Ratio clara est: quia obligatio voti ex promissione Deo facta oritur. Promissio autem hæc statim obligat: eum equum nullum sit designatum tempus, si statim ac commode impleri potest, non obligare, iam nullo tempore obligat; cum maior ratio pro hoc, aut illo tempore assignari nequeat.

III. Quod tamen ita intelligendum est, nisi addit rationale causa differendi solutionem voti, qualis esset pensæ melius imposte-

rum votum illud implendi; & non adit periculum solutionem talem prætermittendi. Hoc colligitur ex *reg.* Quod dicimus *fi de solutione*, ubi dicitur: *Statim solvere cum aliquo temperamento temporis intelligendum est.* In hac dilatare parvitas mater datur, quæ ex intentione votantis, aliquæ circumstantiis arguenda est. Si votum sit ingrefsum Religionem quæpiam, potest aliquo congruo tempore differre, ut rebullior evadas ad perferendos labores, & onera Religionis; quævis raro id accurret: quia auxilio Dei fretus quilibet Religioni amplectitur, & tali instrumentis auxilio omnia pati valet. Differre etiam potest ingrefsum, donec iuxta parentum sedat fuerit, ut eisdem puerperibus liceturas, ut firmem matrimonium iungas. Prudenter tamen, & cause in his procedendum est, ut omnes admonent, ne scilicet periculum contingat non implendi votum. Illud etiam præ oculis habendum est, ea vota que temporis dilatare minuitur, minus quoque differenda esse. Vota ingrediendi Religionem, interveniendi xenodochio, & similia temporis dilatare dicuntur minus: quia, quo plius differre executionem ingrefsum, aut servitium, eo minus Deo, & xenodochio intersit. Ea vero quorum observatio non decrevit ob temporis dilatare, magis temporis spatium quædam executionem admittunt: ut sunt vota peregrinandi ad Domum Lauretanam, erogandi in eleemosynam centum aureos, & de similia: quia sive hoc, sive futuro anno ea exequatur, tantumdem cultus Deo semper reddis illorum executione.

IV. Quæ autem temporis dilatio in votis que temporis dilatare minuitur, facta sit ad constituendum peccatum mortale, non facile potest resolvi. Alqui docent, trium annorum spatium differri posse Religionis ingrefsum: quia opinio, necessitate sublata, certe nimis laxa est. Rationabilis videtur sententia Caltopalæ *tract. xv. disp. 1. punct. 13. n. 7.* dilatare sine mensuram ingrediendi Religionem, interveniendi xenodochio, esse quantitate temporis notabilem. Sed id ex circumstantiis colligendum est. Quia si dilatio secum adferat periculum prætermittendi executionem voti, minor temporis quantitas colligat culpam gravem; & nullum sit periculum, & aliquæ rationes, licet non adeo graves, occurrant, maior poterit esse sine gravi culpa dilatio. In summa iudicio prudentem id relinquendum est.

V. Quæst. II. An votum non impletum tempore designato, desinat obligare? Resp.

Duobus modis votorum executionem tempore alligere vales. Primo, dum constituis, ne ultra definitum tempus executio voti differatur. Secundo, dum intendis infra determinatum tempus implere votum emissum. Si primo modo votum emittis, teneris, etiam elapso tempore designato, votum implere. V. g. si voti illi reddere Petro centum, que debes, intra mentem, transiitio mente non extinguitur debitum implendi votum: quia tunc votum est absolutum, & temporis designatio est ad excitandam, seu maturandam voti observantiam. Contra, si secundo modo voti voti, transiitio tempore præfinito, voti extinguitur obligatio; sicuti extinguuntur præcepta ecclesiastica ieiunandi in vigiliis Sæculo, quatuor temporum, audiendi Missam, & similia, quando istis diebus non implentur: quoniam in similibus votis, & præceptis tempus assignatur tamquam terminus obligationis. Quare, elapso termino, elabitur obligatio.

VI. Difficultas potius in eo vertitur, videlicet unde colligendum sit, votum illigari tempore, ita ut illo transiitio extinguitur obligatio eiusdem, quando non constat de intentione votantis. Ad quod communiter respondent Auctores, tunc votum tempore assignari tamquam termino infra quem compleri debeat executio, & ultra quem obligatio non extendatur, quando iuxta præcedentem existimationem temporis circumstantia specialis devotione affecta est. V. g. voti illi ieiunare in vigilia alicuius Sancti: si præfatio de non ieiunanti, non teneris amplius ad ieiunium. Idem dicunt alii, si voti ieiunare hoc mense omnibus festis feris in honorem passionis Christi, & omnibus labbatis in obsequium B. Virginis; quia, inguntur, voti illi ieiunare feris festis, & labbatis illius mensis, non alteris. Sic docet Sanchez *Lib. IV. c. xiv. n. 32.* Bonacina *disp. xv. q. 11. punct. 5. n. 9.* Caltop. *tract. xv. disp. 1. punct. 13. n. 7.* Sed ego, quando de votantis expressa intentione non constat, dicentem, probabiliter esse transiitio mente, teneri votum ieiunare festis feris, & labbatis alterius mensis: quia omnia labbata, omnes ferie sextæ iuxta eundem rationis per totum annum. Quapropter sextæ ferie, & labbata unius mensis non continent specialem cultum, neque peculiaris circumstantiam, que rectam fundat præsumptionem, voluisse votantem designare mensem illum tamquam terminum obligationis infra ipsum extendende. Eo vel magis quod ut dicatur talem diem esse terminum ultra quem

quem votum non obliget, oportet eiusmodi diem esse principaliter præfinitum a votante. Si enim minus principaliter sit appositus talis dies, certum est, elapso tali die, vel hebdomada, aut mense, votum adhuc implendum esse. V. g. voti illi ingredi Religionem in die alicuius Sancti ob specialem devotionem, qua eadem flagras: etiam si præfinito die non ingrediaris Religionem, adhuc teneris ad Religionis ingrefsum: quia non appositum diem illum tamquam motivum principale ingrefsum, sed tamquam aliquid minus principale, & ut quid excitans eam devotionem. Certa tamen regula assignari non potest, sed intentio votantis consulenda est, & circumstantiæ examinanda.

VII. Quando dubium est, num votum sit alligatum tempore tamquam termino obligationis finiende, ultra quem votum non obliget, an tamquam intervallo ad sollicitandam, maturandamve executionem, vel ipsi Probabiliter communiter docent, iudicandum esse, tempus appositum fuisse ad sollicitandam, non ad finiendam executionem voti; atque adeo elapso termino votum implendum esse tempore sequenti. Sanchez *Lib. IV. cap. xv. n. 38.* Caltopalæ *tract. xv. punct. 14. n. 4.* Bonacina *disp. xv. q. 11. punct. 5. n. 1.* Salmantic. *tract. xvii. cap. 1. punct. 5. n. 131.* & alii. Quæ, de quo infra. Hinc, si votum alligatum est tempore, non ob illius specialem devotionem, sed ob utilitatem peculiarem votantis, alio tempore supplenda erit voti ommissio; ut, si quis voti octavo quoque die confiteri, ieiunare, vel aliud bonum opus præcepto, ut victuam tenationum præcipere, & postea semel omittit, debet altera hebdomada supplere; quando postpositum vota perpetua non sunt: quia siuis principalis votandi permanens urget, neque cum tempore transit. Si vero vota perpetua forent, cum tale equipiam quilibet hebdomada præstandum sit, similitudine succedat obligatio, si votans una hebdomada omisset confessionem, aut ieiunium, non obligaret eam ut bis in sequenti hebdomada confiteretur, aut ieiunaret.

VIII. Quæ dicta sunt, atque de realibus, ac personalibus votis sunt accipienda: quando tamen constat de expressa intentione votantis. Nam etiam elemosyna fieri potest in honorem alicuius Sancti, in memoriam passionis Christi, ad B. Virginis cultum; atque adeo diebus labbatis, veneris &c. ita ut illis transiitio obligatio cesset; quando tamen, ut dixi, colligi potest quod votens ita

se obligare voluerit. Ceterum, quando non constat de expressa votantis intentione, vota realia non alligari tempore, tamquam termino extingunde obligationis, dicendum est; sed in his votis communiter tempus ponitur ut circumstantia sollicitans voti executionem; ac proinde, transiitio illo tempore, adhuc obligatio voti urget, ut docet communis opinio. Sanchez *Lib. IV. cap. xv. n. 36.* Vasquez *1. 2. disp. cxlvi. cap. 11.* Bonacina *disp. xv. punct. 5. n. 1. num. 10.* Caltopalæ *tract. xv. disp. 1. punct. 14. n. 6.* Salmanticenses *tract. xvii. cap. 1. punct. 5. n. 131.* & alii.

IX. Quæst. III. An votans tenatur prævenire tempus designatum pro voti obligatione? Resp. Auctorum communissima sententia est, non teneri votantem anticipare executionem voti affixi tali die, tamquam termino implende, & finiende obligationis: puta, si voti ieiunare in vigilia sancti Francisci; isti postea prævidet illa die te servaturum non esse ieiunium, minime prævenire ieiunium astringens: quia obligatio voti non obligat ultra votantis intentionem. Quando autem votens principaliter intendit cultum exhibere Deo, ieiunando determinata in vigilia tali Sancti, iam constat extra talem diem se noluisse ieiunium obligare. Idque patet in pluribus præceptis ecclesiasticis. Non potes die dominico Missam audire, crastina die recitare horas canonicas, ieiunare in quadragesima; non teneris anticipare illorum observantiam præceptorum. Si autem tempus definitum pro voti executione latitudinem admittat, ita ut non sit affixum unius diei, sed plures dies, aut hebdomada, menses, vel annos comprehendat; tunc, si prævidet in fine temporis designati pro executione voti te impeditum in a voti observantia, teneris executionem anticipare ultra illud tempore intervallum. V. g. voti ieiunium tempore intermissis mensibus, ingrefsum Religionem infra annum; si prævidet te non fore aptum ad implenda tua vota in termino intervalli temporis designati, puta in fine mensis, in fine anni; teneris executionem anticipare: quia non prævenit tempus obligationis, sed tempus ineptum pro executione. Quod exemplo præceptorum Ecclesie confirmatur. Prævidet impedimentum audiendi Missam circa meridiem; teneris mane audire, seu anticipare auditionem: prævidet impedimentum confitendi semel in fine anni; teneris anticipare, ut omnes docent. D. Thomas *1. II. disp. xxxviii. q. 1. art. 3. quæstiones. 1. ad 7.* Suarez *Lib. IV. cap. 11.*

7. Bonacina disp. iv. quest. 11. punct. 5. §. 1. n. 12. Caltrop. tract. xv. disp. 1. punct. 13. n. 3. Reginaldus Lib. XII. n. 236. Leonard. tract. 1. disp. xix. q. 11. Salmanticenses tract. xv. cap. 111. punct. 3. num. 34.

Resp. Satis esse conditionem aequivalenter impleri, docet Sanchez Lib. IV. cap. XVIII. nu. 28. alios pro eadem sententia laudans: quia conditio intenditur non propter se, sed quantum modum est ad obsequendum finem votentis. Ergo si effectus recipi obstruat, iam votentis intentio videtur impleta. V. ergo voti Religionem, si foror nuptierit, si pater consenserit: forore mortua, vel Religionem professam, aut mortuo patre, teneris ingredi Religionem ob conditionem aequivalenter impletam. Item voti Religionem, si pater moriatur, quia tuo subsidio indigeris: teneris ingredi, si divitias ascensus fuerit: quia aequivalenter impleta conditio est, nempe patris paupertas amplius impedimento non est tui in Religionem ingressui. Promissum elemosinarum, si ex tali negotio lucrum poteris: non ex illo, sed ex alio negotio lucrari fecisti; teneris ad votum, quia aequivalenter conditio impleta est.

VIII. Contrarium sententiam defendunt Cardinalis de S. p. p. 17. n. 3. Tamburinus Lib. III. cap. xxii. §. 6. n. 4. Leander tract. 1. disp. XII. q. xxi. Salmanticenses tract. XVII. cap. 1. §. 6. p. 1. & non. 100. Quoniam votorum obligatio ex intentione votentis pendet: votentis autem intentio aliquta fuit illi conditioni, non alteri: eo illius apposite: non enim vovit absolute arumque, sed talibus positus conditionibus. Hac sententia plus iusto litere adheret. Quando constat votentem ideo appositisse illam conditionem, nempe paupertatem patris, illi subsidio indigenti; & fororis nuptias, quia fratri conditum illa requirebat: quando, inquam, id certo ex votentis intentione constat, quo sane non auderem illam ad implendam voti obligationem liberare. Si quidem talibus apposis conditionibus non aliud intendit votens quam autem impedimentum. Quod autem hac, vel illa via impedimentum auferatur, perinde est: Et professio nuptiarum videtur intrinseca, ne quid scilicet dicam, et affectus quod absolute intendebat: divina providentia, nullae promissa praesertim: quia per illam specificam, & materiam, ut sic loquar, vitam, de qua ipse cogitaverat, illud non obtinuit. Quare prima sententia mihi est probabilior; quando tamen votens expresse non intendit conditionem impleri sub specifica forma: tunc enim nulla foret difficultas.

IX. Quest. VII. An peccat contra votum qui conditionem sub qua votum emisit, implet necesse est? Et an debeat eorum illius

expellere? Resp. Si conditio apposta pendet ex sola votentis voluntate, non tenetur expectare eventum illius, sed potest, antequam eveniat, quod sibi placuerit eligere; ut si dicatur: Promitto ingredi Religionem, si Romam petiero hoc anno: non teneris elapsum anni expectare; sed potest, quando tibi placuerit, nuptias contrahere, & abire a Romano itinere. Si vero conditio ab aliena voluntate pendat, tunc illius eventum expectare teneris; ut si dixeris: Vovo Religionem, si pater consenserit, si foror nuptierit, &c. Tenetur etiam votens non se reddere ineptum ad votum implendum. Quae omnia communia sunt. Hinc constat prima quatuor pars. Nam, si conditio adiecta tota pendeat a voluntate votentis, dubio procul illam evitare licite poterit; ut, si quis voverit se ingressurum Religionem, si Romanam perrexit, potest non proficisci Romanam, & Religionem non ingredi: quia non vovit conditionis executionem, sed id sibi relaxare voluit; ut scilicet libere possit conditionem exequi, vel non exequi. Si contra ab aliena voluntate conditio pendat, sicut conditionis illius eventum expectare tenetur, sic tenetur etiam non impedire vi, fraude, aut dolo eventum conditionis eventum. V. g. voti Religionem, si pater consenserit, contra votum patris, si a consensu praedando patrem dilatastis. Vovisti Religionem, licet sanare aequari: contra votum signi, si noxius cibus utatur, ne sanus has eo sine ut a voto te eximas. Salmanticenses cum Leandro docent, posse votentem patri praebere, & rationibus diffensum standere; licet vi, & fraude, & dolo: quia praecationes, rationes, & consilia non cogunt patrem ad dissentendum. Id etiam docet Tamburinus diffusivis. Hac opinio mihi probabilis non est. Licet enim rationes, consilia, praecationes non cogant patrem ad dissentendum; nihilominus non impedimus quomodo vovens contra finem votum agit. Neque fratres, vel doli semper extorcentur patri consentium; & tamen vovens his utens peccat. Hac ratio evincit solam quod votens certo non allequeretur finem suum mediis precibus; sed non probat ipsam animam non habere votum elidendi. Ubi, quod, si illic iocriter uti & bone fidei velletur? Si tu Paulo promissis mutuum sub hac conditione, quod fratrem tuum consentiret; non ut vales, & versipellis indignus haberes apud prudentes, si fratri dissentium praebuis, consilis, & rationibus perfundere? Quidam idem dicendum, immo

potiori iure in casu nostro, in quo Deo fidelitas servanda, non hominibus tantum est?

X. Quæst. VIII. *An, si votens sua malitia impediat necessitas conditiones ab aliena voluntate pendentes, tenetur voto, vel liber ab eodem remanet?* Resp. Negat teneri voto ad Salmanticenses tract. xvii. cap. 1. post 6. §. 6. n. 175. citantes pro eodem sententia Suarez, Palam, Dianam, Tamburinum, Leonardum, Filisium, & alios: tum quia nec tenetur voto ob impletam conditionem, que revera impleta non est; nec ob peccatum commissum in impedienda conditione, cum tale peccatum solum obligationem imponat penitentiar, non restrictionis; tum etiam quia votum ex votens intentione pendet: ergo, quacunque causa conditio non impletur, cessat omnis obligatio votens.

XI. Contraria sententia probabilior est, & colligitur ex D. Thoma, qui in 11. dist. xxxviii. q. 1. art. 3. *quæstionum*. 1. ad 1. aliter, eum qui ex sua culpa factus est impotens ad votum, tenetur ad recompletionem voti per penitentiam. *Alio modo*, inquit, *distinguedum est, utrum ex sua culpa impotentiam succerit: quia tunc oportet recompleri per penitentiam*. Non solum ergo iuxta S. Thomam scire penitentiam de peccato debet, sed etiam compensare voti observantiam per penitentiam altingitur. Ergo qui ex propria culpa impedit eventum conditionis, cum sit ad votum implendum aptus, illud debet implere. Et hoc verum habet in omnibus humanis contractibus, & promissionibus, adversarias etiam sententias; quidni ergo & in promissionibus divinis? Nec verum, immo falsum est quod perdit Salmanticenses reputant, ideo promissa humana servanda, quando ex causa impedita conditio fuit, quia prefata promissa mutum dependet a iure. Etenim, quando iura absolute declarant, contractus omnes in data hypothese valere, non ex arbitrio id decernunt, sed quia ratio sic politur: & postiva iura in similibus casibus ius naturale interpretantur, & declarant: solum quando aliquem peculiariter contractum in tali genere excipiunt, iuri naturali aliquid addunt ob peculiaris finis. Quod vero promissarius humanus ledatur in rebus utilibus, secus Deus per transgressionem voti, nullus quoque momenti est. Quoniam, licet Deus detrimentum nullum percipiat, attamen votens infringit malitia sua promissionem, seu culpa sua impedimentum ponit, nec promissio impletur. Neque autem ex sua iniquitate commodum de-

bet reportare. Hanc sententiam defendunt antiquiores, gravioresque Theologi, qui eam colligunt ex *Regula* Cum non fiat per eum 66. de regul. iuris, in 6. & *Regula* In iure civili 122. ff. de regul. iuris, & clarus, ex leg. In executione 85. §. finali ff. de verborum significationibus, ubi habet autoritatem. *Quicquid sub conditione obligatus convenerit non conditio cesserit, nihilominus obligatur*. Quid apertius dici potest? Et sane, dum votens conditionem ab alterius voluntate pendente addicit, se contingenti conditionis eventui accommodare intendit, atque illius casuali successu se se obligare virtualiter, & recipere decernit. Ergo, quemadmodum votum lemel editum implere tenetur, ita, & conditionem semel adiectam implere debet: atque adeo, si sua malitia impedit exitum conditionis, votum nihilominus debet implere. Quod confirmatur ex cap. Adversus de immunit. Eccl. ubi statuitur, quod frans, & dolus nemini patrocinari debeat. Quod vero nequit adversari, votum pendere ex intentione votens verissimum est. Sed distinguendum est: pendet in sui emissione, secus in executione. Potest votens edere, vel non edere votum. Sed postquam lemel deliberate votum ediderit, votum amplius non pendet ab intentione votens. Ita in presentibus: potest votens adicere, aut non adicere conditionem sortitam ab alterius voluntate pendente. At lemel positum quod hinc occasionali futuro eventui se obligaverit, si sua iniquitate illum impeditur, non inde liber ab obligatione voti implendi esse debet. Et cum iura in omnibus contractibus humanis id servandum esse decernant, non video quomodo aliter in divinis promissis faciendum esse doceant. Probabiliter, nisi ob nimium affectum indulgenti humane libertati. Nostram ergo sententiam docent Glossa. (Si rem tibi 19. §. finali, verbo *Victoris* in de prescrip. verb. & Bartolus ibi in fine, Paulus ibi n. 2. Imola ibi, Iason ibi n. 3. Alciatus n. 2. Decius in *Regul.* In iure civili n. 6. Richardus in 11. dist. xxxviii. artic. 5. q. 3. & Gabriel ibi *quæst.* 1. art. 3. *concl.* 2. Angelus verb. *Votum* 2. *quæst.* 11. Navarrus cop. xli. n. 42. & Lib. III. *Consil. tit. de voto consil.* 24. n. 2. Palacios in 11. dist. xxxviii. *disp.* 1. post *concl.* 5. Angles in *Notibus* II. *Part. 9. unica de voto art. 2. post. 17. diffini. dub. 8. Azorius Lib. XI. cap. xv. *quæst.* ult. Ludovicus Lopez in *Instrucl.* cap. xiv. Manuel Rodriguez Tom. II. *Sum. cap. xviii.* Sayrus in *clavi Reg. Lib. VI. cap. xviii. n. 4.**

Pra

Prado cap. xxxi. *quæst.* 3. §. 3. Bassanus Tom. II. *voto*. *Votum* 1. *sum.* 36.

XII. Quæst. IV. *Quid sit votum conditionatum penale, & an sit casatum?* Resp. *Votum penale* est quod quis edit, non ex affectu ad rem quam implet, sed ex studio vitandæ actionis quam detestatur: ut si votens hoc modo: Promitto me edificaturum altare, si laicor, si fornicatus fuero &c. Quod votens principaliter intendit, est vitare tale peccatum, seu actionem; & ut vigilantior sit ad sibi cavendum, penam sibi constituit, nempe elemosinam, altaris refectionem &c. Distinguitur hoc conditionatum votum penale a simpliciter conditio ad modum penæ: in secundo autem non adicitur ut penæ, sed absolute. Validum esse hoc penale votum conditionatum admittunt communiter Theologi contra Catharinum: quia est de re honesta, nec maius impedit bonum. Quod ita rarius dividere solet, ut aliud sit penale simplex, v. g. si quis dicat, *Si laicor, voto venium*; aliud sit veluti duplex, ut aiunt; v. g. *Voto non laicor, & si laicor, voto venium*.

XIII. Quæst. X. *An, quando transgressio voti penalis culpa vocat ex invincibili ignorantia, obligat corvus subie panam transgressionis appositam?* Resp. Communis opinio negans est: quia ubi nullum est peccatum, ibi nulla est culpa. In data hypothesis nulla supponitur esse culpa. Ergo nulla poena erit sananda: quod verum est, etiam si ignorantia libera non sit ab aliqua veniali culpa.

XIV. Quæst. XI. *An qui mortale peccatum committit contra votum, si immemor voti sit, obligat ad penam?* Resp. Admittit aliqui, sed plures negant. Quoniam, inquit illi, qui invincibiliter voti non recordatur, vere non peccat contra votum. Ergo, sicut non peccat transgrediendo votum, ita nec debet penam subire. Quid, memor si sit voti, & immemor penæ? Respondet Sanchez, talem incurere penam, si levis sit; secus, si sit insignis, & gravissima. Sed breviter dico, mihi probabilius videri, hanc neque levem, neque gravissimam penam incurere, quando invincibiliter illius non meminit; secus, si vincibiliter. Quia verosimilius mihi videtur quod lex tunc non obliget ad penam, sed a poena potius exolet.

XV. Quæst. XII. *An in voto duplici penali, si quis absolvatur a voto, absolvatur quoque a poena, quam nondum incurrit?* Resp. Negant non pauci. Sed probabilior videtur

Conr. Theol. Tom. III.

opinio adfirmans: quia, dum quis absolvitur v. g. a voto laicor, censetur consequenter absolvi etiam a voto quo penam sibi imposuerat, si lapsus. Quamvis etenim iustitia voti non ita sit connexa, ut attamen unum independenter ab altero emitti; attamen communiter in votis penalibus talis habetur connexio. Consideranda tamen est votens intentio.

XVI. Quæst. XIII. *An absolutus a voto, cessatur absolvitur etiam a poena contracta in transgressione primi voti? & an in petitione dispensationis explicandum sit utrumque votum?* Resp. Probabilior est opinio que negat absolutum a voto, esse itidem absolutum a poena quam iam contraxit in transgressione primi voti. Pariter probabilius indicamus, explicandum esse utrumque votum in petitione dispensationis: quia, ut dispensatio legitima sit, & rata, tota materia exponenda est iudicio Superiori. Et quoniam secundum votum accessorium sit, attamen quam maxime conferat ut Superior dispensans, prudens iudicium efformare valeat. Multo autem magis tenetur votens explicare votum principale, dum poena contracta, vel contrahenda dispensationem implorat.

XVII. Quæst. XIV. *An qui vovit vitare aliquam, puta ludum, sub tali poena, toties tenetur ad poenam, quoties laeserit?* Resp. Omnis variis distributionibus poenarum leviu, & gravium, quod mihi probabilius videtur, est, talem leve tantum poenam incurere: quia rationaliter presumitur id intellexisse in voti emissione. Nec enim homo prodest ad innumeras subeundas poenas se alingere solent, maxime si tales sint poenæ, ut vix repeti possint. Si talia edidisset poenæ, si laicor, sicutis peregrinationem Hierosolimitanam, aut ingressum in Religionem, aut castitatem: nunquid hoc poenæ repeti possint? Ad istas ergo poenas quod attinet, communitur fatentur Auctores, eas non esse itidem vicibus subeundas. De aliis poenis aliter sentiunt. Nec iple repugno. Caræ Quia frequenter votentes eunimodi poenas leve sibi imponere intendunt, toties luetas, quoties votum transgressi fuerint; ut dum votant aut aliquas preces, aut parvas elemosinas, gonalaciones &c. Ex intentione ergo votens, vel si non pateat votens intentio, et poenarum qualitate colligendum erit, num poenæ iterandæ sint, nec ne.

CAPUT IX.

De voto assumendi status religiosum.

I. DE voto assumendi statum religiosum agit D. Th. 2. 2. q. cxxxix. art. 2. (non lxxxviii. ut scribit Leander & corrigens Pradun, quo quod scripserat lxxxix.) ubi ostendit laudabile opus esse, meritiq; plenius votum professi statum religiosum: quia cum votum quodcumque sit de his que ad Deum pertinent, professio status religiosi maxime ad Deum attinet: hic siquidem professione homo se se holocaustum in Dei obsequium, & honorem offert.

II. Hinc sequitur, illi qui votum emittit ingrediendi Religionem, omnem adhibendam esse diligentiam ut ingressum exequatur, quem admodum docet Angelicus *loc. cit. art. 3. ad 7.* Nec tamen ad voti observantiam requiritur ut votens repta ingrediendi Religionem: quoniam multa obitare possunt, ne eiusmodi ingressus executioni maneat, eaque ut resolvantur, a votente non pendet: sed solummodo necesse est ut votens nihil omittat ex parte sua eorum, que ad ingrediendum Ordinem visum servare possunt. Si que tamen impedimenta haberet votens, eadem impedimenta deberet Praebis illius Religionis, emittens votum, exponere. Quoniam manifestatio illius, etiam si ingressum impedit, necessaria est ad valorem contractus inter Religionem & votentem. Religio enim ius habet non recipiendi rem qui gravi impedimento obstricti sunt, atque pari iure potuit ut sibi talia occulta impedimenta manifestentur. Ita docent communiter Auctores. Diligentiam autem quam adhibendam votenti diximus, non est necesse ut sit extraordinaria, ut ad intercessores, & magnatum patrocinium recursum habeat pro ingressus executione, sed satis est ut iis mediis utatur que prudentes adhibere solent in graviori momenti negotiis. Minus probabilis censemus quod scribit Salmanticensis *tract. xv. cap. 11. punct. 1. n. 2.* videlicet votentem non teneri, dum habitum perit, manifestare solum votum Praebito, etiam si speret eiusmodi manifestatione recipiendum esse in Religionem: quia, inquit, manifestatio haec necessaria non est executioni voti; votens autem solummodo media necessaria apponere tenetur. Laudant pro hac opinione Caietanus in 2. 2. *quæst. cxxxix. art. 3. circa solut. ad 1.* sed falso, ut non raro illis accidit. Nec verbum enim habet Caietanus saltem loco citato, quo exinat votentem a manifestatione talis voti. Lau-

dant quoque Bonaciani, & alios, quorum exanimis, cum res levioris momenti sit, pretereo. Dico namque votentem obligari ad hanc manifestationem, quando adversus hanc esse vim ad ingressum assequendum; Rationem Salutancensium saltem reputamus: quia votens vi voti ea tenetur apponere media que prudenter existimat conducere ad obtinendum finem sibi praescriptum, eaque oblique gravi incommodo exequi potest. Quid autem hac voti manifestatione facilius? Semel ergo posito quod eiusmodi medium sit congruum ad obtinendum finem voti, scilicet ingressum in Religionem, non apparet ratio cur non teneatur tali medio uti. Licet concedamus, hanc manifestationem non esse superflua naturam executioni voti; tamen in hac circumstantia necessarium est ut votens bona fide se le gerat, illaque exequatur media quae sibi valde asseruit difficultatem, & efficaciam sunt ad finis affectionem. In quo namque negotio aliusvis momenti similis facillima diligentia omittetur? Neque hinc consequitur teneri votentem implorare praesidium, & favorem patronorum: quia & eiusmodi media grave in parte naturae incommodum adferunt, & prudenter praesertim ad illa votentem non se obligasse. Ut materia haec aliquantulum impeditur clarius exponatur, in sequentes paragraphos illam tribuimus,

§. I.

Quomodo interpretanda sint sequentia vota.

Quæst. I. Quid dicendum de hoc voto: *Promitto me ingressurum Religionem, nisi Deus aliter de me statuerit?*
 Resp. Duplicem sensum habere hoc votum potest, ut post Cordubam Sanchez advertit *Lib. II. Decal. cap. xvi. num. 2.* Prior est: *Voto Religionem, nisi Deus me aliquo modo, aliove obstaculo ad ingressum impetum reddiderit;* quo impedimento lubato, votum asserunt obligare. Posterior est: *Voto Religionem, nisi quid magis expediret meae salutis Deus decreverit.* In hoc casu votum cessare dicitur. Et in dubio, utrum magis expediret sit votens salutem alium statum a Religione, subdunt considerandos esse viros probos, & aliquo dubio permanentes, impetrandam esse voti dispensationem. Generum, ut id quod votum promittit, conditio apposita inepta, & superflua videtur: quoniam, dum aut impedimentum occurrit, aut status maioris perfectionis se se offert; etiam si conditio appo-

sita

sita non fuisset, subintelligeretur. Superflua quoque censio hanc aliam conditionem: *Non me ingressurum Religionem, si potero:* quoniam nemo nisi potens Religionem ingredi tenetur. Et quantum omnes habeant potentiam physicam, non autem omnes moralem; atamen in quolibet voto includitur potestas etiam moralis; idem nisi gravia impedimenta ineptum votentem constituerint. Quod si vis ut rationabiliter propagare conditionem praestant; rem tanti momenti non censeo, ut acriter contendere debeam: potissimum quia in similibus votis temper votentis intentio primum omnium spectanda sit.

II. Quæst. II. Quomodo explicandum est votum istud: *Foras me ingressurum hanc Religionem, si quam intraverit?* Hoc votum proponit D. Antoninus II. *Part. III. cap. xi. §. 4. ut ait.* 4. his verbis. *Si quis iuret, vel coartetur intrare hanc Religionem, si quam intraverit, velut: quis non per hoc principaliter excluditur alius, seu principaliter includitur illa. Et si non parit, tamen sub conditione, scilicet si velit intrare aliquam. Sed si promitteret se nullam aliam intraturum, & non promitteret sibi intrare nec parit, nec sub conditione; non valeret, & potest se votum.* Dum itaque votens aliquam designat Religionem, licet conditionem adiciat, votum validum est; si vero omnem excludat Religionem, votum nullum est, & impium; ut tamen illius voti natura manifestior fiat, votentis intentio est inspicienda. Si enim peculiariter ductus affectu erga talem Religionem, votit illius ingressum tarquam quid principaliter sibi praescriptum; votum validum est; quomodo conditionatum: quia ingressus in Religionem, etiam conditioni alligatus, bonus est, & apta voti materia. Contra, si principaliter voluisset, nullam se ingredi Religionem, tunc tota voti materia esset pura negatio, inepta ad votum; atque adeo nullum esse votum ipsum. Ita communiter Auctores.

III. Quæst. III. Validum ne sit hoc votum: *Vocem, nullam personam oblatulo mihi futuram, quominus Religionem ingrediar, vel aliquid aliud faciam?* Resp. Invalidum esse pronuntiat Sanchez *Lib. II. cap. xvi. n. 7.* Trullenchus *Lib. II. dub. 2. cap. 11. dub. 17. n. 4.* Leander *tract. 1. g. v.* Validum vero mihi videtur: reddidit enim hunc censum, nisi expresse votentis intentio aliud producat: Voces me ingressurum Religionem, qui cumquam perione preces mihi oblatulo sunt; lea vocem me superaturum, quoad potero;

omnium personarum impedimenta, ut Religionem ingrediar. Quid quod citati Auctores asserunt, validum esse votum sic conceptum: *Vocem nihil fore impedimentum, quominus Religionem ingrediar?* Et tamen nullum, nisi in verbis, ditamen habet, si cum alio comparatur.

IV. Quæst. IV. An teneatur ad Religionem ingressum qui votum emitti volens Religionem ingressum? Resp. Negative respondet Sanchez *Lib. II. cap. xvi. n. 8.* & pene ipsum Navarrus *Lib. III. Consil. tit. de vot. Azorius Lib. XI. cap. xxii.* quibus subscribitur Leander, Pellizarius, Balfus, alique. Si votum istud absolute, & a quacunque circumstantia seicundum consideretur; certum est ipsum non inducere obligationem ingrediendi Religionem ob rationem quam citati Auctores assignant: nempe quia aliud est votum volendi, aliud votum faciendi. Quovisve sit velle tantum, non votum facere. Hic autem votens non vovet ingredi, sed vovet se velle ingredi. Ad hoc autem satis est ut aliquando situm a bonaque voluntate habeat ingrediendi; quo minime obstat matrimonio incedendo. Sicut haec vera in quidam metaphysica consideratione. Ceterum, si qui respiciat tale votum emittent, vix habere fundamen tum aliquod praesumendum talem votentem non habuisse intentionem vovendi ingressum in Religionem. Quis prudens voveret, se habiturum voluntatem ingrediendi Religionem, dum simul propositum habeat contrahendi matrimonium? Voluntas ingrediendi Religionem bona est, quia bonum inspicit. At, dum adit contraria deliberata voluntas volendi matrimonium, sunt duoactus qui invicem se collidunt. Quare, si mihi occurreret casus iste, serio votentis intentionem explorarem, quia in praxi aut votum inconsideratum est, & nullum defectu debita cognitionis; aut votens certe ad Religionis ingressum tenetur. Idem dicendum de eo qui voveret se nolle in saeculo vivere, nempe exploranda esset votentis intentio. Citati Auctores autem, ad observationem tali votati futurum quod votens negative se habeat, & nullum eliciat actum contrarium, *Volo in saeculo vivere;* & ideo inerte poterit matrimonium. Mihi ridicula videntur eiusmodi vota; & qui eadem emitterent, nimium impudentes, & inconsiderati. Quare, si deprenderentur homines prudentes esse, qui talia vota sua sic experirent, serio eorum investigationem intentionem: quia communitur qui vovet se nolle in saeculo vivere, prudenter

præsumitur & quod propositum habeat ingrediendi Religionem, & quod votum emittat Religionem assumendi. Nec tam ex verbis, quam ex intentione votantis, obligatio, & natura voti erunda est. Si vera foret contraria sententia, materia istius voti esset mera negatio, & nihil positivi includeret. Idcirco dicunt citati Auctores, quod votans iste debet vi talis voti negative se habere. Sed ego, omnibus pensatis, aut votum nullum censuram, aut votum ad Religionis ingressum obligarem.

V. Quæst. V. An votum mortem in Religione sit votum Religionis? Resp. Adfirmant communiter omnes. Nemo enim mortem occumbere in Religione potest, nisi prius eam ingrediatur. Quin si cuiusmodi voti tenetur votans in eadem perseverare. Disputant dumtaxat Auctores de tempore quo ex vi talis voti utriusque ingrederetur. Alii solummodo, idem dicendum de hoc voto, ac de voto absolute ingrediendi Religionem, quod licet istud votum non inducere obligationem adeo fulliori ingressu. Illis disputantibus, exploranda erant, circumstantiæ consideranda, & circumstantiæ consideranda. Si verborum vis attendatur, quod cuiusmodi votum tam celestem ingrediendi non præferat ac votum absolutum ingrediendi Religionem, videtur satis probabilis. Quod & contrario non permittat longam dilationem, eisdem satis verosimile apparet. Idcirco viri prudentis arbitrio hæc temporis definitio relinquenda est, ut impedias circumstantiis, possit vel anticipare, vel moderare executionis tempus differre.

VI. Quæst. VI. An votum vitae eremiticæ, & solitariae obligationem inducat? Resp. Convenit inter Auctores, hoc non esse verum Religionis votum. De illius obligatione disident. Ne in leviori momenti quætionibus plus iusto immoretur, validum esse votum istud, non videtur ambigendum. Si votentem non plene teneant statum, & perfectionem vite eremiticæ, ac solitariae (quæ absolute specialiter vacatione, & illustratione celesti suscipienda non est) dispensationem poterunt impetrare. Hocque commune est penes Auctores.

§. II.

De obligatione voti assumentis statum religiosum.

I. Quæst. I. An qui vocat absolute Religionem, votum implet, si habitum assumat equitum D. Jacobi, Calatru-

va, Alcantara, & Montis? Resp. Adfirmant aliqui, sed communis sententia negat: tum quia valde controversum est, sine ne isti veri conparati; non enim absolute habitum, sed pauperatam tantum votent: nec absolutam aut pauperatam, aut obedientiam Deo spontent: tum etiam quia, admisso vero eorumdem statu religioso, qui votent Religionem ingredi, non ad cuiusmodi Religiones, sed ad eas quæ vitam cenobiticam præferunt, animum intendunt.

II. Quæst. II. An saltem impletur votum Religionis, si habitus assumatur equitum D. Joannis? Resp. Aiant plures non ignobilis Scriptores: eo quod equites isti emittunt tria vota absoluta, pauperatis, castitatis, & obedientiæ, suntque vere Religiosi; & quoad fieri potest, Melytæ ceterosque vitam communem ducunt, sicut ceteri Religiosi; atque religioni sibi vertunt. dum eam non servant, ut quidam ex istis Equitibus mihi testati sunt, & extra controversiam est quod sint veri Religiosi, cum sub regula à Sede apostolica approbata vitam degant. Communis tamen sententia negat impleri votum absolutum Religionis per assumptionem habitus præfatorum Equitum D. Joannis: quia iuxta communem estimationem qui vocet ingressum Religionis, intendit unam ex Religionibus, in qua à seculi tumultu prorsus se iuncta communis vita ducatur.

III. Quæst. III. An saltem eiusmodi votum impletur per ingressum in Religionem Clericorum eremiticam militarium? Resp. Adfirmant communiter omnes: quippe illi vitam vere regularem in cenobio more aliorum Regularium ducunt.

IV. Quæst. IV. An votum Religionem votum satisficiat, si ingredatur Religiosem relaxatam? Resp. Negant communiter omnes Theologi, qui hæc versant quætionem. Sed explicandam est, quid notant Religionis relaxatæ intelligitur. Nam relaxatio latitudinem maiorem, minoremque admittit. Aliqua Religio (utnam aliquo tantum!) ab antiquo suo rigore declinavit, eo quod nec in cibo eam abstinendam, nec in vestitu eam asperitatem quæ à suis primordiis vigeat, observat; leges tamen, & constitutiones, non modo præcipuas, verum etiam leviores, servari ab omnibus cerat. Votum insuper pauperatis, castitatis, obedientiæ observantia in ea ad nullum viger. Hæc religio, licet aliquantulum antiqui rigoris remiserit; iuxta tamen communem estimatio-

tionem, & reipsa, relaxata non est; sed minor tantum diei potest.

V. Ea Religio relaxata communiter appellatur que in substantialibus, ut aiant, deficit. Leges porro substantiales seu primæ, & potissimum sunt tria vota, & constitutiones; præterquam, quæ proxima sunt his votis seu quæ ad ista testâ custodienda vota necessaria sunt, & sine quibus vix, ac ne vix quidem, votorum observatio consistere valet. Sic votum pauperatis cum privatis peculis, votum castitatis cum libero & cenobio egressu, votum obedientiæ cum libera facultate promovendi proprias rationes componi negatam possunt. Hinc illæ Religiones quarum Religiosi & sua privata peculia, modo ditiora, modo minutora, prout fortuna fert, habent; & domicilia inhabitant ampliora non raro quam secularis, lautioribusque, si velint, epulis vescuntur, lautioribusque, si velint, egrediuntur, ludis vacant, silentia, jeiunia, & ceteras constitutiones passim impunè violant; in quibus denique tanta contentivitate tam Prelati, quam libidini in legum transgressiones conspirant; hæc, inquam, sunt Religiones quantum ad substantialia relaxatæ, quarum religiosi, licet ore tenus iactent se vota observare, manifestissima tamen experientia oppositum tuentur.

VI. Animadvertendum quoque est nullam ferme reperiri Religionem quæ in omnibus suis cenobio collapsa sit; sed fere quælibet vel cenobia, vel Congregationes, vel Provincias habet, in quibus regularis observantia firma persistit.

VII. Dicimus ergo, votentem Religionis ingrediendi, non modo non implere suum votum, si ingredatur Religionem eiusmodi relaxatam quam descripsimus; sed addimus, etiam votum ingrediendi eiusmodi Religiones nullam esse, eo quod non sit de bono meliori Religionis Deo, quod non sit de bono meliori bono, atque adeo nullum. Minor propositio, de quo sola ambigi potest, evidenter ostensa est in nostra Disciplina Apostolice-Monastica; ubi eum qui eiusmodi Religiosem ingreditur, in gravissima pericula æternæ suæ perditionis se se conicere asserimus cum omnibus & Theologis, & Casuistis, quantumlibet benignioribus. Quosdam tantum nunc recenabimus. S. Antoninus III. Part. tit. xvi. c. 11. Thomas Caietanus 2. 2.

g. cxxxix. art. 9. & Tom. I. Opus. tract. ultim. resp. 7. Seraphinus Porretta ibidem. Martinus Navarrus in Manual. c. xlii. n. 45. & 46. Paulus Nazarius de statu Relig. touch. 14. Nyder de Reform. Reg. cap. ix. part. 1. Lopez in instr. cap. xlii. Legatus de obligat. Relig. cap. vii. num. 16. Lessius de instr. & mir. Lib. II. cap. xli. dub. 5. Calfanus a S. Elia deest. l. n. 2. Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xvi. num. 14. Pallesius g. cxxxix. art. 2. num. 6. Leander tract. 1. de iuram. g. xiv. c. 5. Salmantic. tract. xv. cap. 11. punct. 1. n. 3. Rotarius Tom. I. Lib. I. cap. vii. punct. 2. n. 2. Marining de Prob. Tom. II. c. xxxi. g. vii. n. 2. Bonacina disp. iv. g. 11. punct. 5. §. 6. n. 3. Layman Lib. IV. tract. v. cap. vi. n. 5. Ratio satis obvia est, & cuiusque statim occurrit. Quis enim Religiosem votum ingressum, eius statum potissimum ac solum intendit, in quo à mundi periculis procul amotos Deo interire, suamque æternam salutem tutius operari valeat. Porro, dum Religionem collapsam ingreditur, in plura & graviora se conicere dicimus, & in quamdam quasi necessitatem violandi obligationes novas assumptas, maxime pauperatis votum, quod solemniter dicta sunt in memorata Disciplina Apostolice-Monastica dist. v. cap. xlii.

VIII. Quæst. V. An qui vocat ingredi Religionem strictiorem, satisficiat sui obligationem laxiorem ingrediendo? Resp. Nequaquam satisfaciunt, licet peccat mortaliter: quia minus reddit quam promittit. Nemo autem votum maius in minus commutare potest. Hocertum est penes omnes. Quid, si in laxiori militito professionem emittat? Valida ne erit emissa professio? Valida utique erit, non inficior. Votum enim solenne, quale est professio monastica, simplex votum, cuiusmodi erit illud ingrediendi strictiorem Ordinem, dirimit. Idque convenit inter omnes.

IX. Quæst. VI. An qui vocat Religionem strictiorem, & professus fuit in laxiori, licet in hac perseverare valeat? Resp. Nimum involute hæc de re loquuntur Auctores. Communiter namque asserunt, licite enim ibi perseverare posse. Quod non in sensu verum est, iuxta id quod habet D. Th. 2. 2. g. cxxxix. art. 8. ad 3. iniquis. Votum solenne quo quis obligatur minor Religionem, est factus quam votum simplex quo quis stringitur majori Religio. Post votum enim simplex si contraheret aliquis matrimonium, non dirimeretur, sicut post votum solenne. Et ideo illa qui

qui tam profusse est in minori Religione, non tenetur implere votum simplex, quod continetur in tenenda Religione maioris. Ex hac doctrina colligitur Salmantic. *resol. cap. xi. quoniam. l. non. q. quoniam* propria auctoritate posse commutare votum ingrediendi Religionem strictiorem in votum perseverandi in laxiore quia votum perseverandi in laxiore perfectius est voto solum mirandi strictiorem: & laudant plures Auctores, qui revera eandem tenent obnoxiam. Hoc tamen, nisi explicetur, esse potest erroris causa. Cetera ergo a dubiis facienda sunt. Ceterum est, votum solemne simplex votum dissolvere; atque adeo qui emit votum ingrediendi Religionem strictiorem, si professionem in laxiore emisit, non tenetur amplius vi sui voti simpliciter strictiorem amplecti, cum votum illud simplex solum, & extinctum penitus fuerit per votum solemne professionis. Et hoc quod perinet, optime loquuntur cum D. Thomas citati Auctores. Ceterum, si Religio in substantialibus relaxata sit, quamquam non tenetur vi voti preteriti, & extincti ad amplectendam strictiorem; obstringitur tamen ratione legis divinae, quae omnes obligat ad vitandam aeternam damnationis vitandam. Porro demonstretur iam est, nullam esse votum ingrediendi Religionis relaxate; & graviter peccare votentem, nisi ignorantia excuset, dum illud implet ingrediendo eiusmodi Religionem: idque, ut vidimus, docent ipsi Salmantic. cum ceteris omnibus aliis Theologis. Neque igitur talis votens licite perseverare in Religione, quantum ad substantialia, relaxata. D. Thomas autem *loc. cit.* loquitur de Religione minori, seu minus laxiore, relate ad maiorem Religionem, quae rursus est; quarum tamen utraque proprias observet leges, ut fusc palam fecit in citata Disceptatione. Qui autem votit laxiorem, dubio proci valet tale votum suae propria auctoritate in votum assumendi strictiorem Religionem commutare; & eaque ingrediendi votum implere. Qui autem votit unam, non potest in aliam, licet aequae aeternae, non habita dispensatione, ingredi: quia nemo potest, ut probabilis censemus, commutare propria auctoritate votum in aequale bonum, sed solum in evidenter melius.

X. Quæst. VII. Utrum satisfactori voto ingrediendi Religionem strictiorem, si ingrediendi laxiorem, quod privilegium pontificum habet recipiendi eos qui voventur strictiorem? Resp. Admittit communiter Doctores, qui referunt reipia tale privilegium habere Bene-

dictinos, Augustinianos, & alios. Ut et sit de veritate horum privilegiorum, pre oculis semper habenda est distinctio superius tradita; videlicet, si Religio laxioris nomine intelligitur Religio minor, blandior, minusque severa, quae tamen easdem lites anteriores leges servet; privilegio admisso, vera est communis sententia; si autem Religio laxioris nomine veniat Religio collata in substantiis, falsa feret sententia praefata. Negamus enim ullum legitimum privilegium reperiri quod Ordinibus collatis facultatem concedat recipiendi eos qui voventur Religionem arctiorem. Quia asserimus, diplomata pontificia familes Religiones private facultate recipiendi quocumque ad suam professionem.

XI. Quæst. VIII. Quid passus tenetur qui indignis Religionem votit? Resp. D. Thomas 2. 2. q. cxxxix. *art. 3. ad 2. huc latine. Ille qui se voto obligat ad certam Religionem ingressum, tenetur facere quantum in se est, ut in illa Religione recipiatur; & si quidem intendit se simpliciter ad Religionem obligare, si non recipiatur in una Religione, tenetur ire ad aliam; si vero intendit se simpliciter obligare ad unam solum, monetur nisi satisfactionem in eadem obligationis sua. Igitur si votens unam de examine votit Religionem, eam adhibere debet diligentiam, ut recipiatur, quam in eo adhiberet negotio gravissimi momenti. Si ab uno Cœnobio repalliam vulerit, quatuor, aut quinque alia debet adire, ut dicunt communiter Doctores; quemadmodum, si votit Religionem indefinite, quatuor, aut quinque Ordines; & cuiusque Ordinis quinque aut sex Conventus explorare tenetur, ut, si ab omnibus relictus fuerit, liber a voto sit. Ita docent Sanchez, Capropalans, Trullenchus, Leander, & alii. Dispensant etiam, an tenentur extra propriam nationem, & patriam se conferre, atque alterius linguæ, & regionis Cœnobio adire. Sed hoc communiter negant. Satis videtur id prudens arbitrio relinquendum. Id solum semper advertendum, quod Religiosus collatus ingressum nec attentare, nec exequi debet. Si votens liber sit ab impedimentis, facilis erit illi in unam aut alteram Religionem ingressus; si impedimentis sit irretitus, nullam inveniet. Qui est ineptus ad unam, aptus ad aliam esse potest. Quae omnia a pluribus circumstantiis pendunt. Ideo regula certa assignari nequit; led id vii prudentis iudicio remittitur, oportet. Hinc colligitur, veram absolute non esse opinionem Sanchez, Capropalans, Leanderi, & Salmanti-*

can.

canoniam, asserentiam illum qui votit Religionem indefinite, cogendum non esse ad ingrediendum Ordinem strictissimum, ut Capropalans, Carthageniensis, Camaldulensis, & Minorum. Quandoquidem occurrere potest, & quidem non raro, ut votens is omnibus possit quae ad unam ex praefatis Ordinibus habent, aptumque ipsum constiterit: ut autem ineptus ad alios Ordines. Si votens fatuus, robustusque sit, si nullam adversus talem Ordinem aversionem experiat, si indole optima sit instructus, si virtutis ardore flaget; cur non consulescendus sit ipsi tali Religioni ingressus? Qua ratione Abiolute assumenda voto erit estimendus? Abiolute ergo illorum Doctorum regula falsa videtur. Quare, ut diximus, iudicio prudentis, docti, & pii viri totum est relinquendum. Idem pariter asserendum de mulieribus, ac de hominibus. Ad diversitatem tamen patriæ, & provinciae quod attinet, mulieres communiter cogendae non sunt, ut extra propriam urbem, aut saltem nimis a parentibus remotum Conventum inquirent. Homines qui Religionem voventur indefinite, si communiter repalliam acceperint ab omnibus Ordinibus, haudquaquam tenentur ingredi Ordinem Equitum D. Iohannis, Calatrave, vel Alcantare: quia eiusmodi Ordines militibus non comprehensum sub voto Religiosis in generaliter, ut supra explicatum est.

XII. Quæst. IX. Qui votit ingredi hunc singularem Conventum, irrepalliam ferat, tenetur ne alia adire Cœnobio? Resp. Ex intentione votentis solutio colligenda est. Si aliquo peculiari rationis momento ductus tale Cœnobium primo & principaliter sibi praesertit, & repalliam passus fuerit, liber a voto manet. Cautè tamen, & tero exploranda est votentis intentio. Quoniam, si sola quadam affectu peculiaris ergo tale Cœnobium impullum tantummodo ad votum eliciendum adhibet, nullaque solida ratio talis definitur electionis elucet; tunc non est liber a debito curandi acceptationem in aliis eisdem Ordinis Cœnobis: quia in his circumstantiis patet, hunc votentem primo, & per se intendisse ingressum in hanc Religionem, deinde in tale Cœnobium. In similibus causis iudicium totum pendet a votentis expositione.

XIII. Quæst. X. Vovens semel legitime relictus a Monasterio, vel Religione, tenetur ne ad illam amplectendam, si postea ab eadem Religione, vel Monasterio irretitur? Resp. Quod penes omnes certum est, primo loco dicendum venit. Si quis ob aliquod tempo-

ranem impedimentum repellatur, impedimentum sublato, vi voti tenetur regressum postulare. Idque inter omnes convenit; quemadmodum certum est, quod, si votens reiciatur ob aliquod impedimentum appaens, & reipia saluum, ut si recipiendus reputaretur alicui alieno parvatis, illegitime natus, morbo occulto infectus, qui revera non esset: certum, inquam, est quod tenetur ingredi Religionem, si cognita veritate Religio eum exciperet.

XIV. Quod attinet in dispensationem revocant, est, nimirum legitimum, & absolute, atque in perpetuum revellus; liber a voto maneat; ita ut, si a Religione denovo invitetur, non tenatur ad ingressum. Liberum a voti vinculo communiter Auctores hunc talem declarant: quae opinio & mihi videtur probabilior: alioquin votens sine anctore, & superfluum toto vite sure tempore manere cogetur. Ad hanc vero sortem adeo ancipitem non est ulla ratio praesumptiva quae se solvitur obligare, dum votum Religionis emisit: neque ex voti natura tam grave onus colligi pruden-ter potest. Minus tamen probabile nobis videtur quod Salmantic. cum Capropalans, Aragonio, Pellizzario, Diana, alioque docent *loc. cit. n. 1.* nempe quod votens facta sua petitione pro admissione ad habitum religionis, non tenatur vi voti expectare consensum Religionis, si hanc tempus querat ad deliberandum, seu si differat deliberationem: quia, inquam, censetur emillum votum sub hac conditione: Si facta debita diligentia Religio admittere voluerit. Hæc, inquam, opinio & minus probabilis, & falsa nobis apparet: quia vix est Religio causa, & prudens in recipiendis candidatis, quæ in aliquod tempus acceptationem non differat, ut comparat, utrum expediens sit postulationem admittente, & ut periculum faciat, utrum consensum, & firma sit eius voluntas. Tantum ergo abest ut in voto includatur conditio substantialis acceptationis, quin potius tunc congrua dilatio semper praesumitur. Dicendum ergo, quod, si dilatio talis sit quaerendum, si conditio solida prebeat desperandi de assequendo ingressu, tunc a voto liber dicendus est votens; secus, si dilatio moderata sit, sponetque reliquit obtinendi opportuno tempore acceptationem.

XV. Quæst. XI. Prelatus regularis repellere ne licite velit eisdem facilitate eum qui voto Religionis obstrictus est, ac eum qui nullo devotitur voto? Resp. Admittit communis sententia, & merito: quia obligatio votentis nullo

nullo modo afficit Prelatus, seu Religiosem acceptantem. Votum huiusmodi emissum fuit sub hac conditione, videlicet si Prelatus acceptare voluerit.

XVI. Quæst. XII. *Qui vovit Religionem, ut in eadem Clericus esset, libet ne a voto cesset, si Religio illius eum admittit nisi ut laicus.* Resp. Libet omnino esse: quia votum non obligat præter votantis intentionem: votans autem expresse intendit, dum votum emittit, clericatum profiteri. Ergo, hac deficiente conditione, votum suatum remanet. Quod nihil, cum votum edidit, de clericali, vel laicali statu cogitavit; & utriusque statum, clericalem scilicet, & laicalem aptus sit: illum gradum suscipere tenetur quem Religio præcipit. Qui expresse vovit statum sacerdotalem suscipere, poterit commutare votum, & fieri laicus, & contra, si Religio tamen consenserit: eo quod accidentaliter mutatio fit intra eandem Religionem. Hæc omnia communia penes omnes sunt. Ex conditione tamen votantis facile plerumque est dignoscere, quem statum, si expresse, statum tacite sibi præcipere voluerit. Quod si nullo modo cognosci potest, arbitrio Religiois, ut diximus, stare votans debet.

XVII. Quæst. XIII. *Spiritus ignorans constitutionem licet si, qua spiritus a gradibus, & dignitatibus repelluntur, vovit Religionem, negat constitutione tenetur ne votum impleat.* Resp. Negat communitè Doctores: cum enim ignorans ad tales dignitates, & gradus ascendens aptus non sit, gravem ignominiam patitur ob talem penalem privationem. Idemque afferunt de votente Religionem que similem legem habeat, si tempore omnino illam ignoraverit. Sic docet Sanchez Lib. II. cap. xxi. n. 59. Velázquez Tom. I. tract. IV. cap. I. sec. 1. q. IX. n. 55. Leander tract. 3. disp. XXI. q. XLIII. Calpurnius tract. 1. disp. 1. p. 101. 2. Non leve mihi negotium facessit opinio libere, eo quod non quodcumque incommodum, vel difficultas factus est ad votum diri mendium. Qui mundum, & omnia que mundus dare potest, sine divitiis, sine dignitate contemnit, ut evangelicam perfectionem proficiatur, ut humilitatis virtus, que universæ incognitatis hinc est, se se exercat, præsumitur prudentissime, dum votum emittit, omnibus gradibus, & dignitatibus renuntiat: quin natura talis voti hanc renuntiationem includere videtur. Accedit quod præfata graduum privato mundanis, non religiois ho-

minibus ignominiam inferat. Si Religiosi ipsi doctores, probatores, sanctiores Religiosi fuerint, ceteris quantalibet dignitate præstantibus eminebunt. Quare prædilectissima sententia plus humanis affectibus quam evangelicis commisit, ad quorum observationem vitam suam se exalturum spondet qui vovet Religionem, videtur accedere. Ego sane ob solam hanc difficultatem, nisi peculiaris circumstantia occurrerent, non existerem Religionis ingressu cum qui eandem voluisset, præfata lege ignorata.

XVIII. Quæst. XIV. *Qui vovet Religionem in statu sacerdotali, tenetur ne grammaticam ediscere, cum ob illius ignorantiam non admittitur.* Resp. Adfirmat communis sententia. Sotus Lib. VII. q. 11. art. 1. ad 3. Sanchez Lib. II. cap. XVI. n. 61. Suarez Tom. III. de Relig. Lib. II. cap. 11. n. 21. Bonacina disp. IX. q. IX. p. 101. 3. n. 14. Leander tract. 1. disp. XXXI. q. XIV. Aragon, Ledesma, Rodríguez, Azorius, & alii. Quippe qui vult finem, & media que ad hunc assequendum conducunt, velle oportet. Si tamen dum vovit, paravit intra Religionem addicere eam posse, non tenetur eam addicere extra: quoniam constat de eius expressa intentione, ultra quam votum non obliget. Si post grammaticam addicere, oportet fieri laicum, Religione consentiente: quia tunc perfectius votum implere censetur, quod peculiariter talis status humilitatem, & laborem. Quis si tempore emissi voti de Religione in statu sacerdotali amplectenda, ignoravit necessariam esse grammaticam cognitionem? Tenetur ne eam addicere? Negant citati Auctores, eo quod superveniens difficultas adeo gravis est, ut satis sit ad voti dissolutionem. Id tamen ex circumstantiis colligendum videtur. Si enim votens ita erga Religionem affectus fuisset, ut, si hanc difficultatem levasset, nihilominus illam voluisset, profecto ad discendum grammaticam tenetur. Si contra prudenter præsumatur non editorum fuisse votum, quodcumqueque periculum habuisset eiusmodi impedimentum, liber a voto remanet, nec statum laicalem in præfata Religione amplècti obstringitur; quemadmodum non tenetur fieri laicus qui vovit Religionem in statu clericali, sciens ad hanc statum requiri grammaticam si possit, & rei periculo factio, impetens omnino deprecandam ad eam perdendum: quia motu impotentia solvit a voti debito. Ex alia parte status laicorum præter illius intentionem fuit in voti emissionem. Si dum votum

emissit, dubius erat, an necessaria nec ne esset grammatica ad statum clericalem, eam addicere tenetur: quia, dum anceps erat, certiorum se facere debebat. Quin, si dubius extitisset, utrum requireretur liberum arrium cognitio ad Philosophiam, vel Theologiam comparandam; cogere artes illas addicere ob rationem datam: quoniam, dum sic dubius votum emittit, præsumitur se obligasse ad ea omnia exequenda que ad finem obtinendum necessaria sunt. Dum autem dubitatur, an votans sciverit nec ne tenent dubitatur, an votans grammaticam ad statum pore voti, requiri scilicet illum scivisset clericalem, præsumendum est illum scivisse: cum nulla Religio sit que talem notitiam committit id est compertum. Qui vovit statum laicorum, non tenetur artem mechanice addicere, ut recipiatur, si ob hunc defectum Religio illam excluderet: quando de tali arte votum omnitem nihil omnino cogitavit. Contra, si scivisset aliquam artem esse necessariam in Religione ingressum, tunc deberet aliquam artem discere. Animadvertit tamen Sotus Lib. VII. de iust. q. 11. art. 1. teneri votentem addicere artem quam Religio exigit, etiam si de illa nil cogitaverit; quando talis nature ars sit, ut facile possit disci, & alioquin vix utilis foret Religioni votens sine tali arte. Quisquis enim tenetur exequi media facilia, ut compos voti sui evadat. Que sententia vera est.

XIX. Quæst. XV. *Qui, voto Religionis emissio, contrahit matrimonium, vel, contracto & consummato matrimonio, vovet Religionem, quid peragere debet?* Resp. Si religiosus votum præcessit matrimonium, peccat mortaliter contrahens matrimonium. Integro bimeltri nec petere debuit, nec reddere licite valet: quia cum intra hoc bimeltri adhuc implere suum votum possit, statum religiosum assumendo, idcirco peccat mortaliter tam reddendo quam petendo. Transacto bimeltri, reddere tenetur, minime vero petere potest. Consummato tamen matrimonio, si cum culpa, sive abique culpa, tunc & reddere, & petere posse lenient Lessius, Palani, Bonacina, Sanchez, & Salmanticenses loc. cit. n. 19. Si vero post consummatum matrimonium coniuges mutuo consensu vovent, possunt reddere, & petere: quia utriusque non impedit Religionis suscipiendæ votum. Votum Religionis emissum post sponsalia validum est: quia sponsalia censentur contrahit sub hac conditione, Nisi melius statum elegero. Et, si quis post matrimonium ratum,

non consummatum, ius habet ingrediendi Religionem; potiore iure gaudet post contracta sponsalia. Verum de his omnibus suffus, cum de matrimonio sermo erit.

XX. Quæst. XVI. *Impiet ne votum Religionis qui Episcopatum suscipit?* Resp. Negat communis sententia. Id colligitur ex cap. Per quas x. de votis, ubi ad hunc calum respondet Innocentius III. *Consistimus, ut si tuos satana desiderat conscientiam, regnum regnum Ecclesie, & radice Aristifimo votatus.* Ratio quippe clara est: quia licet status Episcopalis absolute perfectior sit, prout ad promovendam perfectionem in aliis incumbit; nihilominus, exilio causa necessitatis, melius & tutius est votente Religionem amplècti quam suscipere Episcopatum, ad quem nemo accedere debet, nisi peculiariter ductus vocatione, & veluti a superioribus coactus. Et hæc communis sententia est.

§. III.

De debito quo obstringitur perseverare in Religione qui illam vovit.

QUI non solum ingressum in Religionem, sed insuper perseverantiam in eadem vovit, ad utrumque obstringitur. Qui vero absolute Religionem vovit, ad aliud non tenetur vi voti, nisi illam ingredi, & probationis, ut vocant, anno eandem experiri sincero animo illam professendi: si experientiam lux æterna saluti ipsam agnovit. Quamobrem, si abique saluti culpa eiciatur, liber a voto manet, nec alterius Religionis ingressum querere tenetur. Neque est præsumendum, quando id aperte non constat, eum qui vovit Religionem, vovisse quidem perseverantiam in eadem; quandoquidem istud distinctum uno est, quod adiciendum non est votenti præter eius intentionem. De hoc agit D. Thomas 2. 2. quæst. cxxxix. art. 4.

II. Quæst. I. *Qui intravit Religionem animo excedendi, satisfacti ne voto?* Resp. S. Th. loc. cit. ad 3. respondet, quod ille qui intrat, ut statim exeat, non videtur satisfacti voto suo, quia ipse in votando hoc non intendit: & ideo tenetur mutare propositum, ut saltem vellet experiri, an ei expediat in Religione remanere; non autem tenetur ad perpetuum renuntiare. Ratio clara est. Qui enim votum Religionem, non vovit solum religiosum habitum susceptionem, sed statum religiosum, in quo Deo servare possit: quare, nisi experiat statum hunc minus fibi congruum, non potest

potest licite illum deserere. Sic docent communiter omnes.

III. Quæst. II. Qui religionem intrare animo excedit, simulque non proposito Deum servare, ut illius loci immutare, satisfecerit ne voti? Resp. Adfirmat Leander tract. 1. disp. xxi. q. 11. ubi citat Angelum, Richardum, Sylvestrum, Sanchez, & Basilium. Sylvester tract. Relig. 2. q. xix. resp. refert opinionem Richardi ita sententis: & Sanchez Lib. IV. cap. xxix. n. 73. cum pluribus aliis tunc ipsam sententiam defendit, eo quod bona fide prelatet omnia que ex parte sua necessaria sunt ad obtinendum affectum sui voti. Verum, quando votum animo excedit, ingrediatur, propositum quod allegatur dandi operam ut Deus cor immutet, fallax de mendax presumitur. Quare primum omnium animam excedi deponere debet, ac deinde Deum orare, ut cor emolliat. Quomodo enim bona fide, & sincere Deum orare potest, ut immutet eum, si deliberato animo excedi ille ingrediatur? Quare mihi probabilis, & sinceritas conformis videtur, si prius votentem debere primum excedi animum deponere, deinde operam dare ut Deus cordis immutet duritiam. Si vero ingressus prolatio animo excedit, & cum proposito perseverandi (quæ duo fiscal pugnant) resp. Religionem relinqueret, deinde illum argueret ut animo excedi deposito, periculum rei de more faceret, & tunc si bona fide experimento facti, a Religione excederetur, eo quod futurum illum minus sibi contentum experiretur, eum a voto liberum declararet. Hinc potiore iure dicendum est, & communiter Auctores docent, non satisfacere voto Religionis cum qui animo non perseverandi ingrediatur, si potest, etiam eo nullam causam exeat, quia bona fide Religionem expertus non est: & ideo tenetur sincero animo negotium peragere, ut voto suo faciat satis.

IV. Quæst. III. Qui votum exiit ingrediendi, & statim excedit, vel cum expressa intentione fraudi libertate a iure Novitii concessa, ad quid tenetur? Resp. Votum ingrediendi, & illico ingrediendi nullum est, & ineptum; quando tam ingressus, quam egressus æquo modo continentur voti materiam. Si vero votum per se ingressum recipiatur, & egressus esset circumstantia adiecta, votum validum foret, & votens ad ingressum tenetur, atque circumstantia, tanquam inique adiecta, servanda non esset. Qui votum cum hac expressa intentione fraudi libertate, qua

gaudent Novitii experientis abique illius voti vinculo Religionem, dubio procul, facta experientia, egressi valet, & voto fecit satis. Sic expresse D. Thomas 2. 2. q. cxxxix. art. 4. in corp. Si autem intendi se obligare ad ingressum Religionis causis experientis, cum libertate remanendi, vel non remanendi, non obligum est quod remanere non oportet. Si tamen abique omni iusta causa exierit, in peccato contra votum, delinqueret tamen ad verum divinam clementiam, cuius beneficia pro nihilo duceret, & contemneret. Subdit vero Angelicus ibidem: Si vero in evoendo simpliciter ad ingressum Religionis cogitavit, abique hoc quod cogitavit de libertate exiit, vel de perpetuitate remanendi, videtur obligum ad ingressum Religionis secundum formam iuris communitatis, que est ut ingrediendi non debet minus probationis: unde non tenetur prelati in Religione permanere. Itaque si, prout experientis, hoc iustam causam egrediar, nota satisficit.

V. Quæst. IV. Qui votum Religionis adfuit, nihil free de perseverantia, siue de egressu cogitavit, satisficit in voto, si ingrediatur Religionem, & facti experientis, abique illa causa, sed sola libertate exitus, cogitavit, vel hinc concessa, egrediar? Resp. Adfirmat non parvi. Henricus Gandavensis quodlib. 113. q. 11. & quodlib. 111. q. xv. Navarrus Lib. III. Consil. de voto consil. 3. fr. 10. Angelus verb. Votum 3. num. 18. & alii, qui citat Sanchez Lib. IV. cap. xvi. num. 89. Ratio illius opinionis est, quia votum, quemadmodum & iuramentum, omnes limitationes, ac exceptiones suscipit quas ius tribuit, l. fin. cap. de condit. instab. Ergo votum Religionis intelligitur pro sua experientia facti iuxta ius regulas. Quoniam ius tribuit facultatem candidatis experienti intra annum probationis Religionem cum plena facultate egrediendi.

VI. Contrarium sententiam, que probabilior est, & quam communiter Auctores tradunt, amplectimur Ratio videns est. Nam qui votum Religionem, voverit se vitam ducturum in tali statu, admittit quod statum ille, facti experientis, gratis sibi fit, nullaque sufficientes ratio occurrat cur debeat ab eodem recedere. Si enim voveret Religionem, ex mere arbitrio relinquendum, nulla etiam ingratum causa, ingressus ille vanus, & inutilis esset, iniquaque voti materia. Immo omnes qui ingrediuntur Religionem, si prouiderent, ut presumere debemus, agant, intendunt perseverare in eadem: idque omnes

qui

qui prouident votum Religionis educe, sibi praesunt. Ergo, si nulla occurrerit causa recedendi, ut votum impleatur, voverit tenetur in Religione perseverare. Nec obstat ratio contraria tenentis, quod ius plenum intra annum probationis libertatem recedendi concedit in foro exteriori, ne scilicet detur actio contra Novitios excedentes. Hinc etenim minime igitur posse Novitium, tamen voti solutum, abique ulla omnino causa, & mere arbitrio recedere a Religione, quam feruam non peccator contra votum, peccator tamen peccato levitatis, temeritatis, & ingratitude aduersus divinam bonitatem. Porro, si vel ipsi voto soluti peccarent, si licent venialiter, quoties abique omni causa a Religione suscepta recederent; quid dicendum de iis qui voto forent obstricti? Ipsi sane & graviter peccarent recedentes, & a votum non tamen essent liberi; sed iterum ad ingressum, & experientiam bona fide Religionem adstringerentur. Ita docent Caietan 2. 2. quest. cxxxix. art. 4. dub. 3. Armilla verb. Novit. n. 10. Sotus Lib. VIII. q. 11. ar. 1. ad 3. Aragon 2. 2. quest. cxxxviii. art. 3. Toletus Lib. IV. Sum. cap. xviii. n. 12. Valentia 2. 2. disp. vi. q. vi. punct. 4. Manuel Tom. II. Sum. cap. xvi. n. 2. Leander tract. 1. disp. xxi. q. 11. Sanchez Lib. IV. cap. xvi. n. 90. & alii plures.

VII. Quæst. V. Quamvis sunt iuste causas resistendi a Religione? Resp. Ut ex dictis patet, siue voto solutus, siue voto obstrictus, peccat iuxta communem sententiam si abique ulla legitima causa, sed ex mere arbitrio deserat Religionem quam erat ingressus. Hoc tamen est discrimen, quod liber a voto venialiter, votum huius mortaliter peccat. Assignanda nunc causæ sufficientes, ut tam ille qui vovit, quam qui non vovit, recedere licite valeat. Ac primo certum est, maiorem requiri causam in eo qui Religionem votum emittit, quam in eo qui Religionem sine voto suscipit. Ut enim Novitius liber a voto exire licite a Religione queat, iustificat quæcumque rationalis causa, puta, quod Religio illi grata non sit, quod in eadem prævidetur non latam se vitam ducturum &c. immo facti est ut probabiliter timere possit eiusmodi mala. Ceterum qui ex voto Religionem ingressus fuit, non nisi ob causas graves, & moraliter certas Religionem quam vovit, recedere valet. Eiusmodi porro sunt grave periculum alicuius damni magni momenti, siue temporalis, siue spi-

ritualis; gravissima tentationes, quas ei resisti statim aliter; impotentia ad onera Religionis sustinenda; gratis parentum necessitas, idque genus similia: que omnia prudentis viri iudicio subsistenda sunt, ut circumstantiis inspectis, quod expediens voverit indicaverit, decernat. Qui non solum votum Religionem, sed etiam perseverantiam in eadem, necque ob causas ceteroquin iustas recedere valet. Sola hinc impotentia, & quod a Religione abique illius culpa expellatur, a voto exire valet. Si enim iuxta culpa repelleretur, a voto liber minime esset.

VIII. Quæst. VI. Qui ultra votum Religionis voti quoque perseverantiam in eadem, tenetur ne iis perseverare, ut si ex iustis causis non recedere contingat, debeat deinde eum ingredi? Resp. Qui duo vovit, ingressum sollicit, & perseverantiam, non latifacit voto solo ingressu, nisi addat simul perseverantiam: ergo si recedit etiam ex iusta aliquo causa, tenetur deinde tentare ingressum. Sola enim, ut modo dictum est, evidens impotentia ad professionem, vel Religionis expulso abique voventis culpa, potest eum a voto vinculo liberare. Si tamen difficultas gravissima superveniret, tempore voti ignorata, possit recedere; at, tali difficultate cessante, tenetur iterum Religionem amplecti. Hæc sententia mihi probabilior videtur, & licet multi Auctores contrariam defendant, plures tamen nostram tuerentur. D. Th. 2. 2. q. cxxxix. art. 4. Caietan ibidem; Sanchez Lib. IV. cap. xvi. n. 81. citans Navar. Consil. Novitii & Valent. Rodrig. eam quoque iustas causas diffinit. xxx. art. 15. dub. 1. Layman Lib. IV. tract. v. cap. vi. n. 13. Portell. verb. Votum n. 42. Bellarmin. Tom. I. tract. 11. cap. vi. n. 21. Toletus Lib. IV. cap. xviii. n. 12. Valentia 2. 2. disp. q. 11. punct. 5. q. vi. n. 22. Salmeron. tract. 11. cap. 11. punct. 2. n. 28. Leander tract. 1. disp. xxi. q. 11. Basilium Tom. II. verb. Votum, Sum. Tom. III. de Relig. Lib. IV. cap. xv. n. 1. Trullenchus Lib. I. de Decal. cap. 13. dub. 20. n. 2. Lopez. Part. I. Jurispr. cap. xv. & plures alii.

IX. Quæst. VII. Qui voto perseverandi in Religione ligatus expulso est, tenetur ac in seculo remanere castitatem servare? Resp. In primis, si abique sua culpa fuerit expulso, ipsum non teneri ad castitatem servandam certum videtur: quia castitas non includitur in voto ingressu, sed in sola professione monastica: quare, dum hinc non mittitur, votum castitatis non obligat. Hæc ratio evincit quæ sit ad castitatem cum non fuerit, etiam

etiam si propria culpa repulsi fuisset. Hanc sententiam docent Catechismus 2. 2. q. cxxxix. art. 3. ad 2. Armilla verb. Votum n. 18. Navarrus c. xli. n. 47. & 48. Azorius Lib. IX. cap. xxii. q. 11. Sanchez Lib. II. cap. xvi. n. cxi. Ioannes a S. Thoma disp. xxix. art. 11. Trellehen Lib. II. cap. 11. dist. 11. n. 20. Leonardus tract. 1. disp. xxxi. q. 1. Si veto quis votis. Religionem, & castitatem simul & principaliter, ad castitatem teneretur, etiam si feculo remaneret. Si vero castitatem vorisset dependenter a Religione, cessante voto Religionis, cessaret quoque votum castitatis: quia corruit accessorium, principali cadente. Quando dubium occurrit, num castitas promissa fuerit dependenter a Religione, tunc exploranda est votantis intentio, si ex verbis quibus votum conceptum fuerit, dubium oriatur. Si autem de ipsius votantis intentione dubitetur, nec possit ex circumstantiis dubium deponi; tunc observanda regula est que asserit, in dubiis tutiorem partem esse eligendam.

§. IV.

De tempore quo urget necessitas implendi votum Religionis.

QUI absolute Religionem vovit nullo praefinito tempore, tenetur, quamprimum commode potest, votum implere, ut declaratum habetur Deut. xxxiii. Cum votum coeverit Dominus Deo tuo; non tardabis reddere: & si moratus fueris, reputabitur Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Idipsum precipitur Ecclesiastice v. Si quis voverit Dominum, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Cum dicitur, quamprimum commode potest, sensus minime est quod quæcumque difficultas satis sit ad differendum Religionis ingressum, sed indicatur quod solommodo grave aliquod obstaculum potest quandoque excusare dilationem. Si enim quæcumque difficultas satis foret ad licite moras necedandam, vix unquam tempus adesse opportunum, & commodus implendi votum. Illud ergo tempus opportunum pro voti executione reputatur, quo votans mortaliter, id est absque urgente, & gravique impedimento, seculum relinquere, & Religionem amplecti valet. Si ergo evenire promissiones hominibus factæ indefinite ad executionem obligant, prima opportunity oblatæ; ita & de promissione Deo unitate oblata: qui enim nullum nuncupata dicendum est. Qui enim nullum præscriptum sibi tempus, nullam rationem ha-

bet cur debeat expectare tempus futurum; alioquin semel concesso quod in futurum tempus differre possit promissionem suam, iam nullum posset pro executione tempus definitum. Quæ tamen non ita severe accipias velim, ut ad incitas redigas votentem. Sed per oculos habenda est lex. Quod dicitur si de solationibus. Statim julce & cum aliquo temperamento temporis intelligendum est. Item lex Continuis §. Cum ita §. de verbis obligati. Eiusmodi ergo ad verba statim, quamprimum admittitur quoddam temporis intervallum, quod nec minimum, nec maximum est, sed congruum. Quoddam autem dicendum sit congruum spatium, absolute definiti nequit, sed arbitrio prudentis est relinquendum. Modo brevius, modo longius spatium concedi potest, diversitate circumstantiarum inspectata. Si bona fide res agatur, facilitatis quinque definite poterit tale temporis intervallum.

II. Quæst. I. Qui voto Religionis obstrictus est, peccat ne mortaliter, si ingressum suum pro annuo integrum differat? Resp. Aliqui Auctores, ut Ledesma Tom. II. tract. x. cap. 111. dub. ulti. Rodriguez Tom. II. cap. xxv. n. 9. sentent, dilationem duorum aut trium annorum requiri in voto Religionis, ut notabilis mora dicatur, et ut votans mortaliter peccet; in ceteris vero votis, ut leuitium, elemosinam, peregrinationis &c. que perpetuum divinum obsequium non inspicunt, maiorem concedunt dilationem; & tunc solum votentem peccare mortaliter, cum periculo non implendi votum se exponit. Hæc opinio nimis laxa est. Licet enim plus temporis requiratur in votis aliis a Religione, nullum tamen promissionis executio tam longo spatio abique gravi culpa differri potest. Communiter ergo Auctores sentiunt, peccare mortaliter voto Religionis devotum, si data opportunity ultra dimidium anni voti sui executionem procrastinet. Plus temporis pro allocationem votorum executione permittunt, quis in his per dilationem nihil divino obsequio subtrahatur. Si quis tamen ultra unum aut alterum annum etiam litorum executionem protraheret; peccaret mortaliter, nisi gravia excusarent impedimenta.

III. Quæst. II. Qui tempus definitum pro voti sui executione, tenetur ne intra praefinito temporis intervallum suum votum implere? Adhuc omnes. Difficultas solum occurrit, utrum, si praevidetur impedimentum, quod impossibilem designato tempore reddat voti observantiam, teneatur prevenire tempus illud. Negant communiter, & merito Au-

Auctores: quia votum non obligat, præter votantis intentionem; votens autem ante definitum tempus nolit se obligare: ergo illud anticipare haudquam tenetur; quemadmodum non assignatur quis audire Missam ante diem festum, nec tempore bacchanaliorum ieiunare; licet praevideat & in die festo, & in quadragesima futura impedimenta, quibus & a sacro audiendo, & a ieiunio servando prohibeatur. Suarez Tom. I. de Relig. Lib. V. de voto cap. xiv. num. 5. Bonacina Tom. II. disp. xv. q. 11. punct. 5. §. 1. n. 11. Calpurnius tract. xv. punct. 15. Salmanticenses tract. xv. cap. 11. punct. 3. n. 33. & alii.

IV. Quæst. III. Quomodo se gerere debet votens in executione voti, si tempus definitum latitudinem excipiat? Resp. Si quis promissit se Religionem ingressurum infra annum, lex menses dec. non tenetur, nisi in ultimo intervallo temporis designati. Si tamen praevideret ultimo temporis spatio aliquid sibi futura impedimentum, tunc executionem anticipare deberet: quia totum designatum tempus executioni voti obnoxium est. Ergo, dum praevidet se non posse illud implere in hoc determinato temporis spatio, tenetur in alio. Idcirco namque designatum, latumque tempus sibi votens præstituit, ut, si in aliquo intervallo obstacula occurrerent, in alio possit intervallo libero ab impedimentis suum votum implere; quemadmodum, si quis praevidet se non posse audire in die festo Missam circiter intendens, tenetur mane eam audire: quia totum tempus illud obligationi est assignatum. Ita D. L. in 1. disp. xxxv. 11. q. 1. art. 3. questio. 1. ad 7. Sanchez Tom. II. de Relig. Lib. V. cap. xv. n. 7. Sanchez Lib. II. cap. xv. num. 8. Bonacina disp. xv. q. 11. punct. 5. §. 1. num. 13. Salmanticenses tract. xv. cap. 11. punct. 3. num. 34. & communiter alii.

V. Quæst. IV. Qui tempore designato votum non implerit, tenetur ne elaso tempore illud implere? Resp. Adhuc communis sententia: quia temporis definitio nota fuit, non ad extinguen-dam, sed ad maturandam obligationem. Qui enim votum tempore determinato Religionis ingressum, duplex sibi imponitur, ingressum scilicet Religionis, & executionem eius infra definiti temporis cancellos. Violata hæc secunda obligatio, consistit prima. Secunda dicendum, si vovisset ieiunium in vigilia alicuius solemnitatis: quia clarum est, ieiunium illud per se spectare honorem, & obsequium offerendum Deo in honorem talis Sancti: elaso autem eo die,

Conc. Theol. Tom. III.

voti quoque finis dabitur. Ceterum vota que spectant immediate bonum votantis, elaso tempore præstituro, adhuc impleri debent. Anne, si creditor promitteret debitum solutionem intra mentem; liber esse a debito solvendo, eo quod intra mentem non solvere? Nemo id dixerit. Sententia illius communitas est.

VI. Quæst. V. Qui votis Religionem ab aliquo peculiarem finem, vel dependenter ab aliqua conditione, est ne a voti obligatione absolutus, cessante voti fine, vel conditione? Resp. Quando conditio, vel finis est tota, & unica causa emittendi votum, cessante fine, vel conditione, cessat votum, ut omnes fatentur. Sic, si vovisset Religionem ob id solum ut eulturas societatem talis mulieris; si hæc denatetur, liber a voto est. Si religionem vovens, dummodo a tali morbo, quo afflicte laboras, convalescis, dummodo pater consentiret &c. deficientibus his conditionibus, a voto, nempe dissentiente, immunitus es.

VII. Quæst. VI. Qui voto conditionali ligatus sponte impedimento apponi ne conditio eveniat, liber ne a voto exeat? Resp. Præterquam responsionem exhibeo, vota conditionata describenda sunt, quoniam diversis generis esse possunt. Si quis hoc votum emittent, & voto Religionem, si in tale flagitium lapsus fuerit, certum est votentem liberum a voto evadere, si flagitium vitaverit: quamquam animo non implendi votum ab illo abstinuerit: siquidem votum illud per illud momentum sibi imposuit; & quod primo-rationaliter intendit, fuit peccati supra. Quare dicitur in peccatum non laborat, ad votum non tenetur. Nullo autem modo peccat contra votum, etiam si peccati huius votum vitare speraret: quia ille sibi tale vis servavit, utendi scilicet voti, & omnis subeundi consideratione, tunc freno quo tenetur a peccato declinet. Idcirco convenit inter omnes. Difficultas potius est de eiusmodi votis, Voto Religionem, si tale peccatum non perpetraverit; & votens postea deliberato animo in peccatum prolabitur, ut a voto immunitus evadat: Voto Religionem, si in talem locum transierit, si ab infirmitate convalescit, si pater consentit &c. ac deinde comminationibus ventrem vexat, ne sanus fiat, ad locum illud accedit, ne conditio eveniat, pater fraude, & dolo a consensu prevalendo removeret: difficultas, inquam, est, utrum hic votens qui sic se gerit, solutus sit a voti vinculo.

VIII. Adhuc Salmanticenses tract. xv. cap. 11. punct. 4. n. 40. & pro hæc sententia

laudant Suarez, Bonaciam, Laymannum, Filium, & Dianam. Quandoquidem, inquit, vovens non aliter se obligare intendit, nisi conditione impleta: ergo, quocumque modo conditionis impediatur eventus, voti vinculum solvitur; sicuti si quis vel pederet in die ieiunii iter agat, ut in quadraginta die ieiunii obligatione evadat immunis, vel animo non ieiunandi recedat ab urbe, in qua sit obligatio ieiunii, & ad alium locum profecturus, ubi nulla sit ieiunii obligatio, profectio liber est ab observatione ieiunii. Ut ab illorum exemplorum consultatione exordiamur, dicimus exempla isthac esse protinus inepta. Qui infirmitatem data opera contrahit, liber a quadragesimali abstinentia evadit, quia effectus impotens ad ieiunium servandum. Idem dicendum de eo qui pedes iter arripit. Si autem defatigatio tanta non esset, ut impotentem eum constitueret ad ieiunium, ieiunare teneretur. Nec magis ad rem facit exemplum illius qui a loco lege ieiunii abstrahit ad locum liberum a tali lege, ut ieiunii obligationem declinet: quare enim hanc sententiam admittentis, cum esse a ieiunii obligatione absolventur; semper adhuc exemplum nimis a scopo recedit: eo quod lex illa locata est; vota autem de quibus loquimur in presenti, personalia sunt, que non locum, sed personam afficiunt. Ratio porro quoniam prodest, exemplis reiectis solidior minime est. Quoniam, licet verum sit voventem non aliter le voti obligationi subicere quam ad ista conditione impleta, tamen id solummodo verum habet, dum vovens bona fide incidit, dum scilicet nihil apponit, nihil agit ut conditio non impletur. Sed, dum ipse fraude, & dolo impedire conditionem studet, voto utique manet adstrictus. Clarius rem evocemus. Duplici modo intelligi potest voventem le nolle voto obligare, nisi potest conditioe siquidem, vel id, dum votum elicit, intendit, vel post amicum votum. Non primum. Quis enim est qui votum conditioni illi agit, simulque animum habeat frustrandi conditionem? *Potes Religionem, si convales-*

luerit; simulque statuo me omnia profecturum ut sanitas afflictionem impediatur. *Potes Religionem, si pater convalescit; & fratribus consensu abstractus.* Nonne illius habetur qui licet voveret? *Præsumi ne potest quæpiam rationem prædium familia vota edere? Nonne quilibet liber est ut edat, aut non edat votum? Qui animam haberet non appropinquandi conditionem cui votum opponitur, a voto, & a conditione abstereret: qui enim non vult conditionem, non vult votum; qui autem non vult votum, votum non edat. Nemo ergo prudens, dum edat votum, intendit frustranciam reddere etiam malis artibus voti conditionem. Nec videtur esse de hoc ambigendi locus. Porro, si votum sincero animo conditioni annectit, intenditque votum impleta conditione exequi, iam sibi facultatem non servat impediendi eventum conditionis: alioquin dendum esset, sibi quoque servare facultatem impediendi, sed non exequendi votum ipsam absolute editum. Si vero post emisum votum conditionem apponit, hæc conditio nulla est, ut patet. Undique ergo committit opinio isthac.*

IX. Dicimus ergo, teneri prælatum voventem ad sui voti executionem, quoties sua culpa curavit aut ne conditio eveniret, aut ut eveniret contra intentionem quam habuit, dum votum emisit. Et hoc expressum habemus leg. in executione. §. ult. ff. de verb. obligat. *Quicumque sub condicione obligatus curaverit ne conditio existeret, nihilominus obligatus.* Ratio quoque ex contraria sententia consultatione manifesta est. Accedit quod neco ex iniquitate & fraude preventum colligere debet, neque fas est ut calquam dolus patrocinetur. Qui votum conditionatum elicit, tacitam voluntatem habet non impediendi conditionem cui votum affigit. Quæ voluntate semel posita, nulla superest facultas, qua eadæ conditio frustrari valeat. Hiis sententia fautores accedunt Sanchez Lib. II. cap. xix. num. 27. Trullenchus Lib. II. cap. xi. chb. 10. num. 61. Angelus verb. Votum §. 10. & alii. Plurima alia que de hoc voto dicenda essent, ad tractatum de stato religioso dicenda remittimus.

DISSERTATIO III.

DE IIS QUI VOVERE POSSUNT.

De illorum cessatione ob cessationem causæ finalis, renouque irritacionis; atque de eorundem irritacione, dispensacione, & commutatione.

Plurima veritate aggredimur in hac disputatione, scita maxime necessaria. Quædam dicentur Libro sequenti *lib. vii. cap. 17.* de irrationum irritacione, que omnimodam connexionem habent cum his que in presentia excusanda veniunt. Quæ ibi brevisdam calamo perstringentur, fulius illam brevissime expediemus. Longior est terminus de votorum relaxacione. Quinque modis five vota, five iuramentis cessare possunt, videlicet irritacione, dispensacione, commutatione, sine cessatione, & gravi rerum que promissa sunt, non prævia mutacione. De quibus omnibus singillatim sermone habebimus.

CAPUT I.

De iis qui vota edere valent.

I. QUI rationis usi possunt, omnes vovere possunt de rebus illis que sub eorum cadunt dominio & libertate, ut cum omnibus Theologis docet D. Tho. 2. 2. q. lxxxviii. artic. 8. & 9. Quapropter a votis excedis excluduntur si tali quæ rationis usu sunt destituti, ut furiosi, argentes, ebrii, dormientes, & pueri, antequam rationis lumen illis affluat.

II. Porro quævis omnes ratione præditi emittere vota valeant, ut tamen eadem exequi possint, dominium requiritur earum rerum quas Deo inoccupant. Quapropter vota impuberum irritantur a parentibus quævis: quia firma non sunt, nisi tacite consentiant quod placita parentibus sint: quod quidem eiusdem voventes, licet rationis utrum habeant, tenent tamen dominio carere, quia sub parentum potestate constituti reperiuntur. Igitur vota Religiosorum, filiorum, familiarum, uxorum invalida sunt, nisi consensus Prælati, patris, domini, mariti accedat, quando vota cedant in illorum prædium.

III. Quæsi. I. *Vota Religiosorum sine Prælati licentia emissa de materia honesta, quævis iurisdictionem, nec ordinem ullo modo perniculam, sunt ne invalida?* Resp. Magnum est hæc de re dissidium inter Auctores. Negant valida esse eiusmodi vota Angelus verb. Votum 2. n. 3. Roselli verb. Votum 3. n. 14. Valentia 2. 2. *lib. vi. q. vi. punct. 6. n. 14.* Caramel in Reg. D. Bened. n. 1798. Peyerinus Tom. II. de Prælatu quest. 113. cap. 131. n. 3. alique. Pro hæc opinione asserti in primis

solet sancti Thomæ auctoritas ex 2. 2. q. lxxxviii. artic. 8. ad 3. ubi hæc habet. *Religiosus subditus est Prælati quantum ad suas obligationes secundum professionem Regule: & ideo etiam aliquis ad horam aliquid facere possit, quando ad alia non occupatur a Prælato: quia tamen nullum tempus est exceptum in quo Prælati non possit eum circa aliquid occupare, nullum votum Religiosi est firmum, nisi sit de consensu Prælati, sicut nec votum patris existit in domo, nisi sit de consensu patris, nec uxoris, nisi sit de consensu viri.* Pro hæc eadem sententia assertur cap. Monacho ubi dicitur *vota exorsæ sine consensu Abbatis, si autem exorsæ, frangendum est.* Rationes quoque eidem suffragari videntur. Quoniam votum saltem Religiosum, licet extinguit omnia vota antea emissa, sic impedit ne nova emittantur. Accedit quod Religiosi vi votorum solemnium subduntur Prælati, non solum quantum ad materiam promissam, sed etiam quantum ad voluntatem qua promittitur. Voluntates quippe Religiosorum, quoruscumque velles est, nec nolle, sed dominio Prælatorum constitute sunt. Hæc opinio sua non caret probabilitate.

IV. Probabilior tamen est contraria, que docet, valida esse vota Religiosorum, que detrimentum nullum afferant vel superiorum iurisdictioni, vel rectæ administrationi Religionis, nec sunt de materia a Regula derogata, sed de re honesta, & supererogationis parva vota ieiunandi in honorem altissimi Sancti, recitandi aliquos psalmos, & id genus similia. Quandoquidem res promissa per eiusmodi vota bona est, nec meliori bono infusa, sed contentiosa. Non est ergo eorum vota eiusmodi invalida sunt censenda. Voluntates

subditorum subdite sunt Praelatorum dominio in his quae regimur, & administrationem Religionis spectant; in aliis vero non ita subditorum potestati inhiere, ut nequeunt Deo promittere quae illi grata fore arbitrantur. Clarus res explico. Admitto utique voluntate subditorum ita subiecta esse Praelatis, ut nihil contra istorum voluntatem agere, vel promittere queant. Et hoc ad perfectum regimen requiritur. Sed hinc tantum inferitur, vota Religiosorum firma, & stabilia esse non posse sine Praelatorum auctoritate: quia, quando Praelati eiusmodi vota perfecta habuerint, eadem irritare queunt: quousque vero illis non innotuerint, valida sunt, & subditi eadem servare tenentur. Nec obstringuntur illa Praelatis suis manifestare, nisi ratio aliqua specialis occurreret. Rationes quae pro contraria sententia afferuntur, evincunt vota Praelatorum firma non esse, & stabilia, quia Praelati eisdem irritare valent. Et hoc verum est: eiusmodi namque vota semper ebucunt, seu elici debent, cum hoc vel expresse, vel tacita conditione, *Si superior non contrahatur, aut non impetretur*. Auctoritas S. Thomae prout quidem, vota isthac non esse firma, id est indissolubilia: minime vero non esse valida, inquit non irritantur per superiorem. Id tenent verba S. Doctores: *Nihil votum Religiosi est firmum, nisi sit de consensu Praelati*. firmum dicit, non validum. *Cesp. Monacho apocryphum est, nulliusque pondere. Quamquam, etsi legitimum esset, nihil est eo contra sententiam nostram elicitor.* Afferitur ibi namque, *frangendum esse votum eorum abique consensu superioris, quod ultra concedimus: haudquam vero dicitur, votum non esse validum, donec a Praelato irritetur.* Votum solemne professionis impedit ne ulla edantur vota quae regimur, & administrationem exteriorum Religionis perturbent, minime vero ne vota nuncupantur quae voluntatem solum afficiant: & hoc in sententia voluntate subditorum subdita est voluntati Praelatorum, quatenus scilicet nihil possint subditi velie quod discipline monachice ingerat incontinentiam. Fortiori iure hoc quod dicimus, verum habet circa vota quae subditi edere valent de actibus interioris fidei, spei, caritatis, & similibus. Quae statim de Religiosis, applicanda sunt illis familiis, famulis, & uxoriis, omnibusque sub aliena potestate constitutis. Immo istorum nemo tam archi vinculis devincitur domino, marito, parentibus, sicut Religiosi Praelatis. Istorum subdicio vilioris servitutis speciem praefert;

istorum vero obedientia perfectius ac nobilior proprie voluntatis exhibet holocaustum. Hanc sententiam docet Caietanus 2. 2. q. lxxxviii. art. 8. ad 3. Navarrus in *Man. cap. xli. n. 65.* Ludovicus Lopez *instit. cap. xlviii. Medicinae Sum. Lib. I. cap. xiv. §. 6. Prado cap. xxxi. q. xxxi. §. 4. n. 23.* Caltopalaustrati, xv. *disp. 1. p. 1001. 19. n. 2.* Sayrus in *Clari Reg. Lib. VI. cap. v. n. 21.* Sum. Coron. III. *Pan. tract. de vot. n. 6.* Trullenchus *Lib. II. cap. 11. dub. 11. n. 2.* Ballens *Tom. I. verb. Votum §. 1. num. 12.* & *Tom. II. verb. Votum §. n. 21.* Ioannes a S. Thoma 2. 2. q. lxxxviii. *disp. xxxix. art. 16.* Sanchez *Lib. IV. cap. xv. n. 6.* Suarez *Tom. II. de Reg. Lib. III. cap. v. n. 3.* Fillucius *tract. xviii. cap. vi. num. 172.* Azorius *Lib. XII. cap. xvii. quae. 19.* Salmanticenses *tract. xviii. cap. 1. punct. 8. n. 183.* Leander *tract. 11. disp. v. ubi plures alios citat, nempe Sotum, Fagundus, Armillam, Lessium, Aragonium, Mirandum, Portellum, Peyerinum, & Tamburinum.*

V. Quaes. II. *Valida ne sunt vota quae Religiosi edunt de rebus sine a Regula, & constitutionibus, sive a superiorum praeprio venient?* Resp. Omnes adfirmant, eiusmodi vota nulla fore, etiam si res votis subiecta velle tantummodo essent lege, sive statuto ad nullam culpam, sed ad solam poenam obligant. Ratio evidens est: quia votum de re mala, quales est quaeque res quocumque modo venia, ut nullam ab omnibus recitet. Si res voto supposita velle tantummodo foret, ne obique licentia Praelati fieret; obiecta licentia, validum votum esset. Quapropter Religiosis qui votare se cupiunt, cupit priusquam votum edat, licentiam potestere debet. Nullam est item votum de re velle, etiam si vovens ignoret prohibitionem. Quare, cognita lege vetante, non tenetur servare votum quod prius servabat ob ignorantiam legis; neque infringitur ad petendam licentiam. Si res promissa, dum votum edatum fuit, velle non erat; continuo ac prohibetur, voti vinculum absumitur. Si talis prohibitio revocaretur, vel ad aliud Censurium, in quo nulla esset prohibitio, vovens accederet; consurgeret votum. Quando vero teneatur vovens petere licentiam non exquirendi votum emissum, aut emittendum votum aliquod; id ex circumstantiis piuribus pendet. Unde haec omnia arbitrio prudentis viri relinquenda sunt. Satis absolute, tutiusque est adnullum leges & statuta proprie professionis servare, nullis votis, quae frequentius illi edant qui in professionis proprie

ob-

observantia negligentiores sunt, sibi illudentes, quod votorum arbitrarie susceptio excusare illos valeat a fore professionis transgressionem. Antiqua debita solvenda sunt, prout cum alia nova contrahantur. Haec omnia communia sunt, & vera. Quin nec vota facile edenda sunt de observantia Regulae, & constitutionum; edita tamen valida sunt, obligantque, utquodum Praelatis non dispensaverit.

VI. Quaes. III. *Validum ne votum est editum a Praelatis Regularium eligendi elemosynam?* Resp. Praelati Regularium administratores sunt bonorum Conventuum relate ad bonum commune tum spirituale, tum temporale Religionis: quare congruas elemosynas non modo licite erogare possunt, sed etiam debent: ad id enim facultatem a Conventibus habent. Conventus Regularium susceptio exemplis elemosynae sunt subiecta arbitrio vinculo quam seculares, tam quia in hanc finem illis fideles bona donantur, ut proprio victu, & vestitu subdico, quae sustulerint, pauperibus distribuant; tum quia professo pauperatis, & perfectioris caritatis & angelicis peculiari eos attingit obligatione. Praelati insistentur, non modo ut eadem bona subditi distribuunt iuxta variam eorumdem indigentiam, verum etiam ut pensionem illis bonis annexam de elemosyna eroganda solvant. Istorum ergo vota de consecratis elemosynis valida sunt. Si tamen extraordinarias iniques elemosynas elargendi occasio urgens daretur, Conventuum Patres consulere debent, quemadmodum leges praescribunt. Doctrina communis, & vera.

VII. Quaes. IV. *Valida ne sunt vota subditorum Regularium edita sine licentia Praelatorum elargendi in elemosyna quidquam de bonis ipsius ad usum ecclesiae?* Resp. Adfirmant Sanchez, Suarez, Caltopalaustrati, quos laudat, & sequitur Leander *tract. 11. disp. v. quae. 19.* Votum, inquit, eiusmodi emittitur sub tacita conditione, *Si superior licentiam dederit*; & ideo Religiosi qui votum eliquerunt, ad petendam licentiam obstringuntur, nisi ex praescripta consuetudine illi concessa sit: nec enim talis elemosyna dedecet statum religiosum iuxta istorum Deorum opinionem. Hanc nos sententiam ut falsam, & improbabilem rejucimus. Quotiam vota quae sunt de materia non subiecta potestati vovens, nulla sunt. Regularis autem subditi, vi voti pauperatis, cuiusque rei temporalis dominio delituti sunt. Nulla ergo sunt promissiones distribuendi bona non sua,

Conc. Theol. Tom. III.

sed aliena. Audio innumeras advertentium Auctorum argumentationes, quae omnes ad hoc reducuntur nempe quod licet nihil possideant Regularis; usum tamen bonorum habent; atque adeo, licentia accedente Praelati, congrua eorumdem portione, pauperibus distribuere licite valent. Validum ergo erit istorum votum, factum sub conditione constantis a Praelato obtinendi. Haec omnia falso nituntur principio. Praelatis licentiam subditi bonis impertiri valde, & licite potest utendi tuis pro necessario victu, & vestitu; minime vero potestas eius extenditur ad impediendam licentiam pro bonorum quae victui, & vestitui supersunt, distributione: quantum bona illa superflua ad patrimonium commune pertinent, cuius administratores solummodo sunt Praelati, & officiales. Præterquamquod concessio illius licentiae speciem mali praefert: vel etenim fovet, vel potius viani aperit ad proprietatem, quae bono communi tum spirituali, tum temporali summopere adverfatur. Contrariae opinionis Auctores in hypothisi loquuntur quod praesidio Religiosi peculiariter possintur, quo admisso, inferunt posse ipsos elemosynas congruas largiri pauperibus. Congruas restum furet, si hypothesis ex qua eicitur, vera esset. Sed nos consequentiam negamus: quia principium ex quo deducitur, falsum decernimus: de quo tamen vultus suo loco, ubi scilicet ostendimus, falso supponere Auctores istos, Religiosos eodem modo quo uxores, & filios familias, elemosynas elargiri posse: etenim Religiosi, praeter dominii privationem, in qua cum minoribus, famulis, & uxoriis conveniunt, ubi quoque (victu, & vestitu exceptis) bonorum, & administratione, vi regularum quas profuturum, carent. Sed de hoc alibi.

VIII. Hinc colligitur, falsam omnino esse, ut ego quidem arbitror, sententiam quam tradit Leander *tract. 11. disp. v. §. x. pro qua citat, & vere, Sanchez Lib. II. cap. xxv. n. 15.* valida nempe esse vota quae edunt Religiosi subditi elargendi elemosynas de bonis Conventus, quorum nullam habent administrationem. Vota eiusmodi non modo invalida, sed inutilia quoque mihi videntur. Quid enim demerunt quom aliam esse imponere quod nullo modo sunt eis potestati subiecta? Ideo a provisorio consuetudine abstinere. Nobilicem sentit Suarez *Lib. III. de voto cap. vii. n. 5.*

IX. Quaes. V. *An Ecclesia valeat leges ferre quibus alicui persona ad votandum in-*
L 3
hab.

habiles declarantur? Resp. Si formo sit de votis solemnibus, quae publicam spectant Ecclesiam disciplinam, nulla est difficultas. Patet enim ante consuetum quinquaginta annorum nullam esse professionem monasticam. Controversia est de votis simplicibus, ac potissimum de illis quorum materia sunt actus interni. Sunt qui negant talem Ecclesiae prolegetem in actus internos dominantem. Nequit ergo, iuxta Auctores illos inhabiles reddere homines ratione privatos ad eligenda vota, quibus actus tunc interiores. Deo nuncupent: eiusmodi enim vota iuris divini sunt, & de re Deo grata. Cur ergo non obligant? Pro hac sententia Salmantic. tract. XVII. cap. 1. parit. 7. n. 179. laudant Caietanum 2. 2. d. lxxxviii. art. 9. initio, qui tamen aperte eam nun docet, sed ambigue loquitur, atque tantum, quod ante factum Ecclesia habet maiorem potestatem supra votum solemnem quos supra simplex: quoniam statuta Ecclesiae sunt in eius potestate; singulorum autem animi interiores motus, in quibus perficitur votum simplex, non ita subiacent Ecclesiae. Quod interni libertatis humanae actus non eodem modo subiacent ac statuta, & leges exteriores, Ecclesiae potestati, & consequenter quod maiorem, ut ait Caietanus, potestatem Ecclesia habeat in votum solemnem quam in simplex, res evidens est. Hoc porro, & nihil amplius Caietanus docet. Certum quod indirecte potest Ecclesia promissiones etiam internas Deo factae irritas declarare, nisi tales serventur conditiones, nec Caietanus negavit, nec cui necesse, adhibere. Ideo dicitur, Ecclesiam, gravi urgente causa, conditiones servare posse, quibuscumque aliqua vota etiam interna edantur: & quibus non servatis, vota irrita sint. Quoniam enim repugnancia, quod Ecclesia vota revocet, licet de re bona, nisi tales & tales conditiones serventur? Hanc sententiam docent Suarez Tom. II. de Relig. Lib. III. de voto cap. III. n. 8. Sanchez Lib. II. cap. xxiv. n. 42. Crottopalpus tract. xv. disp. xv. parit. 10. n. 2. Tottre 2. 2. g. lxxxviii. art. 9. n. 2. Salmanticenses tract. XVII. cap. 1. parit. 1. n. 180.

X. Quæst. VI. An Episcopi votere possint abdicacionem Episcopatus, vel ingressum Religionis, summo Pontifice inconsulto? Resp. Sententia communis negans est: quia talis abdicatio verita illis est cap. Nisi cum priorum de renunt. & cap. Licet verbe. Illa de Reg. & leg. Regis III. tit. xvii. part. 1. Cum ergo ambo vota, tam abdicatio dicitur

Episcopatum, quam ingrediendi Religionem, sint de re interdicta ab Ecclesia; tenentur Episcopi ante voti emissionem summo Pontifici consilium petere. Unde licet eiusmodi vota absolute invalida non sint; executioni tamen mandari nequeunt, nisi prius impetrata licentia; quae denegata, liberi votentes erunt a voti lege.

XI. Quæst. VII. Possunt ne Episcopi, inconsulto summo Pontifice, peregrinationem votere? Resp. Si solum illius temporis intervalum quod Episcopi a suis Ecclesiis absolute licite possunt, satis sit ad peregrinationem conficiendam, validum esse votum, certum est: quia peregrinatio res honesta inapte natura est, & in hypotheli facta nullum inferret damnum Ecclesiae. Secus dicendum, si peregrinatio longius temporis spatium exigeret quam sit illud quod Episcopi ab Ecclesiis suis absolute licite queunt. Invalidum ergo alteriusmodi votum, etiam si factum sub conditione imperandi licentiam a summo Pontifice. Quandoquidem residentia Pastorum, & maxime Episcoporum, iuris naturalis est, ac divini. Ergo peregrinatio quae hanc violat naturalem, ac divinam legem, mala evadit. Votum autem de re mala illicitum est, & nullum. Hoc, inquit aliqui, verum est, dum votum edatur ab Episcopo, absque conditione petendi licentiam; secus, hac adiecta conditione. Verum, cum peregrinatio quae Episcopum cogit valde diuturno tempore a sua abesse Ecclesia, absolute loquendo ratio sufficiens non sit obtinendi licentiam, nec Pontifices summi hoc solum peregrinationem ab actissimo residendo vinculo Episcopos solent dispensare; idcirco talia vota, tanquam inepta & invalida, sunt recitanda. Tunc autem vota conditionata validae dicuntur, quando conditio moraliter evadit fore: ut, si Religiosus votum eliciat seicunandi tali die, recitandi tales preces, si superior consenserit, validum est: quia consensus superioris res facit est, & passim conceditur. At conditio licentiae pontificis pro peregrinatione, quae longo temporis intervallo cogat Episcopum abruptare vinculum illud naturale, & divinum residentiam in propria Ecclesia, vix moraliter possibiles est. Neque enim Pontifices summi, nisi urgentissima causa promovendi commune bonum Ecclesiae, facultatem Episcopis impartuntur recedendi longum tempus a suis Ecclesiis. Peregrinatio autem, devotionis peculiaris titulo inspicienda, nunquam potest esse ratio prevalens bono residentiae; nec consequenter idonea

mor causa cur Pontifices summi valeant licentiam talem concedere, Leander spaci. re. disp. v. g. xviii. contendit ambas sententias itas conciliare hoc pacto. Si peregrinatio gratior sit Deo quam ipsa Episcopi residentia, votum validum est; secus, si residentia Episcopi gratior Deo sit, & maius bonum quam ipsa peregrinatio. Verum priorem hypothesein ut inutilem relicimus: quoniam vix excogitari potest evenire in quo peregrinatio morata melior sit quam residentia; & ideo factus est absolute pronuntiare, eiusmodi vota nulla esse, quoniam de materia mala & illicita, quae licet debitum episcopalis residentiae. Porro, si vix, ac ne vix quidem, contingere valet, ut peregrinationis bonum praevaleat bono residentiae, nullum datur fundamentum obtinendi licentiam a summo Pontifice pro talisvoti executione; atque adeo conditio adiecta voti, est de re moraliter impossibili. Nullum igitur tale votum.

XII. Quæst. VIII. An Parochi, vel Beneficarii residentia vinculo astricti, possint Religionem votere, eamque ingredi, proprio Episcopo inconsulto? Resp. Quod valent, inconsulto Episcopo, Religiosis ingressam votere, non est qui in dubium vocet. Ideo enim Episcopi nequeunt, inconsulto summo Pontifice, Religionem votere, quia peculiaris canonice hoc illis veritatem est. Nulla autem lex invenitur quae id veteri Parochiis, aut ceteris Clericis, qui ob aliquod beneficium residentiam debito sunt subiecti. Exegi vero eiusmodi vota illos non posse, Episcopo inconsulto, contendunt non pauci, quos citat Sanchez Lib. IV. cap. xxx. n. 48. Sed contraria sententia verior est: quippe nulla lex reperitur quae prohibet veteri eiusmodi ingressum. Siquidem cap. Licet xvii. de Reg. a suis Religiosis petendam licentiam docent; nec verum autem habet sine de Parochiis, live de Clericis. Lege tamen convenienter, & urbanitate proprium Episcopum consulere tenerentur, antequam votum executioni mandarent.

XIII. Quæst. IX. An Deus, Clericis Dominis, & Angeli vota elicere valeant? Resp. Deo votum preste acceptum repugnare, competunt est; neque enim cultum & obsequium cuiquam Deo promittere potest. Quod vero minus proprie votere, quemadmodum & iurare, valet Deus, nullius difficultas; cum habeamus ex Scripturis, Deum pluries per semetipsum iurasse. Certum pariter est, Christum Dominum potuisse vota Deo inncupare, sicut & orare. Difficultas tantummodo est, an, sicut reple oravit, ita quoque votum.

Adfirmat, licet dubitanter, Suarez Lib. III. de voto cap. 1. n. 3. & 6. Iuxta conceptus verbe negat D. Tho. 2. 2. q. lxxxviii. art. 9. ad 3. Dicoendum, quod Christo servandum, si non competebat votere, tam quia Deus erat, tum etiam quia, iniquissimum bonis, habebat firmatam voluntatem in bono, quasi comprehensio existeret. Sancto Thomae iuberentur communitate omnes tunc domesticis, quam extraneis. Quod Angeli viatores potuerunt votere, non est ambigendus locus: quod voverint, dici nequit. An votere possint in patria, inquisitio est inutilis. Vota enim propria viatoribus competunt.

CAPUT II.

De cessatione votorum ab eausse si talis cessacionem, terantque mutationem.

I. Quæst. I. An cessante causa movente, cesset votum, & instrumentum? Resp. Duplex solet causa dilingui, cuius introitu votens suum votum edit. Altera est movens, altera impellens. De movente nunc sermo est.

II. Dicimus ergo, causa movente proxima tota cessante, cessare quoque sine votum, sine instrumentum. Hæc est communis sententia. Ratio manifesta est: quia, deficiente causa finali omnino, cessat materia voti: quippe voti materia non promittitur absolute, sed ut inducit ad finem quem sibi votens prelatum. Si ergo finis deficit, deficit quoque medium necesse est, quatenus ad finem talem conduci, falleret votus materies. Quæ ratio principio nititur, quod votum non obligat præter votentis intentionem. Quisquis autem votens ob aliquem finem votum edit, desinit votentis intentio integra causa finali, desinit votentis intentio; atque adeo ipsum votum. Quamobrem in libro de legibus dictum sonus, cessare legem, cessante sine toto in communi, seu relate ad multitudinem; licet, cessante sine in particulari, seu relate ad aliquem indubitatum privatum: quoniam leges non privatos, sed multitudinem, & communitatem spectant. Vota autem privata tordem tunc veluti peculiare leges, quas quique sibi imponit, seu peculiaris legislator. Quapropter, cessante sine respectu talis votentis, cessat votum. Exemplis res clarior apparebit. Votum elemosinam pauperi tali erogandum, quia finis voti fuit erga pauperem sublevanda: ergo, cessante tali erga, cessat votum.

Vovili peregrinationem, ut patris salutem obtineres: hic aut sanus erat, aut mortuus est: finis voti cum voto cadit. Vovili abilitatem ad ingressu talis domus, ut evitares occasionem meretriculæ: huc aut mortua est, aut alio abiit: liber tibi manet in talem domum ingressus. Hanc sententiam, quæ communis est, defendunt Suarez Lib. IV. cap. 17. n. 3. Sanchez Lib. IV. cap. 11. n. 42. Bonacina disp. IV. q. 11. puncti. 3. §. 2. n. 10. Martinea de Prado cap. XXXI. q. XIII. n. 14. Tamburinus in Dical. Lib. III. cap. XIII. n. 2. Caltronal. tract. XV. dist. 15. puncti. 2. n. 1. Leander tract. 11. dist. XII. n. 1. Salmanticensis tract. XVI. cap. 111. puncti. 2. n. 16.

III. Ad clariorem præcedentis sententiæ cognitionem illud est animadvertendum, quod causa finalis movens duplex sit: altera proxima, quæ immediate allicet agens ad effectum producendum: altera remota, & universalis, in quam allicet eandem generis referuntur. Dicitur vovisse eleemosynam tali pauperi erogandam, vobis eleemosynam causa finalis proxima est; dicitur Deo, in quem eleemosynam dirigit, cultus finalis causa remota. Hæc causa finalis remota nunquam cessat, nec proxime allicet votum ad votum edendum, quantum vovens & vota, & ceteros actus virtutis in Dei gloriam ordinat. Causa finalis proxima tandem duplex est. Altera movens, seu motiva vocatur, quæ respicit induci, & inflicte animam ad talem actum, puta ad eleemosynam; & hæc cessare debet, ut cesset voti obligatio. Altera dicitur causa impellens, seu impulsiva, quæ voluit calcarea currenti adhibere, hæc vero persistente, non deficit votum: quia licet animam non inflicte ad votum, sic non valet votum iam editum irritare. Denique ad voti cessationem requiritur ut causa proxima movens plene & penitus cesset. Si enim dividua sit, seu si sint plures hinc proximi intenti, & uno licet deficiente, alii consistent; votum omnino non cessat, sed tantum ex parte quæ deficiente sua respondit: quoad alteram vero partem, quæ sit subsistet, incolute firmumque manebit. Item, si pro aliquo dumtaxat tempore intervallo cesset finis; pro eodem etiam tempore, & non amplius, voti obligatio suspenditur, revivente autem fine, exurgit iterum quæque voti obligatio. Quando dubium occurrit, num cessaverit causa impellens, aut movens integra, aut partialis, semper indicandum est in voti favore, ut tutor pars eligatur.

IV. Quæst. II. Cessat ne votum, cessante

causa finali movente proxima ob culpam ipsius voventis? Resp. Leander negat tract. 1. disp. XII. q. VI. cessare votum, & quod nemo referre debet commodum ex iura inquirere. Allegat pro hac sententia Bonacina disp. IV. q. 12. puncti. 3. §. 1. Trulleng. Lib. II. cap. 11. dub. 4. n. 16. & etiam Sanchez Lib. IV. cap. 21. n. 27. & n. 44. ubi oppositum docet. Explicanda res est exemplis, ut veritas per se ipsam appareat. Vovili eleemosynam pauperi intra mensem solvendam; vovisti & captivitate extrahere mancipium intra duos menses. Tua culpa votum præfinito tempore non implet. Elapso tempore pauper moritur, captivus moritur. Cuiam solvere debes eleemosynam pretium? Sane non videtur designari rem, cui eleemosyna vovens præbere debeat rem voto promissam. Quare dicendum quod videtur, votum cessare, cessante sine adequato proximo eiusdem voti; licet culpa voventis id eveniat. Diximus dissertatione superior cap. IX. §. 4. n. 6. votum conditionatum minime cessare, cum vovens libera impedit conditionem, quia scilicet nemo ex iniquitate pretium colligere debet. Idem nunc dicemus, si finis voti consisteret. Sed quia, cessante sine impossibilis efficitur voti solutio, ut ex productis exemplis patet: ideo ascendendum videtur votum cessare. Quid, si voti solutio esset possibilis; puta, si pauper non moreretur, sed dives evaderet, & captivus libertatem assequeretur? Tunc res adeo evidens non esset. La cui ergo quo votum implendum foret, deberat ne vovens pauperi diviti effecto, & captivo in libertatem iam constituto voti pretium impendere? Ego sane non video cur eleemosyna danda sit homini diviti, licet olim pauperi. In similibus casibus suaderem potius voventi ut erogaret alius pauperibus eleemosynam præfata pauperi promissam, tum in penitentiam culpabilis moris, tum ut eo modo quo posset, voto satisfaceret. Si captivus liber effectus pauper sit, pretium voto destinatum pro illius libertate, convertendum erit in eiusdem vite sustentationem. Idem dici posset, si pauper mortuus fuisset, nempe quod alius pauperibus eroganda foret eleemosyna illi per votum promissa. Si id diceretur, quod variis & securis est, delecteretur. Et revera res semel voto consecrata, & in opera pietatis, & misericordiae destinata, non videtur posse licite, & iuste retineri, maxime posita aliqua culpa voventis ob mortem eius in voto solvendo. Quotiescumque igitur culpa gravi ipsius voventis cessat finis voti,

voti, ad talis voti compensationem in illum ego semper obliherem.

V. Quæst. III. An notabilis verum mutatio, quæ materia promissam vel in se, aut iuxta communem existimationem diversam efficit, facta sit ad votum irritandum? Resp. Adhuc communissima sententia cum D. Tho. 2. 2. q. ex. art. 3. ad 2. ubi quædam aliquid promittit, si habeat animam faciendi quod promittit, non veniatur, quia non loquitur contra id quod gerit in mente... Potest tamen excusari ex duobus. Uno modo, si promissit id quod manifeste est illicitum... Alio modo, si sunt mutatae conditiones personarum, & negotiorum. Ut enim Seneca dicit in Libro de beneficiis, ad hoc quod homo teneatur facere quod promissit, requiritur quod omnia immutata permanent; alioquin nec sunt mendaces si promittunt, quia promissit quod habeat in mente, si subintellectis delectis conditionibus; nec etiam est infidelis non implendo quod promissit, quia eadem conditiones non extant.

VI. Quæst. IV. Quænam materia mutatio dicenda sit notabilis, adeo ut valeat voti vinculum solvere? Resp. Quæcumque materia mutata satis minime est ad votum irritandum alioquin omnia vota nulla essent, cum res humane omnes mutationi obnoxie sint. Requiritur ergo quod mutatio notabilis sit, id est gravissima, ut voti vinculum dissolvatur, & tollatur voti obligatio. Porro quantum mutatio dicenda sit notabilis, & gravissima, definitur clare vix potest. Ea communiter nuncupatur mutatio notabilis quæ rem promissam in diverso statu constituit; ita ut vinculum commune hominum existimationem, consuetudines, aut leges, res sub talibus circumstantiis, aut difficultatibus obligato minime solent. Hæc præterea mutatio debet esse evidens, & manifesta: si enim dubia tantum sit, votum non irritat. Igitur, si edito voto, occurrat in illius executione vitæ, aut honoris periculum, vel alterius rei gravissimum detrimentum; tunc votum cessare, & communiter sentiant omnes. Neque enim præsertim prædium potest, voventem hominem se voluisse in similibus casibus obligare, nisi respiciendo pericula prævidens deliberate votum edidisset: quemadmodum, si grassante peste votum emitteret interveniendi sine infectis, votum obligaret.

VII. Quæst. V. Irritat ne votum ex rei promissæ mutatio quæ si vocans tempore quo votum editis, cognovisset, a voto abluisset? Resp. Adhuc prima sententia: quia in generalis concessione non veniunt ea quæ quis

verosimiliter concessurus non esset. Reg. gen. de reg. iur. in VI. Porro idem dicendum est de absoluta promissione; in qua expiendi sunt eventus illi quos si cognovisset promittens, respiciat expiatur: eo vel maxime quod promissio libera nunquam præter votentis intentionem obligat. Voventis autem intentio est, moluisse in tali difficili eventus se obligare. Præterquamquod in qualibet lege locum habet epicala, quæ excipiuntur eventus illi quos si prævidisset legislator, excipisset. Quique autem vovens legislator privatus est. Tandem D. Thomas ipse in hanc concedere videtur sententiam in IV. dist. xxxviii. q. 1. art. 3. questionis. 1. ad 1. ubi hæc habet: id libere a voti, vel iuramenti obligatione quod si a principio accidisset, aut votum fuisset, ea fieri impeditur. Eandem opinionem defendunt Navarrus in Man. cap. xviii. num. 7. Sylvester verbi. Tot. 2. q. xviii. sub finem. Caramuel Theolog. fundam. fundamena 51. §. 4. n. 1399. Molina Tom. II. de infir. dist. cxxxix. concl. 2. & 7. notabil. 4. Citari etiam solet D. Antoninus Part. II. tit. x. cap. vi. §. 5. led immerito: nihil enim ibidem habet sanctus Archiepiscopus quod hinc favoret opinioni.

VIII. Contraria sententia probabilior est; quin absolute considerata, & ferus pensata, unica vera videtur. Si enim supervenientes difficultates satis forte ad vota immutanda, eo quod, si tempore voti fuissent præspectæ voventis, votum non edidisset; iam nota promissio, nullis contractibus confiteretur, & humana societas perurbaretur. Quandoquidem pacti liti contractus in quibus prævidetur contrarius, proculdubio contractum non iniuret; idque passim occurrit in quibuslibet promissionibus: nec præterea contractantes, vel promittentes a promissis, vel contractibus liberantur. Promissionis ergo, seu voti obligatio non ex eo quod non promissio, si prævidisset, led ex eo quod promissio vovens, prævidisset, metienda est. Promissio pauperi eleemosynam, quam minime suspensibilis, pravum illum li. deprehendit; nihilominus itate promissis alitergens, ut communiter docent omnes. Hanc sententiam defendunt Caletanus 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. Socus de iust. & iure Lib. VII. q. 11. art. 1. ad 3. Suarez Lib. IV. de voto cap. xix. Navarrus in Man. cap. xxi. num. 39. Valenzia 2. 2. dist. vi. puncti. Prado cap. xxxi. q. xlii. num. 7. Fagundes Lib. II. cap. xxx. num. 8. Sanchez Lib. IV. cap. 11. num. 21. Leander tract.

trati. 1. *disp. xlii. quæst. 111.* Salmanticenses tract. xviii. cap. 11. *punct. 2.* Contrariæ opinionis argumentorum facili salutio est. Regula iuris intelligitur non de quacunque difficultate que voventem afficiat; sed de notabili rerum mutatione, de qua supra dictum est. Quare distinguenda ea sunt, quæ rei promissæ notabilem inducunt mutationem, ab ita que ipsam voventem afficiunt. Superius viderimus, dum votum edit, nullam, aut parvam præcipit difficultatem circa eisdem executionem, ac observantiam; & postea tractu temporis, re per votum promissâ immutata consistente, ita graves patitur difficultates, ut si eas prævidisset, dum votum elicuit, a voto abstinisset. Dicendum ne propterea cum immunem a voto esse & Abbit. Nemo id dixerit; paucis exceptis, quorum institutum est, morum regulas laxare. Quæ postea materiam subiectam promissioni tangunt, si notabilem gravitatemque mutationem eius inducant, quam imitationem si prævidisset voventis, non voluisset, liberam a voti vinculo consultant voventem; & hoc in sententia auctoritas D. Thome intelligenda est; nempe quædam supervenit aliquid impedimentum, quod ante votum, vel iuramentum editum constituitur materiam ineptam ad inducendam obligationem, aut quod illicitum, vel inutilem, vel impossibilem illam reddidisset, id ipsum irritat votum, aut iuramentum eorumdem. Tria ergo semper in his casibus per oculos habenda sunt; difficultas orta ex voventis conditione, quæ, nisi moraliter impotentem efficit, a voto non liberat; mutatio non gravis ex parte materie, quæ patitur voti vinculum non intrinsecè, & tandem mutatio notabilis, quæ materiam in statu moraliter profus diverso constituit, & quæ sola voventem a voti obligatione eximit. Epikia locum habet in eventibus raro contingentibus, quæve communitè prævideri nequeunt. Futuræ difficultates in votorum executione obvia quæque sunt, nec impediunt quominus vota edantur.

IX. Quæst. VI. *Religiosus, professione emissio, ius ad regiam coronam acquirit; liberus a voti vinculo equalis?* Resp. Dubitarunt quidam Calusitas; immo Prado *cap. xxxi. quæst. 2. §. 17. & in append. cap. xxxii. refert*, Caranuelen docere hunc Religiosum liberum omnino a voto fieri, & votum matrimonium iure posse. Sed Iulius Prado, cum Caranueli oppositum expresse sustinet. *Il. Fort. Theol. stud. num. 89.* secundæ impressionis. Quid docuerit in prima, quæ mihi

pre manibus non est, ignoro. Communis est sententia est, prædictum Religiosum votis obstrictum manere, eo quod nulla mutatio fiat ex parte materie promissæ. Utrique, si prævidisset ius sibi ad regiam dignitatem superventurum, vota solemniter non emisset; sed non propterea liber a voto evadit. Plurimi qui matrimonia ineunt, si prævidissent ea omnia que inde consequuntur incommoda, matrimonia non contraherent. An idcirco matrimonia erunt dirimenda? Sed de his factis dictum superius est.

CAPUT III.

De votorum irritatione, atque de his quibus inest eadem irritandi facultas.

I. Irritatio voti est eiusdem ablatio ab eo qui potestate dominante potest, facta. Irritare namque idem sonat ac dirimere, solvere, inane reddere, seu in nihilum redigere. Irritatio duplex agnoscitur. *Directam* unam appellat; *indirectam* alteram, seu impropram. *Directa*, seu propria ad actus potestatem habentis, quo tollitur voti vinculum, seu nullam omnino votum efficitur. Dicitur *actus potestatem habentis*; quia proficisci debet ab eo qui dominium habet in personam voventem, seu in eisdem voventis voluntatem, aut pater in filios, & superiores in Religiosos. *Indirecta*, seu impropria materiam promissam spectat, quæ illius executionem impedit; quæve potius voti suspensio quam irritatio nuncupatur. Hinc Pontifex omnium fidelium vota irritare, seu suspendere valet; quia potest prohibere materiam voto promissam; & tunc votum suspensum permanet, donec materia verita perierit; ablata autem materia prohibitione, votum reviviscit, utque voventem ad executionem. Secus evenit in irritatione directa voti, quod irritum sentit factum nunquam reviviscit.

II. Cum de votorum, sive iuramentorum (utrorumque enim eadem est ratio) irritatione sermo est, statim distinguenda vota sunt, & iuramenta. Nam alia cedunt in honorem Dei tantum, alia in hominum etiam utilitatem. Rursus illorum pariter est habenda discretio. Alia suntdem sunt vota, & iuramenta facta hominibus, qui ius habentur ad res promissas, eo quod talia vota acceptata fuerunt ab illis in quorum utilitatem facta sunt; alia sunt iuramenta, & vota, facta utique in aliorum utilitatem; & commodum; ita tamen ut nullam, si eorum-

rundem votorum, ius acquirant illi in quorum facta fuerunt utilitatem, vel quia non libere emittunt, sed dolo, fraude, & timore insitule incauto fuerunt extorta, vel quod incerta, & acceptata mentioquam fuerint, & consequenter in postellati voventis, vel irritatis eorumdem retractati remaneat, si iustitia spectetur. De veritate iuramenti promissæ alibi disputabitur. De votis ergo nunc tantum differitur, que aut soli Deo sunt, aut hominibus, nullum per talia vota, aut iuramenta ius acquirentibus.

III. Quæst. I. *An pro licita votorum irritatione causa aliqua requiratur?* Resp. Convenit penes omnes, nullam per valida votorum irritatione causam requiri. Disputant vero, an non modo valide, verum etiam licite irritari vota possint, nulla causa occurrente. Negant Soto *Lib. VII. de iust. & iur. quæst. 111. art. 1. §. 4. vers. De usu auctore*; Sanchez *Lib. IV. Decal. cap. xxiv. n. 13.* Medina *Lib. I. Sum. cap. xiv. §. 7. Aragon. 2. 2. quæst. lxxviii. art. 8.* Saurus in *Clavis Reg. ab. VI. cap. 30. num. 14.* Lessius *Lib. II. de iust. cap. xi. dubit. 10. num. 70.* Valencia 2. 2. *disp. vi. quæst. vi. punct. 16.* Corradus *I. Part. quæst. ccccxxvii.* Layman *Lib. IV. tract. iv. cap. vii. n. 18.* Villalobos *II. Part. tract. xxxiv. disp. 17.* Rationes illius sententiæ satis firma videntur. Irritatio actus est iurisdictionis examen ergo præcedat oportet, ut actus iste iudicetur conveniens nec ne. Quamquam enim voluntas subditi superioris potestati subiecta sit; non ita tamen subdita est, ut superior ad votum, & sine ratione in eandem dominium exercere per libito valeat. Nulla liquidem occurrat ratio cur superiores licite possint bonum subditorum impedire, quoties bonum illud nec optimo eorumdem regimini, nec bono communi adversatur. Tandem siue potestas illius in voventium utilitatem collata sit, ut in Prelatis, & parentibus, respectu Religiosorum, filiorumque; siue in commodum irritandi, ut in decessis respectu servorum; siue in utilitatem utriusque tam voventis, quam irritantis votum, ut in viro respectu uxoris; semper rationi adversum esse censetur, ut sine quacunque causa exerceatur.

IV. Altera sententia docet, nullam relictâ irritatione requiri causam; & hanc defendunt D. Antonius *II. Part. tit. xi. cap. 14. §. 6.* Sylvester *verb. Votum 4. q. 1.* Caietanus in *Sum. verb. Votorum irritatio, Ledema sub. 2. consulf. 3.* Trullenchus *Lib. II. dub. 39.* Navarrus in *Man. cap. xis. n.*

73. Suarez in *III. Part. Tom. V. disp. vi. sect. 2. num. 8.* Toletus *Lib. IV. c. xviii. num. 9.* Ludovicus Lopez *I. Part. instrum. cap. xviii.* Azorius *Tom. I. Lib. XI. cap. xxvi. quæst. 2.* Salmanticenses tract. xviii. cap. viii. *punct. 1. num. 31.* Leander *tract. 1. disp. xvii. q. v. & apud ipsum Paludanus, Angelus, Palacios, Oyandus, Vega, Vivaldus, Bera, alique, Orandus, Vega, tatio est quia vota hominum subditorum semper sunt cum tacita conditione consensus superioris. Porro superior nullo iure cogitur hunc consentiam; sed pro arbitrio suspendere illum valet, & consequenter vota irritare: quemadmodum si quis ex bonis alterius elemosinam promitteret, sub conditione quod dominus sit consenturus; hic libere abique illius causæ inquisitione consentum hunc negare valet.*

V. Utraque sententia suo in sensu vera est. Nam si sola civilis potestas, ut si loquar, spectetur, vera est secunda sententia; si vero non in potestate civilis tantum, sed in universali illa lex in ipsa natura rationum definita inspicitur, ratione cuius quæque obstringitur ex homella causa asere, vera est prior opinio. Nulla liquidem in individuo indifferens reperitur actio; quia quælibet individua actio eo aliquem finem elicitar oportet. Igitur iuxta finis qualitatem evadit bona, aut mala actio de se indifferens. Irritans ergo vota aliquem finem sibi præstitere debet; seu ipsi aliquem movere superiorum debet ad irritanda subditorum vota. Igitur in praxi nunquam superior sine rationabili causa irritare vota licite potest.

VI. Quæst. II. *An facultas voti irritandi, iuris sit positivæ, vel naturalis?* Resp. Pro iure positivæ statim sententia. Quandoquidem vota solemnia Regularium tantummodo iure positivo statum religiosum constituunt. Ergo iure tantum ecclesiastico indissolubilia eodem vota dicenda sunt. Confirmatur hoc ex eo quod quædam vota a Prelatis Regularium irritari nequeant, ut est votum transeundi ad archiepiscopum Religionem; *cap. licet de Regul.* Ergo quod hoc, aut illud votum irritari possit, ex iure positivo ornam dicit. Denique parentes valent irritare vota filiorum realia, & personalia, antequam pubertatem attingant; cum autem ad pubertatem pervenerint, personalia illorum vota irritare non acrius possunt; quia ius positivum sic statuit. Hanc opinionem defendunt Valquez 1. 2. *quæst. xxvi. disp. clxx. disp. clxx. cap. iv. nu. 29.* Lessius *Lib. II. de iust.*

diff. cap. 21. dub. 23. num. 75. Sanchez in Decal. Lib. IV. cap. xxiv. num. 32. Caltrapolanus tract. xiv. disp. 11. punct. 1. num. 4. Bonacina disp. 19. quest. 11. punct. 7. & 2. num. 18. & 26. Lezana verb. votum. Probabilem eam indicant Leander, & Salmageticensis.

VII. Contraria sententia probabilis est, & multi vera. Hanc docet D. Thomas 2. 2. quest. cxxxix. art. 5. Caietanus 2. 2. quest. lxxxviii. art. 8. dub. 3. 8. Ad primum dicitur. Soto Lib. III. de iust. & iur. q. 111. ar. 1. Raphael de la Torre 2. 2. q. 111. quest. lxxxviii. disp. 11. n. 4. & disp. 19. n. 5. Prado sac. xxxi. q. xlii. n. 15. Suarez Lib. IV. de voto cap. vi. num. 2. & 3. & eod. vi. num. 4. Trullenchus Lib. II. cap. 11. dub. 26. num. 1. Poptius de mortua Lib. VIII. cap. 6. num. 19. Ledesma in II. tract. 1. cap. vii. dub. 2. num. 3. Garcia Tom. II. tract. 3. disp. 6. dub. 7. punct. 2. num. 15. Pellicerius tract. I. disp. XVI. cap. xxi. num. 69. Leander tract. I. disp. XVI. Salmaticensis tract. I. disp. 17. art. 1. punct. 3. num. 37. Attingunt optimam istius sententiam tradit D. Thomas 2. 2. q. lxxxviii. art. 8. in corp. Quicumque est subiectus alteri, quantum ad id in quo est subiectus, non est fac potestatis facere quod vult, sed dependet et voluntate alterius. Et ideo non potest se per votum frangere obligare in his in quibus alteri subiectus, sine consensu sui superioris. Hanc eandem doctrinam in responsione ad primum argumentum repetit, inculcatque. Et ideo non potest omnino subici voti, cum quis in potestate alterius constitutus caret id quod est in potestate alterius, nisi sub conditione, si ille ad cuius potestatem pervenit, non contradicat. Tandem loco citato, nempe 2. 2. quest. cxxxix. art. 5. hac de filii familiaris statuit, quia pariter naturaliter sunt in potestate patris quantum ad dispensationem sua vite, potest patris vota eorum revocare.

VIII. Filii si iuris naturalis paternae potestati subiecti sunt. Religiosi subduntur Prae-latorum voluntati, & domino vi iuramentis professionis, seu voti obedientiae. Ince ergo naturali, & divino patres, & superiores in filios, Religiosorum dominantur. Porro vi illius domini, scilicet potestatis vota irritare valent subditorum. Ergo irritatio illius est quidem naturalis, & dominice iuris fructus est. Accedit quod licet aliqua lex iuris tantum ecclesiastica, aut humana sit, posita tamen tali lege, ius consistit naturale, & divinum. Instituto huius vel illius superioris a lege hu-

mana, & ecclesiastica praescribitur, facta tamen institutione ad formam legis, iure naturali, & divino subditi parere superiori adstringuntur. Iure gentium qui ierens evadit: servitute contracta, ius naturale in servum dominus acquirit. Consecratio calicis a iure ecclesiastico praescribitur: sed iure divino ceteri sacro obsequium, & reverentia debetur. Quamvis ergo votorum solemnitas a iure ecclesiastico celatur, tamen tamen votum solemnitate celebrata, Religiosus legem naturalem subicitur superiori voluntati; quemadmodum iure naturali subicitur uxor marito legitimo, tametsi solemnitate matrimonii a iure ecclesiastico proficiantur. Ex quibus omnibus conlat solutio argumentorum quae pro se allegat contraria opinio. Nec obstat quod lex ecclesiastica veteri superioribus non in quaedam subditorum vota potestatem conferat, ut in adiectis exemplis patet: quia ad eundem vota, & similia quod attinet, subditi non sunt subiecti superiorum domino: & ad revocanda dissidia, Ecclesia declarat, superiores irritare haudquaquam posse talia vota.

IX. Quaes. III. Quibus votantibus potestas irritandi vota? Resp. Varia sunt superiorum genera, quibus votorum competit irritatio. Ideo, ut clare questio resolvatur, distinctione opus est. Alii sunt superiores qui potestatem dominante potuntur in subditos, ut parentes in filios, domini in servos. Alii solum habent potestatem iurisdictionis, seu directionis, quam etiam indirectam vocant. Quibus postea, facili est reloluto.

X. Primo casum est quod scribit Hieronymus Lama III. Part. cap. 19. §. 1. nempe summum Pontificem posse cum rationabili causa irritare quaecumque vota quae potest patris, & tutor, & praetor, atque dominus, cum sit omnium pater, & tutor, & dominus. Haec opinio falsa est, & rejicitur communiter ab omnibus tum Theologis, tum Canonistis. Quamvis enavent inter Theologos, Pontificem summum potestatem non habere in omnes fideles dominantem; seu fideles, licet subditi sint Pontifici tanquam supremo pastori, & capiti, minime tamen illi subiectos esse tanquam domino: alioquin dicendum foret, nullam secularium posse invadere Religionis integritatem, matrimonium infringere, contractus celebrare absque consensu Pontificis; quemadmodum nequeunt haec peragere servi sine consensu dominorum, filii sine consensu parentum: quod aperte absurdum est. Pontifices ergo lumini non possunt la-

corum

corum vota directe irritare, sed, in illa occurrente causa, eisdem a voti sollicitudine valent dispensare. Vota autem Regularium, & Monialium irritant. Pontifex valet potestate iure ac ipsi Praetati immediati: quia est superioris & praecipuus Religiosorum omnium Praetor. Item vota omnia Ecclesiasticorum, quae ad beneficia ecclesiastica pertinent, irritant a Pontifice possunt. Vota vero sive Clericorum secularium, sive laicorum, directe irritare nequit; sed indirecte dumtaxat prohibendo materiam.

XI. Episcopi irritare valent Monialium sibi insubjectarum vota: in his enim dominantem habent potestatem. Secus dicendum de Monialibus quae eorum iurisdictioni non subduntur. Regularium pariter exemptorum vota irritare non possunt. Immo nec suorum Clericorum, & multo minus laicorum, vota irritare queunt. Quippe in illis non dominantur, led iurisdictionis tantum potestatem in eisdem potuntur.

XII. Si ergo directe vota irritare tantum possunt qui potestatem quam vocant dominantem, seu dominativam, in sibi subditas personas habent. Qui namque alterius dominum subduntur vel ratione personae, vel ratione rerum quae promissionibus subdunt, nihil firum constitute valent, superioribus inconculsis: sed in omnibus istorum promissionibus includitur conditio consensus praesentis a superioribus. Quasobrem superiores Regularium vota Religiosorum, parentes vota filiorum, tutores vota pupillorum, curatores vota minorum irritare valent: quia omnes illi dominantur in subditos, & tali quidem potestate quae dominans appellatur. Hinc sequitur neminem posse propria vota irritare, quia nemo dominatur in se ipsum.

XIII. Quaes. IV. Tenetur ne superior vota irritanda in specie cognoscere? Resp. Nemo inficiatur, posse absolute superiorem subditorum vota irritare, quin distinctam votorum cognitionem habeat. Dicitur est enim supra, nullam causam ad vota valide irritanda requiri. Sententia quoque lapsa communi saltem in modo valde, sed etiam licite id praestare posse. Vide quae dicta sunt num. 5. Sed quamvis absolute loquendo possit superior & valde, & licite vota subditorum irritare, in praxi tamen semper ob aliquem peculiarem finem agere tenetur. Porro ut propter finem, & pendentes vota irritet, eorundem votorum notitiam habere oportet. In his tamen reli-

quis vitanda est. Quaecumque enim causa facta est in omnium sententia ad validum licet: itaque irritandorum. Cognitionem, itaque dicitur irritandorum votorum requiri, ut superior imprudenter notam effugiat.

XIV. Quaes. V. Potest ne superior vota irritare, subditis repugnantibus? Resp. Admiranda communis sententia, quae vera est. Quippe votum sub conditione futuri consensus superioris emissum fuit. Superior autem a subdito pendere non debet, ut iuxta subdito voluntatem votum editum approbare teneatur. Quoties ergo expediens sibi visum fuerit, refragante licet suadito, vota irritare poterit. Quin superior prohibere potest ne subditi impoterum vota emittant.

CAPUT IV.

De potestate quam habent Praetati Regularium ad irritanda subditorum vota.

I. Praemissa communi irritationis votorum notione, ad peculiarem irritationis declarandam accedo. Paucis omnia expediendum. Et ut quae distincta, competentia habebit, Praetores regulares posse subditorum vota irritare. Disputant vero Theologi, utrum omnia subditorum vota, tum interna, tum externa, subiecta sint Praetatorum potestati; & qui sint Praetati illi qui facultate potuntur vota irritandi. Quare sequentes quaestiones resolvendas propono.

II. Quaes. I. Vota interna Regularium, quae regimen nullo modo perturbant, nec Religionis observantiam, irritari ne queant a Praetore eorundem? Resp. Negant plures Authores. Caietanus 2. 2. q. lxxxviii. art. 3. & q. civ. art. 5. Prado cap. xxxi. q. xlii. num. 31. Sanchez Lib. IV. cap. xxxiii. n. 6. Ledesma Lib. II. cap. 81. dub. 13. n. 94. Caspalius disp. 12. punct. 8. n. 1. Armilla verb. votum; Sylvester verb. votum 2. q. xlii. in fin. alique. Evincere hanc opinionem contendit D. Th. anthurus: quippe 2. 2. q. civ. art. 3. in cap. hoc habet. In his quae pertinent ad intervencum motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo. Quam doctrinam alius insculat in respon. ad 2. Deo subdicitur homo simpliciter quantum ad omnia & interiora, & exteriora: & ideo innotuit illi obedire, tenetur. Subditi autem non subduntur suis superioribus quantum ad omnia, sed quantum ad aliquae determinate. Ex hac doctrina manifesta existit ratio quae veram ostendit opinionem istam. Quippe Praetati regulares idcirco vota sub-

subditorum irritare valent, quia in eisdem dominantem habent potestatem. Porro, si plene in eis non dominantur, subditi quantum ad aliqua non subdiciuntur, subditi quantum ad alia in his que regulam, & ordinem regimini spectant, sicut in his que intra animam sicut; plerumque videtur, Prælatos carere prælati irritandi vota interna Religiosorum, que nec realia obediuntiam, nec Religionis gubernationem contingunt.

III. Altera sententia dicitur, Prælatos Regularium omnia subditorum vota non irritare, immo irritare directe posse. Hanc defendunt Soto *Lib. III. de iust. & iur. q. 111. art. 2. dub. 2. §. Quartum opinionem gentis*, Sanchez *lib. 17. cap. xxxiii. n. 6. & cap. xxiv. n. 30. Suarez Lib. III. de voto cap. vii. n. 8. stem Tom. 1. in III. Part. disp. 11. lec. 2. num. 8. & 9. item de Relig. Lib. VI. cap. vii. n. 8. Trado cap. xxxi. quest. 111. n. 2. Bonacina *disp. 19. quest. 11. parit. 7. §. 1. n. 26. Valentia disp. 19. parit. 6. quest. 6. Acoroz *Lib. XI. cap. xvii. quest. xvi. & n. 37. Valquez 2. 2. disp. cti. cap. 10. n. 17. Tamburinus de iure Abb. Tom. II. disp. xviii. quest. 19. n. 6. & 11. Layman *Lib. 19. tract. 1. cap. xii. n. 6. conel. 3. Leanda *tract. 1. disp. xxi. n. 37. Salamanca *tract. xvii. n. 21. quest. 2. n. 37. alique plures. D. Th. in hanc quæstionem consentiendi videtur 2. 2. quest. lxxviii. art. 8. ad 2. Multum, inquit, natura Religio est firmum, nisi de consensu Prælati. Ratio que pro hac affertur sententia, satis valida est. Siquidem, licet verum sit Religio subditi in omnibus subiectis habere esse Prælati, hoc tamen in quod Prælati negantur irritum aut augere, aut minuire vota, nec supra, aut contra Regulam quidquam præcipere; nihil tamen fecit nisi subdiciuntur in hoc quod ipsi a se onera sibi imponere nequeunt, ipsi non consultis: quippe hæc nova onera possunt consistere subditi inceptum ad implenda illa que sunt Regule, quæque solentur voto astringitur Deo reddere. Potest Religio plura vota interna edere eliciendi in singulis dies tot amoris divini actus, totidem nites, totidemque spei; recitandi preces præces, genuflectendi; & id genus similia: que omnia simul sanctitati, & peno vi Regulari solvendo officere possunt. Cum igitur Religiosus vi sua professionis totus Deo dicatur, Prælatorum potestati subiectus est etiam in hoc quod nequeat firma vota edere, nisi habeat ratione consentus obtinendi a Præ-******

lati suis. Hæc sententia probabilior est, immo vera.

IV. Ex his soluta remanent que pro se allegat prima opinio. Verum namque est quod docet D. Tho., Religiosum Prælati ius quantum ad omnia non subdici. Hinc tamen non inferatur, subiectos non esse in votis edendis. Subdiciuntur subiectos quantum ad aliqua determinata, inquit Angelus, id est quantum ad illa que prædicantur in Regula, & constitutionibus, quæque sunt eisdem annexa sunt. Quorum omnium sensus est, quod Prælati neque cogere subditum ad obediendum sibi in his que nec prædicantur in Regula, nec ad Regule observantiam illo modo cogunt. Ne multa: ad libitum, & pro arbitrio nequit subditus obsequere ad ea peragenda que limites emittit professionis transgreditur. Similiter dicitur, Ecclesiam non habere potestatem directam in actus internos, quatenus possit quidquam in se internum vel præcipere, vel prohibere. Hinc tenet nequaquam consequenter, illam non habere potestatem liberandi subditos ab aliqua etiam interna obligatione. Votorum irritatio bonum respicit ipsius subditi. Non est onus hæc irritatio, sed beneficium eiusdem. Et quamquam vota sint interna; executio tamen votorum, licet interna, discipline exteriori præiudicium inferre potest, ut ex his que diximus constat. Nostra ergo sententia est, Prælatum posse quæcumque subditorum vota irritare. Antequam tamen irritentur, subditos servare illa debet, eo quod valida sunt iuxta ea que docuimus supra cap. 1. quest. 1. & solummodo, causa cognita, valet Prælati vota irritare.

V. Aliqua tamen vota excipiuntur, que a Prælati irritari nequeunt, ut ea sunt que statum consequuntur, sive simplicia sint, sive solemnia. Hæc ratione vota que in nonnullis Ordinibus sunt, ut votum Minorum abstinendi a carnibus, votum Mercatoriarum redimendi captivos, quarum vel quæque vota solitariarum præter tria solemnia, Prælatorum irritandi omnino subiecta sunt. Votum quoque transgredi ad actorem Religionem superiorum potestati non subiacet: quia nec summus Pontifex eiusmodi votum transgredi ad actorem irritare valet, ut communiter Theologi docent: quoniam ut Pontifex irritandi potestatem minime habet, sed tantum ut supremus omnium Religiosorum Prælati. Porro ut Prælati hæc vota nequeant, sicut nequeant ceteri Prælati, irritare. Simpliciter, lege Sanchez *Lib. 17. c. xxxiii. n. 19.*

VI.

VI. Quest. II. Qui sunt Prælati qui hæc subditorum Regularium vota irritare valeant? Resp. Subditiarum vota irritandi potestatem habent omnes superiores qui potestatem ordinaria possunt; ut sunt Generales in universis Ordine, Provinciales in tota provincia, & superiores, sive Priores Conventuum, seu domorum particularium, qui omnium subditorum, etiam hospitum, ultra diem ibidem commorantium, vota irritare queunt.

VII. Quest. III. An Legati a latere, & Congregationes Cardinalium vota Religiosorum irritare valeant? Resp. De Legatis a latere affirmat Prado *c. xxxi. q. xiii. §. 3. n. 31. De Congregatione Cardinalium super disciplina Regularium plures idem docent. Sed probabilior est neque Legatos a latere, neque Congregationem hæc potestatem polleere. Quoniam illam potestatem iurisdictionis, locus dominativus in Religiosis habent. Et quamquam hæc potestatem summus Pontifex delegare illis possit; minime tamen constat, revera eis illam delegatam fuisse. Ceterum in his standum est praxi. Si enim prælati Legati, & Congregationes vota irritant, dicendum foret, illis Pontificem talem potestatem delegasse. Convenit vero fere penes omnes, hæc potestatem non habere Cardinalis protectores.*

VIII. Quest. IV. An Prælati, seu Superiores secundarii, quos Superiores, Vicarios, Protectores, & pater Monachos Priores, alii que nominibus vocare solent, hæc habeant potestatem vota irritandi? Resp. Communis sententia docet, præsentibus Prælati primariis, hos secundarios Prælatos nulla gaudere irritandi votorum potestatem: quia tunc sunt meri Prælatorum coadiutores, nullumque in subditos dominium habent. Contra, absentibus Prælati maioribus, iidem in præfectura succedunt, evaduntque veri subditorum superiores, quibus vi voti obedire tenentur subditi, commissa præcepta exequi. Ut autem huiusmodi potestate Superiores illi secundarii fruuntur, requiritur quod Prælati primarii vere absentes sint. Si enim domo essent, eodem die revertitur, seu si pro parvo tempore intra eandem diem absent; hæc in communi acceptione vera absentia non est. Communitur, quando per unum aut alterum integrum diem naturalem a Conventibus absent; intelligiturque vere absentes: & tunc Superiores secundarii vere possunt potestatem dominante in subditos, eorumque vota irritare, & præcepta imponere iure valent. Hæc omnia communia apud Auctores.

IX. Quest. V. An Abbatis, seu Prioris, seu Monachorum vota irritare valeant? Resp. Aliqui continentur, eas dumtaxat vota illa irritare posse que gubernationi, & regimini directe adventant; & licet alia que exteriori regimini non officiant: quia nonnulli politicam, & domesticam talis ad bonum temporale potestatem habent; nec Moniales obedientiam eidem promittunt, nisi de rebus ad domesticam gubernationem spectantibus. Communis tamen sententia oppositum docet, videlicet Abbatias, & Prioratas omnes: quia vota irritare suam Monialium posse, que Abbates, & Priores, sive prælati in suis Conventibus valent; eo quod Sanctimonialia, non licet ac Religiosi, obedientiam voverunt, commaque reddere tenentur suis Abbatibus, & Prioratibus, non modo in rebus domesticis, & politicis, sed etiam in immo politicis, in his que spirituales animarum profectum spectant. Prado *cap. xxxi. q. xxxi. §. 2. n. 44. Bonacina disp. 19. q. 11. parit. 7. §. 2. n. 26. Trulliench *Lib. II. c. 11. dub. 31. n. 3. Lezana *Disp. 19. cap. xxxi. n. 4. Sanchez *Lib. 17. cap. xxxiii. n. 19. Lessius *de iust. Lib. II. c. 2. dub. 7. n. 107. Suarez *Lib. 17. cap. vii. Gandioli *disp. xxxi. art. 3. dub. 3. Raphael *de h. Toan. 2. 2. q. 11. parit. 4. n. 21. Bellarmus *Tom. II. tract. 6. vii. Garcia *Tom. II. tract. 8. diffin. 6. dub. 7. parit. 2. n. 20. Tamburinus *in Decal. Lib. III. c. xxi. §. 3. n. 3. Salamanca *lect. xvii. xviii. cap. 11. parit. 4. n. 41. & 42.************

X. Quest. VI. Prælati Regularium vota irritandi vota irritare? Resp. Negat communiter omnes. Novitii, antequam professionem emittant, illi irritant, nullamque dominantem potestatem in eisdem habent sive Prælati, sive illorum Magistri, qui proximis curam committunt gerunt. Personalita vota, que Novitiorum exercitia, & regimen turbantur, impeditur valent; nec eisdem Novitii implere tenentur ea queque vota que animam perant Novitiorum, sive Magistri Novitiorum tempore Prælati, seu Magistri iure queunt. Si tamen Novitii, religione relicta, ad seculum redeant, vota revivunt, eaque implere astringuntur. Vota realia que nec impediunt administrationem, seu regimen Religionis, nec Novitios valde aggravant, ut sunt vota obligandi elemosynam, arguendi de his bonis disponendi, nec irritandi, nec suspendendi, sive impediendi facultate possunt Prælati. Hæc tamen vota, sive realia, sive personalia, commutari in alia per onera a Præ-

Pra.

Prælati possunt. Et hæc commutatio cessaret, si Novitius Religionem relinqueret: quia commutatio facta censetur dumtaxat pro tempore Novitatus. Hæc omnia communia sunt. Ad dispensationem autem quod actinet, convenit inter Theologos, dispensandi facultatem super eisdem Novitiorum votis Prælati competere, eo quod institutionem ecclesiasticam in illos habeant.

CAPUT V.

Quæ vota filiorum possint parentes, tutores, & curatores irritare.

Disputant communiter Auctores, quo tempore incipiat filiorum infantia. Aliqui contendunt ab ipsa fide animatione initium illam ducere, & ad septennium usque perdurare, quod probant auctoritate Lucæ c. 1. *Etia enim, nisi factus est vox saluberrima tua in auribus meis, exultavit in gremio infans in utero meo.* Et in hoc medicis consentire videntur, Hippocrates, Galenus, Cælius, & Zacharius, quod refert Narbona Ann. VII. g. v. n. 1. Alii communiter sustinent, primordia infantie in proprio sensu acceptæ esse naturam. Dissidium nullius momenti est. Quod fetus animæ vivificatus in utero existens infans vocari possit, quemadmodum re Evangelista Lucas eundem vocat, non est ambigendi locus. Ceterum iuxta communem acceptionem infantia a nativitate incipit, & desinit in septennium completum; neque enim septennium sitis infantis vel diem unum includit præcedentem nativitatem. Etas pupillaris, seu impubertas ab anno septimo initium ducit, & in feminis duodecimo elapso terminatur, in viris vero anno decimo quarto pariter expleto. Pubertas autem feminarum ab anno duodecimo, & virorum ab anno quatuordecimo incipit, & secundum sui commune tam in viris, quam in feminis, finem habet anno vigesimo quinto completo. Intra hoc intervallum ab anno duodecimo, & quatuordecimo usque ad vigesimum quintum vocantur tam feminæ, quam viri puberes, & minores; sicuti a nativitate usque ad septennium infantes, & a septennio ad quartum decimum usque popilli, & pupillæ, seu impuberes. Quamobrem officium tutoris, qui pupillo, seu impuberi ob patris defectum assumitur, cessat cum etate pupillari, seu impuberi; quemadmodum curatoris, qui pariter ob defectum patris minori deputatur, ministerium cessat, elapsa etate pæbertatis, seu minorita-

tis, quæ, ut iam dictum est, desinit in annum vigesimum quintum: quamvis non raro contingat Principis beneficio puberes, seu minores ante præscriptum a iure communem spatium curatoris potestati subdici. Plura hic dicenda solum de patria potestate, & de eiusdem effectu sunt; sed hæc omnia suo loco discussa reperies. Illa dumtaxat præbere placuit quorum cognitio necessaria est ad ea quæ dictum sumus percipienda.

II. Quæst. I. An vota filiorum impuberum irritanda parentis valeant? Resp. Contendunt nonnulli, vota emissa infra impubertatis tempus invalida esse: pro qua opinione citatur Sylvester verb. Relig. 2. g. xv. & verb. Baptismus g. viii. ubi solum indicat quod pueri possint votare prope pubertatem. Communis autem, & vera sententia docet, vota emissa post rationis usum, qui communiter circa septennium habetur, valida esse: sicut enim lucetæ rationis lumine impuberes peccare valent, ita possunt quoque votare. Porro quod pater omnia vota vive realia, sive personalia, sive mixta, & ipsius votum Religionis irritare valeat, docet D. Thomas 2. 2. g. lxxxviii. art. 9. sic inquit. *Est ergo dicendum, quod si pater, vel puelle ante pubertatis annos nuptiam habeat usum rationis, nullo modo potest ad aliquod se voto obligare. Si vero ante pubertatis annos attingit usum rationis, potest quidem (quantum in ipso est) se obligare; sed votum eius potest irritari per parentes, quorum cura remanet adhuc subiectis.* Indiscriminatim Angelicus loquitur de omnibus votis. Non est ergo quod nos distinguere debeamus; cum pro uno, ac pro altero prior ratio assignari non possit. Quin factis expediens videtur, ut imbecilla illa etas in omnibus votis, quæ mixta sunt momenti, & aliena dignitate voluntate, sitque alterius potestati subiecta. Et, quamquam infra impubertatis annos nonnullis abundantur humani rationis assuetudine; id tamen nimium contingens est, & plerumque oppositum evenit. Ea autem quæ communiter occurrunt, sunt attendenda. D. Thomæ sententia accedunt Cajetanus 2. 2. g. lxxxviii. art. 9. ad §. Ad hoc dicitur, & in Sum. verb. Votum, Suarez Lib. VI. c. vi. num. 6. & Lib. 7. Sanchez Lib. IV. c. xviii. n. 7. Lessius Lib. II. c. xl. dub. 74. n. 18. Prado c. xxxi. q. xxxii. n. 61. Bonacina disp. xv. qu. 13. punct. 7. §. 2. n. 18. Trullenchus Lib. II. c. 1. dub. 34. n. 2. Layman Lib. IV. tract. iv. c. vii. n. 10. Tamburinus in Decal. Lib. III. c. xvi. §. 3. n. 9. Leander tract. i. disp. xvi. c. lxxii. §. 3. n. 9.

Sal.

Salmanticenses tract. xvii. cap. vi. punct. 5. num. 45. alique communiter.

III. Quæst. II. An parentes irritare vota possint personalia filiorum qui pubertatem sunt ingressi? Resp. Quamvis tam pueri, quam puelle sub patria potestate existant, etiam postquam artigerint pubertatem; quæ tamen ab ipsis emittunt personalia vota in eo pubertate facta, si regimen domesticum non interrumpunt, non possunt a parentibus irritari. Sic inquit S. Thomas 2. 2. g. lxxxviii. art. 8. ad 2. *Ex quo homo venit ad amem pubertatis, si sit libera constitutus, est sui potestatis quantum ad ea quæ pertinent ad suam personam; puta quod sollicitudo Religionis pervenit, vel quod matrimonium contrahat; non autem est sui potestatis quantum ad dispositionem domesticam.* Unde circa hoc non potest aliquid votare quod sit votum sine consensu Patris, D. Thomæ sententia subscribit Prado c. xxxi. quæ xxiii. n. 63. Sylvester verb. Votum 3. g. vi. Raphael de la Torre 2. 2. g. lxxxviii. art. 9. disp. 4. nu. 3. Valentia 2. 2. disp. vi. g. vi. punct. 4. questiones ult. Suarez Lib. II. c. xvii. n. 2. Trullenchus Lib. II. c. 1. dub. 34. n. 2. Sayrus Lib. VI. c. v. n. 6. Leander tract. i. disp. xvi. c. lxxxi. Salmanticenses tract. xvii. c. 11. punct. 5. n. 46. alique communiter. Utraque questionis pars declaratur; nempe quod pater nequeat irritare vota personalia quæ domesticæ gubernationi non officiant, ea vero quæ regimen domesticum impediunt, pro sui voluntate posse infringere. Prima pars constat. Nam status pubertatis constituit sapienter naturam juvenem in possessione plene libertatis, & perfecti usus rationis quoad illa omnia quæ proprie personæ directionem spectant. Rata ergo & firma sunt vota quæ in tali statu filii emittunt, quando ea ipsorum personas tantum afficiunt. Ideo namque quæ irritatio obnoxia impuberum vota sunt, quæ illi plene, perfecteque usu rationis non possunt. Hæc est unica & sola ratio, quæ omnino cessat, elapso pubertatis statu, & adveniente pubertatis etate. Alia vero pars non minus manifesta est. Quia vota illa quæ regimen domesticum perturbant, patri potestati grave inferunt præiudicium. Ergo, ut valida sint, emitti debent cum conditione futuri consensu patris: quæ enim alteri noxia sunt, consistere nequeunt, iuxta illo qui damnari patitur. Nequit ergo pater irritare vota castitatis, & Religionis, vota ieiuniorum, precum, aliarumque rerum, quæ filii puberes emittunt; dummodo adeo immoderata non sint, ut administrationi domesticæ adveherent. Vota autem peregrinationis, precum, & ieiuniorum, quæ curæ paternæ forent advehera, irritari a patre possunt.

IV. Vota a filiis edita in etate popillari, seu impuberi, si confirmata fuerint ab ipsis in pubertate, rata & firma habentur, nullique irritatio obnoxia sunt; dummodo personalia sint, nullumque damnum interant gratia potestati. Ut vero dicatur votum confirmatum, satis haud est votentem illud ferre, sed oportet ut nova, & explicita deliberatione illud ratum habeat, seu ut denuo vocat, & secundo voto priori quodammodo robur adiciat.

V. Quæst. III. An vota impuberum, si mel confirmata a patre, possint deinceps a patre irritari? Resp. Admirat ut quid probabilis Leander tract. i. disp. xvi. g. lxxxviii. allegans pro hæc opinione Sanchez, Fagnandæ, & Tamburinus; nec aliam rationem promittit, nisi quod probabilis est, confirmationem patris non obitare quominus valeat postea confirmata vota irritare: quæ ratio est, ut dicitur, pectus principii. Eam tamen corroborare contendit pariter Prælatorum regularium; qui vota subditorum a se confirmata irritare semper possunt.

VI. Contraria sententia mihi probabilior est, namque defendit Suarez Lib. VI. de voto cap. vi. n. 15. & 16. Sayrus in Clav. Reg. Lib. I. cap. 2. n. 28. Philareus de offic. Sacerd. Tom. I. Lib. III. cap. xviii. Filiucius tract. xxvi. c. viii. g. vii. n. 33. Quod ita satis valide evincitur. Vota conditionata, impleta conditione, rata & firma sunt. Vota quæ impuberes edunt, conditionata sunt, nempe si pater consentiret. Ergo, semel habito patris consensu, conditio impleta est. Ergo, conditio impleta, valorem integrum habent. Nonne alia filiorum promissa conditionata, rata evadunt, accedente paterno consensu? Quidni & vota Deo facta? Unde habent quod pater præsertim consensum retrahere valeat? In nulla contractu, in nulla promissione contingit ut qui consensum absolutum, & tamquam dominus dedit, pro libito illud revocare. Paritas Prælatorum in regularium non concedit: tum quia in dispensationem vocatur a Theologis, cum Prælati, qui semel votum subditi confirmavit, valeat illud irritare: tum quia valet toto loco differre. Prælati regularis hanc valet in perpetuum confirmare vota subditorum: quia subditi sunt immediate sub potestate, & dominio Religionis; cuius Prælati minister est non perpetuus, sed pro tempore determinatus.

M

Quæ

Quapropter nequit se private potestate dirigendi subditum in commodum, & beneficium Religionis. Potest totum id prelatum quod confert ad bonum commune Religionis, fecit quod aliquo modo. Religionis domino officit. Ne multa: Praelatus non est dominus abolutus: idcirco consentium ita abolutum dare nequit quem retractare non possit. Pater e contrario comparate ad filium abolutus dominus est, abolutumque consensum prebere valet: & hunc semel prelatum rescindere nequit. Si causa iudicibus urgebit, poterit votum commutari, vel dispensari ab habente auctoritatem.

VII. Vota emissa a filio sparis, & illegitimis irrita a patre valent; nisi sub tutoris, aut curatore legitime constituti: quoniam, tamen pater civilem potestatem in eiusmodi filiis non habet, tunc tamen naturalis imbecillitas artus contulere tenetur, ne votorum onere peius graventur. Et in hoc Auctoritate consentimus.

VIII. Quæst. IV. An vota realia filiorum pubertatis patris irritantur subiecta sint? Resp. Adfirmat D. Thom. 2. 2. quæst. lxxviii. art. 8. ad 1. Non potest omnino iurari ratio exiti, cum quis in potestate alterius constitutus vocet illud quod est in potestate alterius; nisi sub conditione, si illi ad cuius potestatem pertinet, non contradicat. Quando filium in ætate minori, seu intra tempus pubertatis, paternæ administrationi subiecti sunt; nullaque ratione de bonis paternis disponere valent. Nulla ergo sunt illorum vota realia, quibus bona temporalia voto promittuntur, non accedente parentum consensu. Idem dicendum est de votis mixtis, quantum ad illam partem quæ realis est.

IX. Quæst. V. An pater irritare possit vota realia filiorum quæ sunt de bonis castrensis? Resp. Peculium castrense, in suo loco dicitur, est sub dominio filiorum. Leg. Famil. ff. de donat. Vota ergo de his bonis nullo modo irrita a patre valent, quia non sunt de bonis patris dominio subiecta.

X. Quæst. VI. An idem dicendum de votis illegitimis bene ad consentia? Respond. Quando bona adventitia ita constituta sunt sub filiorum dominio, ne illi, licet puberes, habeant non solum dominium, sed etiam administrationem; tunc pater irritare nequit filiorum vota de eiusdem bonis: eo quod illa vota nullum damnum inferunt paterno regimini; quia sunt de bonis que omnino subiecta sunt patris dominio, & administrationi. Contra, si pater bonorum illorum administrationem

habet, tunc vota de his bonis edita a filio irritare potest ob impedimentum rectæ administrationis.

XI. Si filius minor votum emisisset eundi Romam pro obtinenda absolutione ab excommunicatione, sequitur pater illud irritare; nisi adesset privilegium aliquod concessum Religiosis, vi cuius abolutio obtineri potest: quia tunc cessaret necessitas. Idem dicunt de votis eundi in subsidium Terræ Sanctæ. Id tamen intelligendum est, quando filii puberes propriis expensis vota, seu iuramenta impieere valeant. Non enim pater propria bona conferre tenetur, quibus talia vota implerentur. De votis que emittuntur a filiis, postquam liberi facti sunt a patria potestate, & de tempore quo patria potestate liberantur, nihil in presentia dicendum suppetit: quoniam extra dispositionem est, vota emissa a filiis patris potestati subiectis non potest irritari. Filios vero post conplectum vigesimum quintum annum non esse parentibus subiectos, pariter certum est quantum ad vota eligenda, alioque plures contractus in eundem. Difficultates quæ circa tempus quo patria potestas solvitur, occurrere possent, suo loco extricabuntur.

XII. Quæst. VII. Tutores, & curatores possunt ne impuberum, & minorum vota irritare eo modo quo patres possunt irritare vota filiorum? Resp. Antequam directè huic quæstioni occurram, discrimen præmitto quod tutorem inter & curatorem intercedit. Tutor primùm personam regenda, deinde rerum administrationi deputatur; contra curator primùm rebus administrandis, postea minorum directioni præficitur. Tutor pupillis, seu impuberibus destinatur usque ad pubertatem, qua adveniente, cessat illius officium: curator puberibus conceditur usque ad annum vigesimum quintum, quo illas minoritatis elabitur. Sæpe Principis privilegio eiusmodi officia ante præsumunt a iure communi tempus cessant.

XIII. Dicimus ergo, tum tutorem, tum curatorem irritare posse vota impuberum, & minorum eo modo quo possunt parentes filiorum vota rescindere. Tutor namque impuberum, seu pupillorum, & pupillarum, veluti pater reputatur, qui non tam personarum, quam bonorum curam habet. Idcirco tam personalia, quam realia vota eorundem irritare potest. Curator irritare potest omnia vota realia minorum, & ea personalia que officium suæ administrationi; quæ vero nequam nocent regimini, firma manent.

ment, nec subiciuntur curatoris potestati nisi valeant ab ipso irritari. Hæc omnia intelliguntur, etiam si vota hærento firmata essent. Transacto vigesimo quinto anno, curatores nullam habent potestatem in vota minorum, cum minores amplius non sint. Si fuerint aut puberum plures curatores, aut impuberum plures tutores, quilibet possit vota subditorum intra definitum temporis spatium irritare. Hæc omnia communia sunt.

XIV. Vota emissa a pupillo, seu impubere, non confirmata post acquiritam pubertatem, etiam si personalia sint, potest curator irritare: eo quod, licet curator primùm pro administratione rerum deputetur, secundario tamen ad ipsum spectat personæ regimen, & directio. Ita sentiunt Sanchez, Trullenchus, Tamburinus; Bassæus, Leander. Oppositum docet Suarez Lib. VI. c. vi. n. 24. eo quod curator loco patris non succedat; neque personæ, sed rebus detur. Non est quod tempus terram in longiore huiusce rei discussione. Mihi tamen probabilior est Suarez opinio.

XV. Quæst. VIII. An curatores datus majori ob culpam prodigialitatem, et infideliâ vota realia irritare possint? Resp. Adfirmat communis opinio: quoniam omnis administratio verita est majori dominio curatoris subiecto: ergo quæcumque eius promissa, licet voto firmata, irrita a curatore possunt.

XVI. Quæst. IX. An mater potestatem habeat filiorum, aut filiorum irritandi vota? Resp. Vivente, & presente patre, mater potestatem caret vota filiorum, & filiarum irritandi. Id primùm ex ipsa Scriptura eruitur: siquidem Num. xxx. ad solam paternam potestatem, seu ad solam patrem irritandi vota privilegium contrahitur, nulla facta matris mentione; licet revera illi filiarum, non filiorum fiat mentio. Ratio est, quia solus pater caput familie est. Hæc est communior opinio, quam defendunt Navarrus in Manual. c. xii. num. 62. Azorius Lib. XI. c. xviii. q. 11. Sanchez Lib. II. cap. vi. n. 10. Sylvester, & Paludanus ibi, Lelivus Lib. II. cap. xl. dub. 10. num. 78. Sanchez Lib. II. cap. xxxv. num. 78. Tamburinus Lib. III. cap. xvi. §. 3. num. 21. Trullenchus Lib. II. Decal. c. 11. dub. 76. num. 2. Calpurnius disp. 11. de votis punct. 7. n. 7. Raphael de la Torre 2. 2. q. lxxxviii. art. 9. disp. iv. n. 10. Sayrus Lib. VI. Clav. Reg. cap. 2. Bassæus Tom. II. verb. Votum 2. num. 8. Leander tract. 1. disp. xvi. q. cxviii.

XVII. Contrariam opinionem defendunt

Prado c. xxxi. q. xiv. §. n. 17. Philareus Tom. I. par. 11. Lib. III. c. xv. Eam probabiliter reputant Saluberrimos tract. 5. cap. 11. punct. 7. num. 72. Inquirunt ergo, vivente, vel presente patre, vel eo mortuo, & tunc assignato, posse matrem vota impuberum irritare, sicut pater; quamvis potestas illarum in patre principaliter, secundario in matre reperitur. Addunt etiam, quod mater valeat vota realia filiorum puberum quæ iuxta administrationis officium, irritare eodem modo ac pater. Si tamen vota realia fuerint de bonis, quæ neque domino, neque administrationi matris sint subiecta; hæc a matre irritari nequeunt.

XVIII. Hæc sententia, quatenus afferit posse matrem vivente patre, eoque presente, irritare vota filiorum impuberum, iuxta fructu probabilitate: quandoquidem in his que filiorum regimen, & gubernationem spectant, naturalis potius quam civilis potestas consideranda est. Porro, quamvis iure civilis filii non sint sub cura matris, sed patris, qui solus patris potestatem possit in filios; nihilo tamen locuti vi iuris naturalis etiam matri subditi sunt: mater namque filius, & filias præcipue iure valet; & illi eadem obsequere auctoritatem: quod in filibus potissimum locum habet. Ergo mater, etiam presente patre, irritare eorum vota, ac rescindere potest. Id confirmant paritate a filiis illegitimis petita: licet enim illi civili lege patri subiecti non sint; quia tamen iure naturali illorum dominus est pater, eorundem vota rescindere potest. Tamen et iure matris civile dominium in filios non habet; quia tamen iure naturali illorum domina est, poterit eorundem vota irritare.

XIX. Hæc argumenta minime spernenda sunt. Si tamen res paulo attentius spectetur, levis commut. Verum habet, matrem iure naturali dominam esse filiorum, & filiarum, atque filios eodem subiectos ad ipsi obediendum teneri. Sed æque verum est hæc maternam potestatem subditi esse potestati mariti. Ergo, presente marito, seu patre, neque talem exercere potestatem. Siquidem, quando plures sunt domini tali ordine invicem comparati, ut unus sit superior, inferior alter; neque inferior exercere, presente superiore, potestatem. Potestas matris in filios subiecta est paterno dominio. Ergo, presente patre, iure marito, erumpere nequit in actum. Hoc patet in quocunque regimine. Presente Prelato majori, Praelatus inferior (quando ambo præsent in eadem familie)

nequit aliquid precipere. Idque ad confusio-
nem, ordinemque perturbationem tollendam ac-
cedit. Adfirmat contrarie sententia patro-
ni, patriam potestatem, etiam iure naturali
spectato, secundario esse in matre: quia iure
naturali, & divino iure subdita marito est.
Si mater, presente patre, irritate filiorum
vota possit; neque in patre ac in matre pa-
tria potestas reiderit. Probabilis ergo est,
matrem, vivo & presente patre, non posse
filiorum impuberum vota rescindere.

XX. Quæst. X. Mortua, aut presuldis-
tante patre, potest ne mater filiorum vota diri-
mere; etiam si ex ea existat, tutor, aut curator
filiorum? Relp. Adfirmat Prado cum aliis.
Ceterum, quando exiit, tutor, aut
curator filii, nequit mater vota filiorum irri-
tare: quia tunc nullam in eos potestatem ha-
bet; nec bonorum administrationem illa exer-
cit, sed tota penes avum, aut curatorem,
vel tutorem reidet. Hæc communior, & pro-
babilior opinio est.

XXI. Quæst. XI. An mater, mortuo patre,
& deficientibus avo, ac tutore possit filiorum
impuberum vota irritare? Relp. Negat Azo-
rius Lib. XI. cap. xviii. q. vii. cum Viva-
do, & Villalobos, contenditque, tunc salum
matrem irritate vota posse, quando in litata sit
patris. Tunc aut, non quia mater, sed quate-
nus matris filiorum vota dirimere potest. Con-
traria opinio est communior, & vera est, ut
ex dictis patet. Iure liquidem naturali mater
dominatur in filios, & illi subiecti matris sunt,
illiusque imperio parere tenentur. Hinc, mor-
tuo patre, & deficientibus paterno avo, ac
tutore, loco patris succedit mater, filiorumque
impuberum gubernationem prospicere naturali
iure attingitur.

XXII. Quid de votis realibus filiorum pube-
rum? Si mater curatrix instituta non fuerit,
nequit eiusmodi vota irritare. Si enim
pater ipse vota realia filiorum puberum, que
nullo modo perturbant domesticam admini-
strationem, irritare nequit; quanto minus
mater, que, dum puberum filiorum curatrix
non est, nullam exercere administrationem
potest, uppote sibi non congruentem? Nec
talis probabiliter repetamus quod inquit Salro,
n. 50. videlicet filium puberum, patre, &
curatore desitutum, esse tanquam minorem
subditi matris; & hanc, ut succedere loco
curatoris; quæstionem licet, ut mater neque-
at, ut curatrix tamen poterit puberum filio-
rum vota irritare. Sed iure habent, matrem
insapie natura heri curatricem filiorum pube-
rum? Id sane neque ex lege naturali, neque

ex lege positiva eni potest. Iure utique na-
turali temper mater, quoad virum filius au-
torellit, illiusque imperio est; & illi eam ve-
nerari, ac obsequio colere tenentur; ceterum
quod sit filiorum curatrix, quod bonorum ad-
ministrationem obire valeat, absqueullo
fundamento adstruitur.

XXIII. Quæst. XII. An deficientibus pa-
rentibus, tutore, & curatore, valeat avi,
avocæ, ceterique ascendentes vota filiorum im-
puberum, vel marum irritare? Relp. Avus,
& avia ea vota irritare queunt que matrem
dirimere posse diximus: quoniam iam succedunt
loco parentum; illiusque filii impuberes obedi-
re attinguntur. Vide Suarez Lib. VII. c. vi. n. 22.
Sanchez Lib. IV. c. xxxv. n. 82. ubi referit
Paludanum, Antoninum, Sylvestrum, & Say-
rum. Idem docent Bonacina disp. xv. q. 11.
punct. 7. §. 2. n. 18. Tamburinus Lib. III. c.
xvi. §. 3. n. 21. alique plures. Avus autem,
& avia, patre vivente, neutriusq. in nepotum
vota irritare queunt: quia patria potestas avi,
& avie remota est; atque locum habere potest
in nepotes, solimmodo deficiente patre,
cui filii proximè subiecti sunt; & cui, quoad
visant, obedire tenentur. Hæc opinio clara,
& communis luit.

XXIV. Quæst. XIII. An tutor, curator,
vel mater vota filiorum impuberum possit,
transacta pubertate etiam post multos annos,
quemadmodum potest pater, irritare? Relp.
Pater valet irritare personalia vota filiorum
impuberum, non confirmata in pubertate,
etiam post plurimos annos, etiam post extan-
cipationem, & matrimonium contractum.
Mater autem, aut curatores id nequeunt;
transactio anno vigesimo quinto: quippe post
hoc tempus loco patris minime succedunt;
nec alia habent in filios dominatem pote-
statem.

XXV. Quæst. XIV. An magistri discipulo-
rum, domini servorum, heri famulorum
vota personalia in impubertate emissâ irritare
queant? Relp. Adfirmat Suarez Lib. VI.
cap. vi. n. 23. Sayrus Lib. VI. cap. 2. n. 18.
Tamburinus Lib. III. cap. xvi. §. 3. n. 52.
Lellius Lib. II. cap. 21. dub. 20. n. 78. Pro-
babilior tamen, & communior est contraria
sententia: quia nec domini, nec heri, nec
magistri dominantem potestatem habent in
servos, famulos, aut discipulos. Ex quo nam-
que iure hanc alieque luit potestatem? Non
est iure naturali, aut civili. Ergo ex nullo.
Hanc sententiam defendunt D. Antonius IV.
Par. tit. XI. cap. 11. §. 6. Sylvestri verb. Tu-
tor

tum q. 9. 11. dicto 2. Margarita Conf. verb.
de irrit. vot. Sanchez Lib. IV. cap. xxxv. n.
84. Bonacina disp. xv. q. 11. punct. 7. §. 81.
Fagundes Lib. II. cap. xxxviii. e. 11. Prado
cap. xxxi. §. 4. n. 83. & §. 5. n. 90. Trullen-
chus Lib. II. cap. 11. dub. 36. n. 7. Leonardus
tract. 1. disp. xvi. §. 7. q. xxxvi. Callrop.
tract. xv. disp. 11. punct. 7. n. 8. Salmant.
tract. xvii. cap. 11. punct. 5. n. 54. aliique.

C A P U T VI.

De votis uxorum.

I. Quæst. I. An maritus possit omnia uxoris
vota matrimonio contracto emissâ
irritare? Relp. Negat prima senten-
tia, quam defendunt D. Antoninus III. Part.
III. l. cap. xxxi. §. ult. Sylvius 2. 2. quest.
lxxxviii. art. 9. cunct. 7. Sylvester verb. Uxo-
rum §. 9. I. Graffius I. Part. decis. Lib. II.
cap. xlii. n. 8. Valentia 2. 2. q. lxxxviii.
disp. vi. q. vi. punct. 6. Navarrus cap. xvi.
n. 65. Sayrus Lib. IV. tract. iv. cap. v. n.
12. Suarez Lib. III. cap. vi. n. xxvi. & Lib.
VI. cap. iv. n. 2. Azorius Lib. XI. cap. xvii.
q. xii. Bonacina disp. xv. q. 11. punct. 7.
§. 2. n. 13. Trullench. Lib. II. cap. 11. dub.
33. n. 2. & alii. Valida satis est illius sen-
tentie ratio. Ea irritare vota maritus potest
que sunt de rebus mariti potestati subiectis:
nec enim uxor in omnibus marito subdita,
sed in his tantummodo que matrimonium,
filiorum educationem, bonorum administ-
rationem, & familiaræ regimen spectant. Ergo
ea solimmodo vota irritare maritus potest
que huic repugnant subiectioni, & ordinem
illius perturbant; scias alia que nullo modo
his que recentimus, officiant. Id confirma-
tur ex eo quod subiectio uxoris respectu mar-
riti estur ex contractu, & sacramento mat-
rimonii. Hoc porro non omnimodam subie-
ctionem inducit, sed eam tantum que huic
sint necessaria est, quæve in eadem con-
ducit. Ergo illa vota tantum dirimere maritus
potest que huic fini obstant.

II. Contrarium opinionem non pauciores
Auctores docent. Soto Lib. VII. de iust. &
iur. art. 1. q. 112. §. At vero sicut, Petrus
de Ledema de matrim. quest. lxxv. art. 4.
dub. 2. cunct. 1. Prado cap. xxxi. q. xiii.
n. 93. Raphael de la Torre 2. q. lxxxviii.
art. 6. dissent. 3. n. 3. Candidus disp. xxxv. art.
11. Aragonius 2. 2. q. lxxxviii. art. 2. dub.
7. q. v. Sanchez Lib. IV. de matrim. disp.
xxxix. n. 4. & in Sum. Lib. IV. cap. xxxii.
n. 3. Fagundes Lib. II. cap. xxxviii. n. 1.
Cæs. Theol. Tom. III.

Villalobos Tom. II. tract. xxxiv. diff. xxxi.
Diana Lib. Part. tract. iv. resol. 20. Leonardus
tract. 1. disp. xvi. q. cxxvii. Tamburinus
Lib. III. cap. xvi. §. 3. n. 48. Salmant.
tract. xvii. cap. 11. punct. 6. n. 38.

III. Hæc sententia vincitur primo aucto-
ritate laceri Scripture. D. Paulus ad Ephes-
os v. verb. 22. Mulieres viris suis subditæ
sunt, sicut Dominus: quoniam vir caput est mu-
lieris, sicut Christus caput est Ecclesie. Sed
licet Ecclesia subiecta est Christo, ita & mu-
lieres viris suis in omnibus. Igitur quemad-
modum omnia corporis membra a capite pendent,
& Ecclesia Christo in omnibus subiecta
est; ita subdita in omnibus viri marito
erit. Quod confirmatur ex cap. Noluit, &
Manitulum xlv. q. v. ex D. Anselmo, &
ex cap. fin. de ex D. Ambrado de Paradiso
cap. 8. ubi hæc habetur: *Excommunicationis ap-
paret ita virum esse caput mulieris, ut nulli
vota submittit, vel religiose consuetudines
licet sibi sine eius licentia De offere.* Tandem
D. Thomas 2. 2. q. lxxxviii. art. 8.
ad 3. idem docet. *Religiosus subditus est Præ-
lato, quoniam ad suas operationes secundum
professionem Regule. Et ideo etiam aliquis
ad bonum aliquâ facere posse, quando ad alia
non occupatur a Prælato; quia tamen nullum
tempus est exceptum, in quo Prælatum non
possit cum circa aliquod occupare, nullum vo-
tum Religiosi est firmum, nisi sit de consensu
Prælati; sicut nec votum puella existens in
domo, nisi sit de consensu patris; nec uxoris,
nisi sit de consensu viri.* Quomodo ergo Præ-
latus omnia Religiosorum vota irritare potest,
ita etiam maritus vota omnia, live realia,
live personalia, uxoris irritare valebit.
Quamvis, licet diversi ordines sit subiectio
Religiosi ad Prælatum, ac uxoris ad virum,
utraq. tamen subiectio æqualem amplitudi-
nem habet: quod expedient est ad transmi-
tam domus gubernationem, & ad matrum
inter coniuges fovendam amorem.

IV. Utraque sententia probabilis est. Esti-
amque opinionem invicem corroboratur, vix
mihi apparet quænam prævaleat. In primam
tamen propendit, que, omnibus pensatis,
probabilior mihi est: immo quantum ad alia
que vota realia secunda opinio falsâ videtur.
Nam Salmanticens. cum aliis Auctoritatibus
pro illa opinione docent, maritum omnia, &
quæcumque vota, live personalia, live realia
(ut inquit n. 58.) ab uxore emissâ dirimere
potest, non secus ac Prælatum potest omnino
subditorum vota irritare. Quæ assertio falsa
est: nam vota realia que uxores edunt de
M 3 para-

paraphernis, nullo modo a marito irritari queunt. Siquidem in parapherna uxoris, quae extra bona doris sunt, nullum dominium maritus habet. Ergo uxor eadem uovere, & distribuire pro libito valet. Ad hoc ergo quod attinet, falla est profecto illorum Auctorum opinio.

V. Idem absolute dicendum est de votis personaribus, quae nullo modo vel indirecte efficiunt mutuo coniugium officio: puta, vota de certis personis recitandis, quae tamen non sunt minus proxima, quaeque turbant cum marito conversationem; de superfluis tanquam ornatu recitandis, de effugiendis spectaculis, & choreis, de secandis mepitis vitandis, de ingressu in monasterium, si maritus superfluit fuerit, & id genus similia. Quoniam haec nullo modo incommoda sunt aut mutuo coniugium amori, aut familiae regimini, aut filiorum educationi. Hanc opinionem praeter allegatos n. 1. defendunt Natalis Alexander Lib. II. Decal. art. 12. pag. 24. La Croix Lib. III. Part. 1. art. 1. n. 493. Antoine tract. de voti, g. VIII. ref. 2. n. 2. Felix Potellas Tom. 1. part. 11. de precep. cap. 141. n. 1960. Patritius Sporer tract. 113. de 2. precep. Decal. cap. 113. sect. 2. §. 2. n. 27. Franciscus Schmalzgraber P. II. tit. 34. n. 90. alique plures.

VI. Argumenta contrariae sententiae facile solvuntur. Apostoli Pauli textus vincit dumtaxat, uxores subditas viris esse in eis omnibus quae extentum regimen, mutuumque amorem spectant. Textus quoque canonico loquitur de votis abstinenciae, religiose conversationis, & similibus, ut legenti constare poterit. D. Thomas quoque de votis exteriori familiae gubernationi contrariae sermonem habet, ut ex eisdem verbis colligitur. Nam de Religioso loquens dicit, quia qualibet hora eadem Praecepta precipere quidem valet, ideo nullum illius votum validum esse, nisi a Praecepto ratum habeatur. Ad rationem respondendum, quod vi matrimonii mulier subditur marito in his omnibus quae iura spectant coniugalia, sicut in aliis. Ad solvendum amorem matrimonialem satis est quod uxor nil inconfulto marito peragere valet ex his quae hunc amorem, renique uxorem possunt interturbare. Paritas a statu religiose petita salutate laborat. Unde etenim colligitur Salmanticensis eiusdem amplitudinis, & aequalis extensio est subiectionem uxoris ad maritum, ac est subiectionem uxoris ad Praeceptum. Bonorum paraphernorum uxor dominium habet; eademque administrare, erogare, distri-

buere valet. Quae dixerit idipsum Religioso competere? Non solum ergo auctor ordinis, sed maioris quoque amplitudinis est subiectionem Religiosi ad Praeceptum, ac uxoris ad maritum, ut alibi fusius dictum est.

VII. Quaest. II. *Potesit ne maritus vota, & sacramenta uxoris de operibus preceptis irritare?* Resp. Nequit iuxta nostram sententiam maritus irritare uxoris vota de audiendo sacro, de seculo servando, de non mendando, de non fornicando, de confessione faciendi, & similibus. Ratio patet ex his quae dicta sunt.

VIII. Quaest. III. *An maritus valeat irritare votum non petendi debitum emissum ab uxore absque suo consensu?* Resp. Negat communior, & probabilior opinio: quia in iure petendi, & reddendi debitum coniugale pares sunt maritus, & uxor: nec enim quantum ad hunc peculiarem actum vir caput est mulieris, ut optime advertit Durandus in II. dist. xxxviii. q. 1. art. 1. n. 7. Siquidem tamen uxor est ut ab hoc voto abstat: quia, si directe, aliquo tamen modo conducit ad minuendam coniugalem benevolentiam, & amorem mutuum. Nam, si maritus advertat uxorem tali voto devinctam, sensum ab illius affectu seiangitur.

IX. Quaest. IV. *An maritus irritare valeat castitatis votum quod uxor ex illius consensu emisit?* Resp. Adfirmantem sententiam defendit ut probabilior Leander tract. 1. disp. xvi. g. cxxx. ubi laudat pro eadem opinione Sanchez, Dianam, Sotum, Ledesma, & alios. Sed iuxta principia quae nos supra posuimus, haec opinio nobis minime probabilis est. Si enim acquirit maritus votum castitatis ab uxore emissum sine inconsulto dirimere, quanto minus poterit irritare votum quod semel approbavit? Unde, quod, aut ex quo iure erit ut quod maritus valeat retrahere consentium semel deliberate praestitum? In quibuscumque aliis promissis haec retractio iniqua est; cur non & in voto?

X. Quaest. V. *Quando uterque coniugum mutuo consensu vocet, vel irretat castitatem, & vel ne maritus uxoris votum irritare?* Resp. Certum est non posse: quia uterque cessit iuri suo: mutuo namque consensu vitam continentem Deo proponerunt: neuter ergo poterit amplius habere revocandi deliberatam promissionem Deo factam.

XI. Quaest. VI. *Si post castitatis votum deliberato, mutuoque consensu emissum, rei coniugali sacrilegam navaverint operam, poterit ne maritus votum uxoris irritare?* R. Ad-

firmant Sanchez Lib. II. in Decal. cap. xxxv. n. 17. Caltropialis tract. xv. disp. 11. punct. 6. n. 6. Leander tract. 1. disp. xvi. g. cxxxii. Haec opinio mihi falla est, & improbabili. Nec Auctores illi sibi constare videntur. Subscribant praecedenti quaestio, quod nequeant coniuges dirimere votum castitatis mutuo consensu editum. Deinde nunc docent, maritum posse illud dirimere, sacrilega peracta copula? Ex iniquitate: ergo incontinentem coniuges illi? Uquedum vitam continentem ducunt, votum infringere nequeunt; & violato semel voto, ius sive facultas erit mariti votum irritandi? Sed, inquit Salmant. qui hoc cit. n. 59. fautores accedunt huic opinioni, contractus iste mutuo consensu peractus est; atque adeo mutuo consensu dissolvi potest. Verum habet, si contractus solus contraheotes spectaret. Sed contractus iste pro votum Deo nuncupatum consecratus est; ideoque in omnibus restat libertas eum rescindendi. Habent quidem coniuges viciniam consensu libertatem vovendi. At, voto pro consensu mutuum emissio, libertate non pollut illud revocandi, etiam in id mutuo consentiant.

XII. Quid, si licentiam tantum sibi maritus concederet coniugis ad vovendum, non explicato genere voti? Tunc aliter sententiam foret. Licentia enim lapsa natura nec perpetuam laetit, nec irrevocabilis est. Qui licentiam concedit, semper praesumitur pro arbitrio illam concessisse; atque adeo re ius sibi servat eam revocandi. Licentia autem subdata, potest maritus uxoris votum irritare. Advertendum tamen, quod si animo deliberato licentiam sibi mutuum concederet coniuges ad elevandum votum castitatis perpetuam, seu ad vovendum absolute castitatem, nulla adiecta conditione; tunc licentiam, seu consensum praestitum revocare amplius non possent, ut iam supra docuimus, ob generalem rationem, quod retractare contentus deliberatos, semel in quacumque materia praestitum, non est amplius in facultate libera consentientis.

XIII. Quaest. VII. *Quando uterque coniugum mutuo consensu Religiosem vocet, poterit ne alter tantum, aut uterque consensu mutuo votum istud irritare?* Resp. Neque alter tantum, neque ambo simul valent praefatum votum dirimere. Hoc quidem votum perpetuam continentiam includit, & matrimonii dissolutionem quoad totum. Idem dicendum, quando mutuo consensu alter Religionem, alter castitatem vocet. Sententia communissima est, & vera.

XIX. Quaest. VIII. *Vota quae uxor ante contractum matrimonium emisit, implenda sunt matrimonio inito, valet ne maritus irritare?* Resp. Negat communior, & probabilior sententia: quippe ea vota, spectato tempore quo fuerunt emissis, libera sunt ab omni conditione, atque adeo vota absoluta sunt. Nullam ergo maritus potestatem habet in illorum valore; sed solum eadem suspendere poterit, quatenus officio coniugali foret incommoda. Idem dicendum de votis emissis tempore legitimi divortii: nempe si mutuo reconciliaverit, suspendere maritus talia vota poterit, neququam irritare: quia, cum uxor illa emiserit, libera erit a lege, & potest irritare mariti.

XV. Quaest. IX. *Vota quae implenda post dissolutionem matrimonium uxor editi, valet ne maritus irritare?* Resp. Adfirmant Leander, Tamburinus, & alii plures, quos ipsi laudant. Sed negativa opinio communior est, & probabilior. Quia haec vota nullo modo officium iuri matrimoniali; nullumque dominium habet maritus post mortem in eam mulierem quae olim fuit ipsi coniugii vinculo copulata. Et quoniam votum emittitur tempore quo uxor subiecta est viro; ad hoc tamen quod attinet, haudquaquam eidem subdita est, ut ex his quae dicta sunt, constat. Si mortuo primo marito uxor ad secundas nuptias transierit, secundus maritus valebit omnia vota irritare quae poterat primus maritus; dimissoque confirmata non fuerint tempore viduitatis.

XVI. Quaest. X. *An uxor queat aliqua mortui uxorem irritare?* Resp. Negat Soto, Ledesma, Azorius, & alii. Communis opinio sustinet, ea mariti uxor irritare posse quae iuri matrimoniali repugnant. Laudati Auctores, negantes uxori hanc facultatem irritandi vota mariti verbis dumtaxat discrepant a communi sententia, postquam Soto, qui Lib. VII. de iust. q. 111. art. 1. verb. *An extra hanc materiam etc.* hanc rem discutit. Decernit enim vota quae maritus editi in praedictum reit uxoris, nulla esse; & ideo non indigere irratione. Hinc constat (ut ut sit de hac opinione) communiter Auctores convenire, maritum, inconfulta uxore, non posse vota edere in coniugali officii detrimentum. Laudati Auctores reluctant concedere facultatem uxori irritandi vota mariti, eo quod sic illi subdita tanquam capiti, eo quod, si preesse expendatur, nil obstat. Vir caput mulieris est; illiusque dominus. Hoc autem minime impedit quominus uxor aliquo-

rum bonorum dominium retineat. Nonne uxor domina est bonorum parapheronomarum? At quanto potius gaudet iure ad rem conjugalem? In hoc iure coniuges aequales sunt; nec quantum ad hoc vir est mulieris caput, sive dominus. Idcirco quicumque vota a marito emissa, si officio matrimoniali obstat, irritat: uxor potest. Eiusmodi D. Thomas suo tempore votum peregrinationis Hierosolymitanæ in subdium Terræ sanctæ qua; inquit in IV. dist. xxxii. art. 4. ad 1. uxor debet esse coactore ad tempus iuramento necessitate quædam existeret. Idcirco dicendum nunc est, si simile occurreret ratio publice utilitatis, sive temporalis, ut defensionis patriæ, sive ecclesiasticæ, ut bellum aduersus impugnationem religionis. Alia pariter vota que matrimoniali iuri non nocent, irritare uxor nequit.

XVII. Quæst. XI. *Putam emissum a marito non petendi soluitur ualeat ut uxor irritat?* Resp. Adfirmat Layman, Trullenchus, Rodriguez, Henricus, & alii: quia uoxores contra pudorem & naturam iustitiam coequentur debent tempore petere. At ratio isthæc nimis est imbecilla. Quandoquidem nullum ius habet uxor obligandi maritum ad debiti peritorem. Illum obligare nequit ut petat, sed solum ut reddat. Satis est ut maritus peritus semper sit ad solvendum rogatus. Licet autem voto ligatus sit, ut non valeat petere (ad quod tunc non tenetur) tempore tamen paratus, & promptus esse debet ad reddendum, quoties loerit postulatus. Hæc opinio vera est, caraque plures defendunt. Dissuadenda tamen maritus sit, & uxoribus similia vota.

XVIII. Quæst. XII. *Præstatum maritum licitum non ferret, & prodest?* Resp. Patet namque, & fore semper illicitum fore tale votum: tum quia nimium uxori molestum esset, tum quia uovens periculo illud violandi se se exponeret, cum non posset in alio lecto cubare aliquo contigui consensu. Porro hæc tam propinqua habuero fortassis asseret peccandi periculum.

XIX. Quæst. XIII. *An uxor possit irritare uxorem quod maritus emisit, sive uxor habitum uxoris, vel alius Religiosus?* Resp. Adfirmat communiter Auctores, eo quod cuiusmodi votum prædicat uxori: talis maritus delatio habitus uxorem ingerit, & inuicem consensum inuicem: quin ad inuicem separationem uiri ferunt. Neuter ergo consensum sine alterius consensu ualeat habitum laicalem in habitum Erensicæ, sive religio-

sium D. Francisci, D. Dominici &c. commutare, nec votum commutandi edere: & si votum emissum fuerit, uterque in habet irritandi.

XX. Quæst. XIV. *Ualeat ne uxor irritare mariti vota, ergaui amplas elemosinas, polizas precæ fundendi, crebra ieiunia prægendæ Resp.* Cum vir administrationem absolutam familiæ habeat, omniumque domesticarum bonorum dominum, plenum est, uxorem non posse præstatum elemosinarum votum dirimere, etiam in damnam familiæ eaderet. Si vero votum eiusmodi bona tangeret ipsius uxoris, eadem distribubendo; ex hac parte nullum esset, neque egeret irritatione, quemadmodum nullum similiter foret, si iustitiam laderet, bona prodigendo. Vota namque, sicut & iuramenta, vincula non sunt iniquitatis. Vota vero precum, & ieiuniorum adeo frequentium que corpus mariti extenuaret, ipsi uque ad debitum reddendum ineptum redderet, uxor irritare potest, ueluti noxia iuri matrimoniali.

XXI. Quæst. XV. *Potest ut uxor uotum longe peregrinationis a marito emissum irritare?* Resp. Adfirmat communis sententia: quia uxor in præiudicium uxoris, ut dicitur lapsa est. Excipitur votum peregrinationis Hierosolymitanæ, aut simile in bonum publicum editum ad tempus. De peregrinatione Hierosolymitana habetur in cap. *Ex nulla* §. *In raris*, & cap. *Quod super his de uop.* Secus dicendum, si votum emissum fuisset causa solius arbitrarie deuotionis, ut nunc fieret. Privilegio enim canonis nunc non panderet maritus: quia nunc non ad eam tantum pergit Hierosolymam ob bonum publicum. Quamvis & tunc, quando causa recuperandi Terram sanctam votum mariti emittatur, disputabant Theologi, an licite maritus illud votum implere posset personaliter, quando uxor nollet eam comitari, obique ualde iuuentis, atque a viro abieci periculo inconuenienter exposita remaneret. Plures negabant, posse tunc maritum votum implere, quia iure nature tenetur satisfacere debita prius contraxit. Sed nunc non occurrit ratio de hoc disputandi. Dictum est supra, iterumque dicimus, teneri uxorem ad continentiam ob aliquod grave bonum publicum defendendum, uel desperatum recuperandum. Sed hæc res iure cœnant, ideo præfatorum sententia obstat.

XXII. Vota a marito emissa ante matrimonium suspensa ab uxore quænt, si coniugali iuri repugnant; irritari autem non possunt.

sunt. Quæ facta fuerunt post matrimonium cum expressa licentia, & deliberato consensu eisdem uxoris, irritari non possunt; quidquid alii dicunt.

CAPUT VII.

De potestate dominorum in uota seruorum.

Distinguendi sunt famuli a seruis. Famuli dicuntur qui conducti a dominis, passim profici, solum interueniunt. Ibi dicuntur pretio iuris, vel sub potestate patriæ, aut curatoris constituti. Seruorum uota non pendunt a dominorum uoluntate, sed firma sunt, & rata, nullo habito ad dominorum uoluntatem respectu. Possunt tamen modo domini famulorum uota suspendere: si hæc debitum sibi seruitium impediunt: ipsique serui possunt ut executionem differre, aut a dominis recedere. Idcirco de his in prædita sermo non uel.

II. Serui preste accepti sunt mancipia in seruitutem redacta. Ibi serui libertate nulla fruantur: & ideo de illorum uotis inquirimus. Omnia seruorum uota irritatione esse obnoxia contendit prima sententia, que e uicini potest ex l. 1. ff. de peltion. ubi dicitur: *Filius uam familiaris, uel seruus sine patris, domitæe auferunt uoto non obligatur.* In hanc eandem sententiam concedere uideatur D. Thomas in IV. dist. xxxviii. quæst. 1. art. 1. questione, ultim. ad 3. seruus, inquit, non est exemptus aliquo tempore a seruitute domini sui; & ideo nullum tempus est ei uacans, qui possit quolibet facere. Et quia omne uotum est aliquo tempore completum, ideo sicut non seruus, ita nec Religiosus aliquod uotum contere potest absque consensu sui superioris.

III. Secunda sententia sustinet, nulla seruorum uota irritari a dominis directe potest. Quoniam, licet seruorum corpora subdum dominis sint, anima tamen illorum dominis non subicitur. Nihilominus indirecte potest facti domini irritare uota seruorum, quatenus hæc obsequio, & seruitui sibi prestante officere queunt. Tertia sententia docet, dominos omnia seruorum uota irritare posse, uoto calliditatis excepto: quia omnia uota, præter uotum calliditatis, indigent aliquo tempore tractu pro sui executione.

IV. Pæcis tam hæc expeditiam. Eorum uota licet irritare omnia ea uota que seruitutem, & obsequium a seruo sibi exhibendum impediunt. Ratio euidens est. Dominus ius habet ut seruitutis officia sibi a seruo

prestantur. Ergo ea uota que huc iuri repugnant, irritationi domini sunt subiecta. Hæc est sententia quam docet Angelus loc. cit. & 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 8. ad 2. & q. civ. art. 5. in corp. ubi hæc habet. *Teneor autem seruo homini obedire in his que seruitus per corpus sunt exigenda; in quibus tamen seruandum ea que ad naturam corporis pertinent, seruo homini obedire non tenetur, sed solum Deo: quia omnes homines natura sunt liberi, puta in his que pertinet ad corporis substantiationem, & præcis generationem. Unde non tenentur nec serui dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo, uel uirginitate seruanda, aut aliquo alio huiusmodi. Sed in his que pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum, tenentur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis; sicut miles duci exercitus in his que pertinent ad bellum; seruus domino in his que pertinent ad seruilia opera exigenda; filius patri in his que pertinent ad disciplinam uitæ, & eorum demeritum; & sic de aliis. In his ultimis uerbis uersa uersa doctrina tradit non omnibus qui superiores potestati sunt subiecti, docetque, vota eorum qui superioribus subduntur, ualida esse, quoties non officiant in eis reddendo. Sententia D. Thomæ subiciunt Sotus Lib. III. de iust. quæst. 111. art. 1. ad 2. Nauarrus in Manual. cap. xii. no. 64. Suarez Tom. II. de Relig. Lib. III. de uoto cap. viii. no. 10. & Lib. VI. cap. 111. num. 2. Anonym. Lib. XI. cap. xvi. quæst. viii. Syrus Lib. VI. Clau. Regg. cap. v. no. 82. Laillus Lib. II. cap. 31. dub. 10. no. 82. Valentinus 2. 2. q. lxxxviii. disp. vi. puncti 6. Bonacina disp. vi. quæst. 11. puncti. 7. §. 2. num. 7. Prado cap. xxxi. quæst. xliii. §. 5. n. 89. Tamburinus Lib. III. cap. xvi. §. 3. num. 49. Lexander tract. 1. disp. xvi. q. 1. Sanchez Lib. IV. cap. xxxvi. num. 2. Solim. tract. xvi. cap. 11. puncti. 7. num. 63. aliique plures.*

V. Disputari solet, an directa, uel indirecta hæc uotorum irritatio dicenda sit. Sed dissidium nullius est momenti. Si uiderem intractabilem notionem quæ sententiam propugnant, diuersam quoque sententiam propugnant, ut nihil inuicem uero uideretur, indirecta potius irritatio dicenda esset, quia dominus nullum in seruorum uoluntatem dominum habuit; led tantum in materiam, seu operationes eorum corporales uoto subiectas. Sed non est cur fufus de hoc differere debeamus.

VI. Itaque domini nequeunt seruorum irritare.

rum bonorum dominium retineat. Nonne uxor domina est bonorum paraphernorum? At quanto potius gaudet iure ad rem conjugalem? In hoc iure coniuges aequales sunt; nec quantum ad hoc vir est mulieris caput, sive dominus. Idcirco quicumque vota a marito emissa, si officio matrimoniali obstat, irritat: uxor potest. Eiusque D. Thomas suo tempore votum reprobationis Hierosolymitanae in subdium Terra sanctae qua; inquit in IV. dist. xxxii. ad 4. ad 1. uxor debet esse coactor ad tempus iuramento necessitate quae nullius est. Idcirco dicendum nunc est, si simile occurreret ratio publice utilitatis, sine temporalis, ut defensionis patrie, sive ecclesiasticae, ut bellum aduersus impugnantem religionem. Alia pariter vota que matrimoniali iuri non nocent, irritare uxor nequit.

XVII. Quæst. XI. *Putam emissum a marito non petendi soluitur ualeat ut uxor irritat?* Resp. Adfirmat Layman, Trullenchus, Rodriguez, Henricus, & alii: quia uxores contra pudorem & naturam iustitiam coeperunt debum tempore petere. At ratio isthac nimis est imbecilla. Quandoquidem nullum ius habet uxor obligandi maritum ad debiti petitionem. Illum obligare nequit ut petat, sed solum ut reddat. Satis est ut maritus peritus semper sit ad solvendum rogatus. Licet autem voto ligatus sit, ut non valeat petere (ad quod tunc non tenetur) tempore tamen paratus, & promptus esse debet ad reddendum, quoties loerit postulatus. Hæc opinio vera est, caraque plures defendunt. Dissuadenda tamen maritus sit, & uxoribus similia vota.

XVIII. Quæst. XII. *Præstatum maritum licitum non ferret, & prodest?* Resp. Patet rursus, & fore semper illicitum fore tale votum: tum quia nimium uxori molestum esset, tum quia uovens periculo illud violandi se se exponeret, cum non posset in alio lecto cubare aliquo contigui consensu. Porro hæc tam propinqua habuero fortassis esset secundum periculum.

XIX. Quæst. XIII. *An uxor possit irritare uxorem quod maritus emisit, sine uide habitum uxoris, vel alius Religio?* Resp. Adfirmat communiter Auctores, eo quod cuiusmodi votum preiudicat uxori: talis maritus delatio habitus uxorem ingerit, & inuicem consensum nimis: quin ad inuicem separationem uiam ferunt. Neuter ergo consensu sine alterius consensu ualeat habitum laicalem in habitum Eremitæ, sive religio-

sum D. Francisci, D. Dominici &c. commutare, nec votum commutandi edere: & si votum emissum fuerit, uterque in habet irritandi.

XX. Quæst. XIV. *Ualeat ne uxor irritare mariti vota, ergaui amplas elemosinas, polizas preces fundendi, crebra ieiunia prelegendi* Resp. Cum vir administrationem absolutam familiæ habeat, omniumque domesticorum bonorum dominum, plenum est, uxorem non posse præsumit elemosinarum votum dirimere, etiam in damnam familiæ eaderet. Si vero votum eiusmodi bona tangeret ipsius uxoris, eadem distribubendo; ex hac parte nullum esset, neque egeret irritatione, quemadmodum nullum similiter foret, si iustitiam laderet, bona prodigendo. Vota namque, sicut & iuramenta, vincula non sunt iniquitatis. Vota vero precum, & ieiuniorum adeo frequentium que corpus mariti extenuaret, ipsi uque ad debitum reddendum ineptum redderet, uxor irritare potest, ueluti noxia iuri matrimoniali.

XXI. Quæst. XV. *Potest ut uxor uotum longe peregrinationis a marito emissum irritare?* Resp. Adfirmat communis sententia: quia uellet in præiudicium uxoris, ut dictum supra est. Excipitur votum peregrinationis Hierosolymitanæ, aut simile in bonum publicum editum ad tempus. De peregrinatione Hierosolymitana habetur in cap. *Ex nulla* §. *In raris*, & cap. *Quod super his de uop.* Secus dicendum, si votum emissum fuisset causa solius arbitrarie deuotionis, ut nunc fieret. Privilegio enim canonis nunc non panderet maritus: quia nunc non ad eam pertendi Hierosolymam ad bonum publicum. Quamvis & tunc, quando causa recuperandi Terram sanctam votum mariti emittatur, disputabant Theologi, an licite maritus illud votum implere posset personaliter, quando uxor nollet eam comitari, obique ualde iuuentis, atque a viro abieci periculo inconuenienter exposita remaneret. Plures negabant, posse tunc maritum votum implere, quia iure nature tenetur satisfacere debiti prius contractu. Sed nunc non occurrit ratio de hoc disputandi. Dictum est supra, iterumque dicimus, teneri uxorem ad continentiam ob aliquod grave bonum publicum defendendum, vel desperatum recuperandum. Sed hæc res iure certant, ideo præfatorum sententia obstat.

XXII. Vota a marito emissa ante matrimonium suspensa ab uxore quænt, si coniugali iuri repugnant; irritari autem non possunt.

sunt. Quæ facta fuerunt post matrimonium cum expressa licentia, & deliberato consensu eisdem uxoris, irritari non possunt; quidquid alii dicunt.

CAPUT VII.

De potestate dominorum in uota seruorum.

Distinguendi sunt famuli a seruis. Famuli dicuntur qui conducti a dominis, passio preteriti, solum interueniunt. Ibi dicuntur proxi iuris, vel sub potestate patriæ, aut curatoris constituti. Seruorum uota non pendunt a dominorum uoluntate, sed firma sunt, & rata, nullo habito ad dominorum uoluntatem respectu. Possunt tamen modo domini famulorum uota suspendere: si hæc debitum sibi seruitium impediunt: ipsique serui possunt ut executionem differre, aut a dominis recedere. Idcirco de his in prædita sermo non uel.

II. Serui preste accepti sunt mancipia in seruitutem redacta. Ibi serui libertate nulla fruantur: & ideo de illorum uotis inquirimus. Omnia seruorum uota irritatione esse obnoxia contendit prima sententia, que e uicini potest ex l. 1. ff. de peltion. ubi dicitur: *Filius uam familiaris, uel seruus sine patris, domitæe auferunt uoto non obligatur.* In hanc eandem sententiam concedere uideatur D. Thomas in IV. dist. xxxviii. quæst. 1. art. 1. questione, ultim. ad 3. seruus, inquit, non est exemptus aliquo tempore a seruitio domini sui; & ideo nullum tempus est ei uacans, qui possit quolibet facere. Et quia omne uotum est aliquo tempore completum, ideo sicut non seruus, ita nec Religiosus aliquod uotum contere potest absque consensu sui superioris.

III. Secunda sententia sustinet, nulla seruorum uota irritari a dominis directe potest. Quoniam, licet seruorum corpora subdum dominis sint, anima tamen illorum dominio non subicitur. Nihilominus indirecte potest facti domini irritare uota seruorum, quatenus hæc obsequio, & seruitio sibi prestante officere queunt. Tertia sententia docet, dominos omnia seruorum uota irritare posse, uoto calliditatis excepto: quia omnia uota, præter uotum calliditatis, indigent aliquo tempore tractu pro sui executione.

IV. Pæcis rem hæc expediunt. Eorum uota licet irritare omnia ea uota que seruitutem, & obsequium a seruo sibi exhibendum impediunt. Ratio euidens est. Dominus ius habet ut seruitutis officia sibi a seruo

prestantur. Ergo ea uota que huc iuri repugnant, irritationi domini sunt subiecta. Hæc est sententia quam docet Angelus loc. cit. & 2. 2. quæst. lxxxviii. art. 8. ad 2. & q. civ. art. 5. in corp. ubi hæc habet. *Teneor autem seruo homini obedire in his que seruitus per corpus sunt exigenda; in quibus tamen seruandum ea que ad naturam corporis pertinent, seruo homini obedire non tenetur, sed solum Deo: quia omnes homines natura sunt liberi, puta in his que pertinet ad corporis substantiationem, & preter generationem. Unde non tenentur nec serui dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo, uel uirginitate seruanda, ut aliquo alio huiusmodi. Sed in his que pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum, tenetur subditus suo superiori obedire secundum rationem superioritatis; sicut miles duci exercitus in his que pertinent ad bellum; seruus domino in his que pertinent ad seruilia opera exigenda; filius patri in his que pertinent ad disciplinam uitæ, & eorum de iusticiam; & sic de aliis. In his ultimis uerbis uersa uersa doctrina tradit non omnibus qui superiores potestati sunt subiecti, docetque, vota eorum qui superioribus subduntur, ualida esse, quoties non officiant in eis reddendo. Sententia D. Thomæ subiciunt Sotus Lib. III. de iust. quæst. 111. art. 1. ad 2. Navarrus in Manual. cap. xii. no. 64. Suarez Tom. II. de Relig. Lib. III. de uoto cap. viii. no. 10. & Lib. VI. cap. 111. num. 2. Anxius Lib. XI. cap. xvi. quæst. viii. Syrus Lib. VI. Clau. Regg. cap. v. no. 82. Laillus Lib. II. cap. 31. dub. 10. no. 82. Valentinus 2. 2. q. lxxxviii. disp. vi. puncti 6. Bonacina disp. vi. quæst. 11. puncti. 7. §. 2. num. 7. Prado cap. xxxi. quæst. xliii. §. 5. n. 89. Tamburinus Lib. III. cap. xvi. §. 3. num. 49. Lexander tract. 1. disp. xvi. q. 1. Sanchez Lib. IV. cap. xxxvi. num. 2. Solim. tract. xvi. cap. 11. puncti. 7. num. 63. aliique plures.*

V. Disputari solet, an directa, uel indirecta hæc uotorum irritatio dicenda sit. Sed dissidium nullius est momenti. Si eundem iuxta diuersas notiones quæ sententiam propugnant, diuersam quoque sententiam propugnant. Ut nihil inuicem uero uideatur, indirecta potius irritatio dicenda est: quia dominus nullum in seruorum uoluntatem dominium habuit; led tantum in materiam, seu operationes eorum corporales uoto subiectas. Sed non est ex his de hoc differere debeamus.

VI. Itaque domini nequeunt seruorum irritare.

ritate vota castitatis, precum, ieiuniorum, que non officium debito obsequio; nec vota de servandis preceptis divinis; & ecclesiasticis; nec vota elargiendi elemosinas de bonis quorum dominum servi habent; nec vota in emissis tempore servitutis, sed implenda post comparatam libertatem; nec denique vota emissis ante servitutem, sed solum ea suspendere possunt. Quid de uxore domini dicendum? Si servus uxoris domini sit, pertinenteque ad eiusdem bona parapherna, quorum non dominum modo, sed etiam administrationem habeat; servorum vota irrita valent eo modo quo maritus. Uxores autem dominorum vota servorum irrita absolute nequeunt, eo quod regimen familie mariti solum exerceat: qui idcirco irrita vota servorum valent, quia huic regimini incommoda sunt.

VII. Filifamilias qui servus habent cum bona spectantia ad peculium castrense, cuius & dominium, & administrationem habent, possunt illorum vota irrita, quoniam sunt veri & absoluti domini; demummodo tamen filifamilias puberes fuerint. Secus dicendum, si servi pertineant ad peculium profectuum; quia tunc solus pater, qui dominium, & administrationem talis peculii habet, irrita illorum vota potest. Si vero servi spectent ad peculium adventitium, etiam tunc pater solus irrita vota potest, nisi votum sit adversus dominium: quo in casu & filius, quia dominus, & pater, quia administrator, potest vota domino talis peculii in secula dirimere. Pupillus, & minor, qui careant tutore, & curatore, servorum vota irrita potest, secus, si tutorem, & curatorem habent.

CAPUT VIII.

De votorum relaxatione, & dispensatione.

I. **P**lacita que vim, naturam, & notionem dispensationis spectant, in tractatu de legibus discussa reperies. Quare his omnibus non missis, statim quaerentibus solvenda proponimus, que directe ad nostrum attinent institutum.

II. **Q**uest. I. An in Ecclesia sit facultas dispensandi ab obligatione votorum, & instrumentorum? Resp. Aitunt omnes communitate Catholicis: & erunt ex Matth. vi. Tibi dabo claves regni celorum: quicquid super terram, erit solutum & in celis. Item xxvii. Amen dico vobis, quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in

caelis. Quae verba generalia cum fiat, & indefinita, perperam quis eadem restringere contendere, & coartare ad quendam dumtaxat peculiaria debita relaxanda. Afferunt consilia etiam ex cap. de peten. & cap. venient. & cap. Non est, & cap. Ex multa, etc. de voto, & voti redemptione. Quod ad hoc rationico Angelicus confirmat 2. 2. q. lxxviii. art. 10. Qui votum, quodammodo sibi statuit legem, obligans se ad aliquod quod est secundum se, & ut in pluribus bonum. Postquam non contingere, quod in aliquo sit vel simpliciter malum, imcile, vel minus boni impedimentum; quod est contrarationem eius quod dicitur sub voto. Et ideo necesse est quod determinetur in tali casu votum non esse servandum. Et, si quidem absolute determinetur votum aliquod non esse servandum, dicitur dispensatio voti; si autem pro hoc quod servandum erat, aliquid aliud imponatur, dicitur commutatio voti. Unde minor est votum commutare, quam in voto dispensare. Utrumque tamen in potestate Ecclesie consistit.

III. **Q**uest. II. Penes quos residet hæc facultas dispensandi ab obligatione votorum? Resp. Penes Prælatos Ecclesie hæc residet potestas. Quod Angelicus 2. 2. q. lxxviii. art. 12. declarat his verbis. *Votum est promissio Deo facta de aliquo quod sit Deo acceptum. Quod si autem in aliqua promissione acceptum est cui promittitur, est eius potestas irritare; Prælati autem in Ecclesia gerunt vicem Dei: & ideo in commutatione, vel dispensatione votorum requiritur Prælati auctoritas, qui in persona Dei determinat quid sit Deo acceptum, secundum idem II. ad Corin. ii. Nam & ego, quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. Et si quando dicit, propter vos, quia omnis dispensatio petita a Prælato debet fieri ad honorem Christi. Prælati inquit vicem Dei gerunt. Itaque, cum vota facta sint in obsequium Dei, planum est Prælatos posse eorum vota relaxare: quiaque enim remitti valet ea que in solum obsequium promissa sunt. Vota tunc promissiones factæ in obsequium Dei. Ergo Deo ipse, tei qui Dei vice gerit, vota potest relaxare.*

IV. Hæc potestas spiritualis est, & iurisdictionis, non ordinis. Quare Episcopus electus, & confirmatus, licet non sit ordinibus sacris insignitus, dispensare in votis potest. Vi iuris ordinari perennis dumtaxat ecclesiasticis competit: quoniam hæc potestas spectat externum regimen, & gubernationem Ecclesie.

V. **Q**uest.

V. **Q**uest. III. *Quid sit dispensatio voti?* Resp. Communem definitionem est ablatio vinculi voti facta nomine Dei ab habente iurisdictionem spirituales in foro externo propter aliquam rationabilem causam. Definio ita clara est, ut explicatione non egeat.

VI. **Q**uest. IV. *Quomodo hæc vinculi ablatio efficiatur?* Resp. Dispensare hæc Theologi solent, quomodo hæc vinculi ablatio fiat. Plures contendunt, Pontificem, ceterosque Prælatos relaxare ipsam ius divinum, & naturalis quod contingit, dum Inspector cognoscit firmum, raturque votum esse, atque obligare etiam in hoc peculiari casu; ob gravem tamen causam eulmodi obligationem iure naturali rursus rescindit, & aufert. Sanchez enim Lib. IV. Sum. cap. xxxvii. non. 14. sustinet, quod dispensatio in voto sit vota iuris divini naturalis relaxatio, quo id votum obligat. Quippe concessa est Ecclesie facultas a Christo Domino dispensandi, relaxando vere obligationem iuris divini naturalis, vel ut voluntate humana, non dispensandi in unumquemque, ut id ius non obliget; sed in peculiari casu occurrente relaxatio eius obligationem ex causa iusta. Dura satis, & aspera mihi videtur loquendi ratio. Si enim potestas ecclesiastica vere ius divinum naturale relaxare valet; quidni & sacramentorum vincula? Quidni verum etiam matrimonium dirimere poterit? Quod piis auribus non bene sonat.

VII. Inludendum ergo doctrinæ, modestæque, & caute loquendi rationi qua utitur Angelicus 2. 2. q. lxxviii. art. 10. ad D. *Discendum, quid fiat ex iure naturali, & propterea dicitur tenetur homo implere votum; ita etiam tenetur ex officio obedire Imperatori legi, vel mandato. Et tamen, cum dispensatur in aliqua lege humana, non fit in lege humana non obedatur, quod est contra legem naturæ, & mandatum divinum; sed fit ut hoc quod erat lex, non sit lex in hoc casu. Ita etiam auctoritate superioris dispensatur in hoc quod continetur sub voto, non continetur, inquantum determinatur in hoc casu, hoc non esse congruum materiam voti. Et ideo, cum Prælati Ecclesia dispensat in voto, non dispensat in præcepto iuris naturalis, vel divini; sed determinat id quod cadebat sub obligatione deliberationis humane, que non potest omnia circumspicere. Caution, securior, & verior est doctrina isthæc. Angelicus enim ex Patrum, & ipsius Ecclesie sententiam ex multis ac præstantibus multo posterioribus Casulis, & Theologis affectus est;*

loquitur. Verum de hoc suffus suo loco. VIII. **Q**uest. V. *Qui facultate dispensandi vota possit, velis ne quaque eadem commutare?* Resp. Sermo hæud est de illis Prælati qui potestate donationi sunt in votis dispensandis: quoniam nulla de istis difficultas est: commertum namque est illos omnes & dispensare, & commutare vota posse. Quippe commutato minor est dispensatio: quare qui valet dispensare, potiore iure potest commutare. Dispensatio ad solos spectat delegatos, qui privilegio a superiore concessi virtute dispensandi facultate ornati sunt; ut quomodo summus Pontifex bulam, iubilæum, aliudve concedit indultum ministris sacramenti pontificis dispensandi in votis. Porro ex concessione dispensandi inferri facultatem commutandi negant Sanchez Lib. IV. cap. lxxxii. non. 4. & 5. Valentia 2. 2. disp. vii. q. 1. p. 1. p. 1. 7. Azorius Lib. XI. cap. 2. q. 1. q. 1. v. aliique. Deucuntur in hæc opinionem, quod ille dux facultatis licet omnino dispensat, & diversis generis; atque adeo una sub altera neutiquam comprehendatur. Unde concludunt, eum qui unam concedit, eo ipso alteram non impertiri.

IX. Contraria tamen opinio communior, & probabilior est: quia principium cui sententia illa ininitur, veritate caret. Dispensatio, & commutatio eadem omnino voti relaxationem implicant; licet dispensatio amplior sit nisi commutatio. Unde ergo colligitur, res esse disparatas, genericque divergentes. Non alia sine diversitas inter has duas intercedit facultates, nisi quod dispensatio potestior est, & latius patens; commutatio vero inferior, rursusque limitata. Ceterum in eodem relaxandi voti genere situnt amba, cum solo hoc discrimine, quod dispensatio plus, commutatio minus relaxat. Porro ex reg. iur. 53. habetur: *Cui licet quod est plus, licet usque quod est minus; quando plus, & minus sui eodem continentur genere.* Et hæc opinio docent Sorol. Lib. VII. de iust. q. 1. art. 3. Barbosa de potest. Episc. II. Part. alleg. xxxviii. n. 12. Prado cap. xxxi. q. 1. xv. n. 48. Raphael de la Torre 2. 2. q. 1. lxxviii. art. 12. disp. 1. n. 7. Carthopolus tract. xv. disp. 11. p. 1. 14. n. 4. Lessius Lib. II. cap. xl. dub. 16. non. 108. Suarez Lib. VI. cap. xii. n. 9. Laymann Lib. IV. tract. 19. cap. viii. non. 20. Diana III. Part. tract. v. misc. resol. 25. Salmanticensis tract. xviii. cap. 11. p. 1. 1. n. 11.

CA.

CAPUT IX.

Quibus iure ordinario potestas dispensandi in votis coarctatur.

I. Dispensatio votorum, quae, ut dictum est, non ordinis, sed iurisdictionis spiritualis est fructus, omnibus & solis Praelatis Ecclesiae iurisdictionem in subditos habentibus, competit. Quare nec Principales, nec Priori, vel Abbatibus, nec Parochi, simpliciter Presbyteri facultate possunt dispensandi in votis in eo quod non fit simpliciter Praelati, nec iurisdictionem spirituales in iure extendo habent.

II. Potestas illi haec delegari, vel committi potest omnibus Sacerdotibus, & Clericis prima sententia interdicti, dummodo coniugati non sint. Quia potestas dispensandi iurisdictionis, non ordinis est. At, quia spiritualis, & ecclesiastica est, in persona demerita ecclesiastica retinere potest. Clericus autem prima ornatus tonsura persona ecclesiastica est: fieri siquidem potest Vicarius generalis Episcopi, ab excommunicatione in foro exteriori absolvere, & excommunicationem infligere valet. Clericus autem coniugatus non reputatur persona ecclesiastica; sed solum privilegio canonis fruatur, servatis quibusdam conditionibus, suo loco explicandis. Summus tamen Pontifex etiam clericus coniugatus hanc dispensandi facultatem impertiri valet: quia leges omnes ecclesiasticas moderari, & amplificare, & coarctare pro temporum opportunitate, & ex rationabili causa potest.

III. Haec potestas primum in summo Pontifice, tamquam in supremo, & universalis Ecclesiae Pastore, & Capite, Christianique Vicario residet: deinde in Concilio generali, in summo Pontifice Pontificario, cuius officio adhaere est iure ordinario, in Legatis a latere, in Nunciis pontificis respectu totius provinciae, aut regionis in Archiepiscopis, in Capitulis cathedralibus, Sede vacante, in Abbatibus iurisdictionem quasi episcopalem habentibus, in omnibus Praelatis Regularium relate ad suos subditos. Hi omnes iure ordinario cum suis subditis dispensare valent in votis tum personalibus, tum reabilibus omnibus, exceptis revaloribus, de quibus infra dicitur. Cardinales autem protectores Ordinum nequeunt iure ordinario dispensare in votis, quia ut tales iurisdictionem in subditos delegatos non habent.

IV. Vota communitatis dispensari possunt ab Episcopo, iusta occurrente causa, si ser-

mo fit de illis qui re vota ediderunt. Succellones vero qui non voverunt, quae ad votum allinguntur, non vi voti, ut dictum superius est, sed solummodo ex precepto, & lege Episcopi, pro eisdem Episcopi arbitrio dispensari queunt. Quare nec voverentes, nec non voverentes, incontinenti Episcopo, a votis, vel iuramentis communitatis se eximere iure valent.

V. Quæst. I. An qui alius dispensationem valet a voto coarctare, possit quoque sibi ipsi idem applicare privilegium? Resp. Sermo de his omnibus quos iure ordinario in votis dispensare posse latuimus cum suis subditis, utrum valeant pariter locum totius dispensare. Convenit penes omnes, luminis figuram id prædare posse, eo quod superiorum, ad quem recurrit, nullum habeat. Satis tamen erit ut, sicut pro criminum absolutione Confessorum sibi delinquit, ita quoque eidem potestatem conferat locum dispensandi in votis. De ceteris Praelatis diffiduum est inter Theologos.

VI. Salmanticensis tract. xvii. cap. ii. p. 106. q. 79. sustinet, Praelatos quoscunque qui cum aliis dispensare valent, eodem iure ipse uti posse privilegio. Laudant pro hac opinione Sanchez, Bonacium, Bartholomæum de S. Fausto, Prædum, Fagnanum, Tamburinum, Azorium, Rodriguez, Fagnandez, Trolenchum, & Franciscum Suarez. Tanti res non est ut omnes Auctores istos expendam. Ad Suarez quod attinet, cuius auctoritatem magis semper facio, non modo hanc opinionem ipse non defendit; sed conceptis verbis oppositum docet loco ab ipsomet Salmanticensibus laudato, nempe Tom. II. de Relig. lib. II. de voti. cap. xi. num. 5. ubi haec habet. „Si vero fuerit Regularis Prior, Guardianus, & similes, a Provinciali, hic a Generali, vel Communitario, si eum habuerit; & denique inferior a superiore dispensandus est: quia superior habet in inferiori Praelatum iurisdictionem, & non e converso, neque idem in simplicem. Fratellatus autem superioris Religiosis, ut Generalis, a tota Religione, quae illi superior est.“ De Episcopo vero numero procedenti sub finem haec scribit. Nisi ergo consuetudo Episcoporum talem facultatem ostendat, iure ordinario a Pontifice in hac dispensatione penitentis: quia illi iuris spiritualibus subsumitur. Martinez quoque de Prado, quem pro se allegant Salmanticensis, hinc contrariae opinioni favet, quando ad superiorem recurrit patet: quod de superioribus Regularium adfirmat quoque citatur Trolenchus lib.

II. cap. 11. dub. 38. n. 17. Igitur probabilius nobis est, Praelatos quoque in votorum dispensationibus ad suos respective, ut dicitur, superiores recurrere debere: quia nemo iudex in propria causa, nemoque in seipsum iurisdictionem exercere vere ac proprie valet. Ratio contrarij lententis, quod aliquo superioris deterioris foret conditionis, si nequirent secum ipsi dispensare in votis, nulla est. Quoniam tam Praelati, quam subditi aequaliter legibus sunt subiecti, licet diverso modo. Quare quemadmodum subditi a suis Praelatis immediatis, sic isti a suis Praelatis superioris ordinis dispensari debent.

CAPUT X.

De potestate Praelatorum regularium in dispensandis votis subditorum.

I. Quae communitas sunt, praemittimus opus est. Quae valent Episcopi cum subditis sui diocesis, ea possunt Regulares cum suis subditis, videlicet Generalis in toto ordine, Provincialis in tota provincia, & superiores domorum in tota familia. Quoniam comparate ad suos subditos, omnes isti iurisdictionem quasi episcopalem habent: unde etiam eandem delegare possunt. Quemadmodum ergo censuras ferre, & ab eisdem absolvere, ita in votis omnibus dispensare possunt, quinque exceptis in quae nullam habent potestatem. Quin superflua in hac quinque vota potestas foret: nam duo prima castitatis, & Religiosis, dispensationi subiecta minime sunt; vota autem triplicis peregrinationis fieri nequeunt a Religiosis, & facta nulla sunt.

II. Quæst. I. An Praelati regulares dispensare valeant in subditorum votis emittis cum licentia maiorum Praelatorum? Resp. Distingui supra est, non posse sine causa Praelatos irritare vota a subditis cum eorum licentia edita, quavis oppositum plures sentiant. Ad dispensationem tamen quod attinet, nulla est difficultas, quod possint dispensare in votis illi ipsi Praelati qui licentiam sunt imperituri. Licentia siquidem data spirituali iurisdictioni nullam inferri detrimentum. De votis autem editis cum licentia maiorum Praelatorum non una est Theologorum sententia. Aliqui negant Praelatum in eorum dispensare posse in eisdem votis. Communitas, & vera lententia adfirmat: quia, quavis licentia censuenda a superiori Praelato subducatur votum a potestate dominante Praelati inferioris (quamobrem Praelatus inferior nequit illud irritare) minime tamen illud extrahit ab iurisdictione

spirituali Praelati inferioris; ac proinde in tali voto dispensare valet.

III. Quæst. II. An Praelati regulares cum suis Novitiis in votis dispensare valeant? Resp. Adfirmat communis opinio, paucis Auctoribus negantibus. Siquidem Praelati regulares iurisdictionem spirituales in suis Novitiis habent: eisdem tegeret, & gubernare ad Praelatos pertinet. Accedit quod Novitii privilegio Religionis fruuntur. Eandem tamen potestatem refert etiam in Episcopis; quippe Novitius non est omnino exemptus ab iurisdictione episcopali, antequam professionem emittat. Episcopus autem Novitii est ille in cuius diocesi Novitius commoratur.

IV. Quæst. III. An Praelati regulares dispensare valeant cum suis subditis in voto transfundendi ad actiorem Religionem? Resp. Dicitur est supra, votum illud non esse praelatorum irritationi subiectum. Ab eodem vero dispensare posse Praelatum cum suis subditis, tenet communis opinio; dummodo rationabilis causa addit: videlicet, si prudeniter Praelatus dispensans iudicet, subditum suum facilius perfectionem sui status affecturum in propria quam si ad aliam demigret Religionem. Distinctio tamen opus est. Aut vovens degit in Religione inferiori, quae tamen professionem suam ad amicum servat; & hoc in casu dubio procul dispensare valet Praelatus in voto transfundendi ad actiorem; quando pruden- ter, solidique fundamenta datus iudicat; subditum suum melius evangelicæ perfectioni in sua Religione vacaturum fore. Vel Religio non inferior est, sed laxior, sive ab observantia Regulari proprie graviter collapsa; & tunc Praelatus dispensare hand valet Religiosum in voto transfundendi ad actiorem, seu ad aliam in qua Regula, legesque solventur. Clarius rem explicat. Praelatus nequit abolere subditum, hac positione graviter laxationis facta, a debito quo devincitur se subducendi periculo transgrediendi suae professionis, atque in eo Ordine se collocandi in quo praesertim legum observantia viget. Quare, dato quod possit illam abolere a voto, sive ipsam abolere valet a voto non peccandi, non tamen liberare eam potest a proposito, seu debito transfundendi ad actiorem Religionem, sicuti liberare eam nequit a debito se continendi a peccatis.

V. Hinc caute legendi sunt Auctores qui passim docent (ut videre est apud Salmanticensis tract. xvii. cap. 11. p. 106. l. n. 91.) posse quoque Praelatos Regularium dispensare eos qui votum ediderunt ingrediendi fructu-

rem Religionem, ut amplectantur laxiorem. Si enim sermo sit de laxiori, id est collapsa a regulari disciplina in *substantivibus*, falsissima est eorum doctrina: eo quod nec primissime ingredi iuvenes possunt eiusmodi Religionem. Privilegia Eugenii IV. que afferri solent, apocrypha sunt, nec eo pertinenti quod trahuntur.

VI. Neque in votis solemnibus, neque in votis que statum propria Religionis adficiunt, suntque veluti singularis prerogative talis Ordinis, dispensare Prælati valent. Hinc vota abhærentia in Religione Minorum, votum restringendæ, & nunquam laxandæ pauperatis in Societate Iesæ: votum non ambiendi, neque acceptandi dignitates extra Religionem, quod in quibusdam Ordinibus editur, relaxari a Prælati nequeunt. Quæ omnia communia sunt, ut nemo ferme dissentiat.

CAPUT XI.

De potestate Confessionarium regularium in dispensandis votis hominum secularium.

REM nimum impletam agitare aggre-
dimur. Vix in dispensationem vocant
rei moralis tractatores facultatem Regularium
dispensandi in omnibus votis secularium non
reservatis summo Pontifici, seu in his omni-
bus, vi suorum privilegiorum, in quibus pos-
tulate ordinaria dispensare potest Episcopus
in sua diocesi. Hanc sententiam, nempe Re-
gulares posse dispensare in præfatis votis, quasi
extra omnem disceptationis aleam positam
communiter defendunt Auctores citandi. Sa-
nchez Lib. IV. Decal. cap. xxxi. n. 4. Ro-
driguez Tom. I. quest. Reg. q. lxxiii. art. 3.
Miranda Tom. I. q. xlvi. art. 3. Aragon.
2. 2. q. lxxxviii. artic. 12. conc. 6. Ludov.
vicus Lopez l. P. cap. I. Sayrus Lib. VI.
cap. xi. dub. 17. n. 95. in Clar. Reg. Caltro-
palius tract. xv. disp. 11. punct. 13. num. 7.
Trullenchus Lib. II. Decal. cap. 11. dub. 44.
n. 2. Tamburinus Lib. III. cap. xvi. n. 46.
Pellizzaris in man. Reg. tractat. viii. cap.
111. Fagundes Lib. II. Decal. cap. xiv. n. 11.
Lellius Lib. II. cap. iv. dub. 18. Machadus
Lib. P. P. III. tract. 111. decem. 1. n. 1.
Bartholomæus S. Fausti Lib. III. Theaur.
q. cxxxviii. Candidus disput. xxviii. ut. univ.
dub. 2. Ioannes a Cruce Lib. II. cap. vi.
dub. 3. tenel. 1. Villalobos II. P. tract. xxxiv.
diff. 20. n. 2. Mendo disput. xxxv. in bull.
sac. cap. 11. n. 34. Balicrus verb. Votum 7.
n. 10. Quintanavenas Tom. II. tract. v. sus-

gub. 15. n. 3. Martinus a S. Iosephi in Regal.
S. Franc. Diana tractat. vi. P. VI. vol. 50.
Leander tract. 1. disp. xvii. q. cxxxv. Ben-
tonius a Spiritu sancto in Direct. Reg. tractat.
11. disp. 111. sect. 2. n. 80. Patrinus Spor-
ter tract. 111. in 2. præcep. Decal. cap. 111.
sect. 3. n. 45. Salmanticenses tract. xvii. cap.
11. n. 94. Vidal tit. de vot. inquisit. 3. sui
77. La-Croix Lib. III. part. 11. q. cxxxix.
Henricus a S. Ignatio Tom. II. Lib. X. c.
xlvi. Constantinus Roncaglia tract. viii.
de 2. Decal. præcep. cap. xv. quest. 10. cap.
2. & alii communiter.

II. Privilegia multa allegant in proprie
sententiæ confirmationem. Primum est Inno-
centii VIII. qui, inquit, concessit Mendi-
cantibus posse dispensare in omnibus votis in
quibus possunt Episcopi, exceptis votis peregrina-
tionis ultra duas dietas. Sunt autem duæ
dietae viginti leucæ iuxta Rebusium de pri-
vil. Scholast. præf. 161. Hoc privilegium, in-
quit Sanchez, Bassius Legionensis, Tamburinus,
& communiter alii Doctores, Creditur. Auctores præfatos referre ipsius Bullæ verba,
licumque, ubi Bulla asseritur, patet. Verum nec verbum unum Bullæ exhibent;
sed tantummodo eam citant eo profus modo
de ac Leander ipse. Rodericus dumtaxat qua-
rundam bullarum verba referre ex compendio
privilegiorum Mendicantium.

III. Secundum privilegium est Martini II.
qui concessit Benedictinis posse dispensare in
omnibus votis, etiam Episcopo reservatis.
Hoc idem concessit Eugenius IV. Congrega-
tionis S. Iulianæ in bulla *Esi quislibet* XI.
& Cisterciensibus regularis observantia in re-
gno Castellæ in bulla *Commisimus* xxxi. apud
Rodericum. Iulius II. idipsum concessit Be-
nedictinis Montis Olivæ in bulla *Esi ad*
inverfos xli. & Leo X. Camaldulensibus,
Esi a summo 2. apud Cherubinum. Paulus
III. Patribus Societatis in bulla *Cum inter*
cunctas vii. apud Rodericum. Quæ privile-
gia etiam ad vota iurata extendit Gregorius
XIII. Item Sixtus IV. in bulla *Sedes Apo-*
stolica v. & Paulus IV. in bulla *Ex element.* 1.
apud Rodericum, & Cherubinum.

IV. Hæc privilegia referre Henricus a S.
Ignatio ex aliis Auctoribus. Auctor iste haud
solum rei moralis tractatoribus ita deferre, ut
illorum relationibus acquiescat; sed iure vero
aures nimum faciles prebuit, nulloque præ-
misso examine, recentia privilegia lætoribus
exhibet. Verum hæc omnia aut suspecta, ne
dicam plane apocrypha, aut omnino dila-

nata

nata sunt; seu dispensandi facultatem non con-
cedunt, sed vota tantummodo commutandi.
Eorundem examen instituire inquit.

V. Ut indicavi, recentiores Theologi re-
centia privilegia, tanquam monumenta nulli
obnoxia dubitationi, obtrudunt. Primi, &
fere soli, qui eadem in suspitionem adduxe-
runt, sunt Lezana, Martines de Prado, &
Pallerius. Prado Tom. II. cap. xxxi. de voto
q. xiv. §. 8. n. 79. relat. coniecturæ que
apocrypha ostendunt hæc privilegia, sic con-
cludit. *Ideo in re tanti momenti oportere quod*
hæc potestas indubitata esset; vel adeo probabi-
liter constaret, quod absque scrupulo posset
præstari. Interim considerem quod utramvis
sola facultate vota commutandi, quæ est cer-
ta, & abhærentis ab usu potestatis dispen-
sandi in votis, quæ non extat, nisi cum tot
limitationibus.

VI. Hinc perdoctum, cautum, pruden-
temque Theologum nimis religionis arguit
Leander, qui disput. xvii. q. cxxxv. postre-
lata quæ transcripsimus verba, hæc adiicit.
Sed certe nimis scrupulosus de probabilitate
oppositi: trepidat enim timore ubi nullus est
timor, ut evidenter constabit. Ut porro ti-
more Prædici in sumum amandæ, cenium satis
prolixum textu Auctorum, & quas illi citant,
Pontificum bullas citat & ipse. Sed Prado in-
stitit, sibi minime de litarum bullarum con-
stare. Cui sic respondet Leander. Sed
quid, quia tibi non constet, abstinendum est
a facultate dispensandi? Hoc verum, si alius
doctissimus & versatissimus in materia privilegio-
rum viris etiam minime constaret. Ac constet,
ut vidimus. Credat ergo Prado illis, ut ego
libentissime credo, & firmissime tenet posse di-
ctas Regulares disponere in omnibus votis &c.

VII. Quisque sibi in animum indueret,
Leandrum tam sidentem loquentem in mediis
proximæ testimonia adeo clara, ut Prado
ceterique omnes illis fidem adhibere integram
cogenerent. Et tamen non alius asserit præter
citationes Auctorum, qui mutua credulitate
proprias assertiones excipientes numerum am-
plissimum efficiunt testium, qui in materia
facti nullius sunt auctoritatis, quamvis essent
doctissimi. Vix unus serio examine bullas
se expendisse palam facit; sed alii ex plis citan-
tibus easdem. Quapropter satis mirari non
sunt animositate Leandri, redarguentis Pra-
do, quod *rara sollicitudine obsequiare satagit*
omnia privilegia quibus Mendicantibus gaudent
cuncta vota secularium dispensanda. Leandri
erat, lumen aliquod emittere, lucemque affer-
re, ut tenebras dispelleret, quibus Prado ob-

securare curavit Mendicantium privilegia. Ne-
que enim illa Casulærum nubes tota sufficit
ad facti veritatem illustrandam; nisi docu-
menta promanent legitima, quæ factum, de
quo disputatur, evincant. Verum, his scilicet
geris missis, ad id quod caput est, accedamus.

VIII. Eugenio IV. anno 1436. in constitu-
tione data Bononiæ, cuius initium est: *Esi*
quislibet, & habetur in Bullario Castin. &
in antiquo Bullario Ord. Præd. Monachis S.
Benedicti Congregat. S. Iulianæ ad regulæ præ-
scriptum reformatæ, hæc concessit faculta-
tem: *Insuper & vota omnia permutare, se*
in consensu, & frangit rursus, etiam Ordina-
tionis aut personales, aut provinciales consti-
tutiones reformatæ, cum vis dispensare, præter
centenas, potius, vota, & casus de quibus
est merito Sedes Apostolica consideranda. Hoc
privilegium omnes allegant citati Auctores, ut
ostendunt Regulares potestatem habere in
votis dispensandi. Et tamen planum est,
Eugenium IV. solum permittendi vota facultate
committere, & postea in casibus reservatis
potestatem dispensandi, ut cuique finis oculis
recentia constitutionis verba legenti constare
potest. Id Rodericus ipse aperte fatetur q.
lxxiii. art. 3. item Lezana, & Pallerius, qui
præfata verba expendunt.

IX. Miranda primus fortasse fuit, ut ad-
vertit Pallerius Tom. II. q. cxxxvii. art.
1. inspect. 4. n. 598. qui præfaram constitu-
tionem amplificavit. Sumus, inquit, in ma-
teria favorabilis, ideoque textus dilatatissimus
est ad dispensationem. Quæ ratiocinatio quam
sit imbecilla, nemo non videt. Ut enim com-
mune fert axiomata, bullæ tantum valent quan-
tum sonant. In altera constitutione Monachis
Benedictinis IV. concessit sibi Monachis
Benedictinis, cuius initium est, *Regularium*
verbum (est ix. in Bullario Cherubini) nec
verbum habetur quod exprimat facultatem
dispensandi in votis, sed solum dispensandi
in casibus reservatis. Hæc sunt verba constitu-
tionis: *Et dispensare super omnes casus, præ-*
ter ea peccata, & eos casus de quibus ipse
Confessionarius ad eorum Ordinarios videtur
recurrendum &c. In hac constitutione lauda-
tur etiam altera constitutio *Esi quislibet*, e-
demque plenius explicatur. Porro evidens est
quod vota facultas concessa restringitur ad dis-
pensandum in casibus, seu centuris; secus in
votis.

X. Aliud privilegium concessit Eugenium
IV. serunt Benedictinis Valliisolanis dispen-
sandi in votis. Lezana ait Tom. I. c. xix. n.
27. sibi non constare, in aliqua bulla, an
vivz

vivæ vocis oraculo concessum fuerit privilegium illud, Pallerius asserit concessum fuisse pro simpliciter signatum supplicationis porrecte Pontifici. In supplicatione autem hæc habentur: *Ac cum eis, & eorum quolibet dispensare super votis, etiam Episcopo reservatis, & commutatur in alia pietatis operatio, quoties devotionis prædictorum videbitur expedire, in illius Ordini apostolicae Sædilis, & ad Monasterium Vallisoletanum, in utraque illud nec commutari, nec dispensari, nec relaxari vota possint.* Hæc namque est clausula restringens. *Confessioibus deputatis, & deputandis a Præse seu Præsidente Anagninensi S. Benedicti Vallisolete.* Deinde hoc privilegium tamdiu fuit illi valent, quamdiu ad normam regularis observantiae vitam degunt, ut advertitur *Lezana verb.* Votum n. 22, & Pallerius n. 509. An similem limitationem quilibet privilegio adhibere expediens esset, ceteri qui melius sapient, iudicent.

XI. Simile privilegium concessit Sixtus IV. anno 1478. Vicario generali Congregationis regularis Ordinis Prædicatorum in regno Castellæ. Constitutionis initium est. *Sedis apostolicæ, Vicario generali Ordinis Prædicatorum, Reformatum nuncupatorum.* Extat in recentiulario Ordinis Tom. III. Nulla autem in hoc privilegio facultas conceditur dispensandi vota, sed commutandi dumtaxat. *Vota perreformationis, & abstinentie pro eorum fidelitate emissa, quæ hæc Ordinarius, si presens esset, commutare possit, & ipsi fideles commode adimplere non poterint, in ipsius loci Ordinarii assensu in alia pietatis opera commutare.* Deinde, ut observat Pallerius, postulantibus Ferdinando Rege, & Elisabetha Regina Castellæ, & Legioni concessam fuit privilegium sibi Vicario generali Congregationis Reformatæ, sepi oblatæ, ut asserit. Hic mox imperpetuum illis Regularibus ad præscriptum regulæ reformationis ecclesiastica privilegia prodens, rationabilis, ac iustus est: quia privilegiorum concedendorum origini omnino consentaneum. Prima enim privilegia idcirco concessa fuerunt Regularis professionis suæ exactissimi observatores, morum sanctitate, ac proximum saluti æternæ zelo Ecclesiam illustrantem. Si in aliquibus hæc merita omnino cessarent, si licet observantia regularis nimiam morum remissio perperet, si loco studii ac sollicitudinis de animarum curanda salute scandala ad Christianorum offensionem grassaren-

tur, non ne privilegia omnia, quo iure concessa fuere, eodem revocari, & suspendi deberent, ut vexatio saltem intellectum daret, & hæc poena, via ad reformationem minus difficilis redderetur. Sic nos pro nostra tenuitate sentimus. Nihil enim contra, sed omnino pro veritate posuimus. Verum de hoc fufius alio loco. In lenitiam nunc respiciamus.

XII. Privilegium quod concessum ab Innocentio VIII. Ordini Minorum tenent, nullius est auctoritatis: tum quod est vivæ vocis oraculum, ut latetur Rodericus, Lezana, & Pallerius, qui advertit ipsum Mirandum I. Part. 9. lib. 11. art. 3. non magnifacere privilegium illud: tum quod non se extendit ad vota omnia Episcopis reservata.

XIII. *Faxius III.* in privilegio concessio Sixto octavo Iesu salam commutandi facultatem imperit. In eorum constitutionis illud est, *Cum inter cunctas... Vota quæcumque per vos pro tempore emissa... in alia pietatis opera commutandi.* Quam facultatem Gregorius XIII. in sua constitutione *Deest Romanam* confirmavit, nec ultra commutationem extendit. *Et insuper facultatem alias Prædicatorum Societatis prædictæ a Sede apostolica concessam GREGORIO LANZI voti, etiam iurata, dummodo commutatio huiusmodi in alterius præiudicium non fiat, extendimus.*

XIV. Cetera quæ allegari solent, privilegia Martini IV. & Iulii II. nihil omnino concludunt. Nam qui privilegium Martini IV. referunt, nullam adducunt documentum, utrum quo illud authenticum esse ostendant. Ignorant, an sit constituto, an vivæ vocis oraculum. Quin ne verba aliqua proferuntur, ex quibus colligi possit, quantum facultas concedatur. *Nulli III. concessis est vivæ vocis oraculum, nihilque novis conceditur, ut observat Pallerius n. 693.* Sed privilegium Eugenii IV. concessum Monasterio Vallisoletanum extendit ad totam Congregationem. Concludit autem Pallerius n. 604. *Privilegium Eugenii IV. pro Benedictinis Hispaniæ, quodquid dicit Basilius, est omnino valse restrictum, & competere potest ad summum quatuor Confessorum... & hoc privilegium nec illis PP. competere potest, nisi quando vixerint in observantia regulari.* Et quia hi quibus communicantur privilegia, non debent esse melioris conditionis quam illi quibus a principio concessa fuerunt, ut consideravit Rota *desti.* 177. n. 15. part. 9. ideo quatenus alii Regulares communicantur in hoc privilegio, non possunt utri eo, nisi cum illis tribus limitationibus, ut scilicet sint ipsi de numero illorum trium

vel quatuor, qui a superioribus domorum ad hoc deputati sunt, & dispensent solum cum confessionibus, aut existentibus in eorum Ecclesiis, aut domibus, & quatenus ipsi Confessores VIXERINT IN OBSERVANTIA REGULARI. Sub limitationibus enim istis, illis Monachis hæc facultas dispensandi in votis fuit delegata, ut videre est in dicto privilegio, quod pro extensum refert etiam Lezana verb. Votum n. 22. Sed præterea ego suspicor quod nec in dicto privilegio concedatur facultas dispensandi proprie, & stricte, sed solum dispensandi commutando.

XV. Hæc omnia sive referre placuit, ut hinc colligat lector, quam incerta sint privilegia illa quæ asserunt potestatem dispensandi in omnibus votis Papæ non reservatis. Ex tanta Auctorum multitudine, qui pro hac opinione citantur, vix unus est qui ex Instituto & privilegia serio expendat, & rationes afferat, quibus facultatem revera concessam evincat a summis Pontificibus dispensandi in omnibus votis apostolicæ Sedi non reservatis.

CONCLUSIO.

XVI. *Falsa est sententia quæ privilegium concessit Regularibus dispensandi in votis omnibus non reservatis summo Pontifici.* Et primo ex his quæ diximus, improbabilis ac falsa apparet satis præfata opinio: quoniam postulat iurisdictionis in votorum relaxatione privilegii dubium, & insertis imitti minime debet, sed certum, atque authenticum documentum. At nulla certæ, & authentica documenta hucusque dilata sunt in favorem eiusdem opinionis. Inique falsa dicenda videtur.

XVII. Negue multitudo Auctorum probabiliter addit tali opinioni: quippe in materia facti multitudine testium de audita minime auget vim probationis. Porro ex tot Auctoribus neminem reperi qui serio controversiam discutat, sed unus sicut auctoritate alterius, & veluti avis aves, alii abos sequuntur, ac tandem multitudine omnes se tenent, quasi multitudo patrocinarum posset erronem.

XVIII. Sed argumentum, quod peremptorium mihi videtur ad evincendam improbabilitatem præfate sententiae, eruitur ex constitutione BENEDICTI XIII. cuius initium est, *Præfatus in conspectu Domini.* In hac constitutione Pontifex summus confirmat omnia privilegia a Sede apostolica Ordini Prædicatorum concessa, eadem extendit, decia-

rat, ac novis concessionibus amplificat. Tamen regulas tradens quas Confessoribus servare debent in instrumentorum, & votorum relaxatione, facultatem non dispensandi, sed tantum commutandi vota illis concedit. Inquit enim §. 22. *Animo quoque repetens, a Sede apostolica fuisse concessa quamplurima privilegia circa absolutiorem, relaxationem instrumentorum, & votorum commutationem pro Confessoribus Ordinibus prædictis quoad personas quascunque, ac præcipue ipsorum ad societates supra memoratas, ad tollendas super hoc quascunque dubitates ex diversis prædictæ Sedis, loca temporum, & circumstantiarum diversitatibus, provide commutatis dispensationibus, atque ex Auctorum in diversis absentium opinionibus subortas, volumus, sanctis in prædicta constitutione Clementis VIII. incipientibus, Quæcumque, ab omnibus, & circa quælibet personas irrevocabiliter observari.* Porro in tota laudata constitutione Clementis VIII. nec verbum habetur, nisi oculi me fecerint, de dispensatione votorum.

XIX. Pægit constituto, & continuo declarat facultatem quam super votorum relaxatione concessit Confessoribus, his verbis. *Bene verum est quod circa personas prædictis societatis adscriptas intelligimus, proxi volumus, & de apostolica benignitate includimus, concedimus, & declaramus, ut a Confessoribus Ordinibus Prædicatorum absoluti, eorumque instrumenta relaxari, ac vota COMMUTARI, sicut de contrahitis, & forebitis Rosarii supra diximus, & concessimus, possint, ac valeant &c.* Et circa reliquas personas factæ laudatæ constitutionis, minime adscriptas, istidem Confessoribus Ordinibus concessimus ut easdem in illis prædictæ Sedi reservatis casibus, & casibus absolvere, eorumque vota commutare, ac instrumenta relaxare... possint ac valeant.

XX. Igitur Pontifex summus omnia privilegia a Sede apostolica Ordini Prædicatorum impertita confirmat, & novis concessionibus amplificat, nihil tamen minus dispensationis verbum omnino silet: quin ad submovendos omnes difficultates, dubitationesque, quæ hæc de re comperturam apud Auctores, conceptis verbis declarat Pontifex, se commutandi vota facultatem importari. Ex qua constitutione non solum colligitur, certum nunc esse, non posse Regulare in votis secularium dispensare: verum etiam eruitur, privilegia ipsa olim ab aliis summis Pontificibus concessa nunquam præbelle Regularibus eisdem facultatem dispensandi in votis laicorum. Nec omnia privilegia a Sede apostolica Ordini Prædicatorum concessa, eadem extendit, decia-

voluisse se ipso tempore Ordinis sui privilegia retinere, quae eadem dilatare, & novis concessionibus amplificare se velle testatur. Nec restat quaestio *Bella Religiosa* antiquata iam sit: quoniam haec absolutio non minuit, sed auget argumentationis nostrae vim.

XXI. mox postea sententiam confirmat Martinez de Prado *lib. II. cap. xxxi. qu. xiv. p. 8. n. 79. Lectora Tom. I. cap. xix. n. 22. Passerinus Tom. II. de stat. q. lxxxvii. art. 1. disp. 4. n. 598. & seg. III. tres Aureo Flores in hac quaestione maioris mihi sunt auctoritatis quam ceteri omnes qui in auditorio pro contraria opinione: quoniam tres isti doctores quae asserti solent, serio ad trutinam revocantur: quod adversarios praestitisse non video. Porro, si dubiam, atque adeo improbabilem reputatur tres praefati Auctores contrariam opinionem ob dubia momenta quae innutiantur; non est dubitatio loqui, quin ut salubri nobiscum eam reiecturi fuissent post eandem constitutionem Benedicti XIII.*

XXII. Interpretatio quam exhibent adversarii, illius verbi *relaxare*, contententes idem valere ac *dispensare*, nec vera est, nec eorum doctrinae conformis: siquidem verbum illud genericum est, & communiter accipitur pro quacumque voti remissione; quemadmodum ipsimet Salmanticenses *loc. cit. sub initium cap. II.* concedunt. Quia Passerinus *loc. laud. cap. 609.* contendit, vel ipsum verbum *dispensare* in hac materia restringendum esse ad commutationem. Cuius vero dispensatio votorum generi *quodlibet sit*, & totum comprehendens, etiam commutationem, &c. bene habet hic locum regula illa quam distine *100. post Barbosa*, scilicet *quod quando dicitur & ponitur enter genus & speciem, tunc stat declarative, & limitative; ut in proposito sensus sit, quod concedatur dispensare, non quomocumque, sed commutando vota in alia pietatis opera.* Ut sit fit de hac subtili interpretatione, certum videtur quod *relaxare* non prodatur iuxta communem Theologorum sententiam praedictam: cum post constitutionem Benedicti XIII. certum mihi sit, Dominicanos, & consequenter ceteros Mendicantes, non posse vota secularium relaxare, nisi eadem in alia pietatis opera commutando. Nec contendo ego, Benedictum XIII. idem esse Regulariis facultatem vota dispensandi, sed assero, ex illius constitutione certo colligi, nunquam a summis Pontificibus concessam illis talem similibi potestatem.

XXIII. Haec nostra sententia, praeterquam quod pontificis constitutionibus est iuxta, consona quoque rationi, & prudenti ecclesiastici regimini economica valde consonantia est: Quod enim regulares Consecrati non sint omnino pares Episcopis in iurisdictionis potestate super votorum relaxatione, videtur satis conveniens. Quod postea eorundem Regularium merita tum antiqua, tum recentia privilegia ostentur, atque compulerent, ut quoniam etiam, iustissime est. Haec autem omnia simul optime conciliantur, si media *commutationis* via teneatur. Nec sic scribent, minori erga Regulares affectu feror; sed solum errores, laxitates, & arbitraria inventa devoto; ne vera, & indubitata eorum privilegia periculo exponantur. Si criticus tam severe in rebus exigui aut nullius ponderis, non minus quam scholastica aliorum Theologia, exerceatur; quanta adhiberi diligentia debet in hac, & similibus maximi momenti quaestionibus extricandis, ut res bono in lumine collocentur? Sed de hoc iterum sermo recurrit in tractatu de penitentia.

XXIV. Ex his omnibus inferitur primo fallum esse quod docent Salmanticenses *loc. cit. n. 93.* posse videlicet Regulares dispensare in quocumque votis cum Religiosa etiam a sebus Ordine vi privilegiorum *Exempti III. & Sixti II.* Fallent namque est praefatus Pontificis talia concessisse privilegia: nec verbum *relaxare*, quod legitur in constitutione *Sixti II.* idem laxare dispensare, ut illi contendunt. Secundo fallum pariter est quod subdunt *n. 96.* amplius quodammodo esse Regularium quam Episcoporum in votis dispensandi facultatem: Quoniam Regulares omnium fidelium, undecumque ad eos venientium, Episcopi autem indubitatum duntaxat vota relaxare possunt; quamvis altera ex parte amplius sit Episcoporum potestas, cum illi necesse sit urgente in votis etiam reservatis dispensare, quae nonne Regularis; quoniam quam *n. 97.* improbabile idem Salmanticenses non iudicent, posse Regulares etiam in votis reservatis dispensare necessitate occurrente, eo modo quo dispensare possunt Episcopi. Haec omnia ex his quae superius diximus, constat esse falsa.

CAPUT XII.

De votis summo Pontifici reservatis. Vota istius reservationis interpretatio.

I. DE numero votorum quae Papa reservata sunt, non una est Auctoritas

ram sententia. Richardus *III. dist. xxxviii. art. 4. quest. 2.* haec vota ad tria restringit, nempe Religionis, perpetuae castitatis, & peregrinationis Hierosolymitanæ. Alii duo esse contendunt, castitatis scilicet, & Religionis: vota enim peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ, & Compostellanae existimant non esse absolute reservata Papæ, sed tunc solum cum in subdium eorundem locorum emittuntur; scilicet, si devotionis causa edorentur. Idque colligit ex *cap. Ex multa, cap. Super his de voto. Panormitanus in dictum cap. Ex multa n. 6. Angulus verb. Votum 4. num. 6. Glossa in dict. cap. Ex multa, verb. Incumbit*: quod etiam animadvertit Passerinus *quest. cxxxvii. artic. 1. in post. 4. num. 6.*

II. In aliud extremum declinaverunt alii, ultra quatuordecim numerum vota Papæ reservata extendentes. Navarrus namque votis castitatis, Religionis, & trine peregrinationis addidit votum peregrinationis Lauretanæ: comment. 1. n. 21. *de Reg.* Nonnulli addiderunt votum convertendi propria credita in subdium Terræ sanctæ: *Rotella verb. Votum 5. n. 8. Sylvester verb. Votum 4. q. 111. dist. 4.* Alii addiderunt votum assumendi crucis in quolibet expeditione a Pontifice designata, & iusta: *Hodienus in Sum. cit. de voto §. Qualiter n. 12.* Tandem nonnulli addunt votum numerum peccandi, quod Caietanus *Tom. II. opus. tract. xi. q. 1.* incommutabile, & indispenabile votum asserit; ad id verum habet, si de obligatione quae ex lege oritur, sermo sit; scilicet, si obligatio spectetur quam votum inducit.

III. Communissima sententia est, quinque tantum esse vota summo Pontifici reservata, videlicet simplex continentis perpetuae, castitatis, Religionis, & triplicis peregrinationis, Hierosolymitanæ, Romanæ, & Compostellanae. Quod eiusmodi quinque vota sunt Pontifici summo reservata, colligitur ex *Extravagant. Est dominici 2. de penis. §. remiss.* ubi excommunicantur illi qui haec relaxare vota praesumpserint. Habentur enim ibi tamquam reservata, licet expresse non reserventur. Haec reservatio ex Ecclesiae dispositione est, ut advertit Passerinus *loc. cit. n. 608.* non ex intentione votantis. Quare, nisi votens votum quodcumque praeter assignata, & assignanda ederet, hac expressa intentione ut esset Papæ reservatum, non idcirco reservatum foret: quia votens non valet restringere potestatem ordinariam Episcoporum. Hinc inferitur, nul-

lum aliud votum, praeter quinque dicta, esse summo Pontifici reservatum: quia ex nullo sine iure, sive legitima consuetudine colligitur, aut votum Lauretanæ peregrinationis, aut quodcumque aliud ex his quae recensimus, summo Pontifici reservari. Excipe tamen vota simplicia quae sunt in aliquibus Religionibus de non ambiendis, nec acceptandis dignitatibus. Quare vota Pontifici reservata sunt plura quam quinque, si licet etiam Regulariorum vota comprehendatur, ut optime advertit Passerinus *n. 609.*

IV. Obiicit D. Thomas 2. 2. q. lxxxviii. art. 12. ad 3. duo tantum enumerat vota summo Pontifici reservata, scilicet castitatis, & Hierosolymitanæ peregrinationis. Resp. Sunt qui respondent, D. Thomam in voto continentis etiam Religionis votum, & in voto peregrinationis Hierosolymitanæ voluisse simul Romanæ, & Compostellanae votum comprehendere. Sed hoc responso omnino arbitraria nobis videtur. Caietanus, & Sylvius ibi respondent, ita S. Doctorem scripsisse, quia tempore D. Thomae illa duo tantum vota fortassis erant reservata. Sed neque haec responsio satis firma est. Siquidem, ut ex numero sequenti constat, etiam tempore D. Thomae reservatum erat votum Religionis. Erant igitur tria licet reservata. De trina peregrinatione dubium esse potest. Dicimus ergo, D. Thomam *loc. laud.* non enumerasse omnia reservata. Id aperte colligitur ex eius loquendi modo: *Vota votum maiora (pota continentis, & peregrinationis Terræ sanctæ) reservata summo Pontifici.* Per modum exempli additur praefata duo vota, Alibi recenset votum Religionis. Nullibi vero omnia quinque expresse dinumerat. Quare probabilis satis est, eo tempore trinam peregrinationem non fuisse reservatam.

V. Obiicit etiam solet, omnia vota perpetua esse summo Pontifici reservata: quod colligi videtur ex S. Thoma in IV. distinct. xxxviii. q. 1. art. 4. quaestione 2. *In votis illis quae sunt de factis dispensationem accipiunt, nec frequenter, sed raro, sicut votum Religiosis, & alia huiusmodi vota perpetua, solum Papa dispensare potest.* Quod repetit 2. 2. q. cxxxix. art. 6. & q. cxxxix. art. 7. *Ad solam Pontificem pertinere, inquit, dispensare in votis perpetuis.* Resp. Communis Theologorum sententia est, omnia vota perpetua non esse Pontifici reservata; ut vota perpetua abstinendi a vino, a carne, idque genus similia. Ad auctoritates D. Thomae respon-

dent communiter illius commentatores, eum loqui de votis quo genere suo perpetuitatem sere annexam habent, ut sunt vota Religiosis, & castitatis, & quae Episcopi emittunt, dum episcopalem suscipiunt gradum. Id perspicue latius emittit ex his quae scribit 2. 2. q. cxxxv. art. 4. *Soli Pape licet dispensare in voto perpetuo quo quis se ad curiam subdituram adhibet, Episcopatum suscipiunt.*

VI. Quæst. I. An iuramentum Deo factum castitatis, Religiosis, & trius personarum, sine solent vocari, et vota, in iuramento Pontificis reservata? Resp. Negant plures. Ledalma tract. xi. cap. iv. dub. 2. Taberna verb. Iuram. q. xx. n. 21. Lopez de Texeda Lib. III. cetera. vi. n. 230. Antonius a Spiritu sancto in direct. tract. ii. disp. 111. sect. 2. n. 86. alique nonnulli. Probabilior est contraria sententia, quae fulsere præcetera iuramenta, non secus ac vota, summo Pontifici esse reservata: quoniam iuramentum promissorum, ut suo loco dicitur, votum includit, vel idem cum voto reputatur. Est enim promissio iurata Deo facta, quemadmodum iuramentum factum homini est promissio iurata illi exhibita. Ita D. Antonius in Part. tit. xi. cap. 11. §. 2. Caietanus 2. 2. q. lxxxix. art. 9. Soto Lib. VIII. q. 1. art. 9. Leander tract. ii. disp. xviii. q. lxxx. Salmanticenses tract. xvii. cap. 111. punct. 12. num. 108. Moya tract. ii. disp. 1. quest. iv. §. 1. n. 5. & alii.

VII. Quæst. II. An Episcopi, & Prælati habeant iurisdictionem quasi episcopalem, necessitate urgente, valent in quibusvis prædictis votis dispensare? Resp. Adfirmat communis opinio. Sed distinctione opus est. Episcopi dispensare valent in præfatis votis, dum adeo periculum violandi voti, infamiae, scandali, alteriusque gravis damni, sive temporalis, sive spiritualis, si dispensatio differatur. Causa non sunt adeo rari. Violatio vincunt voto strictius castigati. Ad illius honoris reputationem matrimonium necessarium est. Impedimenta ab aliquibus iniungenda non est, si matrimonium differat. Item morti proximum alio modo homini mulierique optima potitur fama, & cum qua rem habuit turpem, consilere nequis, nisi matrimonium contrahendo. In his atque similibus casibus gravis urget necessitas. Idcirco Episcopus dispensare valet cum suis subditis in votis reservatis. Hoc siquidem Ecclesiae regimini expediens est: nec prosumendum venit, cum tanto amaram periculo voluisse Pontifices præfata vota sibi, urgente etiam necessitate, & mora periculum afferente, reservare. Secus dicen-

dum de Prælati regularibus. Sicuti enim dispensandi facultatem non habent in votis absolute non reservatis, multo minus in reservatis votis poterunt dispensare. Primam partem communiter docent Theologi. Sylvester verb. Votum 4. q. iv. Lessius Lib. II. cap. xli. dub. 18. n. 126. Suarez Lib. VI. de voto cap. xxvi. n. 6. Sanchez Lib. IV. cap. xi. n. 24. Prado cap. xxxi. q. xiv. n. 92. Layman Lib. IV. tract. iv. cap. viii. n. 16. Barbosa de potest. Episc. part. 11. alleg. xxxvii. n. 8. Léander tract. x. disp. xvii. q. cxvii. Salmantic. tract. xvii. cap. 111. punct. 12. n. 10. & alii communiter.

VIII. Hoc idem privilegium adscribunt Salmanticenses loc. cit. & Croulers in Regul. S. Feov. cap. vii. lect. 29. Prælati omnibus regularibus. Sed quando quique vota sunt verba, & perfecta, atque adeo omnino reservata, non posse in iisdem Prælati regulariter dispensare, quocumque etiam positio necessitatis casu, ex nostra doctrina superius tradita manifestum est. Hanc sententiam tenent Suarez Lib. VI. cap. xxvi. n. 18. Sanchez Lib. IV. cap. xli. n. 7. Barbosa de potest. Episc. alleg. 57. n. 14. Passerinus q. cxxxvii. art. 1. respect. 4. n. 618. La-Croix Lib. III. tit. 11. pars. 1. n. 363. alique communiter. Quia vi privilegiorum nulla eis facultas conceditur in vota reservata. Seculari autem privilegio, nullam vel vota commutandi, vel dispensandi in votis habent facultatem. Quod fortius urget in nostra sententia etenim demonstrativum, Regulari posse tantum commutare vota vi privilegiorum, minime in eis dispensare. In quocumque ergo vota reservata non commutandi, nec dispensandi potestatem habent.

IX. In præfatis votis necessitatis casibus, in quibus Episcopus dispensare posse docuimus, advertendum occurrit, quod dispensatio excedere non debet necessitatis limites. Quare, si damna impediunt quædam suspendenda voti executionem, hoc tantum concedi debet, non voti absolutio, & integra dispensatio. Unde, quando ob gravem prædictam necessitatem dispensatur in voto castitatis, ne matrimonium contrahatur, non tollitur absolute vinculum voti: solum namque matrimonium ob talem necessitatem contrahendo votum revivisceret, seu obligaret. Item, si tempore matrimonii contracti vel pollicetur, aut fornicationem, vel adulterium committeret, qui castitatis votum ediderat, contra votum peccaret.

X. In præfatis insuper casibus vere, & gravis necessitatis dispensare valet Episcopus, etiam

etiam si Legatus, aut Nuncius pontificus esse in provincia: quia illi iure ordinario non habent maiorem potestatem ac ipsi Episcopi, ut docent Suarez, Sanchez, Layman, & ceteri. Secus dicendum est, si Legatus, aut Nuncius localem potestatem a Pontifice delegatam haberent super præfatis votis: tunc enim faceret accessus ad Pontificem in suis ministris: & idcirco Episcopus nulla pollet facultate dispensandi, aut commutandi talia vota, ut docent laudati Auctores.

XI. Quæst. III. An hæc votorum reservatio lata, vel stricte sit interpretanda? Resp. Strictè esse interpretandam, cum sit odii plena, & ordinari potestati Episcoporum contraria, communiter Auctores iure ac merito sentiunt. Quapropter, ut dicta vota sint reservata, debent esse absoluta, certa, expressa, & perfecta. Quocumque ex parte claudunt, ac dubitationem admittunt aut circa consensum, aut circa perpetuitatem, aut circa conditionem aliquam dictam, reservata non sunt, atque ita in iisdem potestatem habentur Episcopi dispensandi, & Regulari privilegio eadem poterunt commutare. Et hæc communia sunt.

XII. Quæst. IV. An qui edicit vota castitatis, aut Religiosis, expressa intentione esse obligandi tantum sub usuali causa, essent reservata Pontifici? Resp. Non fore tunc reservata, ex data doctrina patet. Non enim essent vota integra, & perfecta. Est opinio communis. Immo supra ostendi, non posse talia vota hoc modo fieri.

XIII. Quæst. V. An si præfata vota essent edita ex metu etiam levi, reservata decemla forent? Resp. Sive emissa essent ex metu gravi cadente in virum constantem, sive ex metu levi, non forent reservata: quia non essent undequaque perfecta.

XIV. Quæst. VI. An si debium sit aliquod simul cum votum, vel eius reservatio, in dictandum sit vota non esse reservata? Resp. Non esse reservata, docent communiter Auctores. Quoniam licet in dubiis absolute tutior pars sit eligenda, in præfatis tamen questione adest ratio peccati: quoniam sola vota perfecta, & certa sunt Pontifici reservata: votum aut dubium non est votum perfectum. Si autem certum sit votum, nullique dubitationis obnoxium, solumque dubitatur, an sit, nec ne reservatum; neque tunc reservatum est ob regulam generalem, quod reservatio sit odiosa, & lætiva potestatis ordinariæ; idcirco strictè interpretanda. Quamvis.

Cont. Theol. Tom. III.

do ergo dubitatur vel ratione consensus, vel ratione materie integra, vel ex quocumque alio casu, an votum sit reservatum; censendum est semper reservatum non esse. Opinio communissima: ex qua tamen nihil in favorem Probabilissimi valet inferri.

XV. Quæst. VII. An votum non contrahendum matrimonium sit reservatum? Resp. Patet votum illud reservatum non esse ex defectu integritatis materie. Nec enim excludit fornicationem, pollutionem, alioque alius castitatis contrarios. Ut votum reservatum sit, debet esse integrum, ita ut omnem materiam comprehendat, atque exhaustat. Quamobrem nec reservata sunt vota non fornicandi, non le poliendi, non tangendi mulierem, non petendi debuit, vel servanda castitatis pro tempore desinito, suscipiendi cardines sacros & similia: quoniam hæc vota non sunt integra, & perfecta ratione materie; quocumque sint talia ex parte perfectæ deliberationis. Prior enim non exhaustat universalem materiam. Votum autem suscipiendi ordines sacros non est votum castitatis sensum, sed continentium.

XVI. Quæst. VIII. An Episcopus in consuetudinis possit facultatem concedere petendi debium conjugale ei qui voti castitatis devotissimum matrimonium contraxit? Resp. Adfirmat communiter, talem obtinere consuetudinem. Quæ res facti cum sit, aliunde probari non potest, nisi ex ipso iure. Quare videndum est, num res ipsa Episcopi talem dispensationem concedat.

XVII. Quæst. IX. An votum castitatis conjugalis sit reservatum? Resp. Certum primo est, votum non esse reservatum, si altero contingit infans emissum fuerit. Difficultas urget, quando coniuges mutuo consensu votum emiserunt. Adfirmat Sanchez Lib. VIII. de matrim. disp. xi. n. 11. cum aliis quos citat, esse reservatum, adeoque coniuges tunc teneri esse separare, ut sic cesset quocumque incontinentia periculum. Alii docent, Episcopum posse dispensare: quoniam licet separatum viverent, tamen esset periculum incontinentiæ. Addunt immo vigere consuetudinem, vi cuius Episcopi dispensent in eiusmodi voto. Si consuetudo illi hæc res ipsa obtineat, nulla est difficultas. Satis probabilis hæc opinio mihi apparet, ob periculum incontinentiæ. Neque reservatum est votum castitatis servanda inter coniuges, quia non est absolutum.

XVIII. Quæst. X. An votum Religiosis non approbata sit reservatum? Resp. Communis opinio est negativa: quia non est verum

totum Religiosis absolute; quemadmodum non est reservatum votum paupertatis, & obedientie extra statum religionum. De Religiosis Alcantara, Caltrava, D. Iacobi, D. Stephani, & similibus due sunt opiniones. In opinione illorum qui sustinent hos esse proprie Religiosos, votum est reservatum; sicut in altera opinione, quod docet hos Equivocum Religiosos non esse.

XIX. Quæst. XI. *Quomodo intelligitur reservata vota tripliciter peraguntur?* Resp. Tunc sunt reservata, quando edita fuerunt ob devotionem, non absolute, sed erga præfata loca. Si quis sua devotione indefinita egerit votum adeundi Romam, Compollam, Hierosolimam, ut aliquam pecuniarem Ecclesiam, vel imaginem inviseret, ut virum extimæ pietatis alloqueretur, non esset votum reservatum: quia causa talis non fuit devotio specialis erga loca illa sacra. Quando ergo quis votum editi eundi Romam, ut templum D. Petri, Hierosolimam, ut loca à Christo Dominico consecrata, Compollam, ut corpus D. Iacobi videret, & veneretur, tunc votum reservatum est. Opinio communis.

IX. His paucis verbis nostram firmat Anglicæ sententiam, & contrariæ sententiæ æquivocationem elidit. Quando unum votum, inquit, ab altero includitur, nempe minus in maiori; tunc non est vera commutatio, sed perfectior solutio; ut, si quis voti, sed perfectior solutio, & donat centum. Quantum autem vota sunt disparata, tunc contingit vera & stricta commutatio; nec unum votum includitur in altero, licet perfectiori. Quis dixerit votum ieiunii includi in voto elemosinæ, aut votum peregrinationis in voto dese-

deserendi vestem poenitentia, vel contra? Ut ergo commutentur eiusmodi vota, requiritur iurisdictionis spiritualis. Et, licet evidens sit, votum elargienti mille aureos in elemosinam valde prevalere voto unius aut alterius ieiunii; non ob id tamen mutatio fieri potest absque iurisdictione, seu auctoritate illius qui vicem Dei gerit.

X. Confirmatur nostra sententia alia ratione, qua simul contrariæ opinio convellitur. Quod positissimum in voto consideratur, est vinculum illud quo votens devinctur ad offerendum Deo id quod promissit: neque tam estimatur res promissa, quam debitum illam dandi, & fidelitas exequendi. Eiusmodi illam quo votens Deo obligatur, est sacrificium pretiosum quocumque victima promissio subiecta. Deo siquidem magis placet fidelitas implendi promissionem quam cuiusque rei promissæ pretium. Quomodo enim contrario maius iniquitatis reus efficitur qui votum non implet, vel mendacium infringendi promissionem Deo factam, quam ob iniustitiam surripienti Deo rem promissam. Qui autem propria auctoritate votum commutat, infringit promissionem, & mendax evadit. Illicite ergo illud commutat.

XI. Ita est, inquit, quando certum non fuerit de consensu creditoris. Quando autem materia substituta evidenter melior est, certum de consensu ipsius Dei, qui, cum reatissime voluntatis sit, semper id quod melius est, acceptat. Responsum istud ex his que diximus, consensum remanet. Siquidem id quod est gratius Deo, magisque acceptum, est oppignoratum fidem exonerare, seu promissionem exacte implere. Porro qui votum iam nuncupatum commutat, fidem datam non solvit, sed violat. Non violatur votum, quia melior hostia substituitur, atque adeo melius impletur. Scire vellem quomodo votum violari possit, nisi materia mutatio. Nulla quippe alia via est promissum infringendi, nisi aut subtractione, aut mutatione materiae. Si materia aut omnino subtrahitur, aut dimittitur, fides simul, & iustitia, que debentur compensationis rei detractæ parit, violantur. Si materia mutatur aut in æquale, aut in melius bonum, integra consistit iustitia, que rei æqualitatem spectat; sed & fides data ex parte promittentis, & in quod promissum acquiritur, ut sibi servetur facta promissio, pessumdantur. Hinc magis patet quam imbecillis sit responsio data, scilicet certos non esse de consensu ipsius Dei in rem promissam. Certi namque sumus, Deum

velle ut sibi servetur promissum factum, & nullo modo mutetur, ipso inconsulto. Hoc est melius, & maximum bonum, quod Deo pre quocumque alia quantumlibet pretiosa victima placet. De hoc non certi sumus, tunc de aliis que obliuntur.

XII. Accedit quod ratio adversariorum non modo probat, posse merquam commutare votum proprium in tamen maior illorum numerus negat, ut videre licet penes Sanchez *L. II. c. xlii. n. 12.* Siquidem, si id quod melius est, magis Deo placet; id quod æque bonum est, æque Deo placere debet. Cur ergo praesumitur consensus Dei in melius bonum, secus in æque bonum? Gratius est Deo, inquit Sanchez *n. 12.* hominem perseverare in priori voluntate, supposita promissione facta, quando lato prioris materia non laboratur aliquid pretiosius, quo compensetur recessus a priori voluntate Deo oblata. Nos vero reponimus, nullum incrementum maioris tributi Deo perolvendi satis esse ad hoc ut votens surripere licite valeat victimam semel Deo per votum oblatam. Enimvero, quantumlibet melior, & pretiosior sit materia offerenda, efficere nequit ut non sit mendax, & date fidei violator qui materiam promissionem non offert, iuxta qui promissionem non implet.

XIII. Tandem, sicut difficillimum est, & ferme impossibile, cognoscere æqualitatem inter duo bona mortalia ita ut bonum iam promissum possit commutari in aliud æquale bonum, ita difficile est indicare quodnam sit melius bonum, quod dici debeat gratius Deo; quia maius remum pretium fundamentum sufficiens minime est ad inferendum quod illud sit Deo gratius. Et tunc qui nobis videntur meliora, non ita semper talia sunt coram Deo. Melior a nobis esse censetur elemosina mille aureorum quam unius diei ieiunii; & tamen fortassis gratior Deo erit observantia ieiunii quam talis elargitio elemosinæ.

XIV. Concludamus itaque, neminem posse propria auctoritate commutare suum votum, in aliud votum diversi generis, puta votum ieiunii in elemosinam, quantumvis magnum, peregrinationis in ieiunia &c. De hac quoque commutatione huicque locuti sumus. & de hac una commutatione disputant Aquilares, ut clare explicat Salmant. Idque præ oculis est semper habendum, non confundatur cum vera voti commutatione perfectior voti solutio, ut quando in eamdem speciem auges rem promissam.

XV. Ex his patet solutio ad argumenta contrarie sententiæ. Auctoritas enim que opponitur ex cap. Scripente de voto, loquitur de eo qui adstrictus voto privato, amplectitur statum Religionis, omnia vero incidentem, ut explicat Angelicus, qui eandem auctoritatem citat, ut dictum est n. 3. Alter textus fayer postre sententiæ: quia est commutatio intra idem quasi genus Religionis; seu est sermo in illo textu de perfectiori observantia professionis monasticæ: & tamen etiam in hac commutatione, que lane vera, & rigorosa non est, licentia petenda præscribitur; quoniam postea, si iniuste denegetur, transit ad archidorem Religionem fieri permittitur. Ad rationem respondetur, quod liberare fidei oppugnatam Deo in priori voto, Deo acceptius, gratiusque est quoniamque alia materia, quantumlibet melior. Accedit quod nos certi sumus, bonum esse, Deoque iuramento gratum, & acceptum impleri promissum, seu votum nuncupatum servari. Quod vero illa victima noviter offerenda, tamen nobis appareat evidenter melior, sic Deo gratior, potissimum comparatione facta cum observantia prioris voti, certi esse non possumus.

XVI. Ex his claris merito colligitur, neminem propria auctoritate posse commutare votum suum sive in æquale, sive in minus bonum. Quod non possit commutari votum in minus bonum, omnes concedunt; & quod necque in æquale, communior opinio defendit. Dispensat vero, ac peccat mortaliter qui propria auctoritate commutat proprium votum in æquale minus, sive in equalitate bonum. Salzman tract. xviii. cap. iii. quæst. 14. n. 16. adfirmativam opinionem defendunt. Si quidem eiusmodi commutatio nulla est. Commutatio namque votorum actus iurisdictionis est spiritualis, que residet in solis Ecclesiæ Prælati. Ergo actus sine hac iurisdictione nullus est. Si nullus, remanet obligatio implendi prius votum sub gravi culpa perinde ac si nulla commutatio facta fuisset. Pro hac sententiâ citant Suarez, Palam, Pradum, Azorium, Raphaelæ de la Torre, quibus & nos accedimus.

XVII. Quæst. II. An qui votum unum ingredi Religionem, vellet propria auctoritate alium æque bonum intrare? Resp. Negat communior, & probabilior opinio, que sustinet, votum commutari non posse propria votantis auctoritate, in æquale bonum. Quod si votum esse de ingressu in quoddam peculiare Monasterium, tunc licere propria auctoritate aliud eisdem ordinis ingredi, docet Sanchez

Lib. IV. cap. IV. n. 15. ex Suarez Lib. VI. cap. XIX. n. 11. nisi tamen in observantia regulari esset magna disparitas inter utrumque Monasterium. Addeque Sanchez aliam quoque limitationem; nisi scilicet quardam peculiaris maioris divini servitii ratio induxisset votem ad determinatum Monasterium. Mihi autem neque aliam Religionem, neque aliud Monasterium talem vocentem ingredi posse, probabilis est. Quoniam sicut qui votum aliquem calicem, & quodcumque donum huic Monasterio determinat, nequiret alteri Monasterio, eisdem licet ordinis, illud conferre; ita qui sui ipsius victimam voto consecravit uni Monasterio, non valet propria auctoritate alteri Monasterio eisdem ordinis, & regularitatis se le tradere. Non me latet, iuxta Calætanum opus. xi. q. 111. & Becanum q. x. de voto posse quemlibet propria auctoritate commutare votum reale donandi lampadum argentæam Ecclesiæ D. Petri in votum eisdem donandi Ecclesiæ B. Virginis. Verum hæc mihi non probatur sententiâ; quoniam, licet simplex propositum, seu promissio facta, & non acceptata ab Ecclesiâ, seu Rectore eisdem, possit mutari: quia nullum ius habet Ecclesiâ, utquidem non fuerit acceptata promissio: hoc tamen dici nequit de voto Deo factu dandi aliquid tale Ecclesiæ: quia viventi astringitur votens plene, & ex omni parte illud implere. Porro, si uni Ecclesiæ alteram subrogaret, illud integro non implet. Idem dic de voto dandi elemosinam huic pauperi determinato.

XVIII. Quæst. III. An in rebus que sua consueverunt, possit una pro alia voto promissa substitui? Resp. Adfirmat Sanchez, loc. cit. n. 6. quia non est mutatio moralis, ut in vino, oleo &c. Si mutatio sit in eandem speciem, ut si vovisti hoc vinum, hoc triticum, hoc oleum, & aliud oleum pro primo oleo substituit; & ipse sentio nullam reperiri mutationem realem. Quamquam hæc vox contingat in praxi. Aut enim perit prius vinum, oleum, triticum &c. aut non. Si perit, cessat questio. Si consistit, cur mutare debet? Si vero mutatio esset in diversam speciem, puta si vino substituzendum foret triticum, aut vinum oleo; tunc minime concederem talem mutationem, quia esset moralis mutatio. Nec video quo fundamento asserat Leander q. xiv. pro quantitate vini subitituli posse eandem quantitatem olei. Hoc ego nequaquam concederem. In rebus vero que unico usu non consumuntur, idem Sanchez cum Suarez docet, mutationem fieri non posse;

posse: ut si vovisti servum, non satisfacis dando valorem in pecunia; nec, si vovisti pecuniam, votum implet dando calicem: quia hæc non eadem usus intervniunt: & una materia videtur altera esse potest.

XIX. Quæst. IV. An qui votum tradere filium dederint Religioni, possit alterum propria auctoritate offerre? Resp. Negat D. Antonium II. p. iii. xi. cap. 12. §. 8. Sylvest. verb. Votum q. dict. 6. ubi citat Petrum de Palude. Eitopinio probabilior. Ratio patet ex iis que dicta sunt.

XX. Quæst. V. An laicus, vel Clericus conjugatus capax sit iurisdictionis commutandi vota? Resp. Negat communior, & vera opinio: nisi accedat pontificum dispensatio. Fertio nisi quoque sint incapaces talis spiritualis iurisdictionis. Quia de causa Abbatisse non iurisdictionis. Quia de causa Abbatisse, sciat possunt commutare vota Monialium, sciat neque cum illis dispensare valet. Similiter Prælati excommunicati denunciati, aut notori Clericorum perculsores commutandi vota facultatem non habent. Solis ergo illis per se competit potestas commutandi vota qui in iisdem possunt dispensare.

CAPUT XV.

Quam equalitatem servare debeant legitimæ votorum commutatores; & qua causis requirantur ut legitima fiat commutatio.

I. Neminem propria auctoritate commutare posse sua vota in materiam sive inferiorem, sive æqualem, sive meliorem, nisi ostenderit illi. Nunc explicandum superest, quam modum in materie subrogatione servare debeant qui legitima auctoritate possunt vota commutandi. De pura ac simplici commutatione nobis in præsens sermo est, que nihil dispensationis permixtum habeat. Sunt enim qui tum dispensandi, tum commutandi facultatem habent, ut Pontifices, Episcopi, & Prælati regulares respectu suorum subditorum. Hi, dum vota commutant, aliqua dispensationis permiscere valet; atque adeo in minore obligationem, seu materiam commutare vota queunt. De illis ergo loquimur qui tantummodo commutare vota possunt, ut sunt illi qui commutant vi bullæ cruceatæ, aut subitæ, aut alterius privilegii; & sunt in nostra sententiâ Consiarii regulares, qui commutare vota, licet in iisdem dispensare possint.

II. Quæst. I. An in materia votorum commutationis æqualitas materie servanda sit? Resp. Prima sententiâ sustinet, licitum esse

commutare votum in materiam minoretem: tum quod difficile sit punctum æqualitatis ac rangere, quapropter dubitationibus, & scrupulis, atque consuetudinum perturbacionibus expolita res esset: tum quod probabile sit quemquam propria auctoritate posse commutare sua vota in materiam æqualem; ex quo sequitur aliquid amplius posse superioris facultatem, alioquin frustranea esset. Hanc sententiam defendunt Boucaina disp. xv. q. 11. p. 1. §. 3. n. 11. Diana II. Part. tract. xvii. §. de in Missal. resol. 8. Leander tract. 1. disp. xviii. q. xii. laudatque Sa. Mediam, Aragon, Lessium, Toleram, & alios.

III. Altera sententiâ communior, & probabilior est, meram votorum commutationem in æqualem moraliter materiam facientem esse. Ratio ex doctrina D. Thomæ superius tradita colligitur. Dicitur enim, commutationem contractum esse inter commutantem nomine Dei, & votemtem. Sed contractus quilibet æqualitatem expostit. Ergo & contractus ille commutationis. Hæc autem æqualitas in contractu permutacionis in hoc sua est, quod materia que subimitur, æquet materiam cui subrogatur. Nonne in quodlibet civili contractu hæc æqualitas integra consistere debet, ne iniuria violetur? An minime recte negotium domini ageret, si potestatis bullæ collata res illius commutandi abuteretur pro maiori re minore recipiendo? Privilegia, & Principum beneficia licet tam utique interpretationem excipiunt, salvo semper verberum legitimo sensu, & iustitie integritate. Cum datur potestas commutandi, non conferat facultas dispensandi. Commutatio, utpote contractus quidam, suapte natura in rebus permutandis æqualitatem postulat; nullumque suppetit fundamentum latius interpretandi privilegium commutationis: quoniam, sublatâ rem permutandam æqualitate, perit natura veræ commutationis. Hanc sententiam defendunt Paludanus in vi. disp. xxxviii. q. 19. art. 3. Calætanus 2. 2. q. lxxxviii. art. 12. Rosella verb. Votum §. n. 6. Sylvest. verb. Votum q. vii. m. fin. Sotus Lib. VII. de iust. q. iv. art. 2. Sanchez Lib. IV. cap. v. n. 4. Suarez Lib. VI. cap. xii. Azorium Lib. XI. cap. xviii. q. vi. Sayrus Cler. Reg. Lib. VI. cap. xii. n. 34. Layman Lib. IV. tract. iv. c. viii. n. 34. Caltopolus tract. xv. disp. 11. p. 10. n. 6. Salmanticensis tract. xvii. cap. 111. p. 10. n. 139. Wiganus tract. x. c. 2. n. 64. 15. n. 139.

IV. Hæc æqualitas, quam præfati Auctores postulant, non est authenticæ, & ma-

thematic accipienda, sed moraliter, seu que procedunt ex bona fide talis exilimatur: nec enim nimis religiose metiendi res est. Et hoc etiam in aliis contractibus servatur. Hinc corripit primum contraria sententia fundamentum. Ad id quod secundo dicitur, negamus opinionem illam probabilem esse. Quae etiam probabilitate admissa, non inde inferitur, posse legitimam commutationem substitui in commutatione minorum materiam. Sed votum in materia evidenter aequalem vel aequale illa opinio, & Praelatus in prohibitorum aequalem votum debent commutare.

V. Hinc non parum fallitur Patritius Sporer tract. 111. in 2. precept. Decal. cap. 111. sec. 4. n. 122. ubi suos Dianam, Tamburinum, & Gobatum sequens, docet posse fieri commutationem ab habente potestatem in minorum, seu inaequalem materiam, dummodo haec inaequalitas non sit in materia, quae ante hanc dispensationem aliam, insuper contendit, ita docere Sanchez, atque communitur Theologos. *Negat aliud* (inquit Sporerius) *velle videtur Sanchez, & alii communitur*. Sanchez, & Auctores alii communitur nostram sententiam concepit verbis propriis. Quare ut quoquo modo excutatur Sporerius, dicendum est, eum nec legisse Sanchez, nec alios. Contendit siquidem ille non esse servandam in commutatione votorum eam aequalitatem quae in aliis servatur contractibus: quia in illis, inquit, *nulla intervenit potestas iurisdictionis, sicut in nostra commutatione votorum*. Poterant ergo nihilominus dominorum alicui potestate contractus ab illis in totum commutari. Non requiritur utque potestas spiritualis iurisdictionis, sicut in votis, sed requiritur potestas civilis. Ceterum & Sanchez, & alii Theologi eam aequalitatem in votorum commutatione requirunt quae in contractibus reliquis communiter servatur, ut citique eos legenti constare poterit.

VI. Cum dubia est aequalitas inter materiam voto subiectam, & materiam voto insubiedam, commutationi locus relinquitur. Quoniam non requiritur, ut dictum est, & aequalitas mathematica, sed moralis. Quando dubitatio occurrit, non est certa inaequalitas nec pro una, nec pro altera parte idcirco dubium dependendum est, & nimirum missa religione, sine superflitione, bona fide & aequalitas servetur quae in ceteris contractibus a viris prudentibus servari solet. Consule quae infra dictum sumus.

VII. Ex his colligitur, commutationem in materiam minorem, & alicui debita aequalitate, non carere culpa moralis, ut inquit Sanchez *loc. cit. n. 8.* quia leditur ius divinum in re gravi, & divinus cultus minuitur. Maior tamen, vel minor inaequalitas attendenda est: quia, si inaequalitas parva sit, levem solummodo culpam commutans perperabit: quare, ut sacre sibi propius commutans, in quidquam melius semper permutare votum sudeat. Aequalitatem enim attingere difficillimum est. Dum autem Dei causa agitur, melius bonum subrogandum videtur, ut totius Dei negotium promoveatur, inquit vel ipse Sanchez *loc. cit. n. 10.*

VIII. Quaesit. II. *Quae causa requiritur ad licitam, quatenusque commutationem?* Resp. Cui commutatio (ut dictum est) sit contractus iustus inter votentem & Deum ipsam, ut licite, validusque executioni mandetur, causa requiritur: quod iam ex D. Thoma 2. 2. q. lxxxviii. art. 12. superius demonstravimus.

IX. Quando tamen commutatio in evidenter melius bonum facienda est a Praelato, legitima potestate praedito, nullam requiri causam concedunt omnes. Excessus enim quousque sufficiens exilimatur causa commutationis. Negativus supra id fieri posse a votente, eo quod nullam habeat facultatem commutandi propria vota. Haec autem facultas Praelato inest: idcirco ille etiam sine causa externa commutare vota potest in bonum quod fit evidenter melius. Tunc enim duo quae ad commutationem necessaria sunt, occurrunt, nempe augmentum divini cultus, & legitima auctoritas.

X. Si materia in quam facienda est commutatio, sit evidenter aequalis, & simul probabiliter melior, fieri posse commutationem a Praelato etiam sine causa, docent communitur Auctores, nec ipse repugnat: quoniam ex una parte tunc certum est nullam occurrere divini cultus laesuram, sine diminutionem, & altera ex parte probabile est eundem divini cultus incrementum haberi.

XI. Dum commutatio facienda est in rem aliquam, causam aliquam Praelatus habere debet. Ut quod enim infringenda est voti obligatio, nulla causa ex parte votentis, nulla erititate maioris cultus ex parte Dei existente? An ne prudens haberetur minister ille quo contractus sui domini pro arbitrio alicuius illo commodo permittere? Haec quoque opinio communis est.

XII. Quando sumatur Pontifex in iubilaeo, vel

vel bulla cruciata, aut aliquo alio privilegio dato facultatem vota commutandi, non requiritur aliqua causa peculiaris, ut valida, & licita fit commutatio; sed sola sufficit executio illorum operum, elemosynae, precum, & ieiuniorum quae in praefatis bullis praescribuntur. Talem siquidem facultatem in similibus eventibus ob bonum commune summus Pontifex impertitur, & similia opera imponit. Secus vero dicendum est, dum Praelati impungunt ut potestatis ordinariae, aut dum Confessarii regulares commutant ut potestatis delegatae. Immo ad illorum commutationem potiori iure causa necessaria est.

XIII. Quaesit. III. *Quae causa requiritur, quando votum commutatur in aequale bonum?* Resp. Salazar. tract. viii. c. 111. p. 16. n. 145. ubi allegat Cascanum, Pradum, Sanchez, Dianam, & alios, docent sufficere pro causa praefatae commutationis locum petitionem votentis: quod salsus docet Sanchez *Lib. II. cap. l. n. 23.* Eorum ratio est, quia hoc benignitas, inquit, cedit in Dei honorem. Concedunt illicitam esse commutationem, si Praelatus pro arbitrio illam praestet; locus, dum illam impendit, ut petitioni votentis indulgeat. Haec opinio satis sibi constare non videtur. Fautur praefati Auctores, naturam ipsius commutationis causam exigere, etiam dum fit in aequalem materiam; quod potissimum Sanchez probat *loc. cit. n. 17.* Quod porro haec causa sita universi fit in votentis petitione, quoddam paradoxum videtur. Nam petitio dispensationis, & causa, sine dispensandi, sine commutandi, duo sunt omnino distincta. Et, si quis absolute diceret, ipsam petitionem privilegii, favoris, & cuiusvis gratiae, esse iustam concessionis causam, quod inauditum proferret.

XIV. Dicimus ergo, praeter petitionem votentis aliquam aliam requiri causam ad licitam voti commutationem in aequalem materiam. Non est tamen necesse quod sit causa gravis, sed sufficit levis, eo quod dum aequalis materia subrogatur, non diminuitur cultus divinus, sed solum votentis fidelitas leviter violatur; idcirco levis causa laus est, pura aliqua peculiaris difficultas; quae obicit executioni. Ita sentiunt Sylvester *verb. Votum 4. in fine*, Rocella *verb. Votum 5. n. 6.* Angelus *verb. Votum 4. n. 10.* Sorus *Lib. VII. de iust. quaes. 111. art. 3.* Azorius *Lib. XI. cap. xviii. quaes. 111.* Sayrus *Clav. Reg. Lib. II. cap. xlii. n. 26.* Vivaldos *canonibus sacrum. III. Far. sep. xiv. n. 15. & 22.*

XV. Quaesit. IV. *An commutatio in rem aequalem sine causa facta sit invalida?* Resp. Illicita profecto est talis commutatio, secus invalida. Iustitia enim absolute servatur, quae aequalitatem deponit. Solummodo abutitur Praelatus potestate sibi tradita in re levi. Idcirco ex defectu iustitiae causae non potest invalida effici praefata commutatio.

XVI. Quaesit. V. *An commutatio voti in minus bonum alicuius rationabilis causa sit invalida?* Resp. Omnes consentiunt, eo graviores causam in voti commutatione requiritur priori obligationi, quemadmodum maior causa necessaria est pro dispensatione, in qua omnino voti vinculum solvitur, quam pro commutatione, in qua non solvitur omnino voti vinculum, sed unum pro alio substituitur. Dissipant vero Auctores, num licet defectus rationabilis causae invalidam reddat dispensationem, ita nullam efficiat commutationem. Dicitur enim, commutationem in aequalem materiam consistere validam, etiam si causa deficiat. Controverfia solummodo est de commutatione in minus bonum sine causa facta.

XVII. Validam esse huiusmodi commutationem, docent non pauci Auctores, haec adiecta conditione, non votens teneatur supplere defectum materiae subrogatae, ita ut utriusque priorum materiam. Hanc opinionem defendunt Sanchez *Lib. II. cap. vi. num. 8.* Candelas *disp. xxv. art. 2. dub. 3. conclus. 6.* & 7. Diana *hor. II. tract. xvi. alicuique*. Rationes illorum sunt, quod minus cum Deo quam cum hominibus agatur. Permutationes autem civiles inter homines valde sunt, etiam alicuique causa factae, ut patet *leg. 2. de restituenda venditione*. Porro ergo iure idem de votorum commutatione dicendum est. Accedit quod commutatio in minus bonum cum causa facta, valida est iuxta omnes cum sola obligatione supplendi aequalitatem prioris materiae: ergo etiam sine causa valorem habebit.

XVIII. Contraria sententia, cui adhaeremus, communitur, & probabilior est. Quoniam commutatio actus est iurisdictionis spiritualis, qui sine causa nullus est, ut patet in dispensatione, quae sine causa invalida est iuxta D. Thomam 2. 2. q. lxxxviii. art. 12. Siquidem Praelatus, si dispensat a voto, sine voto commutat, Deum refert, evidenterque vicies gerit. Deo autem acceptum minime est quod sine causa relaxentur vota sibi nunciata: neque enim suam concessit potestatem.

in destructionem, sed in edificationem. Porro, si abque causa vota relaxarentur, sive dispensando, sive commutando, totum esset in destructionem. Ergo, ut valida sit commutatio, Deoque accepta, ob causam rationabilem fieri debet. Hanc sententiam defendunt Suarez Lib. VI. de voto cap. XIX. c. 14. Prado cap. XXXI. g. 29. n. 40. Ludovicus Lopez l. Par. cap. I. Canonpalus disp. 11. puncti. 17. n. 2. Salmanticenses tract. XVII. cap. 111. puncti. 16. n. 148. & alii.

XXI. Contrarie sententie argumentis facillime fit locus. Mitius cum Deo quam cum hominibus agendum est, sed salva semper iustitia. Commutationes civiles valide sunt, etiam sine causa facte: quia sic leges decessisse scimus ad lites, & diffida vitanda. Nihilibi vero nobis constat Deum facultatem imperitiam relaxandi vota sine causa: sed oppositum immo ratio, & Doctores student. Ad secundum negatur consequentia: quia, dum ad illa causa commutandi, & potestas in Praelato, concurrunt omnia ad valorem commutationis requirita. Si vero Praelatus sine iusto deficit in subrogatione materiae, delinquit contra equitatem; quod non officit valet actus. Verum, dum causa deficit, potestas quoque deest: quia concessa a Deo est, ut in edificationem exerceatur; quod tunc contingit, tum rationabilis causa commutandi occurrit.

XX. Ex his colligitur, potiori iure nullam esse voti commutationem in minus bonum factam propria auctoritate, seu ab eo qui caret iurisdictione, ut ex dictis constare potest. Nec facis sibi constat Sanchez, dum cap. II. n. 21. contendit non esse omnino irritam commutationem praestam: quoniam capitulis praecedentibus nullam asseruit voti commutationem factam sine legitima potestate in bonum aequale, nedum in bonum minus. Quare qui votum commutaret, in minus bonum, prius votum implere deberet.

XXI. Quaeli. VI. *Quidam praeterea committit Praelatus abique causa legitima votum commutatum in minus, aut aequale bonum?* Resp. Suarez Lib. VI. cap. XIX. n. 14. docet, Praelatum hunc graviter peccare, eo quod abutatur potestate sibi tradita. Idemque potiori iure asserit de eo qui propria auctoritate votum in aequale bonum commutaret, nisi ignorantia exculcetur a culpa. Verum, quando non esset notabilis diminutio ex parte materiae subrogatae, sed aequalitas moralis salva consisteret, non auderem peccati mortalis damnare Praelatum. Peccaret equidem, quia abutetur

aliquo modo potestate sibi concessa. At difficile in praxi est tantam reperiri malitiam ut commutatione voti, equali materia subrogata, ut mortalis noxae reus evadat Praelatus commutans: tum quia difficile est nullam occurrere causam talis commutationis; tum quia ignorantia illius culpam facile diminuat potest. Commutabit namque periculosam opinionem probabilis, quae licet eum non excuset omnino, culpam tamen eius extenuat. Sanchez loc. cit. cap. II. n. 16. fulminat, voventem quoque qui propria auctoritate commutat votum in rem aequalem, non excedere limites culpe venialis, eo quod sic infidelitas modica. Sed ego suscribere huic opinioni destitui. Quandoquidem votum ille usurpavit auctoritatem in re gravi, qualis est commutatio votorum. Quamvis etenim haberetur aequalitas in permutatione materiae, foret tamen lesio iuris in usurpatione potestatis, quae, ut mihi videtur, levis dici minime valet.

XXII. Quaeli. VII. *Ad praesumptiva sine dispensatione permixta commutationi, cum commutatio appareat illegitima, utpote manifeste in rem minus bonam?* Resp. Volunt nonnulli, praesumendam tunc esse dispensationem, quando vir doctus votum commutat: quia praesumptum, virum doctum non ignorare rem adeo claram. Si autem non consistet de scientia commutantis, ut non raro evenit, tunc indubitanter commutationem illegitimum habendam esse, potissimum si certum habeatur, Confessorium permutare vota vi bullae, aut iubilii, quibus sola commutandi, non dispensandi facultas conceditur. Si non expressit, cuius facultate commutaverit, nec causam commutandi perscrutaverit, illegitima praesumptio commutatio est: quia, si dispensatio, causam requisiverit. Cetera, si causam examinaverit, & commutans erat Confessorius ex Regularibus frequentibus privilegiis, praesumenda est dispensatio admitta commutationis. Si denique, omnibus expensis, dubia res maneat, possessio huiusmodi priori voto, sic docet Sanchez loc. cit. num. 17. Quae omnia nota non probantur. Quod de Confessoribus regularibus asseritur, tam supra demonstratum est, eisdem minime fieri privilegio dispensandi in votis. Confirmamus vero votum primum servandum esse, cum de valore commutationis dubitatio occurrit.

CAPUT XVI. DE COMMUTATIONE VOTORUM VI IUBILEI, AUT BULLAE CRUCIATAE.

De commutatione votorum vi iubilii, aut bullae cruciatae.

I. Quamvis bulla cruciata, ut vocatur, in pluribus regnis minime obtineat; quia

quia nihilominus eadem fere de illa ac de iubilio occurrunt difficultates enucleandae, ideoque inquirentes nos, quid in votorum commutatione possint Confessorii vi iubilii, bullae quoque cruciatae meminimus, de qua tamen non nisi oblique verba faciemus. Clausulae in bulla iubilii continetur pro votorum commutatione, haec est: *Ac vota quaecunque ab eis emissa (castitatis, & Religionis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutari possint.* Ut ex diversitate utriusque clausulae patet, amplius in bulla cruciatae. Nam in hac, praeter votum peregrinationis ultramarinae, iubilio quoque facultas conceditur commutandi vota triplicis peregrinationis, Hierosolymitanae, Romanae, & Compostellanae. In bulla quoque restringitur facultas commutandi vota in aliquod iubilium ad sacrum bellum peragendum; quae coarctatio deest in iubilio, vi cuius fieri commutatio potest in quocunque pietatis opera.

II. Vota castitatis, & Religionis, quae excipiuntur tum in bulla, tum in iubilio, sunt vota perfecta, & absoluta, ut supra dictum est. Quare non intelliguntur relaxata vota non nubendi, non fornicandi, castitatis, conjugalis, castitatis ad tempus limitatum; nec vota dolo, metu, aut errore edita. Omnia similia vota, sive castae, aut iubilii commutationem iubilii, sive post, sive etiam facta sine obtinenda commutationis pro iubilium, ut communitur Auctores docent.

III. Quaeli. I. *An haec commutatio fieri debeat intra, aut extra Confessionem?* Resp. Quocunque facultatem vota commutandi habent sive vi bullae cruciatae, sive iubilii, sive privilegiorum, valent tam intra, quam extra confessionem commutationis beneficium largiri. Et ratio clara est: quoniam privilegia quae commutandi facultatem impertiuntur, eam non illigant confessioni sacramentali. Cur ergo limitari a nobis debet talis facultas pro sola confessione praestata? Non est ergo necesse ut Confessorius audiat voventis confessionem, ut possit licite, & valide vota commutare. Opinio communis est.

IV. Quaeli. II. *An vi iubilii, vel bullae fieri in minus commutatio possit?* Resp. Ad-

firmant non pauci, eo quod privilegium aliquod operari debet. Nihil autem efficeret, nisi prior obligatio in minore mutari posset: quia in aequale quoque auctoritate potest summi commutare votum potest. Ex his quae supra dicta sunt, constat falsam hanc esse opinionem. Privilegium operatur ut fiat commutatio in aequale moraliter bonum; quod potiori auctoritate nemo efficeret valet. Ceterum privilegium non impertitur facultatem mutandi efficiendi commutationem, quae suapte natura aequalitatem postulat. Effectum tamen inibi, si in minus bonum fuerit.

V. Quaeli. III. *An vi iubilii, vel bullae possint commutari vota Religiois, & castitatis necessitate urgente?* Resp. De hac quoque difficultate superius disputatum est. Si quis insistent, posse Regulares vi privilegiorum dispensare, quemadmodum valet Episcopus, in voto castitatis, urgente necessitate, defendunt etiam id eos posse vi iubilii, aut bullae. Hanc sententiam nos improbamus, & nunc quoque relictimus, negantes, etiam necessitate praesente, posse vi iubilii vota relaxata castitatis, vel Religionis commutari.

VI. Quaeli. IV. *An votum, sicut instrumentum erogandi elemosinam Ecclesiae, aut pauperi determinatum, possit post illius acceptationem commutari vice iubilii, aut bullae cruciatae?* Resp. Leander tract. I. disp. XVII. quaeli. XXI. Trullenchus Lib. I. in bull. §. 7. cap. III. lib. 8. Tamborinus L. II. in Decal. cap. XVI. §. 4. num. 5. docent, esse possibile id fieri posse: quia omnia vota Deo, tanquam fieri praecipio, mancipantur; ad pauperem vero, vel Ecclesiam diriguntur, eum in finem minus principalem, & secundarium. Ergo, sicut votum in solam Deum directum potest propria voluntate in melius commutari, ita poterit commutari votum quod edit in maiorem aut pauperem, aut Ecclesiam utilitatem. Hanc vero opinionem ut improbabilem nos relictimus; quoniam pauper, vel Ecclesia post acceptationem promissionis, voto, aut iuramento firmata, ius acquirat in rem promissam. Porro nullum privilegium impertiens facultatem commutandi vota, postestatem simul impertit ledendi iustitiam, seu ius tertii. Antequam votum acceptetur, votum commutari potest, quia nondum pauper ius habet in bona promissa. Sed acceptatione locuta, nullo modo abique illius consensu promissio facta infringi potest. Et est opinio communis, ac vera.

VII. Quaeli. V. *An qui semel lucratus est iubilium, possit post illius commutationem vo-*

torum obtinere? Resp. In bulla cruciate expressè definitur, quod *anno durante* gratia in eadem concessa obtinere possint, secus eo transacto. In iubilæo res definita non est. Ideo qui illud læcatus est, si vota commutari sibi non fecit, quia illorum fortasse est obitus, poterit illo elapso commutationem consequi, licet potest a casibus reservatis absolutorem obtinere, etiam transacto iubilæo, quod tempore debito licetatur est, ut docent Sanchez Lib. II. cap. xlv. num. 26. Leander tract. xv. disp. IV. quæst. xxviii. Henricus Lib. VII. de indulgentia cap. xi. num. 14. Salmantic. tract. xviii. cap. 11. punct. 17. n. 157. ubi volunt, posse votentem qui etiam data opera, & sciens omisit impetrare votorum commutationem, transacto iubilæo, eandem obtinere commutationem. Hoc mihi difficile videtur: qui enim deliberato animo contemnit recipere favores, & beneficia quæ definito tempore Principis elargitur, dignus minime est ut pro libito accipiat. Sed hæc vix raris occurrunt.

VIII. Quæst. VI. Si quis principio hebdomadæ publicis iubilæi commutari sibi vota curaverit, animo lucrandi iubilæum, sed postea cum negligentia, non oblatione opera pro suscipiendo iubilæo necessaria omiserit, atque aliam illud minime adeptus fuerit: transiit natalis commutatio? Resp. Si quis bona fide votorum commutationem obtinuerit absolutum, & ab omni conditione precifam, eam validam reputare. Nilil liquidem deprehendere valeo quod eius valori oblit: ea quippe extra conditionem fieri potest ab eo qui auctoritatem habet. In votente quoque dispositione animi parati ad lucrandum iubilæum fuisse supponitur. Extincta ergo fuit prior obligatio. Obligatio autem semel extincta nunquam reviviscit. Si vero commutatio illicata fuisse priorum operum executionis, quæ necessaria sunt ad suscipiendum iubilæum; planum esset quod commutatio nulla fuisset, quia in pote conditionata, effectum suum habere non poterat, nisi condicione impleta. Ita Sotus Lib. VI. cap. xv. unum. 9. Sanchez Lib. II. cap. lxxv. num. 99. Salmantic. tract. xviii. cap. 11. punct. 17. num. 158. alique. Admodum Sanchez, Diana, Trullenchus, & Bonacina, ut retinet præfati Salmantic., non peccare mortaliter eum qui bona fide votorum commutationem obtinuit animo lucrandi iubilæum, etiam si deinceps opera lucranda consequendæ: quod mihi haudquam probatur. Si quidem nullo modo præfati potest

Pontificem velle beneficia vi iubilæi impertiri illis qui voluntarie iubilæum istud continentur accipere. Quapropter ruit fundamentum Salmanticensium Patrum scribentium, non constare, Pontificis mentem esse ad hoc obligare. Immo addimus nos, cuique secundum leges prudentiæ iudicanti perspicuum esse, mentem Pontificis esse deprecare sua beneficia iis omnibus qui eadem continentur.

IX. Quæst. VII. Peccat ne Confessarius qui postulatæ tenet tempore iubilæi vota commutare? Resp. Si iusta causa denegandi commutationem adit, nullam perpetrabit culpam; si aliqua causa commutare vota polanti recuset, peccat quia minime pro circumstantiarum varietate.

X. Plura alia quæ disputanda hæc de re occurrerent, ad tractatum de iubilæo discutienda, & resolvenda remittimus.

CAPUT XVII.

De ingressu ad priorem materiam post voti commutationem factam, & acceptatam a votente.

I. Quæst. I. An quando votum commutatur in aliam materiam, extinguatur prius obligatio? Resp. Convenit inter Theologos, in hoc differre commutationem a dispensatione, quod in hac vinculum omnino solvatur, in illa vero tantummodo mutetur, ut conceptis verbis tradit Angelicus in IV. dist. xxxviii. qu. 1. art. 4. quæstione. 3. Quando votum commutatur, votum absolute ab uno, & ligatur ad aliud, sed quando in voto dispensatur, simpliciter a voto absolvetur, sine hoc quod ad aliud ligetur. Extincta vero obligatione præstanti primam materiam voto promissam, coniungit altera eiusdem generis obligatio, quæ nempe lubi voti, & religionis vinculo allinquit votentem ad solvendum pensum subrogatum.

II. Quæst. II. An facta voti commutatione, tentatur votens exequi priorem materiam, si materia substituta facta sit impossibilis, ad ipsa sua culpa eam præstare omiserit? Resp. Certum est votentem contra votum peccare, si materiam, seu onus subrogatum deliberatè exequi negligat. V. g. voti illi eleosoluntatis hæc in ieiunium sibi commutata fuit tali hebdomada suscipiendam. Hoc tua culpa commisit, aut non infirmatè observantia reddita est impossibilis. Quæstio ad primam quæstionem partem, communis opinio est, te non teneri ad implendam rem prius promissam: quia per commutationem extincta est illa obligatio.

tio. Res autem extincta non reviviscit. Terneris vero onus substitutum implere, etiam elapso tempore definito: quia non fuit illegitimum tali tempore ob aliquam temporis circumstantiam, sed tamquam termino finiendæ obligationis.

III. Advertent communiter Auctores, non reviviscere priusquam obligationem, quando commutatio facta fuit legitima Prælati, seu iurisdictionem habentis, auctoritate; & secus, dum commutatio facta fuit propria votentis auctoritate: tunc enim, si materia per semetipsum subrogata impossibilis quocumque modo facta sit, teneatur votens priorem implere obligationem.

IV. Quæst. III. Facta voti commutatione, & a votente acceptata, liberum ne illi est ad priorem redire materiam? Resp. Quædam certa sunt in hac questione, & quædam contentiosa. Si commutatio facta sit in minore obligationem, admixta dispensatione; dubio procul ad priorem redire materiam votens licite valet, relicta materia substituta: quia nemo cogitur privilegio ut dispensationi sibi faventis, sed quod melius est, amplecti semper potest. Idem tamquam certum statuit Salmanticenses de commutatione facta in æquale: quia commutatio est in favorem votentis, cui favori, & beneficio personali renuntiare pro libito potest.

V. Disputant vero Auctores, an liber sit regressus ad priorem materiam, quando commutatio legitima auctoritate facta sit sine in æquale, sive in melius. Adfirmant Sanchez Lib. II. c. lv. n. 26. Leander tract. i. disp. xviii. q. xxiv. Castropalus tract. xv. disp. 11. punct. 18. n. 10. Lessius Lib. II. c. xl. dub. 16. n. 111. Azorius Lib. XI. c. xviii. q. 2. Bonacina disp. iv. q. 11. punct. 6. n. 20. Laymanus Lib. II. tract. iv. c. viii. n. 27. Salmanticenses tract. xviii. c. 111. punct. 18. n. 169. alique. Si quidem commutatio, quocumque modo fiat, in favorem, & beneficium votentis sit. Sed unquamque renuntiare potest proprio favori, ut colligitur ex cap. Statutum de regul. tur. Accessit quod commutatio fit cum tacta hæc conditione, ut votens impieat quod sibi fuerit substitutum, nisi male optum prius factum implere. Tandem benedictus Dei in hoc possimum habent, ut votentes percipiant, minus cum Deo quam cum hominibus agat. Ex quo inferunt, posse votentem, quoties sibi placebit, redire ad priorem materiam, omnia subrogata, & contra respicere priorem

nam, quam, relicta substituta, iterum elegerat, & redire ad substitutam.

VI. Altera sententia, cui subscribo, negat votentem post commutationem factam in melius, & acceptatam, posse ad priorem redire materiam. Quoniam, licet commutatio sit in favorem votentis, quod omnes concedunt; hinc tamen haudquam consequitur posse votentem semper, & quocumque circumstantia inspecta, redire ad priorem obligationem. Ut commutatio dicatur, & sit in votentis favorem, satis est quod referatur prioris vinculi obligationem, & aliterum onus substitutum. Hic est unicuique commutationis favor. Anne, quia commutato faverit votenti, licitum est levem pro gravi materia substituta? Immo omnes fatentur, æqualitatem moralem servandam esse. Favor ergo commutationis eo unice spectat ut prior obligatio relaxetur, & altera substituitur. Quoties vero superior, dum votum commutat, imponit aliquam meliorem materiam, id præstat, ut compeniet recessivum prioris obligationis, quæ valde premebatur votenti; onusque levius existimavit, materiam substitutam, licet absolute meliorem, impiere quam exequi priorem. Nec enim existimandum est, superiorem pro arbitrio votentis in melius commutare; sed ideo illi quodque facit, ut libertatem compeniet quam donavit votenti, illum a priori obligatione eximendo. Commutatio quippe contractus quidam est, in quo æquitas, quoad fieri moraliter potest, servanda est. Quando ergo votens in hoc contractu acceptavit onus substitutum, vinculo relictione te adimplere ad illum implendum. Major materia substituta valor in obligationem voti transit; & hæc obligationem libentem votens acceptavit. Nequit ergo ad priorem votens acceptavit. Redire ad priorem obligationem non debet. Quoniam minorem obligationem commutationis licet ob solationem prioris vinculi: quod beneficium eo in pretio commutatoris habuit, ut iudicaverit æquum fuisse aliquid meliorem materiam votenti imponere ad priorem obligationem relaxandam. Ergo ab hoc solvendo onere nequit votens licite recedere. Accedit quod dum commutatio fit in favorem votentis, simul etiam peragitur in maiorem Dei cultum. Ergo, si votens fruatur beneficio libertatis prioris vinculo, æquum est ut cultus quoque divinus placeat, & ceteriorum materiam ei offerendam. Tandem confirmatur exemplo quorundamque civilium contractuum. Contractu inito Petro inter & Paulum super valde argenteo Petro

donando, fit commutato petita a Paulo, & magis argenteum aureum commutatur, Petro, cui solvendum est, consentiente, & Paulo, qui solvere debet, acceptante: sicutum ne Paulo esset restituere ab hoc secundo contracto, & ad primum reverti, in insoluto Petro? Si ad agetur, noane iustitiam laederet? Quid si nullum hoc est in humana permittitio, quibus & in divinis? Hanc sententiam defendunt Suarez, *Lib. II. c. 22. n. 1.* & Raphael de la Torre, *2. 2. quaest. lxxxviii. art. 12. disp. n. 12.* Filicrucius tract. xvi. cap. 2. n. 288. Reginaldus *Lib. X. c. 1. n. 362.* Caltopalano vero tract. xv. disp. 11. punct. 18. n. 9. & Prado, *xxvi. quaest. xv. n. 104.* Iatis probabiliter eam exhibent. Contraria opinionis argumenta soluta remanent ex probatione notae sententiae. Nam commutatio quantum ad aliqua est in favorem voventis, locus quantum ad commutatio est enim in favorem sibi divini cultus. Si autem in quocumque casu semper sicutum esset voventi recedere a commutatioe facta, & ad priorem redire; item priorem obligationem susceptam relinquere, & ad materiam subrogatam denuo reverti; tunc certe commutatio esset in solam voventis utilitatem. Verum, cum commutatio contra hunc modum fit, in utilitatem, & in favorem utriusque partis eccedere debet. Quod subdit, commutatioem fieri sub conditione, gratis assensu, & est contra naturam contractus permutationis. Denique benignitas Dei in hoc sumptore elucet quod ob quamcumque congruam causam remittit priorem obligationem, aliquam substitui patitur.

VII. Huiusque dilparatur est de voti commutatione in melius; nunc pauca addimus de commutatione voti in bonum aequale. Quae dicta sunt in favorem sententiae negativae sicutum esse regressum ad priorem materiam, quando commutato est in melius, evincunt quoque sicutum non esse hunc regressum, quando commutato est in aequale. Siquidem etiam, quando commutato est in aequale, facta fuit ex consensu utriusque partis, & voventis voluntatis commutationem, & superioris loco Dei consentientis, & permanentis. Ergo regressus ad primum contractum, hoc votum, licet minus est, Dei minime insoluto. In hoc sententiam concedit prolixius Petrus Passerinus, *clxxxv. 1. art. 1. n. 772.* ubi, sententiae utriusque relatis fundamentis, rationes pro contraria opinione allatas, tamquam infirmas, rejicit; quae, ut verum fatear, tales mihi quoque videntur.

Nam, ut omnia breviter complectamur, permittio voti naturam voti non tollit: sed permanet votum cum sola materia diversitate; & voventis vi voti tenetur implere obligationem sibi impositam a commutante. At qui, etiam secundum plures Auctores contrariae opinionis, maxime Sanchez, Salmanticensis, alioque, voventis non potest propria auctoritate commutare suum votum in materiam aequalem. Ergo saneque necesse est illicitum quoque esse regressum voventis ad priorem materiam. Quoniam tunc propria auctoritate commutatur votum; prior sibi obligatio voti extincta est, atque nullo modo reviviscit, quemadmodum fatetur omnes adversarii; eorum si materia subrogata evadat impossibilis, non tenetur voventis priorem obligationem exequi. Dum ergo ad priorem materiam revertetur, novam sibi voventis auctoritate propria obligationem imponeret. Haec obligatio est obligatio voti. Ergo voventis propria auctoritate commutatur suum votum in aequalem materiam, quod fieri posse, adversarii ipsi remitti concedere.

CAPUT XVIII.

Regulae circa in votum commutationem.

I. Quamquam nulla certa, & praefixa regula commutandorum votorum afferri potest; nihil tamen fecus quamdam assignari regulae solent generis, quae vi praesentiae Superioris commutatur vota, moderari, & applicari debent, inspectis circumstantiis loci, temporis, & personarum. Licet enim non offendant praeciam commutationis faciendae mensuram, magis tamen deserviant commutari, ut in praxi proximis limitibus prout aequalitatis arctantur.

II. Regula prima. In voti commutatione sola materia voto promissa inspectanda est, nulla habita vinculi ratione. In dispositione & materia promissa, & vinculum promissum considerantur, quia utrumque per caritativam levi vero in commutatione, in qua vinculum remanet, seu aliud eiusdem naturae subrogatur. Secundum hanc regulam in commutatione voti vitandi alicuius peccati non est necessaria impositio gravis materiae; quippe vinculum praecipui non avertitur, nec vinculum voti; sed transferuntur in materiam substitutam. Itaque in voto vitandi fornicationem, inspectanda est vis voti ad removendum voventem a lapsu in tale peccatum. Hic enim proximus est lapsus voti finis. Si deprehendatur votum illud magnam

habere efficacitatem ad subducendum voventem a lapsu in tale peccatum, ita ut sine voto frequenter voventis labatur in fornicationis flagitium, ratio autem voti vinculo obliquo; tunc votum sumptore cederet in divinum cultum, & voventis utilitatem: quapropter commutandum esset in materiam gravem, quae pari polleret, iuxta praesentem estimationem, efficaciam ad arcendum voventem a crimine fornicationis. Hanc porro materiam substituentiam, gravem, efficaciamque ad praefatum finem, communitur reputant Auctores confessionem perpetuam in singulis manibus. Si contra, votum nihil, aut parum conferret in finem praecipuum liberandi voventem a peccato; sed potius voventis sacrilegia multiplicaret frequenter criminum perpetratione; tunc materia valde levis in commutatione substituta esset, qualis foret recitatio officii B. Virginis, aut illius Rosarii semel in hebdomada per quinquennium, plus minive, variis circumstantiis inspectis.

III. Secunda regula. Maior, aut minor materiae dignitas repetenda haudquamquam est ab excellentia solius virtutis cuius fructus est; sed inspectis circumstantiis finis, & potissimum voventis utilitas, loci, temporisque conditio. Ad temperandam avaritiam possit lenium, ad temperandam avaritiam situm elemosinam. In commutatione faciendae non recte subrogatur ieiunium, quod est actus habitus, oratio, quae est actus religionis, virtutis licet excellentioris ipsa poenitentia; nec elemosinae prudenter substitueretur actus internus caritatis, aut oratio mentalis: quia eiusmodi exercitia parum conducunt ad finem praefatum sibi a vovente in suis votis. Nec tamen semper substituta est materia eiusdem generis; ut, si prior voti materia fuit opus poenitentiae, necessario subroganda sint opera laboriosa poenitentiae; sed illae communitas spectare principaliter debent, ut utilitas spiritualis voventis, & divinum obsequium salvi sint, & insuper quod fieri potest. Sacramentum frequentia est bonum universale, quod licet aequare quamcumque alterius materiae efficacitatem ad liberandum voventem a crimine perpetratione. Adversus vero avaritiam elemosina praevialia est; sed circumstantiis semper sunt attendendae.

IV. Tertia regula. In quolibet voto potissimum finis quaeratur, sive dignitas habenda est. Finis enim quem voventis sibi praescribit, materiam voto subiectam quodammodo erigit, pretiosiorque consistit. Votum abstinendi a iudo, ut perjuriam, & blas-

phemiam vitentur, nobiliss ac praestantissimum est ob talem finem, quam si editum fuisset, ne pecunie prodigerentur. Finis ergo voventis accurate perpendendus est in commutatione, ut possit subrogari materia quae aptior sit ad eum promovendum. Et quo nobilior finis est, eo gravior digniorque substituta materia requiritur.

solemnior erit ritus ponendi manum sub femore illius qui iuramentum exigebat. Hoc ritu Abraham exegit iuramentum a famulo suo seniore: *Pone manum tuam sub femore meo*: Gen. xxiv. vers. 2. Eodem quoque ritu Jacob morti proximus petit a filio suo Ioseph: *Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo*: Gen. xlvii. vers. 29. Super hæc caeremonia variæ sunt Patrum, & Interpretum sententiæ. Aliis omnis, communior est illa quam refert Hieronymus in Questionibus Hebraicis, nimirum illo signo iuratum fuisse, iuramentum præstari in fide Christi, qui tum cominebatur in Iudis Abraham, & Jacob, ut Paulus loquitur *Hebr. vii. 12*. Et res ipsa non legitur hæc caeremoniam adhibitam ab aliis fuisse quam ab Abraham, & Jacob.

V. Nolris pariter temporibus varii ritus præscribuntur pro iuramentis solemnibus tum in iure civili, tum in iure canonico. Communior ritus elocet in contactu rerum sacrarum, ut Evangeliorum, reliquiarum, & etiam sacrosanctæ Eucharistiæ. In foro civili solent tangere scripturam regium, aut attolere priores digitos. Si varias illius fori solemnitates in iuramento servari solitas scire cupis, consule *Leg. Generaliter* & *ultim. cod. de reb. cred.* Olim ritus solemnis, & communis Christianorum, erat contactus altaris, seu sacre mensæ, qui ritus etiam in iuramento privatis servabatur. De hoc iuramento loquitur Chrylologus homil. xvi. ad populum. *Quæ super mensam aditus faciam, & ubi Christus passus est immaculatus, ibi fratrem tuum impolias... saltem librum istum reserere quem in iuramento portigas*.

VI. Iuramentum solemnne triplex est, seu triplici modo fieri solet. Primum est *veritate tantum*, quod solis verbis fit, & in ipsis verbis certa quædam forma servatur; ut quando iuramentum fit per expressam Dei invocationem, vel etiam sanctissime Virginitatis, reple tantum nuncupatur. Secundum iuramentum contactu Evangeliorum, peccatoris, crucis, altaris &c. nullis omnino verbis adhibitis. Tertium iuramentum *mixtum* dicitur, quod & verbis, & contactu rei sacre fit. Iuramentum itaque ipis verbis fieri potest, & dicitur *veritate*: item solis signo exteriori, tactu, gesto, seu nunc, sine verbis (neque enim verba necessitate sunt ad iuramenta) & dicitur *reale*; tandem verbis, & signis simul; & dicitur *mixtum*, vel etiam *corporale*, quia præter verba in super corporalis actio adhibetur,

VII. Iuramenta solemnia solent etiam esse *iudicialia*, quæ videlicet in iudicis præstantur: suntque varii, ut ita dicam, generis. Primum iuramentum iudiciale illud est quod fit sub initium litis, & vocatur *iuramentum calumniale*, quod videlicet auctor iurare debet se litem movisse, non animo calumniandi, sed ob solam causæ veritatem, & reus similiter iurare debet se exillimare iustam habere relucandam rationem. Imperator Iustinianus leg. 2. eodem de iurando pro. *calumnia*, hunc iurandi morem invenit, ut litigantes a calumniosa litium prosecutione abduceret. Quod ut validius efficeret iudicibus omnibus remittendi hoc iuramentum facultatem ademit his verbis hoc. *laud. §. 4. Sed quia veniens non festinat quidem collatione, aliquæ utentes, revertite videntur inter se huiusmodi iuramentum, & ex predicta distinatione ipsorum functionum delictum; facinus, contra iudicem, licet ex compromisso cognoscant, rigorem suum exercent; (quæ nota pro communi servatur, sed pro communis utilitate presentem legem solussum) minime parti tale iuramentorum revertit. Rationem addit §. 3. Sicutum non litis solus, sed etiam calumniatoribus minuitur. Pluribus sæculis viguit hæc iuramenti usus; sed nunc in curiis Principum penitus obsolevit; ut Auctores communiter advertunt. Rationem delensidinis prodi Maranta de ori. *lib. part. vi. tit. de iuramento. c. 17*. his verbis: *Unde ego pure quod litigantes nostri temporis potius iurati de calumnia committenda quam iurata; & iure melius esset, si ex toto tolleretur a iudicio, causa videnda nisi pericula. Hoc iuramentum calumniale, quod in exordio litis fit, vocatur iuramentum *credulitatis*, distinctum a iuramento *veritatis*. Hanc distinctionem tradit Iulius Paccius celebris inter utriusque iuris consultius in *stipulatione ad Lib. II. Cod. tit. 58*. Tertium preparatorium (inquit) est bona fidei, quam lex a litigantibus requirit, ne teneant mere litigari. Quamobrem tam auctorem, quam reum, de calumnia iurare iubet... Nota hoc iuramentum esse (et nostri loqui quantur) de *credulitate*, non de *veritate*, (et bonorum) de iurantes, se bonam causam habere, sed ita se credere, & distinctio hæc materialis est. Nam materia prima iuramenti, etiam credulitatis, est veritas: quia verum est ita se credere, nempe bonam causam habere.**

VIII. Secundum iuramentum iudiciale vocatur iuramentum *malitie*, quod in progressu litis a iudice partibus datur, quoties sibi bene vult.

vilium fuerit; quod iuramentum *multitudine* appellatur etiam *calumniosa*. Cuius iuramentum iuramentum malitiae, quo litigatorum iuratur le extraneas dilaciones ad calumnia non petiturus, nec accepturus, etiamnum viget in pluribus foris secularibus quoad certos articulos, aut propositiones. Iudex, instante parte, negat, vel concedit hoc iuramentum, prout opportunum esse arbitrat. In foris vero ecclesiasticis frequentissimum est illius iuramentum, de quo consulti sunt Canonici.

IX. Tertium iuramentum iudiciale vocatur *suppletorium* pro iuramentum lapienter, seu deficientibus probationibus iudicialiter iuramentum, tanquam ultimum remedium ad lites, & controversas dirimendas. Finis namque iuramenti est dubie veritatis manifestatio. Quare, cum in controversiis veritas per probationes, vel testes deprehendi nequit, Apostolus ipse iuramentum adhibendum assignat ad litem dirimendam. *Omnis controversia coram fratre ad confirmationem est iuramentum*: Hebr. vi. Hoc iuramentum in causis civilibus appellatur *suppletorium*; in causis criminalibus nuncupatur *prosecutorium*.

X. Quartum iuramentum iudiciale dicitur *idem*: quod triplex est. Unum dicitur *iuramentum veritatis*, seu *verae estimationis*, quia defertur ad probandum valorem, & quantitatem rei auctore per dolum alterius, vel si scintiam carponi, vel alteri servandum consensit, & ab eodem tibi restitutum fratre heres, & scissis subditis, si quis gravis presumptio de dolo carponis, *vel corruptorarii*; aut si damnum, quos passus a ture, probato furto, rei ablatae oris iuramento tellerit. Hoc iuramentum nuncupatur a Iureconsultis *veritatis*. Secundum dicitur *iuramentum affectionis*, quando res tua, culpa alterius deperdit, vel destructa est, quam tu sumptuose utiliter, commodamque reprobabas, conceditur tibi iuramento pretium illius rei restimare: in quo ne duplum committis exactionis excedas, prohibetur est. Idcirco iuramentum iudicis definitio iudiciale est. Tertium dicitur iuramentum *super iuramento*, *extra non*, v. g. numerus tuos depositi penes depositarium prohibito tuo tibi restitucendo: depositarius pro culpa numerus definitio tempore non restituit; quam ob causam damnatum tu passus es, & luri amissionis & permissus tibi hoc incassum, tuo iuramento interposito, damnum cui fuisse obnoxius, estimare. I. Nummis ff. de iure iurando. Quod de nummis dictum est, idem dicendum de aliis rebus in quibus

damnatum, vel iustitiam passus fueris ob dolum depositarii.

XI. Tandem iuramentum iudiciale aliud *involuntarium*, aliud *voluntarium* nuncupatur. *Necessarium* illud est quod in causa dubia, ob momentum quo litem dirimant, inopiam iudex defert aut ex officio, aut parte instante. *Necessarium* appellatur, tum quia inde interdum illud deferre cogitur, tum quia sine ista causa a parte, cui iudicium, nequit recitari. Tunc actor iulum declinat iuramentum causam habet, quando intentionem suam evidenter demonstraverit; res vero, si causae obnoxium confitatur. *Voluntarium* est quod pars parti defert, & evitari potest. Quando tamen defertur, iudice approbante, necessarium quodammodo evadit: quoniam ille rei delatum est, iurare debet, nisi iulum habet recitandi causam; alioquin causa cadit. Ne verborum ignorantia confusionem pariat, hoc inter defertur, & referre dicitur est, quod ille dicitur *deferre* iuramentum qui primus offert. Quando pars illud recitat, & offert adversario, *referre* dicitur.

XII. Disputant in utraque partem Iureconsulti, utrum reo, vel actori in causa dubia deferendum sit iuramentum quod *suppletorium* dicitur. Et, tanquam placita varia sint, communiter tenent sententia est, iuramentum reo deferendum esse absolute loquendo, non actori: quia iura prompctoria lunt ad absolvendum quam ad condemnandum. Et reuera, si actori per iuramentum *suppletorium* causam suam definire liceret, necessitas probationum de medio tolleretur; ac proinde aditus pateret amplissimus falsis criminacionibus ac perjuris. Iudicis tamen est personarum contentendum, & lris qualitates, ac circumstantias serio pendere, atque illi parti, sive actori, sive reo, iuramentum deferre cui magis rationes, vel presumptiones favere perpserent.

XIII. Illud sumptuose Auctores graves omnes inculcant, videret hoc iuramentum quod *suppletorium* vocant, non nisi in gravissima necessitate esse adhibendum. Antonius Faber *Lib. II. tit. 1. de iur. i. nota 9. in cod.* absolute improbat hoc iuramentum *suppletorium*, illi quoque ulum in veritatem errorem appellat. Sed Fabri opinio erronea est: quoniam D. Paulus ad finiendas controversias, necessitate cogente, hoc iuramentum iuste esse decernit. Illud solum per oculis est habendum, ut summa circumspicione, & cautione deferatur ad tollendam peritri occasio nem. Hominum enim plurimi, religione con-

tuat.

tempa, faciles sunt ad peccandum; nonnulli vero iugiter ad suppletionem timidi (rati tamen hi sunt) iurare non audent.

XIV. Similiter dicent Auctores, in causis criminalibus, in quibus poena corporalis reo infligenda est, iuramento *suppletorio* locum non esse. Quoadquidem in his causis probationes hae clariore requiruntur: quae probationes iuramento suppleri nequeunt. I. Sciant cuncti *cod. de prob. 2. q. viii.* In actione quoque civili *famula* ab iuramento communitate tradunt Auctores ab huius iuramenti delatione. Actio famula ea dicitur quae cognita infamiam gravem reo infert, ut est iustum clandestinum. Si tamen graves urgent rationes, deferri potest. Van-olpen *III. Part. viii. n. 19.* absolute negat actione famula convento deferendum esse iuramentum, allegatque auctoritatem Gregorii IX. *tit. de iure iurando cap. fin.* ubi inquit Pontifex: *Nec licet conventio famula actione referre huiusmodi iuramentum.* Quae auctoritas clare opponitur assertioni *Van-olpeni*. Nam Pontifex prohibet reo iuramentum sibi oblatum *referre*, seu regere in actorem. Ergo supponit licitum esse aliquando actione famula convento iuramentum deferre. In hac tamen actione, ut dictum est, sicuti & causis non famosis, sed *arbitris*, consuetudo est causa matrimonialis, quaeque exceptioni obnoxia non sit; & maxime praesumptio debet esse contra reum, ut actori minime suspecto iudex deferre iuramentum valeat. In causis autem non famosis, necardus, iustitiae semiplena probatio, nempe unicus testis, qui non sit obnoxius exceptioni, ut iudex deferre iuramentum queat. Sed de iuramentis iudicialibus forsitan pluraquam satis, cum eorum tractatus ad nostrum non pertinet institutum.

XV. Explicatis variis iuramentorum divisionibus, breviter disquirendum remanet, num haec iuramenta sint eisdem, vel diversis speciebus. Promissorium, & assertorium iuramentum diversis constituitur speciebus, defendit Castropalans *Tom. III. tract. xvi. disp. 1. par. 2. n. 7.* In eandem sententiam se valde propentum declarat Suarez *Lib. 1. cap. 12. n. 5.* & hanc rationes prodir, ac satis valde argumenta opposita resolvit. Communior sententia est, omnia iuramenta esse eisdem speciebus, sive assertoria sint, sive promissoria, sive imprecatoria, sive execratoria, sive per Deum hant, sive per creaturas, sive contra Evangelii, sive quacumque alia solennitate.

XVI. Rationem validissimam afferunt istha sententiae patroni. Quoniam notio primaria, & essentialis cuiuscumque iuramenti est invocatio divini testimonii in veritatis confirmationem. Quod autem veritas hae praesens sit, vel praeterita; quod invocata praeta fiat per simplicem contestationem, aut per execrationem; quod expresse Deum quos nominet, vel tacite, quatenus in creaturis effugiet, nullo modo rationem formalem variat iuramenti, cum Deus in taltem vocetur. Sola itaque accidentaliter, & materialiter diversitas est. Et quatenus in iuramento promissorio Deus non solum ut testis veritatis praesens, sed etiam ut fidei iuramentum veritatis futurus, seu executionis rei promissae, & iuramento firmatus, invocetur; quemadmodum in execratorio invocatur ut testis simul, & ut vindictae nihilominus hae rationes eisdem non sunt quae inducant praesentem inter iuramentum diversitatem ob praesentem iam datam: quia ratio formalis, a qua iuramentum suam sortitur naturam, seu notionem essentialem, est invocatio divini testimonii. Quapropter, cum haec eodem sit in omnibus iuramentis, neque varietur ex variis formalis quibus iuramenta efformantur; idcirco iuramenta omnia unius eisdemque speciei debent estimari.

XVII. Non est quod tempus testamus in longiore illius controversiae discussione. Nam, si intra limites metaphysici ratiocinii consistamus, utraque opinio sua fruitur probabilitate. In genere autem moris unum iuramentum maiorem quamdam per alio obligationem inducit: quo enim solemnioribus formalis iuramentum concipitur, eo citius graviore illius violatio malitia iudicatur, ut docet Angelicus 2. 2. q. xcvi. art. 3. ad 2. *Est gravius peccatum, si quis solemniter iuret per Evangelium, quam si per Deum in communem servavit, aut, tum propter scandalum, tum propter maiorem deliberationem, quibus aequaliter hinc inde pensatis, gravius est, si quis per Deum iurans periret, quam si periret iurans per Evangelium.*

XVIII. Certum itaque est penes omnes, peritria quaedam graviorem, saltem inter eandem speciem, prodere malitiam. Sed iuxta alteram opinionem, quae assertorium iuramenta praemissoria, & assertoria specie differunt, malitia quoque unius peritri specie differat ab alia. Quare secundum hanc sententiam necesse est explicare in confessione iuramenti speciem. Iuxta primam vero opinionem, si circumstantia malitiae sit valde aggravans, manifestanda pariter erit, ut suo loco demonstrat.

frabitur: quidquid in oppositum dicant plures novi Doctores.

XIX. Non raro iuramenta afficiunt moralitate alterius iuris, seu generis. Nam, si quis iurare, *Perat, Deus si ita non est*, præter iuramentum malitiam estet malitia blasphemiae. Rursus, si iudici superiori, legitime præcipienti iuramentum, veritatem non patefaceres, duplicem contraheres malitiam, alteram perituri, alteram inobedientiam. Tandem, si in iudicio torates in damnum alicuius, triplex peccatum perpetrates, videlicet perituri, inopudentia, & iniustitia.

CAPUT VIII.

U*t iuramentum licitum sit, tres conditiones sunt necessariae, veritas, iustitia, & iudicium. Alias plures iurandi regulas D. Th. assignat.*

I. **T**AM capite 11. huius dissertationis ad verius hæreticos demonstratum est, iuramentum actum esse honestum, licitumque, immo virtutis actum, religionis scilicet, sive Jæria, dummodi necessitas lipitatum sit conditionibus. Hoc in capite conditiones istas, quæ iuramentum comitari debent, explicandas inspicimus. Sed, antequam seorsum singulas dispiciamus, ex D. Thomæ advertendum est, iuramentum non esse absolute appetendum, & frequenter usurpandum. Quare inter ea bona recitentur quæ, necessitate dumtaxat urgente, sunt appetenda, cuiusmodi est medicina, quæ bona est, posita infirmitate cui occurrit. Sic iuramentum ad propiciendum infirmitati, nimirum incredulo homini, institutum est. *Sicut medicina* (inquit Angelicus 1. 2. q. 103. art. 5. ad 3.) *est utilis ad sanandum, & tamen quando est vitiosa, tanto magis nocivum inducit, si non debite sanatur; ita etiam iuramentum nihil quidem est ad confirmationem; tamen quando est vitiosum vitiosum, tantum est magis periculosum, nisi debite inducatur.*

II. Porro ut iuramentum opportune adhibeatur, tres conditiones illud comitari debent, divina Scriptura sic iubente Ierem. IV. *Iurabis, Vivit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia.* Cur hæc tres conditiones requirantur, rationem assignat S. Thomas loc. cit. art. 2. in corp. *Iuramentum non est bonum, nisi ex quo bene utilis iuramento. Ad bonum autem usum iuramenti duo requiruntur. Primo quidem quod aliquis non loquitur, sed ea necessaria causa, & discretè iuret; & quantum ad hoc requiritur iudicium, scilicet di-*

cretionis ex parte iurantis. Secundo quantum ad id quod per iuramentum confirmatur, ut scilicet neque sit falsum, neque sit atiquid illicitum; & quantum ad hoc requiritur veritas, per quam aliquis iuramento confirmat quod verum est, & iustitia, per quam confirmat quod licitum est. Iudicio autem tunc iuramentum incantum; veritate autem iuramentum mendax; iustitia autem iuramentum iniquum, sive illicitum.

III. Ex hac angelica doctrina præstatum conditionum sensus manifeste elucet. In omni itaque iuramento primam necessariam est veritatem, in cuius confirmationem divinum testimonium invocatur. Hac veritas, seu certitudo veritatis considerari potest & ex parte rei iurate, & ex parte iurantis. Ex parte rei iurate requiritur quod res quæ iuratur, sit vera iuxta communem intelligentiam, & considerandam. Sic qui iurat discipulum frequentasse gymnasium, verum iurat, licet aliquando abuteretur: quia sic communiter intelligitur. Certitudo ex parte iurantis in eo sita est quod homo iuramento rem confirmet, qualem in mente habet, seu prout licet, vel arbitratur esse veram. Si rem scit esse certam, non potest eam iurato ur dubiam; & si arbitratur dubiam esse, ut certam eam iurare nequit. In iuramento promissorio duplex veritas importatur: altera præteritæ, seu dicti; altera futuri, seu facti. Prius est qua quis iurat se nunc habere animum implendi quod promittit: posterior in executione iuratur rei promissæ consistit. Sed de hac duplici veritate falsus infra. Secundo requiritur iustitia: quæ non est illa peculiaris iustitiæ virtus quæ quod suum est tribuit; sed ea iustitia ad iuramentum necessaria est quæ excludat a materia confirmanda, vel iuramento quancunque rem, dictum, vel factum culpabile, iniquum, & improbum, sive illicitum, sive alteri cuique virtuti advertitur. Ille ergo in iustitia iurare dicitur qui rem iustam, honestam, licitamque iurat. Tertio necessarium est iudicium: quod non accipitur pro iustitiæ executione, sed pro prudenti consideratione; & in hoc consistit quod homo, antequam iuret, mature, lenique perpendat utilitatem, & necessitatem quoque perpendat, & necessitatem usum virtutum dux, enim præsertim est omnium iuramentum dignæ, sive regulari, ita potissime iuramentum dicitur est, ut iuramentum licitum sit, & virtutis actus; priores autem duo requiruntur, ne sit peccatum. Sub hoc iudicio aliquomodo omnes conditiones ceteræ continentur.

De

De veritate, & iustitia patet: nam sicut hoc iudicium præsertim iurandum esse, attentè rerum utilitate, & necessitate; ita veritas iuratur rem salam, & vitiosam. Aliis quoque conditionem, potissimum *fidem theologicam*, qua creditur Deus omnia licite, & devotionem, qua ex parte iurantis reverentia Deo debita exhibetur, sub iudicio esse conclusas, docet aperte D. Thomas loc. citat. art. 3. ad 2. *Devotio, & fides, & omnia huiusmodi, quæ exiguntur ad debitum modum iurandi, intelliguntur in iudicio.* De hoc iudicio præclare D. Augustinus serm. xxviii. de verb. Apost. *sed cap. ix. Quantum ad me perituri, iuro; sed quantum mihi videtur, magna necessitate committitur mihi videtur, magna necessitate committitur mihi non credi, nisi factum; & si qui mihi non credi, non expectare quod non credi; hac perpensa ratione, & considerata libertate, cum magno timore dico, Coram Deo, aut testifere Deus, aut scit Christus sic esse in animo meo.*

IV. Angelicus non solum tres communes conditiones quæ iuramentum quodcumque committari debent, explicat; sed insuper eventus persequitur illos in quibus iuramentum a culpa immune est, immo virtutis meritum habet. Sex autem assignat casus huiusmodi. I. quando iuramentum est pacis cancellum. II. necessitas conservandæ proprietatis famæ. III. pro pignore fidelitatis. IV. in argumentum obedientiæ superiori præstandæ. V. cum urgeat necessitas assecurandi rem promissam. VI. ut credibilis reddatur veritas, quæ ut credatur, plurimum refert. In verba S. Doctoris lect. IV. in Epist. ad Hebræos cap. vi. *Causæ sunt autem in quibus licet iurare, hæc sunt. Pro pace firmanda, sicut Laban iuravit Gen. xxx. Secundo pro sana conservanda. Tertio pro fidelitate tenenda, sicut fenitarius iuravit dominis. Quarto pro obedientia implenda, & præcipitur a superiore aliquid honestum. Quinto pro securitate facienda. Sexto pro veritate assecuranda, sicut iuravit Apostolus Rom. 1. Testis est mihi Deus.*

CAPUT IX.

Quæ veritas requiritur in iuramento assertorio. Defectus cuiusque minime veritatis in hoc iuramento peccatum mortale est. Nonnullæ quasi-nulle de perituri assertorio.

I. **V**ERITAS est potissima ex conditionibus necessariis ad licitum iuramentum, ut dicitur est. Necessè tamen non est ut hæc veritas sit lemper in re; sed satis est ut iurans

bona fide existimet rem de qua iurat, veram esse, licet reipsa aliter se haberet: seu non requiritur veritas metaphysica, sed moralis. Quare veritas non tam lumitur ex ipso objecto, seu re iurata, quam ex ipso iurantis animo. Accidere namque valet rem falsam te iurare, quia perituri; quando videlicet sincero animo putas esse veram: & contra contingere potest te iurare non veram, & perjurare, eo quod putas esse falsam. Ut omnes differentias quæ in iuramenti assertorii usu occurrere possunt, clarius resolvam, sequentes quasi-nulas cum suis reponitionibus exhibebo.

II. *Quæst. I. An qui in re levissima falsum iurat, peccet mortaliter?* Resp. Angelus, seu Summa Angelica refert Gotfredum docentem in cap. *Quod autem*, perituri in levissima re esse veniale peccatum: quam opinionem probabilem reputat Angelus verb. *Perituri*, his verbis. *Possent tamen dici, quod mendacium iocofum non sit proprie mendacium, ut in dicto cap. Quod ait. Ideo possent teneri opinio Gotfredi, quod non peccat mortaliter, quia non proprie perituri. Sed opinio Theologorum est tutior. Anchor Theologia. Moralia Iohannes, & Henricus a S. Ignatio in præloquio 1. 1. c. hæc eandem sententiam adjuvante Bauino in Sum. pag. 65. edit. xv. ubi cum docet his verbis: *Vocate Deum in testimonium mendacii levius, non est tanta irreverentia propter quam velis, aut possit damnare animam: quæ propositio est xxiv. inter damnatas ab Innocentio XI. Dominicus Bauino in sua Trinita theologica interpretatur, Bauinum admittere paritatem materie in iuramento dumtaxat promissorio. Sit ita. Libenter liquidem & nos sano in sensu, quoad fieri potest, catholicos Scriptores interpretamur. Id quod negotium facillit, est, si idem omnino verbis esse conceptam propositionem damnatam ab Innocentio XI. quam cum ceteris Theologis ipse P. Vasa testatur proliptam tulle in sensu iuramenti assertorii, non promissorii. Utcumque res ita se habeat, ratio proscriptæ propositionis evidens est. Quandoquidem perituri malitia suam gravitatem non delimit ex mendacio five levi, five gravi, five iocoso, five pernicioso; sed ex irreverentia qua Deo irogatur. Porro gravissima irreverentia, & summa iniuria Deo irogatur, cum in tellem falsitatis vocatur, five materia talis invocationis, five iuramenti gravissima sit five levis. Qui enim Deum in tellem falsitatis invocatur, tacite testatur Deum fallere, aut falli posse: atque adeo ex parte sui infallibilem veritatem Deo ad-**

Q

mit. Ergo omne perjurium est peccatum mortale. Quia addit Angelicus Doctor 2. 2. q. xcviij. art. 3. ubi statuit omne perjurium esse peccatum mortale; addit, inquam, ad 2. perjurium in re levis gravius est una parte peccatum esse quam in materia gravi. *Ille qui ioculis perjurat, non evitat diriviam, irreverentiam, sed quantum ad iudicium magis auget; & ideo non excusatur a peccato mortali.* Solum defectus considerationis, & deliberationis, seu advertentiae, a mortali culpa excusare potest; sed in tali casu non est perjurium: quia ad iramentum necessaria est deliberatio iurandi, modo infra explicando. En verba Angelici. *Ille autem qui ex lapsu linguæ solum iurat, si quidem advertat se iurare, & fallax esse quod iurat, non excusatur a peccato mortali, sicut nec si Deo contempserit. Si autem hoc non advertat, non videtur habere intentionem iurandi. Et ideo accipiunt perjurium excusatur. Sic docent omnes Auctores, postquam Innocentius XI. damnavit recentiam propositionem.*

III. Quæst. II. An qui rem dubiam incertam, aut contra, iurat, peccet mortaliter? Resp. Adfirmative respondent omnes Doctores. Quia qui rem dubiam incertam, aut rem certam ut dubiam iurat, revera mentitur: ergo profert perjurium, quod est peccatum mortale. Debes ergo eo modo rem adfirmare, vel negare, quo tu procederis, nebus omnibus perperis, eam se habere existimas. Si res tibi dubia est, solum subsidiario prode eam debes; si certa, non dubitando, sed assertanter eam proferto.

IV. Quæst. III. An peccet mortaliter, qui per hyperbolicum aliquid iurat, quod, ut sonat, verum non est? Resp. Sanchez Lib. III. in Decalog. cap. xv. num. 9. Tamburinus Lib. III. in Decal. cap. xi. §. 1. n. 2. Leander tract. 1. disp. vii. quæst. vii. Bonacina disp. xv. q. 1. punct. 4. n. 6. negative respondent, eo quod dicere aliquid falsum per hyperbolicam, & figuratam locutionem non est mendacium, nec peccatum. Laudant per hoc opinionem D. Angulimum, & D. Thomam, qui 2. 2. quæst. cxi. art. 1. plura sacre Scripture dicta recenset que per figuratam significationem exponit. Hoc modo explicatur dictum illud Davidis I. Reg. 9. *Jonathas, & Saul agnitas velociores, & leonibus fortiores.* Quod plures sacre Scripture expressiones exponantur per figuratam, & hyperbolicam locutionem, res comperita est. Quod vero homines qui neque Prophetae sunt, neque Patriarchæ, ut communiter erant illi quos fi-

gurate locutos fuisse ex Scriptura habemus, iuramento firmare valeant sua hyperbolicas assertiones, nihil minime probatur. Quia de causa sobria & caute usurpanda sunt illa iuramenta que obtrudit Tamburinus loco citato, videlicet, *Item Petrus in ipsius locis dicitur, a me in furore amore te diligit, innumerabiles esse tuos amulos &c.* Quantum in primis certum est hæc iuramenta in plurimum esse incauta, atque adeo cetero iudicio, & consequenter illicita. Præterea iuramentum stricti iuris est, atque per modum medicine concessum: ergo urgente dumtaxat gravi morbo, seu necessitate, adhibendum.

V. Quæst. IV. An licitum sit iurare rem quam probabiliter tantum iudicatur esse veram? Resp. Hoc quæsitum proponit La-Croix Lib. III. part. 1. cap. 11. dub. 3. q. lxx. n. 167. Respondet vero his verbis. Sanchez Lib. III. cap. iv. n. 10. Castropalans part. v. §. 1. n. 1. alique apud Dianam part. iv. tract. 1. §. 1. v. res. 77. affirmant: quia iurus hoc in quod iudicatur verum: ergo non peccas: unde quod aliquis audit a viro motabili, & si fide digno, potest, secundum alios AA. affirmare, & extra iudicium iurare esse verum. Quod aliqui apud Dianam extendunt ad iramentum etiam in iudicio. Leander vero tract. 1. disp. vii. quæst. viii. pag. 46. ad examen revocans genus probabilitatis, necesse ad licitum iuramentum, refert Tamburinum exigentem probabilitatem que moralem inducat certitudinem. Ad hoc nimis rigidum reputans, hæc addit: *Sed certe quælibet probabilitas facit moralem certitudinem, ut sepe diximus cum communi. Unde, ut bene ait Palanus, sufficit, si procederis, hoc est secundum probabilem rationem, ita esse arbitror. Sic laxitatem istius doctrinæ apprehendere cupis, in memoriam revoces operæ principia probabilitatis, que in tota amplitudine Leander adhibet. Ait namque, quamcumque probabilitatem parere certitudinem moralem; ac præterea quamlibet opinionem probabilem regulam esse honestæ operationis, atque adeo iuramenti. Quæ sane assertio indefinita, & universim prolata continetur in hac propositione ab Alexandro VII. damnata, que est in ordine 3. Generationis, dum probabilitate sine intrinseca, sine extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeat, cunctis aliis a-gimus, semper procedentes agimus. Leander aliter quamlibet probabilitatem, nimirum sive gravem, sive tenuem, genere moralem certitudinem, quam quisque procederet sequi potest.*

potest, tamquam sur conscientia regulam. Hoc expressè damnavit Ecclesia. Potiori ergo iure dicit devotendum est id quod addit Leander, nempe quemquam posse iurare rem esse veram, quam tantum probabiliter iudicatur. Nonne communiter docent Theologi, Deum iuramento vocari in testem veritatis? Secundum vero Leandrum, & quos citat, Sanchez, Dianam, Castropalans, ipsam invocare poterimus in testem probabilitatis, quomodo iurare possumus esse verum quod non verum, sed probabile nobis tantummodo est? Verum falso, & probabile non falso, sed improbabili opponitur. Cum itaque de eadem re dissimile occurrant contrarie rationes probabiles, poterit quisque modo eandem rem adfirmare iuramento, modo eandem iuramento negare. Potest quis secundum Probabilitatem esse opinionibus probabilitatis quam mavult sequi, & nunc unam amplecti, nunc alteram respicere. Aut saltem poterit eam partem iuramento adfirmandam, vel negandam eligere que sibi magis opportunitior, rebolique suis accommodatior visa fuerit. Quæ omnia necdum laxitatem produunt, sed honorem etiam incurant. Si Leander cum Auctoribus quos adducit, dixisset, posse aliquem iurare rem quam cognoscit probabilem ut probabilem; utcumque videretur ferendum. Sed cum assertat, nos posse iurare ut verum quod damnatur probabile existimamus, & præterea probabilitatem quamcumque indocere mortalem certitudinem; id nullo modo admittere possumus. Quapropter nos opinionem Leandi tamquam fallam reicimus. Opinionem vero quam P. La-Croix ex Sanchez, alique refert, seu improbabilem respicimus: quoniam quæ coniectura tantum probabilis, sicut loquitur Sanchez, cognoscimus, non possumus assertare ut vera, sed ut probabilia. Communis namque Theologorum sententia est, iramentum iuramentum esse veritatem non absolute spectatam, & ut in re est; sed eo modo quo ab intellectu iurantis percipitur. Ergo, si iurans cognoscit rem ut probabilem, non potest eam iurare ut veram; & si ut veram cognoscit, nequit eam ut probabilem tantum iurare. Quod postea lubidum, ad iramentum in iudicio præstandum requirit certitudinem moralem, in ceteris vero privatis iuramentis sufficere probabilem, ut ergo quidem arbitror, merum commentum est. Eundem liquidem rationis, est iramentum privatum, & publicum: & eadem est ratio formalis que utrique speciem tribuit, invocatio nempe divini testimonii in verita-

tis confirmationem. Ergo eadem pro utroque iuramento certitudo necessaria est. Sive in iudicio, sive extra iudicium, qui cognoscit rem ut probabilem, non potest eam iurare ut veram, sed ut probabilem; & contra. Verum utique est, iuxta legem decreta in iudicio non admitti nisi iuramenta eorum rerum quarum iurans habet evidentiam, seu non admitti nisi testes de veritate; proindeque necessarium esse veritatis cognitionem omnino evidentem. Ceterum quamcumque positiva lege præcisa, in omni iuramento, sive publico, sive privato, necessaria est certitudo moralis, quam quæstionibus sequenti explicabimus. Dum autem quis iuramento confirmat notitiam probabilem quam habet, materia iuramenti non est vel probabilitas, vel dubitatio; sed veritas probabilitatis, & dubitationis: dum enim opinor, vel dubito de re aliqua, verum est me opinari, & dubitare; idcirco, cum iuro me vel suspicem, vel probabilem notitiam habere de re aliqua, veritatem iuro: quia verum respici est me talem vel opinionem, vel dubitationem, aut suspitionem habere.

VI. Quæst. V. Quomodo certitudo requiritur, ut quis licite iurare possit? Resp. Ad clariorum precedentium quasi explicationem, & ad pleniorum notitiam illius certitudinis que requiritur ut quis iurare valeat sine culpa, hæc quæstionem dirimendam proposui. Certitudo alia est evidens, ac metaphysica, alia experimentalis, alia moralis, alia probabilis, que varios gradus admittit. Plurimi ex recentioribus Theologis, & Casuistis omnes docent, sufficere notitiam verisimilem, vel probabilem de re aliqua, ut quis iurare valeat. Ita docent præter laudatos nomen. præced. Salmant. tract. xvij. cap. xi. punct. 3. §. 1. n. 2. & laudant Cardesarium, Lessium, Azorium, & alios. Hæc opinio mihi minime probatur, & iuxta adversariarum principia falsa videtur. Nam, si ipsi docent, quamlibet opinionem probabilem partem moralem certitudinem; nonne posse inter duas opiniones de eadem re eligere quam nobis opportuniorem reputamus: consequitur profecto posse nos etiam eandem rem iuramento vel confirmare, vel negare, prout tempus, & rationes nostre postulare vident quod quam falsam & erroneam sit, nemo non videt.

VII. Reprobata igitur hæc opinio, dicimus primo, utique non requiritur semper in iuramento certitudinem, seu notitiam mathematicam, & omnino evidentem, quia hæc

in pluribus haberi nequit; sed asserimus nec infirmam esse certitudinem moralem, nec omnem prudentem dubitationem excludat. Hinc autem certitudo moralis non semper inducitur per coniecturas, & rationes probabiles, ac verisimiles: quoniam rationes tantum probabiles non auferunt omnem dubitationem: & ipsi adversarii, ut hanc dubitationem tollant, ad propositiones tollas conieciunt. Necessaria ergo sunt fundamenta gravissima, & rationes que nos certos reddant de re certa quam iurare debemus. Hec nostra sententia clare eruitur ex Catechismo Concilii Tridentini Part. III. de secundo precepto. Decalog. sec. 2. *Primum in iurando locum veritas habet, nimirum ut quod asseritur, & ipsum verum sit, & qui iurat id ita esse arbitretur, non quia semper, aut levi coniectura adductis, sed CERTISSIMIS ARGUMENTIS.* Hoc ipsum docet Cardinalis Bellarminus Lib. I. de Sacram. in gener. cap. xvii. *Ritams habeat probabilem rationem credendi, tamen non habeat certitudinem.* Potest enim fieri ut patet se credere, & tamen verum non credit. At ad testificandum nomine Dei aliquid requiritur verissima certitudo, nec sufficit probabile opinio, ut patet in simili de iuramento. Non enim licet iuramento, idest Dei testimonio, uti in re quam opinatur veram, sed solum in re quam certissimè sumus esse veram. Confirmari hæc sententia potest ex his que scribit D. Ambrosius in Psal. cxvii. ver. xi. num. 14. *Vox ambulantis in homine est dicere, Iuravi... Nemo bene iurat, nisi qui potest scire quod iurat. Iurare igitur iudicium scientie, testimonium conscientie est.... Lux tibi patet, si iurare disponis; idest, cognitus veritatis præcedat, ut vinculum sacramenti tibi non possit nocere.*

VIII. Verum est etiam adversarios fatere, necessariam esse certitudinem moralem; sed in hoc desunt quod doceant, hanc moraliam certitudinem haberi potest per conieciuras dumtaxat verisimiles, & rationes solum probabiles. Licet enim concederem opinionem probabilem tantam certitudinem parere que sufficiat per regula honeste operationis; non ob id tamen recte posset inferri tantam genere certitudinem que sufficiat ad iurandum verum esse id quod tantum probabile opinatur. Maior namque certitudo requiritur ad iuramentum quam ad quancumque opinionem moralem. Ad hanc sola vera probabilitas sufficit, ut regula sit honeste operationis. At, quandoquis iurat quidquam tantquam verum, non satis est quod sit probabi-

le; sed requiritur quod ioranti verum appareat; non per rationes dumtaxat probabiles, sed per principia, vel argumenta gravissima, & certa. Que certitudo si desit, & appareat tantum coniectura, ac rationes probabiles, tum iurans adfirmare, ac negare debet rem ut probabilem, secus ut veram.

IX. Quæst. VI. *Qua certitudo requiritur ad iuramentum præstantium in iudicio?* Resp. si foro neccellaria est notitia certa. Com quia iurat de facto alterius, necessaria est notitia experimentalis, qualis habetur per visum, quia ibi testes de auditu non admittuntur. Recentiores Theologi communiter docent, sufficere unicuique testem fide dignum ad iurandum extra iudicium, secus in iudicio. Sic inquit Salmanticenses, Sponer, La-Croix, & plures alii, quos ipsi citant. Sed dicendum mihi videtur, sive in iudicio, sive extra iudicium, neminem posse iurare tam ut absolute veram, quam solum ab unico teste, etiam fide digno, audiverit; sed debet eam iurare eo modo quo eam icit, nempe vel quia compertam oculis habuit, vel quia narratione ab aliis accepit. Quamvis testis dignus fundamentum mihi sit ad presudentem credendum quod narret; tante auctoritatis tamen mihi esse nequit hæc fides, seu credulitas, ut ipsi innixus iurare absolute veram verum esse quod audivi; sed solum iurare possum illud me audivisse. Cur coram iudice iurare nequimus absolute verum esse quod ab unico teste audivimus? Non alia profecto ratio, nisi quia unicuique humanis testis certitudinem sufficientem ad iuramentum non inducit. Et quanquam in iudicio non agatur de proximi damno; attamen iuramodi maxima certitudo depositur in iudicio, non tam ad damnum cuiuscumque vitandum, quam ut omnes peccandi occasio tollatur. Hoc est peculiare illud quod circa iuramenta iudicia descendunt occurrat, nimirum iudice, ut sententiam ferant, talia exigere iuramenta, ut quod adfirmatur, oculorum testimonio inquirerit, scilicet iuramenta experimentalis, ut dicitur, certitudinis. Falsum est igitur quod communiter asserunt recentiores Theologi, extra iudicium te posse iurare absolute verum esse quod tantum per probabiles rationes, & conieciuras agnoscis; sed sive in iudicio, sive extra, quod ex auditu dumtaxat scis, iurare debes ex auditu te scire; & quod tibi constet ex visu, iurare debes tibi esse visu constare. Cuius ratio est, quia sive in iudicio, sive extra, ratio formalis iuramenti eadem est, nempe in-

ca-

catio testimonii divini; & eadem reverentia Deo ubique & semper debetur. Hoc vero discernim est inter iuramenta iudicialia, & privata, quod iudex nihil decernit, nisi testes iurent rem visa compertam, & homines vero privati fidem sepius adhibent, & multa deliberant (possimam) tibi de tertio damno non igitur iuramentis innixi de rebus auditis. Quare, si mihi iuras te audivisse a viro fide dignissimo, nullique exceptioni obnoxio, factum aliquid, cui homo privatus tibi fide integram adhiberem; & prout talis notitia rationes meas, seu negotia spectaret, illa tamquam regula plurium mearum deliberationum uter; ceterum ut iudex fidem tibi non haberem, nihilque sancirem tali innixus iuramento.

X. Quæst. VII. *Qua diligentia requiritur in inquirenda veritate necessaria ad iuramentum?* Resp. Salmanticenses loc. cit. num. 4. respondent his verbis. *Non exigitur equalis diligentia in serm. materia ad periculum tantam veritatem rei iurate, sed secundum conditionem rei adhibenda est maior, vel minor. In rebus namque maioris pomis, deus maior est adhibenda cura quam in rebus minoris momenti.* Hæc regula mihi videtur fallia. Quandoquidem non rei iurate natura, sed lumina gravitas, & dignitas iuramenti norma esse debet diligentia que necessaria est in inquisitione veritatis, antequam iuret. Nonne perivium asserorium etiam in re levissima peccatum est morale? Cur? quia non ex re iurata, sed ab inopia divine veritati irrogata gravitas perituri reperitur. Ergo, cum iuramentum iuræ per natura nullo habito ad rem iuratum respectu, penes omnes gentes sit res summi momenti; ipsam procedere debet diligentia forma pro veritatis inquisitione. Solum igitur diligentia adhibenda dici potest maior vel minor non in ordine ad rem iuratum, sed ad veritatem ipsam, que magis vel minus obvia est & pervia. Quando vero res que iuratur, gravis momenti est, quia tamam, vel fortunam proximi spectat, maior diligentia, & deliberatio requiritur non vi iuramenti, seu virtutis religionis; sed vi alterius virtutis, iustitie, vel caritatis, quia si iuras fallum adversus proximum tuum in re gravi, præter perivium committis peccatum iniustitie. Et hoc sensu dicitur, quod quando res iurata est magni ponderis, etiam ex hoc capite requiritur gravis diligentia, ut præter perivium peccatum quoque iniustitie vitetur. Hæc omnia mihi certa videntur,

Cous. Theol. Tom. III.

neque negari possunt a recentioribus; quamvis verbis ambiguis contrarium asserant.

XI. Quæst. VIII. *An qui non libenter requiritur est in inquirenda veritate rei que iuratur, peccat mortaliter; tamen si contigerit rem quam iuratur, esse veram?* Resp. Sanchez Lib. III. in Decal. cap. iv. n. 10. Leander tract. 1. disp. vii. quæst. 1. & apud ipsos Scotus, Caietanus, Richardus, Sotus, Navarrus, & communiter omnes docent, hunc peccare mortaliter: quia ille exponit se periculo peierandi, & in re gravis momenti omittit diligentiam necessariam. Ur autem validus omnia que in precedentibus quaestis dicta sunt, confirmetur; & possimam illa regula in qua diximus, notitiam probabilem, que satis esse potest ad regendos ceteros actus humanos, minime sufficere ad iuramentum edendum, placet doctrinam D. Thomæ in medium adferre. Hæc igitur habet S. Doctor 2. 2. q. lxxxix. art. 3. ad 3. in iuramento est periculum magnum, non propter Dei magistralitatem, cuius testimonium incoercitur, tum etiam propter stabilitatem lingue humane, cuius verba iuramento confirmantur. Et idem iustitiam (nempe veritas, iudicium, & iustitia) magis requiruntur ad iuramentum quam ad alios humanos actus. Ea itaque probabilitas notitia que ad alios humanos actus sufficit, ad iuramentum satis minime est.

XII. Quæst. IX. *An, ut scholasticus possint licite iurare aliquem scion ad scholas accessisse tempore ab universitate requisito pro cursu computerio, sufficit quod illum viderint communitate scholæ frequentasse?* Resp. Tamburinus Lib. III. cap. 11. §. I. num. 3. refert hunc casum ex Hurtado apud Dianam Part. V. tract. vii. rel. 10. Scholasticus volens probare recessum, ad quem eger duobus testibus, adhibere potest duos amicos, qui illum non viderunt interesse lectionibus; ac satis sibi persuadent illum interfuisse; et non possunt iurare se id viderisse. Quam decisionem approbat Tamburinus, cui ego accedere minime valeo. Involuntaria namque est & valde implexa resolutio isthæc. Hi duo amici scholasticum minime viderunt; & nihilo scilicet iurare possunt, non se illum viderisse, sed absolute illum scholas frequentasse? Cur iurare possunt? Quia sibi satis persuadent illum interfuisse lectionibus? Cur id sibi persuadent? Nullam istius persuasionis momentam adducitur. Quare non videntur, amicos istos iurare absolute posse, quia vel scholasticus id testatur, vel ipsi libere, & benigne ex quadam in amicum scholasticum propensione per-

Q. 3

suis

foali sunt reipfa fcholasticum gymnafia frequen-
tasse. Nemo autem non videt, hanc funda-
menta ad iuramentum satis minime esse. Si
enim prefati amici iurare debent, fcholasticum
interfuisse lachionibus, necellum est ut vel
eundem viderint, vel testes fide dignos habeant
id affirmantes. Quod postea committere do-
cant Auctores, ad hoc iuramentum sine culpa
praestandum, non oportere ut iurantes sin-
gulis diebus viderint fcholasticum fcholas ade-
ntem, verum est. Hae enim cognitio haberi
haud potest. Satisigitur erit eos scire fcholasti-
cum committere audivisse lectiones: quia id, &
non pluresigunt univerfitates. Quamquam ut
iuramentum debita cum religione profertur,
iurantes communem, non quotidianam in
fcholis praesentiam iuramento iurare debent.
Evitanda tamen extrema sunt. Quando iura-
mentum fit ad mentem interrogantis, bona
fide committendis veritate, iudicio, & iusti-
tiae, cavendum a nimia anxietate, & super-
finitate est, ne dum unum extremum vitare
studet, in alterum incidat.

XIII. Quae. X. An licitum fit perjurade-
re alicui ut iuret veritatem quam ipse igno-
rat? Resp. Certum est apud omnes non licere
: quia qui iurat sine certa cognitione,
peccat mortaliter; ergo similiter peccat qui
illum ad iurandum hoc modo, nempe sine
certa cognitione, inducit. Ad cuius rei cla-
ritatem proponi solet hic casus. Petrus mercator,
ut probet Paulum sibi debere centum
aureos, qua revera debet, & alioquin se
eos debere negat, inducit Antonium ad iu-
randam veritatem illius debiti. Iurat Antonius,
se scire Paulum debere Petro centum
aureos: cum tamen fallum sit Antonium hanc
habere scientiam. Illius ergo iuramentum certe
perituum est. Ad restitutionem tamen non
tenetur, eo quod debiti centum aureorum
verum supponitur. Et quamvis Petrus mercator
producat rationes que tibi fudeant verum
esse credidit, non propterea in iudicio
iurare potes te id scire, quia neque extra
iudicium; sed solum iurare potes te audivisse
a Petro, hanc pecuniam summam illi a Paulo
debitam esse.

CAPUT X.

De iustitia, & iudicii defectu in iuramento sp.
servio. Nonnulla quaestiones resolvuntur.

I. TAM supra explicatum est quid sit cum
iustitia, tum iudicium necessaria ad
quodcumque iuramentum. In praesentia au-

tem id potissimum discutiendum suscipimus.
tutum licet defectus veritatis in iuramen-
to assertorio semper est peccatum mortale;
ita etiam defectus iustitiae, & iudicii in
eodem iuramento mortale peccatum consti-
tuit. Atque, ut nonnullas difficultates circa
hoc resolvantur, sequentia quaerita propo-
nimus.

II. Quae. I. An defectus iustitiae in
iuramento assertorio sit peccatum mortale? Resp.
Antequam directe respondeo, animadverto,
dupliciter aliquem rem iniustam iurare posse.
Primo, cum quis rem iniquam verum
narrat ob iustam causam; puta, dum ob bonum
finem iuramento confirmat peccatum vel a-
le, vel ab alio commissam. Hoc modo honeste,
ac iuste rem iniustam, & iniquam ille
iuraret. Secundo, cum rem iniquam ob ma-
lum finem manifestat: v. g. si quis revelaret
occultum delictum proximi, cuius fama pe-
nitenti revelatione graviter laederetur. Hoc pacto
ille rem iniquam iniqum modo iuraret, & ius-
tiam uteretur tanquam instrumentum ad con-
firmandam manifestationem iniqum. In pri-
mo casu confirmaret veritatem iniquitatis
commisit, iusta causa urgente: in secundo con-
firmaret iniquam manifestationem delicti, sola
malitia impellente.

III. Ad quaeritum Salmant. trafl. XVII.
cap. vi. punct. 5. §. 1. n. 47. respondit di-
cendo ex Suarez, Sanchez, Palao, Tamburini,
& Leandro, defectum iustitiae in iuramen-
to assertorio non esse mortale, sed veniale
peccatum; nisi iuramentum assumatur
ut instrumentum iniquitatis, in quo casu peccatum
esset mortale. Exemplum afferunt.
Tu manifestas crimen verum, sed occultum
proximi tui, quo illius fama grave damnum
perperitur. Deinde, ut detractionem tuam
certiore efficias, ipsam iuramento confir-
mas. Tunc profecto peccas mortaliter, non
solum peccato detractionis, sed etiam peccato
adversus iustitiam, iuramenti committentem.
Si vero tuum peccatum proprium patefacis
ob iactantiam, & deliberatam oblectationem,
simulque iuramento confirmas te peccatum
illud commisisse; peccas quidem mortaliter
peccato complacentiae, at non peccas mortali-
ter adversus iustitiam necessarium iuramen-
to, sed tantum venialiter. Sic differunt
Salmant. cum Auctoribus a se citatis. Mihi
probabilior videtur sententia Soti *Lith. VIII.
de iust. & iur. art. 3. col. 2. De iustitia au-
tem. Coletti Lib. III. cap. XXI. n. 10. & 11.*
*Ledei II. Tom. I. Sum. trafl. xi. cap. 11.
dub. 4. Aragon. 2. 2. q. lxxxix. art. 10. ni-
mirum*

mirum defectum iustitiae in iuramento asser-
torio esse peccatum mortale, quando iurantis
asseritio est peccatum mortale; si vero asser-
tio que iuramento firmatur, sit solum veniale,
veniale quoque erit crimen iuramenti.
Ratio videtur manifesta: quia gravissima ini-
uria Deo inferitur, dum illius auctoritas adhi-
betur ad confirmandam asseritionem graviter
iniquam. Et, ut adversariorum exemplo iura-
mum, non video dispariter rationem cur di-
cant, non peccare mortaliter adversus iusti-
tiam iuramentum eum qui iuramento confirmat
complacentiam mortalem proprii peccati; pec-
care vero graviter contra eandem iustitiam
illum qui infamiam proximi iuramento cer-
tiores reddit. Quandoquidem, licet ex parte
rei iuratur licet crimen distamare
proximum quam delictari propria iniquitate
commissa; attamen ex parte modi iurandi,
ut dicitur, quoties Deus in telem gravis in-
iquitatis adducitur, gravis illi irrogatur ini-
uria. Neque alicuius momenti est adversario-
rum responso, nempe, deficiente iustitia,
adhac finem iuramenti subsistere, qui est con-
firmatio veritatis: qua consistente, non vo-
catur Deus in telem mendacii, sed iniquitatis.
Siquidem concedimus & nos, finem pre-
cipuum iuramenti esse confirmationem veri-
tatis, seu veritatem esse potissimum ex
conditionibus ad licitum iuramentum neces-
sarius: & ideo dicimus omnes, defectum
veritatis, etiam in re levissima, mortale pec-
catum inducere; defectum vero duarum alia-
rum conditionum in re levi esse dumtaxat
peccatum veniale. At hinc inferri minime
potest, defectum iustitiae in materia gravi
non esse peccatum mortale. Concludimus itaque,
quod quoties iurans utitur divino testi-
monio ob malum finem, seu animo culpabili,
& pravo ad roborandam manifestatio-

nem iniquam, five proprii, five alieni peccati
mortalis, committit duplex peccatum, unum
adversus illam virtutem cui opponitur
res narrata, alterum adversus iustitiam iuramen-
ti.

IV. Quae. II. An defectus iudicii in iuramento
assertorio sit peccatum mortale? Resp.
De iudicio ad iuramentum assertorium requi-
situm supra locuti sumus. Hec iudicii conditio
postulat rationabilem causam iurandi: quo-
ties enim deest ratio, seu causa iurandi, iuramentum
iudicio caret, ut dictum est. Sex quoque iurandi
causas ex D. Thoma proderimus *cap. viii. n. 4.* Nunc addimus, tunc
potissimum adesse necessitates, & causam
iurandi, quando haec duo concurrunt. Primum
est, quod veritas alia via probari nequeat,
nisi iuramento. Alterum est, quod probatio,
sive confirmatio illius veritatis sit necessaria,
sive confirmatio illius veritatis sit necessaria,
aut in nempe quod calet aut in publicam, aut in
privatam utilitatem. Gradus praecisus illius
necessitatis praescribi nequit. Sex assignavit
illius necessitatis casus D. Thomas a nobis
supra relator, praeter quos alii etiam
occurrere possunt. Necessitas autem ista,
quando respice adit, vel non adit, prudentis
arbitrio relinquendum est. Regula generalis
sit: abique aliqua morali utilitate nunquam
adell iurandi necessitas.

V. Ut autem proposito quaesito directe
respondeamus, distinctionem praemittamus oportet.
Si res que iuranda est, sit manifeste
vera, & iusta, seu licita, solumque sit defectus
iudicii in expendenda necessitate iurandi,
absolute loquendo non est nisi culpa venialis.
Si vero detetur iudicii fit in inquisitione
veritatis, tunc si negligentia levis est,
culpa erit levis; si negligentia gravis, peccatum
erit mortale. Responso patet ex dictis
supra.

DISSERTATIO II.

DE IURAMENTO PROMISSORIO.

QUE haecenus disputata sunt, iuramentum in communi, & potissimum assertorium
spectant. Illud nunc est reliquum ut de iuramento promissorio sermone iustitiam
illud sequendum suus peculiare habet difficultates: quoniam ultra veritatem praetentis
asseritionis, secum promissionem in futurum implendam deserit. In hac autem disputatione
primum omnium eas difficultates disceptam que ad veritatem, iudicium, & iustitiam pertinent:
deinde obligationis vim, quam iuramentum hoc inducit, exponam.

foali sunt reipfa fcholasticum gymnafia frequen-
tasse. Nemo autem non videt, hanc funda-
menta ad iuramentum satis minime esse. Si
enim prefati amici iurare debent, fcholasticum
interfuisse lachionibus, necellum est ut vel
eundem viderint, vel testes fide dignos habeant
id affirmantes. Quod postea committere do-
cant Auctores, ad hoc iuramentum sine culpa
praestandum, non oportere ut iurantes sin-
gulis diebus viderint fcholasticum fcholas ade-
ntem, verum est. Hae enim cognitio haberi
haud potest. Satisigitur erit eos scire fcholasti-
cum committere audivisse lectiones: quia id, &
non pluresigunt univerfitates. Quamquam ut
iuramentum debita cum religione profertur,
iurantes communem, non quotidianam in
fcholis praesentiam iuramento iurare debent.
Evitanda tamen extrema sunt. Quando iura-
mentum fit ad mentem interrogantis, bona
fide committendis veritate, iudicio, & iusti-
tiae, cavendum a nimia anxietate, & super-
finitate est, ne dum unum extremum vitare
studet, in alterum incidat.

XIII. Quae. X. An licitum fit perjurade-
re alicui ut iuret veritatem quam ipse igno-
rat? Resp. Certum est apud omnes non licere
: quia qui iurat sine certa cognitione,
peccat mortaliter; ergo similiter peccat qui
illum ad iurandum hoc modo, nempe sine
certa cognitione, inducit. Ad cuius rei cla-
ritatem proponi solet hic casus. Petrus mercator,
ut probet Paulum sibi debere centum
aureos, qua revera debet, & alioquin se
eos debere negat, inducit Antonium ad iu-
randam veritatem illius debiti. Iurat Antonius,
se scire Paulum debere Petro centum
aureos: cum tamen fallum sit Antonium hanc
habere scientiam. Illius ergo iuramentum certe
perituum est. Ad restitutionem tamen non
tenetur, eo quod debiti centum aureorum
verum supponitur. Et quamvis Petrus mercator
producat rationes que tibi fudeant verum
esse creditum, non propterea in iudicio
iurare potes te id scire, quia neque extra
iudicium; sed solum iurare potes te audivisse
a Petro, hanc pecuniam summam illi a Paulo
debitam esse.

CAPUT X.

De iustitia, & iudicii defectu in iuramento sp.
servio. Nonnulla quaestiones resolvuntur.

I. TAM supra explicatum est quid sit cum
iustitia, tum iudicium necessaria ad
quodcumque iuramentum. In praesentia au-

tem id potissimum discutiendum suscipimus:
tutum ficut defectus veritatis in iuramen-
to assertorio semper est peccatum mortale;
ita etiam defectus iustitiae, & iudicii in
eodem iuramento mortale peccatum consti-
tuit. Atque, ut nonnullas difficultates circa
hoc resolvantur, sequentia quaerita propo-
nimus.

II. Quae. I. An defectus iustitiae in
iuramento assertorio sit peccatum mortale? Resp.
Antequam directe respondeo, animadverto,
dupliciter aliquem rem iniustam iurare posse.
Primo, cum quis rem iniquam verum
narrat ob iustam causam; puta, dum ob bonum
finem iuramento confirmat peccatum vel a-
le, vel ab alio commissam. Hoc modo honeste,
ac iuste rem iniustam, & iniquam ille
iuraret. Secundo, cum rem iniquam ob ma-
lum finem manifestat: v. g. si quis revelaret
occultum delictum proximi, cuius fama pe-
nitenti revelatione graviter laederetur. Hoc pa-
talis revelatione graviter laederetur. Hoc pa-
talis rem iniquam iniusto modo iuraret, & ius-
tiam uteretur tanquam instrumentum ad con-
firmandam manifestationem iniquam. In pri-
mo casu confirmaret veritatem iniquitatis con-
missae, iusta causa urgente: in secundo con-
firmaret iniquam manifestationem delicti, sola
malitia impellente.

III. Ad quaeritum Salmant. trafl. XVII.
cap. vi. punct. 5. §. 1. n. 47. respondit di-
cendo ex Suarez, Sanchez, Palao, Tamburini,
& Leandro, defectum iustitiae in iuramen-
to assertorio non esse mortale, sed veniale
peccatum; nisi iuramentum assumatur
ut instrumentum iniquitatis, in quo casu peccatum
esset mortale. Exemplum afferunt.
Tu manifestas crimen verum, sed occultum
proximi tui, quo illius fama grave damnum
perperitur. Deinde, ut detractionem tuam
certiore efficias, ipsam iuramento confir-
mas. Tunc profecto peccas mortaliter, non
solum peccato detractionis, sed etiam peccato
adversus iustitiam, iuramenti committens.
Si vero tuum peccatum proprium patefacis
ob iactantiam, & deliberatam oblectationem,
simulque iuramento confirmas te peccatum
illud commisisse; peccas quidem mortaliter
peccato complacentiae, at non peccas mortali-
ter adversus iustitiam necessarium iuramen-
to, sed tantum venialiter. Sic differunt
Salmant. cum Auctoribus a se citatis. Mihi
probabilior videtur sententia Soti *Lith. VIII.
de iust. & iur. art. 3. col. 2. De iustitia au-
tem. Coletti Lib. II. cap. XXI. n. 10. & 11.*
*Ledejme II. Tom. I. Sum. trafl. xi. cap. 11.
dub. 4. Aragon. 2. 2. g. lxxxix. art. 10. ni-
mirum*

mirum defectum iustitiae in iuramento asser-
torio esse peccatum mortale, quando iurantis
asseritio est peccatum mortale; si vero asser-
tio que iuramento firmatur, sit solum veniale;
veniale quoque erit crimen iuramenti.
Ratio videtur manifesta: quia gravissima ini-
uria Deo inferitur, dum illius auctoritas adhi-
betur ad confirmandam asseritionem graviter
iniquam. Et, ut adversariorum exemplo utamur,
non video dispariter rationem cur di-
cant, non peccare mortaliter adversus iusti-
tiam iuramentum eum qui iuramento confirmat
complacentiam mortalem proprii peccati; pec-
care vero graviter contra eandem iustitiam
illum qui infamiam proximi iuramento cer-
torem reddit. Quandoquidem, licet ex parte
rei iuratur licet crimen distamare
proximum quam delictari propria iniquitate
commissa; attamen ex parte modi iurandi,
ut dicitur, quoties Deus in telem gravis in-
iquitatis adducitur, gravis illi irrogatur ini-
uria. Neque alicuius momenti est adversario-
rum responso, nempe, deficiente iustitia,
adhac finem iuramenti subsistere, qui est con-
firmatio veritatis: qua consistente, non vo-
catur Deus in telem mendacii, sed iniquitatis.
Siquidem concedimus & nos, finem pre-
cipuum iuramenti esse confirmationem veritatis,
scu veritatem esse potissimum ex
conditionibus ad licitum iuramentum neces-
sarius: & ideo dicimus omnes, defectum
veritatis, etiam in re levissima, mortale pec-
catum inducere; defectum vero duarum alia-
rum conditionum in re levi esse dumtaxat
peccatum veniale. At hinc inferri minime
potest, defectum iustitiae in materia gravi
non esse peccatum mortale. Concludimus itaque,
quod quoties iurans utitur divino testi-
monio ob malum finem, seu animo culpabili,
& pravo ad roborandam manifestatio-

nem iniquam, five proprii, five alieni peccati
mortalis, committit duplex peccatum, unum
adversus illam virtutem cui opponitur
res narrata, alterum adversus iustitiam iuramenti.

IV. Quae. II. An defectus iudicii in
iuramento assertorio sit peccatum mortale? Resp.
De iudicio ad iuramentum assertorium re-
quisito supra locuti sumus. Hec iudicii conditio
postulat rationabilem causam iurandi: quo-
ties enim deest ratio, seu causa iurandi,
iuramentum iudicio caret, ut dictum est. Sex
quoque iurandi causas ex D. Thoma pro-
ximis cap. viii. n. 4. Nunc addimus, tunc
potissimum adesse necessitates, & causam
iurandi, quando haec duo concurrunt. Pri-
mum est, quod veritas alia via probari nequeat,
nisi iuramento. Alterum est, quod probatio,
scu confirmatio illius veritatis sit necessaria,
scu confirmatio illius veritatis sit necessaria,
aut in nempe quod calet aut in publicam, aut in
privatam utilitatem. Gradus praecisus illius
necessitatis praescribi nequit. Sex assignavit
illius necessitatis casus D. Thomas a nobis
supra relator, praeter quos alii etiam
occurrere possunt. Necessitas autem ista,
quando respice adit, vel non adit, prudentis
arbitrio relinquendum est. Regula generalis
sit: abique aliqua morali utilitate nunquam
adell iurandi necessitas.

V. Ut autem proposito quaesito directe
respondeamus, distinctionem praemittamus o-
portet. Si res que iuranda est, sit manifeste
vera, & iusta, seu licita, solumque sit defectus
iudicii in expendenda necessitate iurandi,
absolute loquendo non est nisi culpa venialis.
Si vero detector iudicii fit in inquisitione
veritatis, tunc si negligentia levis est,
culpa erit levis; si negligentia gravis, peccatum
erit mortale. Responso patet ex dictis
supra.

DISSERTATIO II.

DE IURAMENTO PROMISSORIO.

QUE haecenus disputata sunt, iuramentum in communi, & potissimum assertorium
spectant. Illud nunc est reliquum ut de iuramento promissorio sermone instruamus
illud quidem suas peculiaries habet difficultates: quoniam ultra veritatem praetentis
asseritionis, secum promissionem in futurum implendam deserit. In hac autem disputatione
primum omnium eas difficultates disceptam que ad veritatem, iudicium, & iustitiam pertinent:
deinde obligationis vim, quam iuramentum hoc inducit, exponam.

CAPUT I.

De veritate, & iudicio necessarii in iuramento promissorio. *Quæstiones non parvi momenti examinantur.*

I. Hugo Gratius Lib. II. de iuram. helli & peric. cap. 11. §. 21. negat licitum esse iuramentum promissorium; eo quod rei promissæ incertus sit eventus. Et contra hæc iuramenta adducit textum Evangelicæ: *Nolite iurare omnino.* Sed Gratius, Auctor alicuique inter heterodoxos gravis, errat, et quæ errorem iam refutant vel ipsi hæretici in notis. Quare, hoc misso errore, sententia Catholicorum explicanda est. Concors est igitur Doctorum sententia, omnes tres conditiones, nempe veritatem, iudicium, & iustitiam, necessarias esse in iuramento promissorio, non locus ac in assertorio. Præter quippe conditiones iuramentum absolute acceptum consistit debent, & consequenter quodcumque particulare iuramentum. De iudicio, cuius est iurandi necessitatem examinare, nil occurrat dicendum præter ea quæ in præcedenti dissertatione dicta sunt. Nullum liquidem iuramentum fieri sine rationabili necessitate licite potest. Hæc necessitatis modo maior, modo minor est, pro materia quæ iuratur, diversitate. Omnia itaque examine istius conditionis, quæ nullam novam afferit difficultatem, enucleandum simpliciter veritatem, quæ necessaria est in iuramento promissorio, & quæ peculiariibus difficultatibus est obnoxia.

II. Quæst. I. An defectus veritatis de presenti in iuramento promissorio semper sit peccatum mortale? Resp. Iam dictum est iuramentum promissorium duplici consilare veritate: altera de presenti, quæ in hoc consistit quod iurans habet, dum iurat, sincerum animum implendi quod promittit; altera de futuro, quæ in futura executione rei promissæ sita est. Respondetur ergo ad quæstum, defectum veritatis præsentis in iuramento promissorio esse semper peccatum mortale. Ita omnes. Ratio est evidens: quia iuramentum promissorium ratione veritatis præsentis convenit cum assertorio, ut supra indicatum est. Falsitatis autem attestatio in iuramento assertorio est semper peccatum mortale, etiam in re levisima: ergo etiam in promissorio. Urobique enim Deus invocatur in testem falsitatis; pota, gravissimam ipsius præsertim iniuriam. Sive itaque parva res, sive licita, sive illicita promittatur, sine veritate de presenti, hæc est licet animo implendi talem pro-

missionem iuramento confirmatam, semper erit peccatum mortale.

III. Quæst. II. An defectus secunde veritatis gravis sit indicandus; seu an qui rem promissam iuramento firmatam in materia gravi non implet, peccet mortaliter? R. Omnes affirmative respondent: quia violatio iuramenti in re gravi, graviter Deum contemnit: & si violatio voti in materia gravi est mortalis, postea iure id dicendum de violatione iuramenti. Neque difficultas aliqua est de hoc inter Theologos.

IV. Quæst. III. An peccet mortaliter qui rem promissam iuramento firmatam in materia levi non implet? Resp. Disputant in utramque partem Theologi acri conatu. Primum quæ penes omnes certa sunt, præmittant; deinde quid mihi probabilis videtur, exponam. In primis itaque omnes fatentur, peccare mortaliter eum qui promissionem veralem iuramento confirmat sine animo promittendi; quia sic est pernius, ut dictum est. Omnes pariter adhaerent, peccare mortaliter eum qui intentionem habet promittendi, sed animum implendi non habet, ob eandem rationem: quia in utroque casu mentitur, & peccat. Cum enim quis iuret se assumpserim alicuius obligationis onus, & se ipsa defectu intentionis non assumit, mentitur, sicut qui iurat se quidquam facturum, itrat se propositum habere faciendi. Propositum ergo illi non habet, mentitur, & pernius est. Omnes pariter assentiuntur duplicem dari veritatem in iuramento promissorio; unam de presenti, quæ, ut diximus, sita est in animo promittendi, & implendi rem promissam; alteram de futuro, quæ in executione rei promissæ consistit. Denique omnes concedunt, defectum cuiuscumque veritatis in iuramento esse ex genere suo, & absolute peccatum mortale. In hoc autem veritur totius controversie. Attus, nam scilicet deus paritatem inter in secunda veritate iuramenti promissorii. Et triplex de hac re reperitur sententia. Prima, quæ negat; altera extrema, quæ affirmat; tertia media, quæ distinctione utitur. Si res promissa est integra, & tota materia iuramenti, aut voti, quovis sit levis; v. g. si iurati, vel vovisti te pauperi datum unum obolum; tunc omisso executionis est peccatum mortale. Si autem materia omnia est partialis; pota, si iurati te datum decem solidos, & deo dimittaxat octo; tunc omisso est tantum peccatum veniale. Ad communiter Auctores utriusque extreme sententiae relin-

ciont hæc tertiam mediam, tamquam iustitiam. Nam admissio quod defectus veritatis in materia tota sit mendacium, idem contingit in defectu partis materie. Adducere enim Deum in testem mendacii, quocumque modo contingat, semper est peccatum mortale. Relinquitur ergo hæc media opinio, sub examine inducitur, quænam ex duabus extremis sententiis probabilior sit.

V. Dico, eum qui rem promissam iuramento firmatam non implet, etiamsi materia levis sit, peccatum committere, & peccare mortaliter. Ut tamen clarius percipias sensum istius, nolite sententia, advertas velim, nos in præsentia non loqui de illis iuramentis quibus matres iurate pueris pomum spondent, aut rem levem, quam postea non exhibent; nec de his quibus viri ingenui, hortante modestia, iurati deant se prægressuros, ut sociis honore afficiant, & nihilominus quandoque prægrediantur. De his, inquam, aut doque iuramentis nobis minime sermo est. Immo cum Comitolio Lib. II. c. iv. fateor, nimis durum fore damnare noxæ mortalis similes matres, ut viros ingenuos: quoniam eundem locutionem aut iuramenta vera non sunt ex defectu sufficientis deliberationis, aut veram excipiunt interpretationem, quam alibi dedimus. Abstinendum tamen ab eundem iuramentis. Loquimur ergo de iuramento serio, & deliberato, quod homines aliqui iurati spondent. Hanc sententiam ideo ut probabiliorẽ eligimus, quia conceptis verbis eam docent, ut ego arbitror, D. Augustinus, D. Thomas, D. Raymundus, & gravissimi Theologi infra citandi. D. Augustinus epist. xii. allatis, hæc habet: *Expectationem autem verum quibus iuratur, quisquis deceptus, non potest non esse pernius.* Clarus D. Tho. 2. 2. q. lxxxix. art. 7. in corp. *Sicut autem iuramentum assertorium, quod est de præterito, vel de presenti, debet habere veritatem; ita etiam & iuramentum de his quæ sunt secunda a nobis in futurum. Et ideo utrumque iuramentum habet quandam obligationem; diversimode tamen: quia in iuramento quod est de præterito, vel presenti, obligatio est non respectu rei quæ iam fuit, vel est, sed respectu ipsius iurantis, ut scilicet turet id quod iam verum est, vel fuit. Sed in iuramento quod præstat de his quæ sunt secunda a nobis, obligatio cadit a contra supra rem, quam alioquin iuramentum firmavit. Tætere enim aliquid ut faciat esse verum id quod iuravit; alioquin deest VERITAS iuramento. Adeo comperta, adeo evidens est D. Thomæ*

mens, ut nulla eludi tergiversatione valeat: quemadmodum iam iam clarum patet. D. Raymundus Lib. I. Sum. tit. de iuram. & pernius pag. 92. col. 2. hæc habet. *Si tunc quædam iurabat, credebat se non posse solvere, vel credebat quod posset, sed fuit, quia non habebat causam volendi; tunc in utroque casu peccabat: quia in primo casu deiecit veritatem in conscientia, in secundo iudicium. Si vero ab initio credebat se posse solvere, & probabatur, non peccabat quantum ad hoc; sed postea si fecit posse suum in utroque casu, & non potuit solvere in termino, non est pernius ex hac causa. Multo magis excusatur, si misit tempore debito, sed casu fuit omnia in via peccata, ut colligitur ex cap. Quærela est. de iuramento, ex canone Similiter causa. xxxiii. q. viii. & canone Sicut dist. 1. de confes. Si tamen elapso termino posset, & non perfoleret, esset PERIURUS. Lepus enim termini non insulsi obligationem iuramenti, ut colligitur ex cap. Cum dilecti est. de dolo, & contumacia. Hanc eandem sententiam docet Catechismus Tridentinus P. III. de 2. præcep. n. 23. ubi hoc proponit quæstum: *Qui non servat quod iuraverit, aut vovit se facturum, qualiter peccat.* Respondet. *Eiusdem vero peccati (nempe pernius), de quo numero præcedenti sermo est) reus censendus est qui se aliquid iuramento facturum promittit, si non fuerit, ut iuramentum implet, ut notum non fuerit, aut si fuit, quod promittit, reipse non præstat.* Geronius in expositione præceptorum Decalogi de iuramento, & pernius inquit: *Quædam ad iuramentum de futuro, persona factum pernius tunc cum habet voluntatem firmam non implendi, vel quia non implet de facto. D. Antonius II. P. tit. x. cap. vii. de perniis. §. 1. In iuramento promissorio si quisque implere quod promittit, propter legitimum impedimentum, excusatur a mortali, secundum Petrum de Tarantasia. Ideo benevenit in III. xxxix. dist. ergo a contrariis non excusatur, cum deest legitimum impedimentum. Lex integrum caput ubi fide evincit, omne pernius est peccatum mortale. Quare locus cavillandi non remanet, illum locum in gravi, secus in parva materia. Ex his colligitur secundum Augustinum, Thio. Raymundum, Antonium, Catechismum Tridentinum, & Geronium, reum esse pernius qui non implet id quod iuramento promittit. Pernius autem semper est peccatum mortale.**

VI. Rationibus evincitur nostra sententia, Iu-

Iuramentum promissorium, prout distinguitur ab assertorio, habet pro materia veritatem futura executionis vel promissæ, & iuratur. Ratione siquidem veritatis de presenti non distinguitur ab assertorio, ut patentur adversarii, qui omnes concedunt, iuramentum promissorium duplicem habere veritatem, alteram de presenti, alteram de futuro. Hæc itaque prima propositio nulli est obnoxia tergiversationi. Sed, cum res iurata, & promissa non impletur, deest hæc veritas propria iuramenti promissorii. Ergo qui iurat, & non implet, periculum committit: ergo peccat mortaliter.

VII. Ratio adducta tota est D. Thomæ, qui conceptis verbis asserit in allata auctoritate, materiam iuramenti promissorii esse executionem futura rei promissæ, quemadmodum assertorium habet pro materia veritatem vel de presenti, vel de futuro. *Sicut autem iuramentum assertorium, quod est de presenti, vel de futuro, debet habere veritatem; ut etiam & iuramentum de his quæ sunt faciendæ a nobis in futuro.* Subdit vero Angelicus, deesse veritatem huic iuramento, quoties iurans non implet: suo tempore rem iuratum. *Teneat enim aliquis ut faciat, et non esse id quod iuravit: aliquo DEEST VERITAS iuramenti.* Si deest veritas iuramenti, ergo iurans vocat Deum in testem falsitatis, ergo peccat, ergo peccat mortaliter.

VIII. Confirmantur hæc omnia. Ideo defectus veritatis in iuramento assertorio in materia levissima est semper peccatum mortale, quia Deus adducitur in testem falsitatis. Sed, quoties non impletur res promissa iurata per iuramentum promissorium, Deus adducitur in testem falsitatis. Ergo peccatum est mortale. Nonne iuramentum promissorium est verum iuramentum? Ergo invocat Deum in confirmationem veritatis: non autem presentiam, quia ex hæc parte est assertorium: adducitur ergo in confirmationem veritatis future; ergo, deficiente hæc veritate, Deus vocatur in testem falsitatis.

IX. Mirifica sunt responsa que ad hæc evidentes rationes adversarii exhibent. Respondet Cardenas (& est communis responsio) *differt. xvii. art. 2. n. 24. his verbis: Licet in eo casu falsum sit quod iurans implentur sit iuramentum (Deus enim sic non esse impotentis, non habet intentionem implendi). Unde solum est falsum materialiter.* Eandem responsionem exhibet La-Croix. Vident quo-

tandem recidunt istorum Theologorum acrimina? *Falsum materialiter?* In iuramento assertorio dicimus, Perum iurare falsum materialiter, quando, previa debita diligentia, iurat falsum putans esse verum. At si sua culpa verum ignorat, iurat falsum formaliter, licet putet esse verum. Qui rem iuratum non tunc supponimus, defectum istius executionis inducere falsitatem, falsitas formalis erit, non materialis: quoniam ex deliberata, & culpabili voluntate ipsius iurantis, potentes implere promissam, ortum ducit.

X. Confirmatur ultimo nostra sententia. Omnes ad unum adversarii concedunt, peccare mortaliter adversus iuramentum promissorium eum qui in materia gravi non implet quod sub iuramento promissit. Omnes pariter ad unum fatentur, rationem formalem cuiuscunque iuramenti delatum, non a gravitate, vel paritate rei iurata, sed ab invocatione divini testimonii; & ob hæc rationem committit, præter Castropalaam, Aristotiles paucos, defendunt, ut supra vidimus, omnia iuramenta esse eisdem speciei. Tandem omnes asserunt, iuramentum promissorium semper includere assertorium, quatenus debet habere animum presentem iurandi, promittendi, & implendi promissum; distinguendo vero ab assertorio hoc quod Deum invocet in confirmationem veritatis future. Hæc omnia certissima sunt penes adversarios. Ex quibus ergo hæc colligo validam pro meâ sententia probationem. In violatione promissoris iuramento firmate, & acceptate duplex committitur peccatum: alterum adversus iuramentum, alterum adversus testimonium adversarii contra veritatem hæc propositionem, quod est contra iuramentum, est contra veritatem: nec enim peccari potest adversus iuramentum, nisi peccando contra veritatem: quia ratio formalis iuramenti est confirmare veritatem, sive presentem, sive futuram, sive præteritam. Ergo quod materia sit gravis, vel levis, non tollit quin defectus veritatis inducat lemp peccatum mortale. Materia magistudo committit peccatum grave contra iustitiam, vel fidelitatem promissionis; & eisdem materie parvitas inducit solum peccatum veniale contra

cau-

eandem promissionem. Sed hæc perperam obtruduntur ad augendam, vel minuendam malitiam iuramenti. Hoc enim suam speciem capit a veritate; & sicurque bonam, vel malam a veritate; & sicurque. Porro quod hæc veritas, unica iuramenti materia, cadat super rem gravem, vel levem, nil omnino refert ad rationem formalem iuramenti. Quod ratiocinium cum admittat adversarii in iuramento assertorio, admittere quoque debent in iuramento promissorio, eo quod ambo sunt eiusdem speciei.

XI. Hinc inferri posse videtur, contrariam sententiam comprehendere sub hæc propositione damnata: *Vocare Deum in testem mendacii levis, non est tanta irreverentia propter quam vult, aut possit damnare hominem.* Et sane, ut vidimus, adversarii ipsi hæc suam opinionem a salubre damnationis subducere nesciunt, nisi contingens ad mendacium materialiter, ad falsitatem materialiter, vel ad mendacium, & contra veritatem futuram. Sed falsitatem. Nam hoc solum est discrimen assertorium inter & promissorium iuramentum, ut dictum est scriptis, quod illud presentem, vel præteritam, hoc futuram veritatem spectat; vel, ut ait Angelicus, illud supra actum iurandi, aliud supra rem que iuratur, cadit. Porro quod invocato divini testimonii in confirmationem falsitatis presentis, aut præteritæ sit peccatum mortale, locus autem in assertionem falsitatis future, hoc est id quod nobis fere monstratum videtur, potissimum quia tam fallitas presentis, quam futura sunt eisdem speciei, sicut & iuramentum assertorium, & promissorium. Hanc nostram sententiam sustinet præter Augustinum, Thomam Rymundum, Catechismum Tridentinum, & Gerlonium, Catechismus in Sum. verb. Perjurium cap. 111. & 2. q. lxxxix. art. 7. Candidus disp. xvii. art. 10. dub. 3. Fillinius tract. xxv. cap. 5. q. vii. Valentia 2. 2. q. vii. dist. vi. puncti. 3. con. 3. Toletus in Sum. Lib. II. cap. xxii. Covarruvias Lib. I. Ver. cap. 1. n. 2. Corduba in Sum. Hispan. q. clxxxviii. Phillarius de officio Sacerdot. Tom. I. P. II. Lib. III. cap. 111. Bassius Tom. I. & Tom. II. verb. iur. Sayrus Lib. I. cap. 19. n. 18. Reginaldus Lib. I. n. 79. Medina in Sum. cap. xiv. s. 4. Lessius de iust. & iur. Lib. II. cap. xiii. dub. 5. n. 1. Bonacina Tom. II. disp. 14. q. 1. puncti. 14. non. 2. Natalis Alexander Lib. II. art. 3. regul. 3. Genet tract. de 3. precept. Decal. cap. 11. qu. 111. Henricus a S. Ignatio Tom. II. Lib. X. P. II. cap. 111. non. 14. Paulus Gabriel Antoine

tract. de virt. theol. cap. xv. quest. v. Wigand tract. xi. ex. em. 4. n. 51.

XII. Obicitur t. D. Thomas 2. 2. q. ex. art. 3. ad 5. hæc scribit: *Qui aliquid promittit, si habeat animum faciendi quod promittit, non mentitur: quia non loquitur contra in quod credit in mente. Si vero non faciat quod promittit, tunc videbitur infideliter agere per hoc quod animum mutas... unde & Apostolus non est mentitur, qui non iurat Corinthiis, quod se iuravit esse promissurum.* Mirum est potuisse adversarios hæc obtrudere auctoritatem, ex quest. ex. ubi D. Thomas nec verbum habet de iuramento, de promptum; cum ipse D. Thomas hæc eandem auctoritatem sibi opponat in quest. lxxxix. ubi de iuramento decem habet articulos. Porro art. 7. primo loco citatam auctoritatem sibi obicit his verbis: *Placet quod iuramentum non habeat vim obligandi. Inducitur enim iuramentum ad confirmandum veritatem dicit etiam dicitur. Sed, quando aliquis dicit etiam quod futuro, recedit dicit; etiam non evincit quod dicit; sicut Paulus, quatenus non fuerit profectus Corinthiis, sicut dixerat, non tamen est mentitur.* Quid ad hoc argumentum respondet Doctor sanctus? In illius verba. *Ad primum ergo dicendum, quod aliud est de simplici verbo, aliud de iuramento, in quo divinum testimonium imploratur. Sufficit enim ad veritatem verbi quod aliquis dicit id quod proponit se facturum: quia hoc iam verum est in sua causa, sicut in proposito scientis. Sed iuramentum adhiberi non debet, nisi in re que aliquis fructus carnis est. Et ideo, si iuramentum adhibetur, propter reverentiam divini testimonii quod invocatur, obligatur homo ut faciat verum esse id quod iuravit, secundum suam possibilitatem, nisi in deteriori exitum vergat, ut dicitur etc.* Quid dicit Angelicus? *Disit in corpore articuli, si res iurata non impletur, veritatem iuramento deesse: aliquis deest veritas iuramento.* Respondio adeo est manifesta, ut non esset maiore explicatione.

XIII. Obicitur 2. PP. Salmanticenses, qui de more referunt aliorum Anchorum rationes, Aliter, inquit, philosophandum est in veritate de presenti iuramento sive promissorio, sive assertorio, ac in veritate de futuro. Et enim defectus illius veritatis est mendacium, quod nulla honesta ratione potest. At non levare rem promissam sub iuramento, animo implendi factio, non est mendacium, sed infidelitas, que admittit parvitatem materie. Ergo, quamvis non datur parvitas ma-

materia in defectu primæ veritatis, poterit tamen dari respectu secundæ, cuius defectus non est mendacium, sed infidelitas.

XIV. Iplorum adverbiorum verbis proponere veluti hoc incertum eorum argumentum, ut hinc magis patet contraria intentionis imbecillitas. Respondetur autem, argumentum istud nemum esse peralogismum, & atque extrema pugnancia continere. Concedunt, executionem rei iurate esse veritatem futuram iuramenti promissorii, seu unicam veritatem, prout promissorium est: quod tamen ratione veritatis presentis est assertorium. Deinde subdunt, hæc veritati non opponi falsitatem, sed infidelitatem. Cur? Quia veritas illæc futura est. Et nos dicimus, hæc invicem pugnare: quia veritati cuique, sive presentis, sive future, sive præterite, opponitur falsitas. Quare, semel concessio quod excurio rei promissæ sit veritas iuramenti promissorii, perperam imbutur, hinc veritati non opponi falsitatem, sed infidelitatem. Ideo autem adverbiorum argumentatio laborat peralogismo, quia non distinguunt inter rem promissam, seu promissionem simplicem, & iuramentum promissorium. Veritas promissionis, ut peroptime declarat Angelicus Doctor, est in ipso proposito promittentis, non in executione futura rei promissæ. Quia de causa cum quis vero proposito promittit aliquid se daturum, non peccat contra veritatem, quæ revera supponitur in proposito, si non observat quod promittit, vel contra fidelitatem. At, quando hæc res promissæ constituitur materia iuramenti, perit vices veritatis firmatæ per iuramentum: & iuramentum promissorium unice, quatenus tale, cadit super hæc veritatem futuram, ut inquit Angelicus, & concedunt adverbii. Ergo fatum est, dicitur, quod defectus illius veritatis sit infidelitas, non falsitas. Respondemus itaque negando antecedens argumenti facti. Et dicimus, defectum veritatis future in iuramento promissorio continere perurium, quemadmodum perurium constituit defectus veritatis presentis, vel præterite in iuramento assertorio. Mirum, quod aliqui Caluili non expulerint relaxam propositionem damnatam, dicendo, quod vocare Deum in testem mendacii levis adverus veritatem presentem sit peccatum mortale perurium; levis si vocetur in testem mendacii levis adverus veritatem præteritam. Et profecto nunquam adverbii assignabunt verum discrimen, cur defectus veritatis præterite constituat mendacium for-

male; defectus vero veritatis future constituat mendacium materiale, quando defectus illius veritatis promissæ ex sola culpa promittentis proficiatur.

XV. Obiiciunt 3. Qui non implet votum in materia levi, non peccat mortaliter: ergo neque qui non implet iuramentum rei levis. Resp. Negatur consequentia: quia non est gravis iniuria, aut irreverentia in Deum non præbare rem leviem promissam, quæ parùm ad eius confert honorem. At invocare Deum in testem falsitatis, etiam in re levissima, est gravissima iniuria contra Deum: quia iurans saltum quoque modo, quantum est ex se, obicit ut Deus testetur falsitatem. Veracitas autem Dei componi nequit cum falsitate cuiusque levissima rei. Ergo qui non exequatur rem promissam; iuramentum, neque veritatem Dei, illamque conatus deest. Falsa igitur est contraria opinio, quam defendunt Soto Lib. VIII. de iust. q. 1. art. 7. Suarez Tom. II. de Relig. Lib. III. cap. XVI. Sanchez Lib. III. Sum. cap. IV. n. 23. Tamburinus Lib. III. de iuram. cap. III. §. 3. n. 4. Petrus Ledema Tom. II. tract. XI. cap. III. dub. 2. Leander tract. 1. disp. VII. q. 1. xxxiii. Azorius Lib. XI. cap. V. Castropalanus tract. XIV. disp. 1. punct. 6. n. 8. Trullench Lib. II. cap. 1. dub. 6. num. 6. Cardenas disp. XVII. cap. II. art. 2. La-Croix Lib. III. part. I. cap. 3. dub. 5. num. 705. Salmanticensis tract. XVII. cap. II. punct. 5. §. 2. num. 57. aliique apud ipsos, qui etiam per se referunt Ioannem a S. Thoma 2. 2. q. lxxxviii. disp. xxxix. art. 8. sed falso: ibi enim Auctor ille sermonem habet de voto, in quo parviter materiam concedit; solumque vocat probabiliter opinionem de iuramento, minime eam descendit. Relatis Auctoribus addi potest P. Sporer tract. cas. in 2. præcepti. Decal. sect. 4. num. 237. ubi ait. In gravi omnino tutum est perurium promissorium ex materia levitate excusari a mortali, & videri veniale. Tres omnes perurium divi devertunt; & Augustinus immanem belluam appellat: nemoque eorum distinxit inter perurium promissorium, & assertorium. D. Thomas autem 2. 2. q. xcviij. art. 3. resolvit omne perurium esse peccatum mortale. Quare nimis confidenter P. Sporer statuit omnino tutum esse perurium promissorium censeri veniale ex levitate materie. Sed de his pluraquam satis.

XVI. Quæst. IV. An peccat mortaliter qui sub iuramento rem promittit animo dubio implendi illam? Resp. Communiter omnes affirmative respondent. Sicut enim

qui rem dubiam iurat ut certam, perurium alteriorum committit; ita qui iuramento rem promittit quam executorum le fore vel dubitat, vel non credit, peccat mortaliter promissorio perurium. Nemo igitur iuramento promissiones suas confirmet, nisi certus moraliter sit de futura executione. Nec sufficienter probabiles coniecturæ, vel rationes; sed fundamenta gravia, & firma, quæ omnem prudentem dubitationem auferant, requiruntur: quocirca in oppositum austerius. Vide quæ dicta sunt de iuramento assertorio.

XVII. Quæst. V. Quomodo sint interpretanda illa iuramenta quibus committitur homines iurans, se primas non ingressuros per iuramentum, non se iurans &c. Resp. Interpretantur hoc modo, quod iurantes habeant animum firmum implendi quod asserunt, iuxta sensum quem similes expressiones produunt. Sentius autem communis est, quod iurans, quantum ad se attinet, quantum est ex parte sua, non sit prius altero ingredi, sedere &c. Quare, si nimia humanitate socii cogatur prius ingredi, non evadit falsum iuramentum; quia hæc conditio includitur in ipso iuramento.

CAPUT II.

De iustitia necessaria ad iuramentum promissorium.

I. Iustitia, quæ una est ex tribus conditionibus iuramenti in genere considerati, locum potissimum habet in iuramento promissorio. Hæc iustitia præscribit ut sub iuramento promittatur res licita, & honesta. Quare promissio rei illicitæ, & improbe sub iuramento est ex suo genere peccatum mortale. Communiter Doctores tradunt, nisi iuramentum cadit ut inde colligatur gravitas peccati contra iuramentum. Quibusdam exactissime res tota explicabitur.

II. Quæst. I. An peccat mortaliter adverbis virtutum religionis qui iurans se fornicaturum, seu quolibet aliquid grave delictum peruraturum? Resp. Affirmative omnes respondent. Duplex ergo sic iurans committit peccatum, alterum fornicationis, cum animum revera habeat fornicandi; alterum adverbis iniuriam iuramenti. Si autem animus adimplendi quod iurat, desint, unicum gravissimum perurium erit adverbis veritatis, & iustitiam iuramenti. Ratio veritatis est; quia ad docere Deum in confirmationem iniquitatis est gravissimum iniuriam Deo irrogare.

III. Quæst. II. An qui iurat se commissurum aliquid peccatum veniale, peccat mortaliter? Resp. Communis sententia est negativa, quia non est gravius iniuria in Deum quod vocetur in confirmationem prophanæ committendi peccatum veniale illius auctoritas. Id quod patet ex eo quod vobis venial tantum culpa adhibetur iurans ad omittendam præfati iuramenti executionem. Sic communiter receptiores differunt.

IV. Relaxam sententiam, si Auctorum in principio multitudine, quos referunt, & sequuntur PP. Salmanticenses tract. xvij. cap. II. punct. 5. num. 54. negare non asserere probabilem; si vero rationes expendo probabilius mihi videtur oppositum. Enimvero qui peccatum veniale se commissurum iurat, Deum ad sanam propositum roborandum, confirmandumque invocat. Idcirco liquorem permittitur, esse deliberatio aliqua divini testimonii auctoritate innuitur, ut firmior, & immobilior evadat. Quid vero Deo iniurius, quid infidelius, quam illius infinita nominis maiestatis ab utriusque illius auctoritatem in prædium devolvere iniquitatis? Confirmatur. Qui iurat sine animo iurandi, graviter peccat. Cur? quia abortitur iuramento. Sed peior abusus est, dum quis iuramento utitur ad confirmationem iniquitatis. Ergo &c. Accedit quod qui Deum invocat in testem peccati venialis, cum adducat tanquam fideiisorem illius, & approbatorum: testis enim allegat, ad testandum, ut approbet id quod suo testimonio confirmat. Quid vero scelerius quam Deum inducere ad approbandum iniquitatem, quamvis minimam? Denique peccatum veniale est admissio nomen Dei in vanum, nempe si iuras absque necessitate, te quidquam facturum licitum, & honestum. Cum vero iuras te peccaturum, solum venialiter peccabis? Si iuras sine animo committendi illud peccatum, peccas mortaliter secundum omnes; si vero iuras cum vero animo illud peccatum perpetrandi, venialiter dumtaxat delinques? Hæc sane nimium dura, ne absurdior dicam, videntur. Iuramentum res est sacrosancta, cuius visus est confirmatio veritatis. Qui illud per sua parte in vinculum iniquitatis convertit, sanctissimum Dei nomen profanans, atque enormem irrogat divine veritatis iniuriam.

V. P. Castropalanus fatetur, hæc omnia sibi difficilia videri; non audeat tandem a communi recedere sententia: ideo quædam a se excogitata responsa præbet tract. XIV. disp. 1. punct.

CAPUT III.

De materia iuramenti promissorii, quæ obligationem inducit.

quod. 6. n. 10. Respondet itaque, iuramentum non intendere Deum ad approbandam iniquitatem inducere; sed ex vulgari quadam ignorantia creditur immutabile fore quicquid sub iuramento promittitur. Concedo & ego, iuramentum hanc expressam intentionem inducendi Deum ad approbandam iniquitatem non habere: quoniam, si id expresse intendere, blasphemus foret in Deum. Sed facta id prestat illud dicimus, eo ipso quod divino iuratur testimonio. Secunda vero responsio non est melior precedenti, nisi non quod iurans non teneretur, nisi sub veniali, evitare peccatum veniale. Verum hoc est; sed sub mortali abstinere debet ab invocatione divini testimonii in confirmationem iniquitatis, etiam minime, Deo malitia quæque, quamvis minima, summopere repugnat. Ergo summa iniuria Deo inrogatur, quoties ad consummandum propositum perpetrandi quæcumque iniquitatem invocatur.

VI. Quæst. III. An qui iurat aliquid adversus consilia evangelica se facturum, puta non accepturum Praelatum, non ingressurum Religionem, aliisque id genus, peccet mortaliter? Resp. Communissima sententia est, peccatum solum veniale ad eiusmodi iuramentum committi. D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxix. art. 7. ad 2. docet hanc absolute peccare. Si quis autem iurat se non facturum aliquid nisi quod bonum, quod tamen facere non tenetur, peccat quædam iurando, in quantum ponit obicem Spiritui sancto, quod est boni propositi inspirator; non tamen peccat iuramentum servando; sed multo melius facit, si non servat. Cuius generis iuramenta consummatur, non resolvit Angelicus; sed duntaxat peccatum perpetrari absolute statuit. Quod si peccatum est iurare omissionem malorum boni, hinc collige quanto gravius sit peccatum iurare commisionem positivæ iniquitatis, licet levis. Prioris generis iuramenta si observæ, non peccas, quia absolute ad ingressum in Religionem non adstringeris; peccas vero peccatis generis iuramenta servando. Si tamen quis omittit executionem alicuius consilii evangelici, ea potissimum ratione quia iuravit talem omissionem; dubio procul mortaliter peccat: quoniam error saltem tacitus in fide esset, si crederet iuramentum obligare ad ea omittenda quæ ad evangelicæ perfectionis affectionem conducunt.

I. QUÆ hoc in capite dicti sumus, facilia sunt, & omnibus pervia: indicenda sunt rem omnem expeditissima. Duae conditiones eligit materia que subiciatur iuramento. Prima, ut licita sit; secunda, ut sit possibilis, & bona.

II. Nominè materia licita non solum intelliguntur res spirituales, nempe actus pietatis, religionis, fidei, & similia, sed etiam humana negotia, commercia, fœdera, & contractus, dummodo concurrant tres explicate conditiones. Hinc damnatus fuit in Concilio Constantiensi error Wicleffi, negantis licitum esse iuramento confirmare humanos contractus, & civilia commercia. Sed de hoc satis dictum est differ. prima.

III. Quoniam materia iuramenti licita esse debet, excluduntur omnes res illicitæ, turpes, & culpabiles. Ratio est manifestæ: quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, ut iura omnia clamant. Quare iuramentum de committendo peccato veniali nullo modo obligat. Et quamvis in cap. Cum contingat de iurando lataxur, omnis iuramentum servandum esse, nisi verget in dispendium salutis æternæ; non inde tamen inferre licet, peccatum veniale iuramento firmatum committendum esse: siquidem & illud aliquo modo ianiam vitæ æternæ claudit: nisi enim vel in hoc, vel in futuro seculo purgetur, nemo vitæ æternæ premium assequitur. Nullum ergo iuramentum obligat ad servandum id quod sine peccato vel mortali, vel veniali impleri nequit. Quando autem materia iurata partim licita, partim illicita est; illicita omittenda, licita vero servanda.

IV. Non modo licita, sed possibilis, & bona sit oportet promissorii iuramenti materia. Quare iuramentum de rebus impossibilibus tenendum est, & inane. Peccant itaque qui factum alienum sub iuramento promittunt, eo quod nemo cogere potest alterius voluntatem. Advertendum tamen, quod sæpe homines factum alienum promittentes, proprium iurant. v. g. si iuras Petrum dicturum esse in sponsam Bertam, vel solummodo Paulo peccatiam, aliaque id genus; iuxta contractum solum non iurat alienum factum, sed propriam; nimirum te operam omnem daturum, ut Petrus matrimonium contrahat, ut debitum solvat. Hinc ICTI docent, iuramentum

tamento talem inesse virtutem, ut, si eo quod sonat modo impleri nequit, valere eo quod potest modo debeat. Duplex autem modo alienum factum iurari potest. Primo *consecutive*, ut cum iuras te credere negotium suam primum recuperaturum esse sanitatem, & celam crastina die futuram tenerem. Secundo sub *promissione*, quo in casu tenetur operam, & diligentiam tuam ponere, ut id eveniat, vel fiat, quod promissum. In his iuramentis, factis alienis communiter Auctores docent, iuramentum teneri ad diligentiam, & operam præstantam, quando factum quod iuratur, capax standam, quando factum quod tamen non confectum est diligentia; quando tamen non confectum est, factum emittendum fuisse duntaxat enumeratum, ad nihil teneretur.

V. Dicitur etiam, materiam iuramenti promissorii debere esse licitam, possibilem, & bonam. Hæc ultima particula addita est, ut excludatur materia indifferens: quoniam iuramentum de re indifferenti nullam parit obligationem: tum quia Deus non obligat ad res otiosas, & vana, cuiusmodi sunt actus indifferentes; tum quia exercitium actus indifferents abique relatione in finem honestum, semper est peccatum veniale, ut verus docet sententia. Et quamvis secundum alteram opinionem vitiosus non sit actus indifferens in intentionem, statim inutilis est: & hoc sufficit ne sit bona iuramenti materia.

VI. Si tamen actus indifferens iuretur propter finem honestum, vel proximi utilitatem, iuramentum obligat: quia actus indifferens propter finem honestum factus, evadit actus virtutis. Iuramentum autem de quocumque virtutis actu obligationem inducit. Adde, quando iuramentum fit in proximi utilitatem, servandum esse, tametsi res quæ iuratur, sit indifferens, & dummodo mala in se non sit. Ratio est, quia in hoc casu id quod primo intenditur, non est indifferens actus; sed utilis; & commodum ipsius proximi. Quia ob hoc talis iuramenti tradit actus virtutis: et enim actus fidelitatis, & veritatis. Præterquamquod, facta promissione, & a proximo acceptata, iure acquiritur quoddam, vi cuius tenetur iurans implere promissum. Hæc omnia comperta sunt, & penes omnes communia. Idem dicendum de iuramento quod pertinet ad ipsum iurantem. V. g. iurasti te minime per hanc viam transiturum; quia talis transitus peccandi tibicalis est: licet manifestum absolute sit actus indifferens, attamen tali circumstantia indutus est actus bonus.

VII. Illud quoque animadvertendum dignum est, nimirum materiam iuramenti Deo facti diversam esse a materia iuramenti quod fit proximi favorem. Nam iuramentum Deo factum convenit cum voto; quia de casibus illius materia non solum licita, & honesta esse debet, sed etiam talis quæ maius bonum non impedit. Alter enim cadere in gloriam Dei nequit. Secus dicendum de iuramento factum in gratiam proximi, cui non semper quod est maius bonum, sed læpe quod minus bonum est, magis placet. Idcirco iuramentum de minori bono factum in favorem proximi obligat.

VIII. Ab hac tamen doctrina excipitur promissio liberalis iuramento firmata contrahendi matrimonium: quia in hac promissione semper includitur hæc conditio, nisi eliger meliorem statum, nempe religionem, ut communiter docent Doctores in cap. Ex publico de conversis. Nec obicit textus in cap. Commissum de sponsalibus, ubi videtur statui, eum qui iuramento promittitur non posse ingredi Religionem nisi matrimonio prius contracto. Nam utique potest eiusmodi iuramentum matrimonium contrahere cum proposito non consummandi, sed ingrediendi Religionem, ignorante sponsa tale propositum, ut advertit, & docet Suarez Lib. II. de iuram. c. XLII. n. 8. qui modus licitus est, licet in praxi vix consensuendus, quia non videtur sponte consentaneus. Hæc enim via potius est illud. Quod autem Pontifex in laudato capite dicit, tutius esse, religionem iuramenti servatam, prius contrahere, deinde ad Religionem migrare; eo perinet quod fortasse in sponte commodum, & honestum cederet talis contractus, licet momentaneus. Observandum vero, Pontificem distille tutius, non tutum esse sic facere: quia, ut dixi, tunc forte melius erat talem modum servare. Ceterum, cum in promissione includatur conditio melioris status, sequitur quod iuramentum fortis debeat servari actus cui adiungitur. Conditio ergo inclusa in actu promissionis, in ipso quoque iuramento inclusa intelligitur. Quapropter sponsus iurans potest sine consensu sponsæ, & absque matrimonii contractu Religionem ingredi. In praxi tamen ille modus servandus est qui & honori sponsæ conservatur, & Religionis ingressum non impedit. Si ambio servari nequeant, suscipio status religiosi præferri debet; dummodo in Religionem amplectenda viget revera observantia regularis.

IX. Ultimo loco dubitari potest, an iuramentum quod fit de re illicita, relaxatione indiget. Sed Doctores communiter docent, nulla esse relaxatione. Ubi enim nullum est vinculum, nulla est necessaria relaxatio. At iuramentum, cum non sit vinculum, iniquitatis, nullam parit obligationem, quod est de re illicita. Nec obstat illud quod oppositum solet ex cap. *Uolendo*, xxxv. de i. c. 1. §. *Item etiam*, ubi de quodam reperi iuramento contra iuramentum factum, refertur, illum debuisse Sediti apostolicam considerari quantum debuit erari, nam iuramentum illud fuisse nec re de re illicita. Ad alteram oppositionem, que fiti. solet ex cap. *Diu quidem*, xxi. de iurando §. *Iti vero*, ubi decernitur, absolvendo esse filios a iuramento non loquendi, vel licet patri & matri, relictis variis solutionibus quas refert Suarez *Lib. II. de iuramento*, c. xviii. §. dicimus cum eodem, verbum *absolvi* in illo texto significare declarationem solutionis, seu declarare iuramentum illud nullius fuisse obligationis, minime vero dissimere vinculum obligationis.

CAPUT IV.

Quomodo fit iuramentum promissorii obligatio. Comparatur cum obligatione voti. Que intentio, seu animus requiritur in iuramento promissorio. Iurare sine animo iurandi semper est peccatum mortale.

ICravissima est iuramenti obligatio; que, ut ait Angelicus, ab ipsa divina auctoritate oritur dicit. Interponitur iudicium a iurante divinum testimonium in confirmationem veritatis sive presentis, sive preterite, sive future. Quare violatio promissionis iuramento firmate est perjurium, quod est gravissimum peccatum.

II. In iuramento Deo factis, communiter contingit etiam votum. Quodsi contra iuramentum promissionem Deo factam, adhi volum cum iuramento: daque sunt obligationis vincula, quapropter duo peccata committere qui illa violaret. Non tamen iam in re futura ad honorem Dei faciendi votum reperitur. Si enim nolles expresse promittere, sed solum proponeres aliquid te in honorem Dei facturum, & iuramento propositum tuum firmare, vinculo solius iuramenti teneris. Ex quibus habet, in promissionibus Deo factis, & iuramento firmatis, communiter reperiri votum, & iuramentum; non tamen necessarium, & semper: quia, ut ex adducto exem-

plo constat, iuramentum sine voto reperiri potest. In omnibus autem promissionibus hominibus factis solum iuramentum sine voto adest.

III. Gravissimum est obligationem iuramenti omnes adfirmant. Paucula solum dicenda sunt de natura istius obligationis. In primis iuramentum promissorium obligat iuraturam privatis leges, quam iurans sibi imponit, dum vinculo divini testimonii seipsum adstringit. Ex genere suo obligat sibi mortali iuxta omnes cum D. Thoma 2. 2. q. *xcviii*, art. 3. Hec obligatio religiosa est; pertinetque ad virtutem religionis. Dux tamen obligationes distinguenda sunt in iuramento promissorio: altera que ex ipsa promissione valida, & acceptata oritur, quare ex iuris dispositione obligatio soluitur est: altera propria ipsius iuramenti, & huc, ut diximus, ad religionem pertinet. Quare falsa est doctrina Christiani Wolfii Lutherani hominis iniquitatis de iur. natur. Tom. III. cap. v. §. 503. *Iuramentum non novam producit obligationem aliquid prestandi etiam iuratur.*

IV. Quasi hic solet, maior ne sit iuramenti, an voti obligatio. Hoc quæsitum proponit ipse D. Thomas *loc. cit. q. lxxxix*, art. 8. respondetque, maiorem esse voti obligationem quam iuramenti: quia obligatio voti oritur ex fidelitate quam debemus Deo, ut scilicet ei promissionem solvamus; obligatio vero iuramenti nascitur ex reverentia Deo debita: maior autem est vinculum fidelitatis quam reverentie. Et licet votum iuramento confirmetur, non tamen inferur, maiorem esse iuramenti obligationem; sed solum rem mobilem per duas res immobiles magis firmari.

V. Suarez *Lib. II. de iuram. cap. lxi*, distinguit hanc comparationem voti cum iuramento, atque, si comparatio voti fiat cum iuramento assertorio, maiorem esse iuramenti quam voti obligationem: si vero voti comparatio fiat cum iuramento promissorio, tunc maiorem esse voti quam iuramenti obligationem. Neque huic doctrinæ contrarium D. Thomam dicit, ex quo Angelicus loquitur solum de iuramento promissorio, scilicet de assertorio. Ratio quam Suarez allegat, valida est: quia obligatio non attribuitur Deo solum, maior est quam obligatio reddendi Deo vota; quia prior negativa est. *Non affirmas nomen Dei tui in vanum; posterior affirmativa. Reddes Dominum vota tua.*

VI. Ego veto doctrinam D. Thomæ sic interpretor. Si pure notiones utriusque obli-

gationis inspiciantur, absolute loquendo maior est obligatio voti quam iuramenti, ob rationem quam D. Thomas assignat, quia scilicet promissio voti Deum directe implicit, quia per iuramentum, ut tale, non fit promissio ipsi Deo, neque obligatio contrahitur, sed solum adducitur Deus ut testis promissionis, vel assertionis de aliquo actu futuro. Quare, si hi duo respectus perpendiculariter, sicut illos solum in laudato articulo D. Thomæ considerat, proculdubio prior validior est quam secundus. Ceterum si obligatio iuramenti consideretur in ordine ad veritatem in iuramento sive assertorio, sive promissorio necessariam, maior esse videtur obligatio iuramenti quam voti. Quod a posteriori sic probari potest. Nam qui iurat falsum, quantum est ex parte sui, facit Deum auctorem mendaci; quod quam enormis iniuria in Deum sit, ex se patet. Quæ de causa in iuramento iuramentum assertorio, iuxta omnes non datur parvitas; sed omne perjurium assertorium est peccatum mortale. Idem ego probavi contingere in perjurio promissorio. Ergo obligatio iuramenti sive assertorii, sive promissorii, per ordinem ad veritatem iuramento subsistentiam, maior est quam obligatio voti. Si quidem adeo certum non est, non possit in voto reperiri paritatem materiam, quam plures concedunt in voto reperiri, licet in iuramento. Neque dicamus in iuramento promissorio hos duos respectus distingui non posse: quoniam, licet in praxi re ipsa iuramentum promissorium eo tendat ut obliget iuramentum ad executionem rei promissæ, que executio est veritas iuramenti promissorii: ill tamen impedit quominus considerari possit promissio iuramenti promissorii absolute, comparata cum promissione voti, immo re ipsa Angelicus has duas promissiones per ordinem ad Deum considerat: & quia promissio voti magis directe Deum spectat, respicit in ratione promissionis, fortior est promissio, seu obligatio iuramenti, *Propter enim*, inquit Angelicus, *insufficiens subiecti ad dominum esse maximam irreverentiam*. Ceterum, si obligatio iuramenti consideretur per respectum ad veritatem subsistentiam ipsi iuramento, ne falsum evadat, neque Deus in talium mendacii invocetur, maior, ut dixi, videtur iuramenti quam voti obligatio. Quod de iuramento assertorio concedunt Suarez, Sanchez, Leander, & alii; licet negent de promissorio: mihi vero utriusque iuramenti eodem ratio videtur. Et quod

ad hanc quam explicui, opinionem defendendam me impellit, est Ecclesiæ auctoritas, que declarat paritatem materiam non dari in perjurio; quod de voto adhuc non facit promissio autem iuramenti non respicit Deum, quia per iuramentum, ut tale, non fit promissio ipsi Deo, neque obligatio contrahitur, sed solum adducitur Deus ut testis promissionis, vel assertionis de aliquo actu futuro. Quare, si hi duo respectus perpendiculariter, sicut illos solum in laudato articulo D. Thomæ considerat, proculdubio prior validior est quam secundus. Ceterum si obligatio iuramenti consideretur in ordine ad veritatem in iuramento sive assertorio, sive promissorio necessariam, maior esse videtur obligatio iuramenti quam voti. Quod a posteriori sic probari potest. Nam qui iurat falsum, quantum est ex parte sui, facit Deum auctorem mendaci; quod quam enormis iniuria in Deum sit, ex se patet. Quæ de causa in iuramento iuramentum assertorio, iuxta omnes non datur parvitas; sed omne perjurium assertorium est peccatum mortale. Idem ego probavi contingere in perjurio promissorio. Ergo obligatio iuramenti sive assertorii, sive promissorii, per ordinem ad veritatem iuramento subsistentiam, maior est quam obligatio voti. Si quidem adeo certum non est, non possit in voto reperiri paritatem materiam, quam plures concedunt in voto reperiri, licet in iuramento. Neque dicamus in iuramento promissorio hos duos respectus distingui non posse: quoniam, licet in praxi re ipsa iuramentum promissorium eo tendat ut obliget iuramentum ad executionem rei promissæ, que executio est veritas iuramenti promissorii: ill tamen impedit quominus considerari possit promissio iuramenti promissorii absolute, comparata cum promissione voti, immo re ipsa Angelicus has duas promissiones per ordinem ad Deum considerat: & quia promissio voti magis directe Deum spectat, respicit in ratione promissionis, fortior est promissio, seu obligatio iuramenti, *Propter enim*, inquit Angelicus, *insufficiens subiecti ad dominum esse maximam irreverentiam*. Ceterum, si obligatio iuramenti consideretur per respectum ad veritatem subsistentiam ipsi iuramento, ne falsum evadat, neque Deus in talium mendacii invocetur, maior, ut dixi, videtur iuramenti quam voti obligatio. Quod de iuramento assertorio concedunt Suarez, Sanchez, Leander, & alii; licet negent de promissorio: mihi vero utriusque iuramenti eodem ratio videtur. Et quod

VII. Quæritur. *Quænam intentio, seu animus requiritur ad hoc ut iuramentum promissorium obligationem inducat?* Resp. Iuramentum pendere ab intentione iurantis, adeo ut necessaria sit intentio, seu voluntas iurandi, ut iuramentum obligationem pariat, certum est apud omnes: quia actiones humanæ que pariant obligationem, consentium requirunt voluntatis; qui consensus non datur ab eo qui polliceri nolit eum dare. Cum itaque iuramentum obligationem inducat dicendi verum de re presenti, vel preterita, aut expectandi rem futuram (que est veritas iuramenti promissorii) requirit plenum consentium voluntatis, seu intentionem iurandam. Ad potest necessaria sit voluntas seu intentio expressa, vel implicita, actualis, vel virtualis, infra de consuetudine iurandi dicitur. Hac ut certum committit Auctores defendunt, quod si quis iuraret cum expressa voluntate non iurandi, non esset proprie, & in rigore iuramentum; quemadmodum ut certum propugnant omnes, iuramentum exterius prolatum sine intentione iurandi continere irreverentiam divini testimonii, Deoque iniuriam inferre.

VIII. Ut tamen rem hanc clarius percipias, distinguere debes animum iurandi, animum promittendi, animum exequendi promissum, & animum se obligandi. Omnes docent, ut iam vidimus, eum peccare mortaliter qui iurat sine animo promittendi, & implendi promissum. Probabilis quoque est, & mihi certum, eum peccare mortaliter qui iurat sine animo se se obligandi; quidquid in contrarium dicat Valentia. De eo qui iurat sine animo iurandi, inquirendum nunc est.

IX. Quæritur. *Ut scilicet sit iurare sine*

animo iurandi? Resp. Thomas Tamburinus Lib. III. cap. 111. §. 2. nun. 1. haec scribit: *Certum est, iurari sine animo iurandi sine res sit levis, sine gravi, vel iurari verbis aequivo- cis, non esse licitum sine causa; licitum esse cum causa, iuxta ea quae diximus cap. 11. §. 2.* Hinc Tamburini assertio damnata est ab Innocentio XI. in propositione 25. quae est eiusmodi: *Cum causa licitum esse iurari sine animo iurandi, sive res sit levis, sive gravi.* P. Viva in expositione istius propo- sitionis n. 1. concedit, non esse exploratum sensum in quo Tamburinus suam docerit propositionem: quia, inquit, desiderat locum ad quem Tamburinus lectorem remittit. Verum ad hoc quod attinet, locus habetur in eodem folio. Siquidem Tamburinus ait, licitum esse iurare sine animo iurandi, vel iurari verbis aequivo- cis cum causa, iuxta ea quae dixit cap. 11. §. 2. Quid autem dicit hoc loco? In istis verbis: *Quisio est, an licet iurari accipere verbum in alio sensu ab illo quem ea praeserunt, iuro. v. g. per Deum me hac nocte non dormivisse, intelligendo res- situm.... Resp. licere.... At ne est saltem veniale, sic per aequivo- cationem iurare? Resp. Si aliqua iurati causa.... nullum esse peccatum. Si nulla sit causa, veniale erit.* Ille est locus neque de Tyranno, neque de Confessario verbum habet Tamburinus. Haec obiter dicta sunt, non tam ut Tamburinum evincam damnatae propositionis auctorem (hoc enim nihil neque ad me, neque ad institutu- rum attinet) quam ut lectorem admoneam ad ipsam P. Viva caute in expositione dam- natarum propositionum legendam. Siqui- dem, ut probet Tamburinum non docuisse damnatarum propositionem, ipse, in expre- sse absolute habuit in sensum damnatae propo- sitionis, saltem omnino, ut mea praeter opinio, ad eo non recedit. Haec sunt verba ipsius P. Viva. " Si enim solum contendit " Confessarius ne revelet sigillum iuramen- tale, posse, urgente Tyranno, cum iura- mento negare peccatum poenitentis, aut utendo verbis aequivo- cis, & sic iurando cum animo iurandi, aut loquendo mate- rialiter, atque adeo proferendo verba in- ratoria, non ut significativa, & idcirco sine animo iurandi, non est notandas ut auctor huius thesisi proligatur, quinque quae solum vult licitum esse ex causa aliqua, sive levi, sive gravi, loqui formaliter, & iurare absque animo iurandi. " Quod ipe- cta factum Tamburini, patet quid ipse

senferit ex iis quae diximus. Quod pertinet ad doctrinam Patris Viva, ea mihi immu- nis non videtur omnino a sententia damnatae propositionis. Quis dicat, illicitum esse iurare sine animo iurandi formaliter, & sine gravi causa; licitum, vero iurare sine animo iurandi materialiter, & cum gravi causa? Hinc enim amplius suppeteret modus eluden- di omnes propositiones damnatas. Iuramen- tum Confessarii ad testandum sigillum alio pro- fuso modo Patres & antiqui Theologi ex- plicant. De hoc fufius infra. Et doctrina Patris Viva clare inferitur, illicitum esse iurare sine animo iurandi materialiter cum gravi causa; illicitum vero iurare sine animo iurandi formaliter ex quacunque causa, sive levi, sive gravi. Inquit namque, ideo esse damnatam propositionem, quia solum vult li- citum esse ex causa aliqua, sive levi, sive gravi, loqui formaliter, & iurare absque ani- mo iurandi. Ergo ex causa solum gravi, aut gravissima licitum erit iurare sine animo iurandi. Id legitime consequitur ex doctrina P. Viva. Eiusmodi interpretationem repugnant doctrinae Ecclesiae nemo non videt, ut ego quidem sentio. His suis commentis P. Do- minicus Viva non raro eludit, & ad nihilum redigit propositiones damnatas.

X. Ratio autem damnatae propositionis e- videns est. Quia qui iurat sine animo iuran- di, sine verum iuret, sive in re gravi, sive in re levi, semper committit mendacium. Qui enim dicit, iuro, & reipsum animo in- terno non vult iurare, mentitur. Mendacium vero nunquam est licitum. Accedit menda- cium istud sacrilegium esse, eo quod divini nominis usurpatione utatur. Tandem iurare sine animo iurandi in magnum societatis huiusmodi damnum vergit.

XI. Quæst. III. An qui iurat falsum in materia gravi sine animo iurandi, peccet mortaliter? Resp. Affirmative respondent omnes, quoniam extensa invocatio divini nominis, in confirmationem salutaris, apud homines magnum parit scandalum, & divine verita- tis gravissimam iniuriam irrogat. Quamad- modum enim qui thus idolo adoleret sine animo adolendi, reus foret idololatricæ; & qui verba blasphemica sine animo blasphemandi pro- ferret, peccaret mortaliter peccato blasphemie exterioris: sic eadem, aut pari ratione gravi- ter peccabit qui ad confirmandum falsum, divinum testimonium extensus invocabit sine animo illud invocandi.

XII. Quæst. IV. An qui iurat falsum in materia levi sine animo iurandi, peccet morta- liter?

liter? Resp. P. Viva loc. cit. n. 8. videtur de- fendere tanquam probabilem, opinionem do- centem non esse peccatum mortale iurare fal- sum in materia levi sine animo iurandi; ra- tionemque allegat pro hac opinione: Potissimum quam asserit, perit a paritate iuramenti promissorii, & voti, quorum transgressio in ma- teria levi non est peccatum mortale, sed ve- niale. Idem igitur dicendum concludit de iuramento exteriori sine animo intero iurandi. Noveque hanc rationem, quam fufius explicat, re- solvit, solum refert. Vericelli, qui oppositum, licet non facultatem relinquit alteram eligen- di sententiam. Falsum esse principium cui Vi- va innititur, nos iam demonstravimus e. r. g. r. r. quod etiam admissio non inferat conclusio quam Viva deducit.

XIII. Propterea dico, certum esse quod iurare falsum sine animo iurandi, etiam in materia levi, sit peccatum mortale: tum quia gravitas pronuntiationis divini nominis non tam desinitur a gravitate materiae, in cuius confirmacionem invocatur, quam ab infinita dig- nitate, & maiestate divini testimonii, & in- create veritatis; tum quia sicut in idololatricæ, & blasphemiae parvitas materiae non datur, ita neque in iuramento sine promissorio, sine asser- torio. Accedit quod quaelibet maxime de iuramento asseritorio loquitur, seu de iuramento absolute sumpto, immo, ut advertit Suarez Lib. III. cap. xvii. n. 1. fictio tantummodo lo- cum habet in iuramento asseritorio, quoniam fictio sine intentionis, sine verborum comititur solum dum iuramentum concipitur, & profertur. Patet autem, peritium absolute sumptum etiam in materia levi, esse pecca- tum mortale. Et quia sententia ista a nemine, quem viderim ego, in dubium revocatur, nisi a P. Viva, ideo a longiori probatione abstinere non audeo.

XIV. Quæst. V. An qui iurat verum sine animo iurandi, peccet mortaliter? Resp. Ca- jetanus 2. 2. p. lxxxix. ar. 7. dub. penult. Covarrubias l. par. 3. §. 5. n. 3. Armilla, vii. Per. Filgerna in expos. prop. damnat. insinuat partem affirmantem, quia est illativo divini nominis; & deceptio contraria fini primario iuramenti. Suarez Lib. III. cap. xvii. n. 6. nimis rigidam reputat hanc opinionem, si- mul tamen probabilem esse desinit. Nihilominus contrariam ut probabiliorum defendit, cui accedunt Cardenas dissert. xviii. in propo- sitione cap. 11. Castro. disp. 1. punct. 8. Bo- nacioa disp. xv. q. 1. punct. 7. Lessius Lib. II. de iust. & iur. cap. xlii. dub. 8. n. 42.

Sanchez Lib. III. cap. vi. Viva in propo- sitione n. 7. La-Croix Lib. III. par. 1. dub. 14. n. 276. qui omnes docent, iurare verum sine animo iurandi in materia levi esse tantum peccatum veniale, dummodo non fiat iuramentum in iudicio, in contractu, aut in simili circumstantia, in qua proximus parti possit aliquod detrimentum. Ratio illorum Do- ctorum est, quia mandacium quod quis com- mittit, dum verum iurat sine animo iurandi, neque Deo, neque homini est iniuriosum: non Deo, cum in confirmationem veritatis exte- rius invocetur; non homini, quia pro certo ponitur hoc iuramentum confirmandum non esse vel contractum, vel quidquam in quo homo perferre possit aliquod grave damnum; & licet proximus decipiatur, quia hoc iuramen- tum supponitur fieri in humano commercio, deceptio tamen non est gravis, quia grava- damnum non inferit. Hæc sunt rationes istius sententiae.

XV. Advertendum est, plures ex citatis Auctoribus recentitiam sententiam docuisse, tan- quam propositio damnaretur ab Innocentio XI. Qui vero post damnatam propositionem scripserunt, contendunt, idcirco illam damna- tam fuisse, quia in ea asseritur licitum esse iurare sine animo iurandi, & ex quacum- que causa, sive levi, sive gravi. Ceterum ipsi docent semper esse illicitum iurare sine animo iurandi, potissimum ex quacunque causa: ideo le servare dicunt sensum damna- tae propositionis.

XVI. Prima sententia Cajetani, Armilla, aliorumque vera est. Quis satis probabile est contrariam opinionem in propositione damna- ta contineri. Et revera si semel admitteretur in nostra esse facultate demere verbis signifi- cationem formalem, seu quam verba præfer- rent secundum omnium intelligentiam, & libere materiam, ideo nihil significan- tem (perinde ac si diceretur: *Bliri*, in- quit, P. Viva) totum humanum commercium contraxit necesse est. Verum de hoc in sequentiis. Nunc rationem proximam, cur nobis vera appareat sententia quae sustinet, peccare mortaliter eum qui iurat verum sine animo iurandi. Et primo opus non est ut in memoria revocem, iuramentum tantæ esse penes omnes gentes dignitatis & vene- rationis, ut nonnulli urgente causa adhiberi debeat. Omnes docent, utrum iuramentum, etiam in confirmationem veritatis facti, & absque ulla deceptio, esse peccatum veniale deobsequi iudicii, vocaturque a D. Thoma iuramentum incautum. Certum pariter est ut-

tantem sine animo iurandi committere mendacium: ique concedunt contrarie sententia patroni. Extra disputationem est iuramentum sine animo iurandi, duo peccata venialia, & in hoc certum, seu linea graviora committere. Deinde gentes est, prater hanc duo gravia peccata venialia, intervenire abulium iuramentum, quia mendacium ipsum sacro iuramenti velamine obducitur. Quamquam enim non inconvectur divinum testimonium in confirmationem mendacii interni, sed illius veritatis, quam iurans confirmare intendit, atamque in ipso iuramenti abulio mendacium obtegatur. Deum qui negare nadebit iuramentum sine animo iurandi, non illudere divino testimonio, & iniuriam dicitur veritati inferre, dum sub illius invocationis patrocinio mendax animus occultatur. Ut autem sepius dixi, gravitas malitie in abulio iuramenti non sumitur a gravitate rei super quam iuramentum cadit; sed ab infinita dignitate illius nominis quod in testem adducitur. Verum quia quæstio illa tota fere speculatrix est, & nimium a praxi remota; ideo longius eam discutere nolo. Quæ enim occurrere causa potest ut quis verum iuret & simul animum non habeat iurandi? Id sane prestare nequit, nisi filius.

XVII. Quæst. VI. An qui deliberate iurat sine animo iurandi, etiam profert iuramentum? Resp. Committit Auctores docent, verum non adesse iuramentum ex defectu intentionis necessarie ad iuramentum; & memo hoc in dubium revocatur. Sed ad præsertim eorum que dicta sunt claritatem lubet præpositam quæstionem brevissime discutere. Ut igitur quod ipse sentio, paucis exponam, dico, eum qui serio, & deliberate invocatur divinum testimonium in confirmationem veritatis, dicendo, *Per Deum ita est*, verum profert iuramentum, & vere iurare, quamquam animum habeat non iurandi. Ad hoc movetur, quia non pendunt ab hominis voluntate verborum significatus, & effectus. Ergo potest quod homo semel velit deliberate & serio Deum invocare in confirmationem veritatis, nequit amplius interno animo efficiere ut invocatio illa non sit iuramentum. Atque ut clarius rem eam percipias, animadvertas oportet, in homine sic iurante duas reperiri intentiones invicem contrarias, & pugnantem. Prima intentio & deliberatio est, quia reipia iurans invocatur Deum in testimonium, & externum iuramentum profert. Secunda, quia non vult iurare. Hæc dux deli-

beratæ intentiones mutuo se collidunt, & una alteri prævalet. Quamvis vero? Reversus prior, quia hæc efficax est, effectiviorque parit, nempe externa iuramentum. Secunda intentio inefficax est, & velleitas quedam, non voluntas efficax. Hinc manifeste consequitur, iuramentum illud externum esse verum iuramentum, eo quod a deliberata voluntate profertur.

XVIII. Oblicies. Iuramentum pendet ab intentione iurantis; at qui iurat sine animo iurandi, non habet intentionem iurandi; ergo reipia verum non profert iuramentum, sed externum dumtaxat sonitum iuramenti. Resp. Idcirco propositi hæc obiectionem, ut evidentius eluceat sententia nostra. Primam itaque propositionem concedimus, secundam negamus, seu claritatis gratia distinguimus: qui iurat sine animo iurandi, non habet intentionem efficacem iurandi, nego; inefficacem, concedo. Ea intentio dicitur efficax, quæ parit reipia effectum. Prima intentio, quia quis serio & deliberate invocatur divinum testimonium in confirmationem veritatis, dicens, *Per Deum ita est*, efficax est: producit enim suum effectum, nimirum externum divini testimonii invocationem. Secunda intentio, quia iurans statim se nolle iurare, languida est, & inefficax, a priori collata, & lubida. Quandoquidem in mutuo conflictu iurandi, & non iurandi vincit prior intentio, vi cuius iuramentum prolatum est, seu Deus in testem vocatus; & externum iuramentum omnibus apparuit, & audientes pro iuramento illud susceperunt, & denique ipse iurans videri voluit hominibus quos alloquitur, verum iuramentum promississe. Secunda interea intentio vim non habet impediendi significationem quam producit illa verba, *Per Deum ita est*, eo modo quo secunda interpretatio qua mercator nolle proferre merces in mare, non impedit intentionem primam qua reipia eadem proferit. Sunt ergo due intentiones ambig interse. Sed prima dicitur potest externa, quia effectum externum producit, nempe invocationem divini testimonii; secunda dicitur mere interna, quia nihil ab extrahit. Vellet utique impedire ne illa invocatio externa esset verum iuramentum; at id præstare nequit; quia eo ipso quod prima intentio prævalet proferendi serio & deliberate illa verba, quæ verum iuramentum continent, non potest amplius voluntas in verbis adinvenire propriam significationem.

XIX. Quæst. VII. An qui ex inconsideratione solum iurat, sit reus perjurii, & peccati

est mortaliter? Resp. Sæpius homines inopinatum iurant rem aliquam, quam non ad verum, utrum sit vera, vel falsa. Si ex lapsu lingue, id est sine advertentia, id accidit, fundamentum ad id interpretandi hunc hominem non habuisset intentionem invocandi Deum in testem. Si autem quis advertat, & iuret, peccat mortaliter. Ita respondet D. Thomas 2. 2. quæst. xxviii, art. 3. ad 2. *Ille qui ex lapsu lingue solum iurat, si quidem advertat se iurare, & solum esse quod iurat, non excusatur a peccato mortali, sicut nec a Dei contemptu; si autem hoc non advertat, non videtur habere intentionem iurandi, & ideo a crimine perjurii excusatur.* Summo opere consideranda sunt illa Angelici verba ex *lapsu lingue*: id enim dicitur ex lapsu lingue profertur quod prater intentionem profertur. Quamobrem interpretatur Angelicus eum non habere intentionem iurandi qui ex lapsu lingue, id est prater intentionem, profert verba quæ iuramentum continent. Iuramentum ergo ab intentione pendet, quatenus homo debet scire, & advertere se profert verba quæ iuramentum essentur; & dum advertit, scit verba quæ profert, vim habere invocandi divinum testimonium; immo dum advertit eiusmodi verbis reipia se invocare Deum in testem, & nihilotenus ea verba deliberate profert, tunc iurat, etiam si intentionem non habeat, immo si intentionem etiam contrariam haberet non iurandi. Distinguenda insuper est hæc Angelica phrasit, ex *lapsu lingue*, a prævalet consentidine, de qua infra. Qui enim iurare solet, habitumque iurandi contraxit, quamvis non advertat se iurare, dum iuramentum profert, non dicitur iurare ex lapsu lingue, sed ex pessimo habitu. Illi possunt dumtaxat dici iurare ex lapsu lingue qui nullo modo iurare solent, nisi necessitate cogente. Illi, inquam, quandoque ex lapsu lingue profert verba quæ iuramentum

continent, quin intentionem habeant iurandi, seu quin intentionem habeant profertendi illam divini testimonii invocationem.

XVI. Quæst. VIII. An qui iurat sine animo se obligandi, reipia obligatur? Resp. Sylvest. verb. Iur. 4. q. vii. Azorius I. Part. Lib. XI. q. 11. Bonacina II. Tom. disp. xv. q. 1. punct. 6. n. 3. Sanchez Lib. III. Sum. cap. 2. n. 8. Cætopalpus tract. xvi. disp. 11. punct. 2. n. 6. negantem defendunt opinionem, eo quod qui iurat sine animo se obligandi, revera non iurat: quia, cum obligatio pertineat ad essentiam iuramenti, vel sit quidquam iuramenti essentiam consequens, qui non vult hæc obligationem, neque vult ipsum iuramentum. Porro, si verum iuramentum non fit, nulla obligatio erit exequendi quod fuit iuramento promissum fieri.

XXI. Contrariam sententiam defendunt Caietanus 2. 2. q. lxxxix. art. 7. Socus Lib. VIII. q. 1. art. 1. Becanus q. 14. Aragonius 2. 2. q. lxxxix. art. 7. Sayrus in Clero. Reg. Lib. III. cap. vi. n. 8. Valentia 2. 2. disp. vi. q. vii. punct. 2. Lellius de iust. Lib. II. cap. xlii. dub. 2. 38. Suarez Lib. II. cap. vii. & plures alii. Hæc sententia probabilior, & mihi vera videtur. Ratio per se est. Quia iuramentum, ut adversarii ipsi fatentur, includit obligationem velut quid ad essentiam ipsius iuramenti pertinet; vel ut quid eandem essentiam consequens. Ergo qui deliberate vult iuramentum, eadem voluntate etiam id velle debet quod necessario ipsum iuramentum consequitur. Præsertim argumentatio qua adversarii utuntur, nulla est. Siquidem posterior intentio, quæ inefficax est, nequit priorem destruire. Quamquam prior intentio reipia habet suum effectum, nempe iuramentum prolatum. Ergo ex his duabus intentionibus prima prævalet, & secundam succumbit. Res ex se patet. Consulte ea que dicta sunt quæst. vi.

mentiarum falsitas nulla est, quum qui peccatum de latere mentitur, aut relictionem pro peccatis suscipiat, aut falsitas de dissimulatione curacionis agitur, & oportet secundum Apostoli doctrinam, sermone modestum sese esse conditum. Iacobo tunc Spiritus sancti falsitatis affectum mendaciam conditionibus temperavit dicens: Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum: ut crimen mendacii in commodo habeat. Altero. Commentaria in hunc Platynum D. Hilarij esse, delendunt post multas varietate considerationis emenditissimas Eusebii Benedectini in annotationibus quas hunc Platino praemittunt. Ernandi D. Hilarij occasio fuit Origenes.

V. D. Isaacus Chrysolomus, non fecit Hilarij opinionem Origens hanc obscure amplectatur esse videtur Tom. II. hom. VII. de peccat. ubi mulierem Raab commendat ob mendacium, quae exploratores periculis omnium furci subtraxit, his verbis. Digna igitur omnia laude Raab Ecclesia imago. Nam cum a Rege missi sunt qui exploratores perquirerent, dicitur eis: Si ingressi sunt ad te, viri? Respondit eis: Etiam ingressi sunt. Primum veritatem edixit, atque ita mendacium inducit. Nonquam enim mendacium per se creditur, nisi veritatem prius ostendere occurrerit. Ideo qui modo ad persuadendum apud mentiantur, primo vera dicunt, atque ea quae apud omnes in confesso sunt: ac deinde mendacia & dubia inducunt. Ingressi sunt ad te exploratores? Respondet etiam: Si vultis a principibus in confesso sunt. Sed & ingressi sunt, inquit, & egressi sunt: haec via: persequimini, & comprehendite eos. O pulchrum mendacium! O pulchrum dolum divina non prodentem, sed pietatem custodientem! Plura alia quae adducere possem, praetere. Neque vitio mihi quinquam vertat, quod ab hoc novo sanctum Ecclesiae Doctorem celebratum immuncem non afferam. Quoniam, ut id praedictum, nulla imbecillitati meae via patet; eorumque plaudo eruditioni, & acumen qui ab hac levi macula Chrysolomus doctrinam intaminatam evincere sibi blandiantur. Illud tamen illi advertant, aquam cribro colligere, dum ideo ostendere conantur Chrysolomum non patrocinari mendaciam, quia pluribus in locis mendaciam inprobatur ex initiis. & data opera prolucet. Quandoquidem omnes ad unum Scriptores absolute mendaciam detestantur, omnique argumentorum genere eisdem malitiam evincunt. In hoc quaestio vertitur, num ur-

gente necessitate erudiendi aliquid eximissimum malum, ut hominum mortem, licitam mendacium sit. Afirmat Chrysolomus, et ego quidem arbitror. Qui oppositum demonstraverit, magnam mihi erit Apollo.

VI. Discipulus D. Ioannis Chrysolomi fuit Ioannes Cassianus, qui fise a preceptore fuit, fise ab Origene hunc ebibent errorem, audientis ceteris omnibus iuris antecessoribus quindecim capitibus suo calamo controverfiam tractat in collatione XVII. Est pluribus pauca delibabo. Cap. XVII. Itaque taliter de mendacio sententiam, atque ita eo utendum est, quasi legitur et in illis elabour: quod, si mentiarie rationali modo sompnas fuerit, sit salubris; tatem oblique summi discriminis necessitate peccatum praesentis exitu est. Ita namque etiam sanctus ac probatissimus Deo vir venerabiliter legitimus usus fuisse mendacium, sicut Raab &c. Quando igitur aliquod grave imminet de veritatis consilio discrimen, tunc mendaciorum sunt percipienda fuge. Cap. XIX. Plura tum ex veteri, tum ex novo testamento auctoritates, & exempla deprimunt in mendaciorum commendationem. Et cap. XX. Quibus, inquit, eruditissimis exemplis beatus quoque Apostolus Iacobus, omnique illius Ecclesiae primitiva praecipua Principes, Apostolum Paulum ad sanctissimum firmamentum corroborant. Tunc enim necessarium, ac venialiter acquiescit mendacium detrimendum, quando natus, ut diximus, imminet de veritatis consilio discrimen, & utilitas quae nobis de veritate confertur, compensat illa quae gerendum sunt damna, non praevaleat. Cap. XXI. plura testimonia praefert ex iplo Evangelio, quibus contendit mendacium non licitum modo, sed etiam necessarium. Cap. XXII. XXIII. & XXIV. exempla allegat plurium sanctorum Monachorum, & Abbatum, qui mentiti sunt, eo quod exultarunt sublimioris virtutis esse, tegero continentiam humilis mendacio quam patere superbo veritatis iudicio. Cap. XXV. Incolta recenset, ut valitius de licito, & necessario mendaciorum usu, seu medicamine, opinionem confirmet. Impossibile, ait, nobis est breviter summoque praecavere. Quis enim enumerare sufficit annos propendium Patriarchas, Sanctisque innumerabiles, alios pro vita satamine, alios pro benedictionis desiderio, alios pro alicuius occultatione mysterii, alios pro zelo Dei, alios pro examinatione veritatis,

patronum, ut ita dixerim, assumptis mendacium. Haec pauca peritranale sufficit, ut compertum fiat, Cassianum omnia argumenta quae recentiores Theologi pro licito sequivoerorum usu obtrudunt, produxisse ad offendendum pluribus in eventibus necessario, honeste quae adhibenda esse mendacia.

VII. Duos alios, ne prolixior sim, Auctores recentis ae illis qui mendacio sunt patrocinati. Ioannes Climacus gradu duodecimo false suae hae scribit. Ubi nos ab omni mendacii vanitate liberos servemus, tum denique, loco & usu exigente, non sine timore tamen, quandoque licetis vane mendaciorum subicere. Martinus Dumenfis Lib. quatuor virtut. card. cap. IV. ait: Quid si aliquando contuleris uti mendacio, utere, non ad falsi, sed ad veri custodiam: & si contigerit fiduciam mendaciorum, non mentieris, sed patius excusaberis: quia ubi honesta causa est, iustus secretis non praedit: tatem enim sacer, loquenda loquitur.

VIII. Plures alios Auctores mendacio faventes referre possem. Sed, ne nimia prolixitas fastidium lectori pariat, finem huc capiti imponam verbis divi Augustini, qui testatur, suo tempore communem fuisse sententiam quae docebat licitum esse mentiri pro hominum salute. Haec enim habet, LXVII. in Levit. Post omnibus videtur quasi ubi nemo laeditur, pro salute mendicandum est.

IX. Heinc calomniant, & decipiendi imperitos aniam arripient heterodoxi, nullius licet Patres esse auctoritatis. Sed audax impolluta plures iam prolifigata. Nam quod aliquis sanctorum Patrum interdum in aliqua perdifficili controverfia, quae illorum tempore nondum pro dignitate discussa erat, lapsus sit, nemo est qui eari inficias. At propterea ne inferendum, parvi faciendus esse Patres, dum unanimi consensu aliquam delendum doctrinam? Verum haec obiter. Alibi de hoc fatus sermo.

CAPUT II.

Reverentiae Auctores qui ante, vel circa Augustini tempora mendacio bellum indixerunt. Post Augustinum Catholicorum novo fuit mendacio.

I. ARriboteles, Platonis discipulus, magistri de mendacio errorem reiecit Lib. II. Ethic. cap. VIII. ubi scripsit, mendacium laeste natura pravum esse, detestandumque, veritatem bonam, laeque dignam.

Sed, nisi Ethnici, christiane professionis Doctores in medium afferam.

II. Primum omnium chorum ducat Lactantius, qui Lib. II. de divinis institutionum aperte mendaciam insecratur his verbis. Cetera quae observare ceteri Dei debent, facilia sunt, illis virtutibus comprehensis, aut nocenti casus. Etenim nefas cum qui veritatis fides, in aliquo re esse fallacem, atque ab ipsa quam sequitur, veritate discedere. In hac insitit, virtutis quoque omnium via nullus mendacio locus est. Itaque vitare non verum ac iustum non dedit illud Lucilianum.

Homini amico, & familiari non est mentiri nemo: sed etiam inimico, atque ignoto excusabit non esse mentiri suum: nec aliquando committet ut lingua interpres animi a sensu, & cogitatione discordet. Non inficitur, iustitiae laudis possidum, utrum scilicet pro hominum illa servanda, vel summi momenti secretis occultandis liceat mentiri. Ceteram simul assero, Laetantium ac ponere principia quae cuiusque officio mendacium vitium prohibent, damnantque. Cum enim statuat, neque amico, neque inimico mentendum: cum infidat, nonquam permittendum ut lingua animi interpres a mentis cogitatione discordet, ac mendacium locum, & omnem finem excludit eventum in quo licitum mendacium fit.

III. Similia docent Eusebius Caesariensis, D. Basilus in Regalis brevibus, D. Prospero Libro contra Cassianum, ubi cap. IX. Tu nos subditis, inquit, dicitur, & geminas fidei intelligis, pravitates dicendo damnas, misendo inficitas. Haec lege, haec regula poterit praedicare, quod tam errent qui dicunt semper esse fallendum, quam qui desuntium nunquam esse fallendum. Sed ut in neutro peccetur, utrumque sectandum: quia nec semper deludenda falsitas, nec semper negligenda sit veritas. Fallit te praesens opinio tua: de duobus malis unum fieri bonum non potest. Duos Cassiani errores hic refellit D. Prosper: alterum, quod bonorum operum initia quandoque gratis, quandoque natura admittat; alterum, quod interdum fallitate, interdum veritate utendum doceret.

IV. Ferrandus Ecclesiae Carthaginensis Diaconus in oratione ad Comitum Regionem haec habet. Sis saltem sermo verus. Est esse, non non non: & si iuramento intercedat, sine cessante, nitatur in veritate certissimi permanere.

vere. Divina namque est veritas. Unde multum veraciter Filius Dei dixit: Ego sum veritas. Et sicut de caritate recitamus Iohannes dixisse: Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in illo: ita similiter in vestris dicitur, non mentitur: Qui manet in veritate, in Deo manet, & Deus in illo manet. Proponimus igitur veritatem cunctis utilitatum temporalibus, & non esse in concione humanis divina proponere.

V. Divus Gregorius Magnus Lib. XVIII. Moral. cap. III. Omnis mendaciorum iniquitas est. Et omnis mendaciorum iniquitas, quia prodest illi acquirere discrepat quidquid avertatur descendat. Summopere cavendum est omnino mendaciorum, quoniam nunquam sit aliquid mendacii genus culpa levioris, si quisquam praesens mentitur. Sed quia scriptum est: Qui quod mentitur, occidit animam: Perde omnes qui loquuntur mendacium: hoc quoque mendacii genus perfecti vix saniores fingunt, ut nec vita cuiuslibet per coram fallacians defraudatur, ne sua anime mesant, dum praestare vitam carni situatur aliene. Nonnulli vero ex oblectatione fallacia conantur illud, hoc mendacii genus non esse peccatum, maxime quod, illis mendaciorum scriptum est, quia reddidit illis Dominus domos: in quo magis recompositio cognoscitur quid mendacii culpa mereatur. Nam benignitas carum merces, quae eis in aeterna parat vita retribuit, pro admixta culpa mendacii in terrenam est recompositio mentis deservit, ut in vita sua, quam mendando tueri voluerint, ea quae fecerint bona percipiant, & ulterius quod expectant mercedis suae praemium non habeant. Nam, si subterfiantur, amore profectis vita mentis sunt, non intentionis mercedis. Parvendo quippe conate sunt infamiam vitam tegere, mercedem suam.

VI. Tres alios indicabo: quia posteriores omnes Scriptores mendaciam omnia detestati sunt. Ambrosius Lib. IX. in Apocalypsum explicans illa verba. Et cunctis mendaciorum pars illorum erit in Regno ardenti, relatis auctoritatibus Gregorii, & Augustini contra mendacium, hic concludit. Unum sane firmiter debemus retinere, nullum mendacii genus inultum manere, quod hic relaxatum non fuerit praesentis, vel quilibet opere pietatis. Sanctus Gregorius VII. Lib. IX. epist. 11. ad Alphonsium Regem Hispaniarum ait: Non ignorat prudentia tua mentiri peccatum esse, si & de verbo otioso in districto examine exigenda est ratio. Sed ne mendacium quidem quod fiat pia intentione propter a culpa pe-

nitur innocens esse probari potest. Hoc idcirco praescribitur, ut cum in ceteris illud peccatum esse non dubitaveris, in Sacerdotibus quasi facillimum cunctis. Alexander III. Scriptura sacra prohibet pro alterius via mentiri: cap. Super ex Extra de iur.

CAPUT III.

Compendiaria narratio eorum omnium quae sanctus Augustinus scribit in Libro de mendacio.

LUT iam capite superiore indicavimus, ante tempora Divi Augustini plures Auctores usum mendacii in extrema necessitate pro vita hominum servanda, aut pro alio damno propellando, licitum propugnabant. Cassianus pro ceteris nullum non movit lapidem, ut hanc opinionem Scripturam antonine rueret, nisi Divus Augustinus e contrario impugnetur mendacii palam omnibus praescribit. Omnia adversariorum argumenta, paradoxa, & sophismata sibi opponit, quae ipse eas omnes obeliones excogitavit, eos omnes eventus, seu casus sibi proponit quos summo suo ingenio indicavit mendacio posse favere, ut nihil intactum, nihil indissolubile praetermitteret. Et, quoniam eos omnes casus ventit quos recentiores tractant Theologi, eademque omnes difficultates veritas, idcirco operae pretium exillimavi tanti Patris dispensationem ob lectorum oculos referre, ut hinc colligere valeant, quantum Augustini doctrina recentiorum inventus distet. Hunc de mendacio Librum scripti Augustinus anno circiter 392. ut observant Patres Benedictini. Omnia epoto brevia in hoc Libro continetur, ea quae prope breviter in hoc Compendium redacta illuc transferant. Proceum praefati Libri hic verba incipit.

II. Magna questio est de mendacio, quae in ipso quotidianis actibus nostris saepe conturbat; ne aut tenere accusamus mendaciorum quod non est mendacium, aut arbitremur, aliquando esse mendacium bono quodam, & officioso, ac misericordioso. Porro, (cap. I.) exposito controversiarum statu, excluditque (cap. II.) a praesenti questione verbis iocosis, quorum significatio omnibus patet; illud (cap. III.) animadvertit, nec semper mendacium qui fallunt emittit, nec semper mendacium esse immonem qui verum profert. Quippe haud est mendacii reus qui fallunt profertur, repatit esse verum. Contra, mendax habetur qui verum dicit exillimatum fallum. Qua-

propter ille mentitur qui aliud habet in animo, & aliud verbum, vel quibuslibet significationibus enunciat. Cap. IV. querit, an ille qui mentitur, debeat habere fallendi animum, vel alias veritas difficultates. Cap. V. id quod totius Libri caput est, tractandum affluit, utrum scilicet aliquando mentiri expediat. Qui id defendunt, opponunt exempla Sicut Iacob, & obiter egyptiarum. Adverbum incommoda gravissima quae interdum manifestationem alicuius veritatis consequuntur; ut mors illius qui non nisi mendacio liberari potest; & agroti afflictio, si veritas quae ei displicet, illi manifestetur. E contrario qui mendacium in omni eventu illicitum existimant, validius argumentantur divinis verbis innixi: atque ad exempla quae ex veteri testamento afferuntur, responderi, antiquos Patres non esse mentitos, quoniam plura figurate praedicebant. Quod si eorum quispium qui bona intentione mentiri fuerint, laudatus reperitur, non abierunt impugnatorem, ad commendatorem qui fallendi animo mentiantur. In Libris postea novi testamenti, si qualem ipsius Redemptoris figuratas locutiones excipias, nulla similia reperiantur exempla, quae ad imitationem provocent mentiendi. Simulatio autem Petri, & Barabae non solum non commendata, veram etiam reprehensa, atque reprobanda est. Ab istius simulationis culpa immunitatem ostendit Paulum, cum Timotheum circumcidit; ubi plura in Pauli defensionem afferunt.

III. Incommoda porro quae ex veritatis revelatione consequi opponunt, (cap. VI.) ubi facit mentiorum impugnatorem, ad verum animam ad divinum intendentes Scripturam, quae minatur, Quod quod mentitur, occidit animam, ordinis perversionem reputant, propriam animam spiritualiter perimere, ut alter corporaliter vivat. Neque ad hoc caritas urget, quod, sicuti nosmetipsos, non pliquam nosmetipsos, proximum diligere iubet. Quod si a recto ordine recedit qui mortem oppetit temporalem pro alterius corporali vita; quanto magis hanc doctrinam regulam excedit qui aeternam suam vitam pro alterius temporali amittit? Illi vero qui loquuntur mendacium, & indignantur, si noli aliquis mendacio perimere animam suam, ut aliquis feneat in carne; quid, si etiam forte nostro, quid, si adulterio liberari possit aliquis de morte? Idcirco ne furandum est, aut mendicandum? Quid, si laqueum ferat homo, & supponit petat, confiteatur quod sibi celum legitur, nisi ei evoceatur quod peris; num-

quid attendendum erit? Quod si absurdum, & nefarium est; cur animam suam quisquam manducato corruptat, ut alter vivat in corpore? Proinde non est in illa questione attendendum, nisi utrum scilicet natura iniquum sit mendacium. Quod cum iam supra ostensum sit; idem erit querere, utrum pro quibus saluti mentiri aliquis debeat; ac si queratur, utrum pro alterius salute iniquus esse aliquis debeat. Quod si respicit animam saluti, quae non potest nisi aquirate servari; quare non solum aquirat, sed etiam nostrae saluti temporali praefere debemus; quod revocare in dubium poterit, nunquam omnino mendicandum esse?

IV. Quoniam veto (cap. VII.) corporis castitas ipsa vita priorior est, quare potest, an homo licite mendacio uti valeat, quo pudicitiam iustitiam vitet, ut si strupator iterum, qui postit mendacio devitari. Facile respondeatur, nullam esse pudicitiam corporis, nisi ab integritate animae pendat, quae dirupta, cadat necesse est, etiam si intacta videatur. Nullo modo igitur animis licet mendacio corrupti pro corpore suo, quod licet manere incorruptum, si ab ipsi animo incorruptio non recedat. Quod enim violentum, non precedente libidine, patitur corpus, veritatis potius quam corruptio nominandum est. Aut, si omnis vexatio corruptio est, non omnis corruptio turpis est; sed illa quae libido procuraverit, aut cui libido contentetur. Quanto autem animus praesentior corpore est, tanto sceleratius corruptitur. Ibi ergo servari potest pudicitia, ubi nulla nisi voluntaria potest esse corruptio. Certe enim, si strupator corpus in valetur, cui nec vi contrari possit, nec illo contentio, vel mendacio vitari, necesse est fateamur, aliena libidine pudicitiam non violari. Quapropter, quoniam nemo dubitat meliorem esse animam corpore, integritati corporis integritas animi anteposenda est, quae in aeternum servari potest. Quis autem dixerit, integrum esse mendicantis animam? Etenim libido quoque ipsa recte definitur appetitus animi quo aeternis bonis quilibet temporalia praeponeatur. Nemo itaque potest convincere, aliquando esse mendicandum, nisi qui poterit ostendere, aeternum aliquod bonum obtineri posse mendacio. Sed cum tanto quilibet aeternitate discedat, quanto a veritate discordat; qui autem mentitur, a veritate discedit; ab infirmitate est dicere, discedendo in de posse ad boni aliquod quempiam pervenire. Aur, si ei aliquid bonum aeternum quod non

non complectatur veritas, non erit verum; & ideo nec bonum, quia falsum. Sicut autem animus corpori, ita etiam veritas ipsi animo præponenda est; ut eam non solum magis quam corpus, sed etiam magis quam seipsum appetat animus. Si autem Lot, cum ita iustus esset, ut Angelos etiam hospites suscipere mereretur, stuprandas filias Sodomitis oblectat, ut seminarum potius ab eis corpora quam virorum corrupterentur; quanto diligentius, atque constantius animi castitas in veritate servanda est; cum verus ipse corpori suo quam corpus viris corpori feminæ præferat.

V. Hinc colligere quisque valet, nec intentione æternæ salutis attendende mentium esse; quin subdit (*cap. xiii.*) æternæ salutis ianam occludi, si mendacio aditus aperitur. Primum enim salutis fundamentum fides est. Hæc sane vacillat, si semel concedatur, licitum esse viros bonos mentiri. Quomodo enim credendum est ei qui patitur aliquando esse mentiendum? Nam & tunc mentiri valet, cum præcipit ut sibi credatur. Unde enim sciri potest, utrum & tunc habeat aliquam salutem, sicut ipse perat, officiosi mendacii, exultimans falsa narratione hominem territum posse a libidine cohiberi; atque hoc modo etiam spiritualibus se consistere mentiendi arbitretur? Quomodo enim aut non est credendum bonis; aut credendum est eis non creditis debere aliquando mentiri; aut non est credendum, bonos aliquando mentiri. Horum trium primum perniciosum est, & secundum stultum, Tertium ergo ut nunquam mentiantur boni.

VI. Sic illa quæstione (*cap. ix.*) ex utraque parte considerata, atque tractata, non tamen facile ferenda sententia est; sed adhuc diligenter audiendi qui dicunt, nullum esse tam male factum quod non in devotiori peioris facilius sit: pertinere autem ad facta hominum, non solum quodique faciunt, sed quod quisque etiam cum confessione patiatur. Unde si exiit causa ut eligere vir christiani iustificare idolis, ne confiterentur lupro, quod persecutor ei, nisi faceret, impugnat: recte videntur querere, cui non etiam mentiretur, ut tantam illam turpitudinem devicaret. Ipiam enim confessionem, quæ stuprum pati mallet quam iustificare idolis, non passionem dicunt esse, sed factum: quod ne faceret, elegit iustificare. Respondet, quod si talis confessio suo facto habenda sit, homicidæ sunt etiam qui occidi maluerunt quam falsum testimonium

dicere. Itaque confessio non est dicendum; quoties non approbamus quod factum; quin, quantum in nobis est, prohibemus ne faciant. Erravit proinde ille qui, ut impediret, non alii in suum corpus peccarent, tunc adolevit idolis. Sed reponunt: Quomodo non facis cum eis; si hoc illi non facerent, si tu illud fecisses? Respondet Augustinus, hoc modo nos frangere ianam cum effraactoribus, qui, si eam non clauderemus, illi non frangerent. Præfatus quæstionem proponit, & dirimit. Debit ut igitur stuprum potius perpetui quam iustificare? Si quis quid debet; neutrum debuit. Si enim dixero, aliquid horum debuisse, aliquid horum approbabo; cum improbum utrumque. Sed inquit, quid horum potius debuit evitare. Sed inquit, utrumque non potuit, sed alterutrum potuit; respondebo, iustum peccatum potius quam alienum. Quin levius iustum quam grave alienum vitandum illi est. Denique quæstionem nodum in hoc vertere concludit, num scilicet mendacium delinax esse peccatum, eum quis eo vitatur, ut pudicitiam corporalem custodiat.

VII. Si sermo sit de mendacis perniciosis, qui alienam famam ledunt, responderet Augustinus (*cap. x.*) nunquam non licite posse alterius nomen obsecrare, ut impediamus sive proprii, sive alieni corporis stuprum. Quæstionem nec ob eiusmodi mala, vel graviora alia declinanda, licet aliquando in religionis negotio mentiri. Immo nec ideo in doctrina religionis mentiendum est, ut ad eam ipsam facilius quilibet perducatur. Errata enim, vel leviter diminuta auctoritate veritatis, omnia dubia remanebunt: quæ, nisi vera credantur, teneri certa non possunt.

VIII. Quo similitur confitendo, de ceteris mendacis lectius disputatur. Itaque (*cap. xi.*) omnia mendacia quæ iniuste aliquem ledunt, removenda sunt, quemadmodum & illa quæ, quamvis non obliant alteri, nulli tamen profunt, & obliant illis ipsis qui mentiantur. Denique vitanda sunt etiam mendacia illa quæ isola appellantur, quibus idcirco mentientes utuntur, ut placeant hominibus, amocionemque efficiant hominum conversationem.

IX. Illis generibus sine ulla dubitatione damnatis, sermo (*cap. xii.*) recurrit de mendacis officiosis, quæ nemini nocent, & alicui profunt. De hoc mendaciorum genere tota est controversia, utrum liceret hæc mendacia illi nocent qui ea profert, ut alteri proficiat; & an nocumentum quod patitur mentientis, compensetur bono quod mendacium con-

sequi-

sequitur. Respondet, nunquam mendacium licitum esse, etiam si nulli nocent, & alicui proficiat: alioquin licitum foret furripere divitiis superfluis copias redundanti tritici modium donandam pauperi, qui magnum experiretur commodum, cum nullum lentiret dives detrimentum; liceret quoque tunc falsum testimonium dicere ad occultandam pauperis fursum. Quo quid dici potest adversus? Sed quia reponi posset, idcirco hoc mendacium illicitum esse, quia eo peccatum alicui obicitur, propterea consequenter queritur, an liceat mentiri, quando mendacium nulli nocet, alicui proficiat, nullumque occidit peccatum. Respondet. Si propterea non peccamus mentiendi, quia nullus peccatum tegamus & nulli obimus, & alicui proficiamus, quid agimus de ipso peccato mendacii? Ubi enim positum est, Ne fursum feceris, ibi positum est, Ne falsum testimonium dixeris. An occultare peccatum non licet, & facere peccatum licet? An fortasse falsum testimonium non est, nisi quando quisque ita mentitur, ut aut crimen confingat in aliquem, aut alicuius crimen occultet, aut quoquo modo querquam in iudicio premat? Si ita est, quid ergo, si ad Christianum confugiat homicidæ, ut videat quo confugit, & hac de re interrogetur ab eo qui ad suspicium querit hominem humanis interfecerit? Mentiri non est? An mentiri ad tegendum alienam peccatum malum est, mentiri autem ad tegendum peccatorem non est malum? Quid, si ad iudicem ductus, de ipso loco ubi ille occultat, interrogatur? Dicitur es: Aut non ibi est ubi fecis eum esse: aut non novi, & non vidi, quod noli, & vidisti? Dicitur ergo esse falsum testimonium, & occultas animam tuam, ne occidatur homicidæ? Quid, si de iusto, atque innocente, ubi lateat, licens a iudice interrogari, qui tamen ad mortem a maiore potestate iustus ubi rapit, & ille qui interrogat, exequitur iustus, non conditur? An ideo non erit falsum testimonium quia pro innocente mentiris, quia non iudex, sed executor interrogat? Quid, si ipse conditor legis interrogat, aut quilibet iudex inquis ad suspicium querens innocentem? Quid facies? Falsus reus, an proditor eris? An inter crimen falsi testimonii, & proditoris dubius remanebis? Quanto ergo fortius, quanto excellentius dicere: Ne proditor, nec mentiar. Fecit hoc Episcopus quondam Tagallensis Ecclesie Firmus nomine, firmior voluntate. Quidni faciemus dem & nos tum coram iudice, tum extra

iudicium, ut impleamus quod scriptum est: *Falsum testimonium non dices: illudque suspicium vitentis: Perdes omnes qui loquuntur insidiam.* Aliquando vero queritur a nobis, non ubi sit, sed utrum sit, an non sit in illo loci occultatis innocens? Ubi hi esse finis, tacendo eam prodimus; vel etiam si resertimus, nequaquam non esse dicturos, utrum ibi sit, an non sit, pariter prodimus, ac si dixit illum occultandem. In hoc ergo articulo sic respondere debes: *Scio ubi sit; sed nunquam monstrabo, nec mentiar.* Hæc sola responsio valet alio mentem quæsitores distrahere, & ab eo loco in quo innocens occultatus inerat, avertere. Tunc vero, quidquid toleraveris, ne eum prodas, non solum non culpabile, sed etiam laudabile iudicabitur.

X. Ex his quæ hæcenus dicta sunt, patet, inquit Augustinus (*cap. xiv.*) octo esse mendaciorum genera. De septem iam satis dictum fuit. Reliquum nunc est de octavo, & ultimo genere verba faciamus. Hoc autem mendacium est, cum mentitur ut ab aliena vi corporis pudicitiam teamur. Antequam vero sententiam dicat in hoc mendacii genere, levioris examine testimonia Scripturarum quæ mendacia damnant, suscipit emulcanda. Quod maturam, leviorum examine incipit *cap. xv.* illudque perducit usque ad *cap. xix.* Varias extendit interpretationes, quibus utriusque sententiæ defensores divinarum Scripturarum textus proprie accommodabant opinionis. Ex quibus omnibus summo studio perpenis illud colligit, neminem posse ex divinis Scripturis offendere, aliquod reperi testimonium quod aut amandam, aut non odio habendam sit. Sed interduin latendum est quod odium (*cap. xviii.*) ut quod amplius detestandum est, devitatur. Sed in hoc erroris homines quod subdant præsertim vitiosus. Cum enim concesseris admittendum esse aliquod malum, ne aliud gravius admittatur, non ex regula veritatis, sed ex sua quæque cupiditate, atque consuetudine meritis malum, et si potest gravius quod ipse amplius extorret, non quod amplius reveret, sequendum est. Hoc totum ab amoris perperisio rigentur vitium. Cum enim dicitur sine vitio esse semperna, quæ divinitus provellitur: obsecra temporalis, ita quæ non iustus: cum quæque sitam temporalis amplius diligere capere quam illam sempernam, propter hanc quam diligit, putat omnia esse facienda; nec ulla estimat graviora peccata quam quæ hinc vita faciunt vitiosam, & vel ei commoditatis aliquid vitæ, & illius austeritatis, aut eam peccatis illa-

illata morte admittit. Itaque fures, & raptores, & homicidii, & raptus, & adulterii, & fornicationis magis adveniat quam loquor, stridor, luxuriosus, si nulli misisti sunt. Sed his omnibus oppositae sunt regulae quae nobis servandas veritas praescribit. Haec docentur forenter, prudentissime tolerare aliena peccata, quae bona corporis nobis admittunt, nam illi soli qui astringunt, peccant, & a vita aeterna impelluntur; minime vero peccant si qui damna patiuntur. Quae autem sanctitatis, religionisque causa serventur, cum violare iuribus voluerint, etiam peccati minoribus, non tamen vitium alicuius, si candido proponitur, & facultas datur, remedia sunt. Et tunc non illa desinit esse peccata quae propriam gratiam vitanda suscipiunt.

XI. Potro haec sunt (cap. xix.) Iuxta sanctitatis causam conservari debent, pudicitia corporis, castitas animi, veritas doctrinae. Corporis pudicitia sine nullo libero consensu non violatur. Quisquam enim nobis invitis, maiore vi prevalente, contingit in nostro corpore, nulli impudicitia est; & permittendi potest esse aliqua ratio, contentiorem autem nulla. Animi vero castitas est in sincera delectatione, quae non corrumpitur, nisi cum amamus, atque appetimus quod amandum, & appetendum non esse veritas docet. Colligenda est ergo sincere dilectio Dei, & proximi, in hac quippe castitas animi sanctificatur. Veritas autem doctrinae, religionis, atque pietatis non nisi mendacio violatur. Summopere igitur doctrinae veritas a mendacio cultodenda est, ut si castitas animi fuerit violata, habeat unde reparatur, quoniam, corrupta auctoritate doctrinae, nullus aut carus, aut recurfus esse ad castitatem animi potest.

XII. Animi castitas sermonis sinceritate constituitur: quae est minus violatur, cum quis menditor, ut pudicitiam corporis custodiat, violatur tamen, & id violatur quod in castitate, & sanctitate animi servandum est. Unde cogimur, non opinione hominum, quae plerumque in errore est, sed quae omnibus superminet, atque una invictissima est, veritate praefere pudicitiae corporis animi sinceritatem, fidem, lex veracem sermonem. Castitas animi amor est ordinatus, non subsidens maiora minoribus. Minus est enim quiddam in corpore, quam quiddam in animo violari potest. Cum quis corpori tuo vim inferat, vides, non tuam, sed alienam irumpere libidinem. Cave tamen ne contentiendum si particeps: quia pudicitia corporalis

non corrumpitur, nisi violetur in animo, quo non contentiente, nullo modo corrumpitur pudicitia corporalis, quicquid fuerit in corpore aliena libidine perpetratum. Quamobrem quod in nobis est, utrumque sanctis moribus, & conversatione muniendum est, atque sapiendum, ne aliunde violetur. Quando autem utrumque non potest, sed alterutrum periculo iacturae subiicit, nemo non videt, anteponendam esse pudicitiae corporali animi castitatem; & in peccatis magis propriam quam alienam culpam vitandum.

XIII. Elucet itaque (cap. xxi.) *discreta omnibus, nihil aliud illa refertur scripturam invenire, nisi nunquam esse omnino mendacium.* Quare quidem nec ulla exempla mendaciorum in scriptura digna in verbis, haec igitur Scripturas invenientes, quod ad eas attingit Scripturas quae ad nullam figuratam significationem referuntur, sicuti sunt res gestae in Actibus Apostolorum. Nam Domini omnia in Evangelio, quae imperitioribus mendacia videntur, figuratae significationes sunt. Numquam igitur mentium: quoniam ex octo mendaciorum generibus, quae supra recensita sunt, nec unum licitum est. Quisquis autem esse aliquid genus venulari quod peccatum non sit, putaverit, decipit seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

CAPUT IV.

Compendium Libri contra mendacium, quem D. Augustinus scripsit ad Cosentium.

IN VOIS erat quaedam animadversione, compendiarie narrationi superioris Libri de mendacio adicere; sed meliore consilio deliberavi, nullo interposito diverticulo, utrumque Libri veluti imaginem quandam adumbrare, ut lectores unico quasi intuitu mentem D. Augustini explorare valeant. Deinde ad utrumque Librum paucas adiciam observationes. Et, antequam ad rem accedam, inquirere lubet, cur D. Augustinus Librum capite superiore in compendium redactum, de mendacis transcribendum suspicio, quem in praefatis transcribendum dixerit. Diverse inspicimus rationem ipsemet Augustinus prole lib. I. Retrahit cap. vi. *Proprietas illius inscriptio est contra mendacium, istius autem de mendacio. Quoniam per istam tuam oppositio est operis mendacis; istius autem magis in investigandis dispositione versatur.* Ut enim penitus exhauriret controversiam, in

priori Libro de mendacio quodammodo problematico disputavit: adversariarum rationes, non obiter, sed ex professo in medium attulit, atque in pleno lumine collocavit; responsa quoque exhibuit: & quaecumque mendacia illicita demonstravit. In praesenti vero Libro contra mendacium communis rem est aggressus, atque conferta manu mendacia omnia proferre suscepit. Hunc edendi Librum officinam Augustino suppeditavit Priscillianus, quorum perniciosior erat error, licitum homini esse mendacis, immo & periculosius proxima religionis profolutionem abcondere. Hinc extrinsecus Catholicorum simulantem religionem, cum Catholicis commercium inibat, securusque sub tali larva belum evangelice veritati indicabant. Et quoniam difficillimum erat lupos istos, ovium pelibus contextos, ab ovili Christi propellere; Catholicorum quidam minus prudentes, ut elatum clavo repelleret, Priscillianitas se se effingebant, quo eorumdem impia dogmata facilius deprehenderent. Hos errores ut proferret Augustinus, Librum edidit contra mendacium.

II. Et in primis statuit (cap. i.) neque mendacia mendacis, neque latrocinia latrocinis, nec adulteria adulteris exterminanda esse. Priscillianitas est haec (cap. ii.) impii opinio, quae sanctos Martyres ex honore; immo vero auferit omnino sancta martyria. Mendaciorum multa genera sunt, quae quidem omnia (cap. iii.) universaliter solidae debemus; cum nullum reperire liceat quod veritati oppositum non sit, sicuti luci tenebrae, pietati iniquitas, & sanctitati infirmitas. Hac tenet admitta mentendi opinione, omnis humana societas de medio tollitur. Si enim suspicetur Priscillianitas catholica dogmata non mendaciter loqui, ut nescio quid aliud occultemus quod verum putamus; certe talia suspicandi dicitur es: Haec tunc ideo fecit, ut exponerem te. Sed quid respondens dicenti? Unde igitur scio utrum etiam tuum illi facias, ut capitis a me? Sed nunc advertite, quod tolerabilis Priscillianitas (cap. vi.) in nostra comparatione mentiarum. Nam Priscillianitas loquitur, quia ita credit. Catholicus autem non ita credit, quoniam sic loquitur. Ille ergo blaspheumat nesciens, iste sciens. Numquam igitur (cap. vi.) in religionis negotio mentium. Nam, si licita forent mendacia, animo illuminandi hereticos dicta (cap. vii.) possent quoque causa esse adulterii eodem animo perpetrata. Interest quidem plurimum, quae causa, quo sine, qua

incentione quid fiat: sed ea quae consilium esse peccata, nullo bonae causae obtentu, nullo quod bono fine, nulla veluti bona intentione faciendi sunt. Bona intentio dimovere (cap. vii.) quidem interdum potest peccati malitiam; minime vero efficere quin sit peccatum quod soape natura peccatum est.

III. Verum, quod latendum est, ita humanos animos quaedam compensativa peccata perturbant, ut etiam putentur (cap. ix.) debere laudari, ac potius recte facia dicantur. Quis enim dubitet grade esse peccatum, si pater prostituit filias suas fornicationibus impiorum? Et tamen extirpi causa qua hoc Lot debere se facere extulimavit. Quid hic dicemus? Si hanc aperimus viam, & committamus minora, ne alii maiora percontemur, ito limite, immo nullo limite cuncta flagitia resanantur. Sed hic error tunc perfissimus (cap. x.) pravalet, cum de mendaciis agitur. Siquidem peccata non esse illa mendacia existimant quae proferuntur: idque Scripturarum exemplis demoustrare contendunt. Quae tamen (cap. xi.) aut mendacia non sunt, aut sunt mysteria; vel, si mendacia, minime sunt imitatione digna. Nam, si Prophetarum, & Patriarcharum dicta, sive facta (cap. xii.) ad eas res referantur propter quae significandas ita facta, vel dicta sunt, reperitur significationes esse veraces. Sunt quaedam huiusmodi etiam Salvatoris in Evangelio, quia & ipse Dominus Prophetarum Propheciae esse dignatus est. Cuius plurima dicta (cap. xiii.) figuratam habent significationem. Qui vero dicit (cap. xiv.) iusta esse aliqua mendacia, iusta pariter afferere debet aliqua peccata. Quo (cap. xv.) quid absurdum dici potest? Ea enim quae contra legem sunt, iusta esse non possunt. Dicitur autem: *Lex tua veritas.* Id ergo quod est contra veritatem, iustum esse non potest. Quis autem dubitet, contra veritatem esse mendacium omne? Nec exemplum obstruimus Egyptianum, vel Raab prodest mendacii defensoribus (cap. xvi.) Quoniam non iniquitas linguae mendacis, sed affectus misericordis animi compensationem meruit temporalem.

IV. Sed dicit aliquis: Ergo ne obstruatur illi, atque Raab (cap. xvii.) melius fecissent, si nullam misericordiam praesentem volendo mentiri? Immo vero illi multiter Hebraeae, si filiae fuissent caelestis Hierusalem, nec mentire fuissent, & ministeria de occidenda parvulis iherissime recensissent. At, inquit, ipse mortuae fuissent. At vide quid inde

in de consecutum fuisse. Regnum aeternum obtinuerit, id est mercedem incomparabiliter ampliore quam domus illas quas sibi fecerant. Sed quid dicendum de muliere Hierichantina? Nonne, si quaerentes civem non fecisset mentiendo, verum dicendo latentes hostes prodidisset? An potuisset interrogantibus dicere: *Sic ubi sunt? sed Deum timeo, non vos probo?* Potuisset huc dicere, si tant scilicet vera iustitiam, in qua dolus non est, quod tanta erat per intercordium Dei transferre ad cultorem Dei? Verum illi hoc audire, iugiter, vitam peremissent, & dominum iurati non sunt. Sed namquid commiserunt scilicet ut illos etiam quos diligenter occiderat, invenissent? Propeherat enim castissima mulier, & ibi eos poterat ubi latere potuissent, etiam illi mentientem iudicium non fuisse. Ita & illa, si tantam a suis civibus tulisset occidit, per intercordium onere vitam illam foverant, pretiosa in conspectu Domini morte fructus, & erga illos eius beneficium inane non fuisse. Sed iniquis quod, si ad illum locum ubi eos occiderat, si a quibus quaerantur, persecutando omnia pervenissent? Lito modo ubi potest? Quid, si miserabilissima, atque culpabilissima, non solum mentientem, verum etiam peccatorem, credere voluissent? Nempe etiam hic consecutura fuissent quae timendo mentita est. Et ubi ponimus voluntatem, ac potestatem Dei? A quo enim eandem potest mulier mendacium iuravit, ac potestatis, est illa mentita non fuisse, utique calumniaria. Nisi forte oblitus sum, hoc fuisse in Sodomis factum, ubi maleculi in maleculos nefanda libidine accendi, nec ostium domus, in qua erant quos quaerant, invenire poterant: quoniam vir iustus in caussa omnino similis pro suis hospitiis mentiri noluit, quo Angulos esse nesciebat. Et certe potuisset talia respondere quaerentibus, qualia in Hiericho mulier illa respondit. Sed homo iustus noluit pro corporibus hospitiu animam suam maculari mendacio, pro quibus voluit corpora filiarum ab aliene libidinis iniquitate vni perire.

V. Admonet tamen S. Doctor, non esse hoc dignum imitatione in eo quod filias illas prandias obtulit Sodomitis. Unde vocat quod non omnia loquar a sanctis, vel a iustis viris legitima facta, transferre ad impios in morte. (cap. ix. illius Libri.) Faciat ergo (perlequitur cap. xviii.) homo etiam pro temporali hominum salute quod potest. Cuius auctorem ad hunc articulum citatum fuerit, ut tali saluti con-

fuleret, nisi peccando, non possit, iam se extimeret non habere quod faciat, quando id relictum esse postpexit quod non recte faciat.

VI. Verum, quia homines sumus, & inter hominum vivimus. Lateoque memordm esse in eorum numero quos componuntur esse in rebus humanis vincit lenius humanus, nec resistere valeo, cum multi dicunt: Ecco gravi morbo periclitari aegrotus, quos iam vix esse non possunt, si ei morbus unicus & castissimus visus puniatur, si te quaerit, an vivat, quem visum fuisse tu non nosti, quid respondebit, tam fustile tu non, quid responderis, quando, quid aliud dixeris praeter unum de tribus, *Aut mortuus est, aut vivit, aut nescio*, nihil aliud credit ille quam mortuum, quod te intelligit timere dicere, & nolle mentiri? Tandem saltem, etiam illi omni modo tacueris. Et illis autem tribus alio salta-tur, *non, & nescio*, non abs te dicit polunt, nisi mentiendo. Illud autem unum verum, id est mortuum esse, si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occidit clamabitur.

Et quis ferat homines exaggerantes quantum sit mali salubre mendacium deviant, & homicidam diligere veritatem? (Iea praedice forte veritatem homicidam mendacio quod vitam conserit.) *Movet hic oppositio benevolent, sed mirum, si istam sequentes.*

Cum enim propolito ante quaelcumque oculos cordis mei intelligibilium illius procedit, in de causis ero nihil tali procedit, & quamvis ubi radians magis magisque clarescit veritas, ubi palpant magis reverberat infirmitas, tamen sic amore tanti decurrit ascendor, ut constia quae inde me revocant, humanam contemnam. Sed multum est ut ille intantum perleveret affertus, ne in tentatione desit effectus. Non me movet contemplantem luminis fontem, num, in quo mendaci tenebrae auctant, quod nobis mentiri volentibus, & homicidibus vero audito morientibus, homicidibus veritas. Numquid enim si suppositum dicitur veritas, Numquid enim si suppositum expellat impudica, & te non contentum te, levo amore perturbata moriatur, quae homicida erit & castitas? An vero, quia homicidam Christi bonus odor fuit in omni genere. *Christi bonus odor fuit in omni genere, & in his qui salvi sunt, & in his qui perierunt: alius quidem odor vanae gloriae, alius autem odor mortis in mortuum, etiam odorem Chnili pronuntiabilis hominidam?* Sed quia homines sumus, & nos in huiusmodi quaelibus, & contradic-

nibus plerumque sperat, aut saepiat lenius humanus; ideo mox & ille subiecit: *Et ad hoc quis idoneus?* (1. Cor. xi. ver. 15.) Huc accedit, ubi miserabilis euandum est, quod si concellerimus pro salute illius aeri de vita filii eius fuisse mentiendo, iam palliatum, iniquitatem locucit hoc malum, & brevibus oculibus ad tantum acervum mendaciorum sceleratorum sensum salutarando producit, ut nonquam possit peritus inveniri, ubi tante pesti per minima additamenta in immensum convalescentia possit oblati. Unde providentissime scriptum est: *Qui medica spernit, pessimum dedit.* Quid quod vitae huius tales amatores, ut eam non dubitent praenotare veritati, ne homo moriatur; immo ut homo quandoque moriturus, aliquando lenius moriatur, non tantum mentiri, led etiam peccare nos volunt, ut videlicet, ne aliquanto citius impleat vana salus hominis, nomen Dei nostri accipiamus in vaporem? Et sunt in eis docti, qui etiam regulas signate sineque constanti quando debent, quando non debeat peccari. *O ubi estis fontes lacrymarum? Et quid facimus? Quo sumus? Ubi nos occubimus ab ira veritatis, si non solum negligimus curare mendacia, sed audemus insuper docere peritiam? Videmus enim insuper asserere, defensorque mendacii, quale genus, vel qualia genera mentiendo eos insinuant debet. Saltem in Dei cultu concedant non esse mentiendo, saltem se ipse a peritiam blasphemiam constant. Saltem in Dei nomine, ubi Deus testis, ubi Dei sacramentum interpositum, ubi ab divina religione sermo promittit, sine consensu, nemo mentitur, nemo laudet, nemo docet, & praecipiat, nemo iudicium deat esse mendacium.*

De ceteris mendaciorum generibus eligat sibi quod pntat esse mistissimum, atque in nocentissimum mentiendi genus, cui placet esse mentiendum. Hoc scio, quod etiam qui docet oportere mentiri, verum docere se vult videtur. Nam, si salium est quod docet, quis falte velit audere doctrinam, ubi & fallit docens, & fallitur discens? Si autem, docere se aliquid vult invenire discipulum, docere se aliquid verum, cum doceat esse mentiendum; quomodo erit illum ex veritate mendacium, Ioanne Apollolo reclarantem: *Omne mendacium non est ex veritate?*

est verum, nemini est omnino studendum. Sed agit partes suas infirmis, & causam vincibilem faventibus turbis se habere proclamat: ubi contradicit, & dicit: *Quomodo apud homines, qui proculdubio si falluntur, avertuntur a pernicie vel aliena vel sua, periclitantibus subventum mendacium: si non humanus ad mentendum non inclinet affectus? Si patienter nos audiat turba mortalitatis, turba infirmitatis, respondendo aliquid pro negotio veritatis. Certe pia, vera, & facta castitas non est veritate est: & si quis adversus eam facit, profecto adversus veritatem facit. Cur ergo, est non possit aliter periclitantibus subventum, non committit supram, quod ideo est contrarium veritati, quia contrarium est castitati; & ut periclitanti subventur, loquor mendacium, quod ipsi aperit, sine est contrarium veritati? Quid apud nos tantum promerit castitas, & offende veritas? Cum omnis ex veritate sit castitas, & sit non corporis, led mentis castitas, veritate in mente habet, sicut & corporis castitas ... Sed perfectior est, ait aliquis, solidus cibis. Multa enim secundum veritatem relaxant infirmitati, quamvis fincissime nequaquam placeant veritati. Dicit hoc quisquis non metuit quae consequentia metuenda sunt, si fuerit aliquo modo aliqua permilla mendacia. Nullo modo tamen tantum sunt persistentia confidenda, ut ad peritiam, blasphemiamque perveniant. Nec aliquid causam propterea oportet obtendi, cur debeat peccari, vel quod est excusabile, cur Deus debeat blasphemari. Non enim, quia pro mendacium blasphemiam, ideo non blasphematur. Petis quippe hoc modo dici non poteri, quia pro mendacium peccatur. . . . Quisquis itaque dicit pro periclitantis hominis salute temporalis, vel vitae esse mentendam, nimis ipse abstinere exorbitat aeterna salutem, & vitae, si dicit in ea causa etiam iuramentum pro Deum.*

VIII. Sed aliquando (cap. xx.) nobis ipsius quoque salutis aeternae periculum opponitur, quod saluti temporali, & aliter non potest, depellendum esse clamatur. Velut, si quicumque baptizandus in potestate sit imperium, atque infidelium constituitur, ad quem perveniri non possit, ut havo regenerationis abluatur: sed deceptus mentiendi custodibus. Ab hoc inviolabilissimo clamore, quo conitur . . . pro aeterna hominis salute mentiri, quo confugium, nisi ad te veritas? Et mihi ab te

VII. Non est ergo verum (cap. xix.) aliquando esse mentiendum: & quod non

proponitur castitas. Cur enim, si custodes illi, ut nos ad baptizandum hominem admittant, supra illi possunt, non facinus contraria castitati; & si mendacio decipi possunt, facinus contraria veritati, cum procal dubio nulli esset fideliter amabiles castitas, si non eam precipere veritas? Proinde, ut perveniant ad hominem baptizandum, fallantur mentiendi custodes, si hoc iubet veritas. Sed quomodo iubet veritas, ut homo baptizetur, esse mentiendum, si non iubet castitas, ut homo baptizetur, esse mendacium? Cur autem hoc non iubet castitas, nisi quia hoc non docet veritas? Si ergo, nisi quod veritas docet, facere non debemus, cum veritas docet, non propter hominem baptizandum facere quod contrarium est castitati; quomodo non decebit facere propter baptizandum hominem quod ipsi est contrarium veritati? Sed sicut oculi ad intuerendum Solem parum firmi, ea tamen quae a Sole illustrantur, libenter intuentur; sic animae iam valentes delectari pulchritudine castitatis, non tamen omnino per se ipsam considerant veritatem, unde haeret castitas, possunt ut cum ventum fuerit ad aliquid faciendum quod adversum est veritati, ita resurgunt, & exhorrent, quemadmodum resurgunt, & exhorrent, si faciendum aliquid proponatur quod adversum est castitati. Ille autem filius qui verbum sublepti a perditione longe aberit, & nihil falsi ex eius ore procedit, tam sibi clausum deputat, si ad subvertendum homini per mendacium, quam si per (supra) transire cogatur. Et Pater exaudit orantem, ut valeat sine mendacio subvenire, cui vult Pater ipse, cuius inscrutabilia sunt iudicia, subvenire. Talis ergo filius ita observat a mendacio, sicut a peccato. Nam & mendacii nomen aliquando pro peccati nomine ponitur.

IX. Aut ergo cavenda mendacia (cap. xxi. & ult.) recte agendo, aut consentienda sunt peccatis: non autem cum abundant infeliciter vivendo, agenda sunt & docenda. Sed eligat qui hoc putat, unde subvertent periclitanti homini ad quamlibet salutem, qualicunque mendacia, dum tamen & apud tales obtineantur, nulla causa non ad petendum, & blasphemandum oportere prodici. Ita latenti scelera vel ampliora scriptis, vel certe non minoribus indicemus. Namque cogitandum est lapsurum, homines, de quarum adulterio

suspiciantur, ad iusiurandum provocare conatus suas: quod utique non facerent, nisi crederent, etiam illas que non timebant perpetrare adulterium, timere posse periurium. Quia & revera nonnulla impudicia, que non timebant illicito concubitu viros fallere, eidem viros quos sefellant, timebant Deum testem fallaciter adhibere.... Et si tantum sibi utarip infirmitas, ut ei aliquid venialiter permittrat quod improbat veritas; tamen, ut inconscie tenes, & defendas in divina religione nunquam omnino esse mentiendum: latentes vero, sicut nec adulteros per adulteria, nec homicidas per homicidia, nec maleficos per maleficia; ita nec mendaces per mendacia, nec blasphemos per blasphemias esse quaterendos, secundum ea que tam multa in hoc volumine disputavimus, ut vix ad eum terminum quem loco isto fiximus, veniremus.

CAPUT V.

Quam opportuna sit Augustiniana doctrina ad controversiam de iuramento doloso dividendam, & sequentibus propositionibus palam fiet.

UT quisque percipere facillime valeat, quam opportune controversie difficultima de iuramento doloso promeritis Augustinianam adversus mendaciorum doctrinam, libet in antecessum quaedam propositiones generales exponere, quae veluti connectaria ex D. Augustini doctrina colliguntur. Has propositiones simplici narratione ob oculos ponam: quoniam infra, cum recentiorum doctrinam explicuero, de eisdem sermo recurret.

PRIMA PROPOSITIO.

II. Omnes difficultates quae recentiores versant, & omnesque casus praxim spectantes in materia equivocationum, & restrictionum, D. Augustinus in Libris de mendacio, & contra mendacium sub examen inducit. Si quidem sub initium disputationis testatur se velle sermonem insinuare de his locutionibus mendacibus quae in quotidianis sermonibus multum animam conturbant: quoque sine traditionis momenta prodit alterum; ne quis perperam mendacii damnet id quod mendacium non est; alterum, ne licitum aliquando habeatur mendacium. Magna quaestio est de mendacio, quae nos in ipsis quotidianis actibus nostris saepe contrahat; ne aut te-

nere

nere crevisimus mendacium quod non est mendacium, aut arbitretur aliquando esse mendacium huiusmodi quodam, & officio, ac infirmitatibus mendacio. Lib. de mend. cap. 1.

SECUNDA PROPOSITIO.

III. Credo disputationis Augustinianae in duobus recentis Libris potissimum in eo vertitur, ut rationes praebantur pro veritatis occultatione in negotiis summi momenti, ut pro tuenda vita, pudicitia, sigillis custodiendis. Augustinus autem nulla suo divino ingenio reperire remedia potuit praeter haec quae sequuntur. Primum est silentium: inquit namque Lib. cont. mend. cap. x. *Plerumque enim vera non ostendendum occultamus, sed taceamus.* Alterum est aperta, & invidiosa significatio, qua quis protestatur, se scire veritatem, sed nolle eam prodere. *Scio nisi scit, sed Deum timeo, non eo prodo. Nec prodam, nec mentiar.* Nullam aliam viam occultandi veritatem agnovit Augustinus. Non restrictiones internas, non materiales locutiones, non verborum amphibologias, non alia iniuriorum inventa.

TERTIA PROPOSITIO.

IV. Evidens est, recentiorum plurium doctrinam de mendacio fuisse Augustino, ceterisque tum antecessoribus, tum posterioribus Patribus, & ipsis mendacii defensoribus, omnino ignotam. Immo tamquam saltem illud improbarunt, eo quod definitum, non occultare non posse veritatem nisi vel silentio, vel aperta significatione volendi eam prodere.

QUARTA PROPOSITIO.

V. Nullam, ut ego quidem existimo, inter Callianum, alioque mendaciorum amatores defensores, & recentis quosdam Theologos in controversia hac reperitur dissimulatio, nisi quod antiqui mendacium vocabant mendacium in extrema, aut gravissima necessitate dictum, nimirum ad occultandam veritatem in rebus summi momenti, ut ad tuendam corporis pudicitiam, vitam, alienaque aeternam salutem procurandam, idque sicuti allebantur: contra recentiores plures alunt, mendacium in his eventibus, immo in rebus longe minutioribus, non esse mendacium; sed dictum amphibologicum, aut neutrum, aut restrictionem, quae olim dicebatur

mere mentalis, nunc externa nuncupatur, vel denique locutionem nihil significantem.

QUINTA PROPOSITIO.

IV. Omnia argumenta quae recentiores afferunt in favorem restrictionum mentalium, potissimum ea quae ex facta Scriptura repetunt, Callianus cum ceteris Patribus licentiae patris prolixius produxit ad ostendenda licentiae mendacia.

SEXTA PROPOSITIO.

VII. Deterioris conditionis est opinio plurium recentiorum quam antiquorum qui mendacia officiosa adhibenda esse dicebant, tamquam extrema remedia ad evadendam mortem, ad tuendam alterius vitam, ad procurandam aeternam salutem proximi; recentiores vero qui propugnant restrictiones omnino mentales, quae mendacia esse iam definitum edocent; homines posse eisdem uti, quoties illi utile esse cognoverint ad salutem corporis, honorem, & res familiares tuendas.

SEPTIMA PROPOSITIO.

VIII. Aliqui recentiores qui scripserunt post damnatam ab Ecclesia opinionem restrictionum mentalium, laxius scripserunt, ut ego quidem arbitror, salvo semper meliore iudicio, quam antiqui, & moderni alii restrictionum mentalium patris. Si quidem ultimi recentiores quidam, omisiss restrictionum mentalibus, quia proleptis, docent; homines mentales esse eos mentem designare, & torquere in venandis verbis ambiguis, vel inaequivocorum verborum collocazione, vel in aptandis mentis restrictionibus ipsis verbis, ut vult Sanchez, de quo infra. Ab his, inquam, innotuimus praefati ultimi recentiores liberant fideles, docentque eos debere ad tuendum, non vitam, non pudicitiam, sed res suas familiares in fronte importuniti interrogatoris vibrare *responsum nego*; nimirum debere absolute, & sine incommodo restrictionem, aut equivocationem, eos negare se habere mercedem, cuius pretium emptor nunquam solutum quisque: quoniam tunc verba nihil significant, & homo loquitur tamquam pluiticus.

OCTAVA PROPOSITIO.

IX. Quod in doctrina quorundam recentiorum, aut restrictionem, quae olim dicebatur

tiorum summopere deplorandum videtur, illud est quod non modo adfirmant, non esse mendacia, quae antiquis mendacia sunt; verum etiam doceant, locutiones quas ipsi materiales vocant, licite posse iuramento confirmari.

CAPUT VI.

Historia narratio doctrinae quam recentiores plures excogitarunt ad scandalizandam conscientiam. Recentiorum restrictiones pure veritatis, non pure materiales, & approbationes, & amphibologiae, & locutiones materiales.

Postquam D. Augustinus suis Libris ex professo mendacia impugnavit, omnes christianae professionis Doctores Augustino accenserunt, & mendacia detestati sunt. Superfluum dico Patrum, & Doctorum catalogo sacculi censuram texere: quoniam nemo unius nunc dubitat, quin Patres post Augustinum, & Theologi catholici omnes mendacia peccati damnent, & in quocumque evertant, ut illicita remedia ad occultandam veritatem relicta. At, quia occultatio veritatis frequentissime necessaria est, tum ad custodienda secreta, tum ad innocentiam, pudicitiam, vitamque corporis, & aliae domestica bona tuenda; idcirco omnes ingenii vires exeruerunt Doctores, ut remedia huiusmodi assequendo necessaria praeberent. Augustinus suo prope divino ingenio non alia nobis remedia, quibus veritatem in mente nostra occultant custodivimus, reliquit, nisi haec, Silentium, Soto, sed nec prodam, nec mentiar. Sequentes Patres nihil aliud excogitarunt. D. Thomas, sicuti in ceteris, ita in hac materia Augustinianam doctrinam adoptavit. Scriptores nobis viciorum, S. Raymundus, S. Antoninus, Caleranus, Sylvester, Soto, Navarro, Angelus, alique, verborum aequivoconum, & eorum tamen quae usque nunc nota sensum exterrimam duplicem habent, invenerunt usum, quem tamen prius aliqui indicaverant. Tandem decimo saeculo eadente, & decimo septimo ineunte saeculo, cum morum Theologia acris fustulgoque in scholis & academijs tractari cepit, restrictionum mentalium inventum prodit: & brevi intervallo temporis adeo invaluit, ut non Casulisti modo, verum etiam Theologi qui prima implebant sublellia, eadem mentales restrictiones ad veritatem custodiendam licitas oppugnarent. Ut ergo lectores exquisitam habeant notitiam doctrinae quam eiusmodi

Theologi tradiderunt, eam sibi transferendam propriis ipsorum Auctorum verbis expressam. Si enim in compendium Augustini doctrinam contra mendacium redactam ab oculis positi, quo comperia esset illius temporis controversia, congruum est ut istorum quoque Theologorum sententiam promamus. Porro ceteros inter recentiores Theologos, qui latius, immoque laxius controversiam hanc pertractaverunt, sunt Sanchez, & Tamburinus. Istorum ergo doctri- nam synopsim persequamur.

II. Sanchez Lib. III. in Decal. cap. vi. n. 15. Postquam abique mendacio verba usurpavit, licet ex sua significatione non sint ambigua, nec eum verum sensum admittant ex se, nec ex circumstantiis occurrentibus; sed tamen verum sensum reddant ex aliquo mente praesentis retento, quodcumque illud sit, ut si quis (hic incipit propositio damnata ab Innocentio XI.) vel solus, vel eorum alius, sine interrogatio, sive propria sponte, sive recreatione consilia, sive quocumque alio sine iure se non fecisse, aliquid quod verum fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam. Sanchez habet aliam sententiam: & haec est vera lectio: mendacium liquidum inest in propositione damnata, vel quocumque alio additum verum, sicuti non mentitur, nec est perjurus. Huiusmodi propositio damnata. Sed tamen cum (persequitur Sanchez) non dicit veritatem determinatam, quam audientes concipiunt, & verba in se significant, sed aliam veritatem disparatam. Plures sunt opinionis patronos recentel, nimirum Navarum, Valentiam, Salomonem, Tolerum, Marnuelum, Philiarum, Suarez, Leonardum. Probat vero suam sententiam auctoritate Christi Domini, qui Ioan. vii. dixit: Non ascendam ad diem festum. & tamen inquit Sanchez) statim ascendit: quae tamen crato vera sunt ex addito mente Christi retento, scilicet, non ascendam manifeste: quoniam sentiam ea verba ex se non faciunt. Plura alia argumenta tum ex Scriptura, tum a ratione petita promittit, quae missa facio, ut alia sua doctrinae regulas describere persequar.

III. Eodem capite n. 10. haec habet. Quae vere utendi his amphibologis est, quaeque id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, rei familiaris tuenda, vel ad quae libet aliam virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censetur tunc expedita, & studiosa. Haec est propositio xxvii. ab Innoc.

Innocentio XI. damnata. Addit vero n. 22. sub finem; causam utendi his amphibologis esse posse iocum, seu recreationem. Verum, inquit, si iuramentum adesse, esset manifesta culpa. At sola esset venialis.

IV. Idem n. 24. Postquam alius iuridice rogatur, quocumque tenetur ob aliquam causam ferre testimonium, ut quis notabile delictum ipsi legitur &c. Quia cum ea causa excusata non tenetur, vere dicit se nescire, non vidisse, non audivisse, intelligendo, ita ut dicere tenetur.

Idem n. 29. haec scribit. Quando taxa alicuius rei est iniusta, si plaris vendens, aut defraudans in pondere, & mensura, ita ut sibi satisfiat pro pretii iniustitia, & reddat correspondentes merces pretio dato, potest hic rogatus a iudice, an plaris vendiderit, vel defecerit in pondere, & mensura, id negare, asserereque le pretio non vendidisse, & integre pondus, & mensuram tradidisse, intelligendo haec: ita ut plaris vendens, aut deficiens in pondere, & mensura delinquerit, Quippe abique delicto utramque fecit. Atque ita vere dicit, se integre tradidisse, nempe quatenus tenebatur eo pretio accepto, nec excelsisse delinquendo. Atque ad hoc satis est opinio, nem esse probabilem, eam taxam non obligare. Non modo restrictiones mentales, seu mendacia hic docentur: verum etiam Respublice regimen penitus convellitur. Si opinio probabilis satis est ut subditi valeant Principatus sanctiones contempnere, aliaque quae ipsi probabiliter iustiores existimant, substituire, aham sane est de Republica.

VI. Idem n. 31. haec scribit. Quinto deducitur, eum cui heicrum est aliqua bona abcondere, eo quod illis ad vitam sustentandam eget, ne a creditoribus captivatur, & sic cogatur mendicare, posse rogatum a iudice iurare se nulla bona abcondita habere (atque idem possunt iurare id scientes, dummodo ipsi consiliet, licite eum abcondere ad hunc finem) intelligendo secum non habere bona abcondita quae iudici manifestare tenetur. Sexto id non de exterris, sed gravi necessitate. Vult liquidam, debitorem posse retinere bona creditoris, ne cogatur mendicare, & insuper iurare se ea non retinuisse. Quid validius ad fraudes inhibendas omnes, & debitorem solutionem eludendam?

VII. Idem n. 22. Sexto deducitur, quocumque quispiam a cuiusvis debiti obligatione. Conc. Theol. Tom. III.

liber est, posse rogatum a iudice de illo id negare, intelligendo intra se: ita ut debet: quia respondet ad debitum iudicis mentem. Qua ratione optime Covarruvias, Cepola, & Azorius docent, eum qui numerum mutuo acceptos solvit, posse a iudice rogatum de mutuo, iurare se illud non accepisse, intelligendo: ita ut teneatur solvere. Idem docent Suarez, Paladus. Atque idem dicendum est, si quancumque alia ex causa ab eo mutuo solvendo liber esset. Atque ideo credo, si tunc non tenetur solvere, eo quod terminus ad quem mutuum datum fuit, non est impletus, vel praepartate excusatur debitor a tunc solvendo.

VIII. Idem n. 36. Nono deducitur, creditorem virtute instrumenti publici exigentem coram iudice debitum, vulgo executum per la danda, posse iura intando aliter quantitate in eo instrumentum contentam sibi debitum prout iure debetur; etiam pars illius summa debite soluta sibi sit; si tantumdem pecuniae, quantumdem solutum est, sit alia via sibi debitum; de quo nullum est instrumentum publicum, virtute cuius exigatur. . . . dummodo tamen praedictum non contingat alterius creditoris.

IX. Idem non. 37. Decimo deducitur, si per iniuriam extorqueatur promissio iurata alioque pecunie dandi, licere iuranti uti aequivoconum: Iuro tibi me interjuratum pecuniam, intelligendo ut ille casus tibi negatur a verbo iuro: itaut sensus sit: Tibi iuro fore ut numerum pecuniae, sine tibi, sine alteri; quod ea oratio patitur utrumque sensum.

X. Idem non. 38. Sed an liceat tunc iurare, retinendo mente hanc conditionem: Iuro me datorum, si tibi scelsio iuramentum sum debitorum. Aliqui negant, ducti, quod ea verba hanc amphibologiam non patiuntur in communi hominum sensu. Caietanus, Aragon, Soto. At retenta nostra sententia numero decimo quinto tradita, dicendum est, id licere. Quia nihil refert verbum ea amphibologiam non pati, & cogit necessitas ea uti. Porro numero decimo quinto citato docet: Cur ergo erit mendacium uti verbis ex se non ambiguis, si conditiones in mente retenta verum sensum efficiunt? . . . Hoc est nullissimum ad respondenda multa quae regere opus est, nec regi aliquid mendacio possent, nisi modus hic esset licitus. Quia verba ex se ambigua non possunt inveniri.

XI. Idem n. 39. Undecimo deducitur, S 3 coa-

coactum aliquam accipere in ipsam quam ducere non teneatur, posse iurare se accipiturum, intelligendo intra se: *si teneatur, vel si postea plerumque tibi.*

XII. Idem n. 40. Decimo tertio adulteram rogatam a marito, an adulterium admiserit, posse iurare se non fregisse matrimonium. Similiter potest iurare se non fecisse, intelligendo intra se, *ut tibi revelem.*

XIII. Idem n. 43. Decimo quinto deducitur, eum a quo mutua pecunia petitur, quam revera habet, posse iurando affirmare se eam non habere, intelligendo intra se, *ut mutuo det, quando non teneatur mutare.* Ita Navarrus, Philareus, Sayro . . . At contrarium tenent Corduba, Lopez, Henriquez. At credo priorem sententiam esse verioris, quo ad hoc ut ille non sit perituros; quia in isto sensu verum dicit, cum sensus sit: Non habeo, ut tibi mutuae velim. *Quare ad veritatem huius iuramenti nihil refert, utrum ille teneatur mutare, nec ne. Et ita non oportet addere illum limitationem quem praedicti Doctores addiderunt, quando non teneatur mutare.*

XIV. Idem n. 44. Ultimo deducitur, poenitentem temere rogatum, an hoc, vel illud peccatum falsus sit, posse iurare se non confessum, intelligendo, *ita ut teneatur illi explicare.*

XV. Ut plenior recentioris Theologiae noticia habeatur, lubet pauca adicere ex Tamburino, qui *praeter ceteris antiquae doctrinae regulas temperavit, atque humanitati accommodavit. Libro itaque II. in explicito. Decap. tit. §. 2. n. 1. haec docet.* Quodlibet est, an liceat iuranti accipere verba in alio sensu ab illo quem ex praesertim. Inno. v. g. per Deum, me hac nocte non dormivisse, intelligendo, velistum: me non habere pecuniam, intelligendo, quam tibi elargiri velim: uxorem, vel maritum matrimonium leges non fregisse, intelligendo manifeste: non deberi a me tibi centum, intelligendo, ita ut ea non possim mihi componere cum alio centum, quae tu mihi debes &c.

Resp. Licere, ut idem docent (nempe Lessius, Castropalans, Rebellen, Bonacina) & docetur passim, praescindendo tamen a damno quod dolo hoc iuramento iniuste facerem; etiam si quis non sit rogatus iurare, sed se offerat.

XVI. Idem ibi n. 4. Quando verba nul-

lo modo ex se patiuntur talem equivocationem, seu mentis restrictionem; licet non aliud intelligere solum ex mea mera voluntate §. Iuro v. g. me non dormivisse, intelligendo me non comedisse. Quo pacto materialiter solum dicto me dormivisse, non significative.

Resp. Sanchez negat licere, quia non est in cuiusvis arbitrio significationem verborum imponere. Verum haec ratio minus non potest avellere a probabilitate, quod licet.

XVII. Martinus Bonacina fere omnes propositiones quas ex Sanchez retulimus, excipit, & laxitatem clarius docuit. Unam & alteram istis transcribam. Itaque Tom. II. dist. 19. q. 1. punct. 12. n. 5. haec habet.

Quinto eum qui habet iuram causam, non laedi aliqua bona, nec capiuntur a creditoribus, quae sibi necessaria sunt ad vitam sustentationem, & sine quibus cogere tur mendicare, posse negare se occultasse, intelligendo, quae non possent occultare, vel quae teneatur manifestare. Idem respondere possent testes scientes ipsum licite occultasse: tunc quia haec responsio non est contraria intentioni interrogantis, sed potius est ipsius menti conformis; tum quia adest iusta causa utendi restrictione, vel amphibologia.

XVIII. Idem Bonacina *ibidem*. §. Sexto adulteram, quae petitur a marito, an sit adulterata, posse negative respondere, intelligendo, ut teneatur illi revelare.

XIX. Idem Bonacina *ibid.* n. 8. Hinc colligi potest, venditores, qui cum non possent alia via pretium iustum adempto re obtinere, iurant tamen tanti sibi fessisse alio sensu quam emptor participat, non solum ad quidsquam non teneri praesertim ratione iuramenti, ut patet ex primo questiono; verum neque videri mortali peccato re, si non afferant damnum notabile pariter, nec intendant eo pacto decipere, aut obtinere aliquid super iustum, sicut extorque pretium rigorosum, quo nolisset emptor emere.

CAPUT VII.

Summus Pontifex Innocentius XI. principia praefatarum propositionum damnavit. Postiores Theologi nova excogitarunt inventa, quibus veritatem occultarent. *Istorum doctrinae variae, variorumque principiorum synopsis est.*

I. Anequam ultra provehor, illud declarare contentis, propositiones quas praecedenti capite descripsi ex Sanchez, Tamburino, & Bonacina, non esse damnatas istorum Doctorem partus; quin, ut colligere ex Libris licet, non modo Castillitas, & Summittas, sed insignes etiam Theologos cuiusque fere ordinis & status eisdem docuisse, Suarez, Valentium, Castropalium, Dianam, Vincentium Ferre, Candidum, Leandrum Moyam, Trullenchum, Conradum Hurtadum, Philarchum, Fillucium, Dicalfillum &c. ne longior sum, satis mihi fit dicere id quod testatur Lumbier apud Cardenas in *proposito damnato*. dist. XIX. cap. 10. n. 5. nimirum plerumque quinquaginta Doctores iustissime sententiam damnatam de restrictionibus mentalibus, & consequenter recentitas propositionis, quae omnes, tamquam ex fonte, ex doctrina restrictionum mentalium damnata proficiuntur. Quod idcirco potissimum dictum volo, tum ne invidiam constasse videar tribus praefatis Auctoribus, tum ut exactior sit historica narratio. Quod autem Gabriel Daniel in suis colloquijs Amandi, & Eudoxi assertit sub finem dissertationis de mentis restrictionibus, recentitas propositiones, aialique quas Innocentius XI. damnavit, ipsum damnasse *sicut tacuit, hoc est acceptas utramque sententiam, non ut sicut in Auctoribus, unde exceptis sunt Libris*, idem omnino eloqui dicitur lanqu岸 dequinque propositionibus, quas *ut tacuit* damnant, sed eas in sensu damnato non reperiri in consensu, contumaciter falloque contendunt.

II. Damnata itaque a sanctissimo Pontifice Innocentio XI. anno 1679. doctrina restrictionum mentalium, ad alia pro veritatis occultatione invenienda remedia mentem homines intenderunt. Adeo namque invaluerat restrictionum mentalium usus, ut iam inde tum quando cantata Romanae Ecclesiae in praefata doctrina proditi, Fideles turbati, licetquis anni, dubitationibus concuti coeperint, alii Confessarios, alii Theologos adhibant, consilium petunt super secreto regendo. Theologi ad incitas redacti, quo sese ver-

terent, ignorabant. Nullam siquidem evadendi mendaciam aliam illis persequi innovaverat praeter mentales restrictiones; quibus damnatis, de secreto custodiendo animos desponderebant. D. Augustinus, aliorumque Patrum doctrina, quae iubet nec prodere veritatem, nec mentiri, sed aut silentio, aut virtute fortitudinis, aperta fronte custodire, nimis aspera, & iugum humanas vires excedens illi videbatur. Praeterquam quod illius temporis Theologi plures, neglecto studio Patrum, eorumdem auctoritatem parvi faciebant, atque humanum rationum, iuxtae aetatis Theologos, & Castillitas, ac Summittas pro morum regula habebant.

III. Hinc damnata restrictionum mentalium doctrina variis interpretamentis delinere, atque variis distinctionibus de censura parare coeperunt. Quandoquidem primum omnium duplex alterum restrictionum generum distinguere: alterum restrictionis *pure mentalis*; alterum restrictionis *non pure mentalis*. Primum damnatum a Pontifice, secundum licitum adfirmabant. Porro haec distinctio diffidit inter eos oculo fuit. Nam ea locutio quae tibi restrictio omnino interna, & *pure mentalis* est, alteri restrictio externa, & *non pure mentalis* videtur. V. g. si a Petro, inquam Saltimanticens praesertim. *cap. 1. punct. 8. n. 106.* plures penitus habent, mutuo petas earum aliquam, & ille respondeat, *Non habeo pecuniam*, adiungendo mentaliter *ad tibi damnatum*, haec locutio mentaliter est attendenda, alii tibi restrictio mentalis est attendenda. Alii autem Theologi restrictionem mentalem non internam, sed externam, seu non pure mentalem, volunt esse dictam locutionem, quando mutuatarius restituere mutuum non solet, aut solutionem illa definitum tempus prorogat, & mutuos damnari patitur: tunc enim, inquam, ex circumstantia exteriori restrictio non est pure mentalis, sed externa, adeoque licita; de qua suo loco.

IV. Praeter mentales restrictiones alia quoque remedia excogitavit novi Theologi, quibus occultare, saltem obesse naribus hominibus, veritatem possent. Haec autem sunt verba amphibologica, &equivoca. Quae praeter duplices sunt generis. Alia quae licetdam communem intelligentiam, & acceptationem duplicem habent sentiam, & utrumque aequaliter praesent, ut in hac apparet locutione: *Acto te Franciscus Romanus vincere possit*: quae locutio duplicem sensum excipit: nimirum vel quod Franciscus Romanus vincere valet, & hic

& hic in praefata verborum collocatione videtur obvis; vel quod Romani facienda vincere possint. Alia sunt verba quae similitur doperum sentiam habent; unum communem & proprium; alterum minus proprium; ut si dicas, *Sedebimus est bonus ut in communi acceptione significatur quod in virtute praeditus; in sensu minus proprio, quod sit simplex, seu obfusca mentis*. His locutionibus aequivoce, & amphibologicis veritatem occultari posse, iusta urgente causa, communiter tradunt recentiores Theologi; nec dissentunt omnino antiqui, ut infra explicabimus. Huiusmodi tamen locutiones amphibologicae non immerito restrictiones vocantur non omnino mentales, sed aliquo externo signo, seu verbo aliquantulum obscuro, intelligibili tamen, & externa consistunt.

 neque facultati loquendi adimere potest vim
 manifestandi internis conceptus; sententia illa-
 tionem consequitur neque verba spoliare posse
 vim significatione. Quandoquidem verba sua signi-
 ficatione delitura nequeunt in humana locutione
 esse signa manifestantia interiores mentis
 sentus. Haec siquidem tria, nimirum quod
 homo possit facultate loquendi, quod his
 ipsis locutionis fit revelatio secretorum cor-
 dis, & potest non quod verba data a natura
 homini sint, quibus hanc suam facultatem e-
 xercere loquendi, & prodendi sua secreta, ita
 fit invicem connexa, ut qui in unum non
 dominatur, neque in aliud. Persequitur homo
 modo aut loqui, aut sile, prout sibi expedit
 vim fuerit. At, facta positione quod loqui
 velit, aut respondere cogatur, iuxta naturae
 leges verbis utatur necesse est, quae pandunt
 plus aut minus clare internos suos conceptus.
 Aliter finem a natura praestitutum pervertet.
 Idque exemplis confirmari potest. Natura
 homini potestatem comedendi dedit in
 eum finem ut naturam conservet. Potest ho-
 mo comedere, aut non comedere. At, si
 semel comedit, nequit ob alium quam con-
 servandae naturae finem comedere. Et hi qui

ob solam voluptatem, & delectationem. com-
 edunt, peccant, pervertuntque naturae fini-
 nem. Quemadmodum autem hominum Reli-
 gionem nequit facultatem comedendi hoc suo
 sine private, aut eidem finem contrarium
 praestituere; ita nequit humanas voces suo si-
 ne, qui est manifestare mentis secreta, priva-
 re, aut finem contrarium eidem assignare.

CAPUT XI.

Resolvitur responsio Tamburini, cuius assertio
 laxior vocatur videtur ipsa propositio
 damnata de restrictionibus mentis.

I. Thomas Tamburinus Lib. II. in Decal.
 c. 11. §. 2. n. 6. pag. 81. illum perdo-
 ctum Cardinalem Pallavicinum, quem Cata-
 taneus laudat in favorem suae opinionis, alle-
 gat pro contraria sententia, negante verba
 essent posse tantum materialiter. Quia ita
 quae Tamburinus auctoritatem Pallavici-
 ni his verbis. At hoc modo loquitur contra
 pactum Repub. quod in constitutione lin-
 guae inter homines tacite initium fuit, ut
 significative proferrentur verba, non vero
 solum materialiter. Lege Sotium Palla-
 vicium in sua Theologia Lib. III. d. 2. n.
 17. apud Tancredum.

Respondet, eiuusmodi pactum nimis spe-
 culative ab ingeniosissimo excogitatum esse.
 Addo, esse assuile conventionem ut per
 illas voces possent aperire homines conce-
 pta sua, et concedo nunquam assuile
 pactum quomodo eidem possent. Quando
 colligit illas materialiter, esse. Certe
 sic essent infantes, sic adulti, quando in-
 pientes discere linguas externas, sic escri-
 ptores, & typographi quando excubant,
 vel imprimentur verba alienis linguae. Con-
 ego non in talis occasione, quando homi-
 ni sibi fieri? Haec tenet Tamburinus.

II. Auctores qui ante Innocentium XI.
 defendebant restrictiones mentales in locutione,
 cuius verba restrictionem pure mentalem
 patiuntur, laxitatem opinionis temperabant,
 haec addit. Dicebant siquidem, neminem
 posse uti praefatis restrictionibus, nisi causa
 tenendi propriam, vel alterius vitam, hono-
 rem, res domesticas, vel quid simile. Eo-
 rum doctrina de restrictione pure mentali du-
 plici fere obrebat, nimirum quod illas
 restrictiones mentales tunc solum esset licitas,
 quando & verba sermonis tunc restrictionem
 mere internam patiuntur, & quando causa
 rationabilis adit adhibendi praefatis restrictio-
 nem. Coar. Theol. Tom. III.

nes in communi sermone. Nihil tamen mi-
 nus opatio illare proscripta est.

III. Tamburinus, eiuusmodi limitibus pro-
 hibet, in praesenti contra Sanchez, ut vidimus
 supra, statuit loco citato non a. te posse
 ad libitum restringere in mente quomcumque
 sententiam, licet verba talem restrictionem non
 patiatur. Hic est primus laxitatis gradus,
 quem propositioni damnatae Tamburinus ad-
 dit. Verum quod postea subdit, posse hominem
 ad libitum verba esse restringere, nempe
 omni significatione spoliata, cuius-
 que laxitatis limites praetergreditur, horro-
 remque ingerit. Tam mendaciorum, quam
 restrictionum mentalium delentores, tantum-
 modo necessitate gravissima, vel gravi iuxta
 paucos, de quibus infra, urgente, licetrum
 utium propugnantibus; Tamburinus vero, nul-
 lo levato limite, decernit, quodcumque
 homini libenter, licere et adhibere verba
 materialiter, seu mendacia materialia, quod
 repia idem est. Excipit solum casum in quo
 talis locutio materialis daturum inferret pro-
 ximo, quod esse mendacium periculolum:
 de quo nemo Christianorum unquam dubi-
 tavit.

IV. Sed Tamburini rationes commode-
 tem. Pueri essentur his vocis materialiter
 adulti additentes linguas exoticas, typogra-
 phi verba alienis linguis imprimentes. Ad-
 tum aliis, idem dicendum de his qui recitant
 aliorum verba, quin ad eorum mentem sese
 conformant, ut patet in Propeta David re-
 ferente illa verba: *Disit suspensus in corde suo:
 Non est Deus.* Confirmant vero haec omnia
 hoc pacto. Verba accipi possunt ut verba, &
 ut locuti materialiter. Si verba ut verba, ac-
 ceptantur, nemo eis in alium finem uti valerit,
 nisi ad significantes mentales conceptus; si
 vero voces accipiuntur secundum merum lo-
 cutum materialiter, tunc quique uti poterit
 eisdem, non ad exprimentos animi interiores
 sentus, sed ad occulendum veritatem. Sic
 ratiocinantur alii. Sed Tamburinus, missis
 his distinctionibus, contendit, neque aucto-
 rem naturae, neque Kempibancum humanam
 aliquod onus impoisse essendi verba ut si-
 gnificative; & gratis concessit assuile inter
 homines conventionem proferendi verba ut si-
 gnificantia; At contentio, inquit, nunquam
 assuile pactum quomodo eidem possent
 colligit illas materialiter esse.

V. Ut ab aliis Tamburini verbis suscipi-
 entur, prout mihi videtur, haec doctrina
 continet manifestum errorem. Nulla lex pra-
 cepti ut verba sint signa representantia animi
 sen-

sentia? Nullum pactum, nulla lex iubet usurpanda esse verba ad quodcumque significandum. Ad libitum homo verba usurpare valet in communi, seruetque sermone, quam nihil significet? Ceterum quod si hoc Tamburini doctrina ad tribunal Ecclesie detulerit, non euerat e. censura immunitis. Eam sane damnarunt Cicero, Augustinus, & Thomas in secritas capite procedent auctoritates, iterumque eam conuictit Augustinus Lib. I. de doctr. christ. cap. 11. *Sunt quidem alii quique, quorum omnis usus in significando est, hanc sunt verba. Nemo enim ut loquitur, nisi aliquid significandi gratia, si tunc Augustinus auctoritatem in examen reuocaret Tamburini, eam ut saltem dubio proci reuocaret. Nemo utitur verbis, nisi quidquam significandi gratia? Nonne, reuoluit Tamburinus, pueri, nonne typographi, nonne adficientes linguis extera verba usurpant, quia nihil significant? Fallit ergo Augustini doctrina. Sic arguatur scilicet Tamburinus: cuius nos doctrinam ut aperte falam improbamus, & Augustinianam amplectimur.*

VI. Ut autem Tamburini, & aliorum Scripserunt obfessionem nullo negotio conuelantur, illud est animadvertendum, quod est tamen quicquid, nimirum nobis nunc sermone, est de verbis utriusque in communi, feruente sermone, in quo interna cordis secreta inuicem reuelantur. Quid futilius opponi potest quam id quod obicit Tamburinus de pueris, ac de typographis imprimentibus verba alterius lingue? Cur non adiecit, pluraque non modo verba, sed periodos proferte, & pias quoque voces ipsas quas edunt homines, emittere? Quid de aliis brutis diciamus, qui vocem edunt, que indicant, & manifestantque intentiones sentias? Vocem intrusus emittit canis, & admenet domum inuadi, vel famem que laborat, ostendit. Rugit leo, & indicat ire sua ardorem. Quis tamen dixerit, bruta illa loqui? Idem de pueris, de adultis dissentibus linguis exteras, qui edunt voces, nec tamen loquuntur: sermo liquidem est de pueris nondum lumine rationis pradiis. Et adoliti, dum dicunt linguis exteras, quatenus dicunt, non utriusque voces ut instrumenta loquuntis, in quo proximo manifestanda sint secreta. Mirum sane est nenas adeo pueriles, & commenta adeo inepta obrudi potuisse a viris qui theologiam scientiam profitebantur. Quare siquidem est de verbis usurpatis in sermone humano, in locutionibus quibus homines inuicem per modum interrogatiuis, & responsionis mutuo sibi secreta panti-

dunt. Paucis: questio est de sermone hominis ut sermo est, distinctus a brutis, & ab Angelis. Propter brutis superior est, ratiocinatur, atque lectus in his alius communicat, quatenus inferior Angelis, instrumentis indiget corporibus, quibus modis sensibus cogitationis suas alius manifestat. Quibus possit, qui obtrudere aut possit in communi sermone obstruere a nobis verba ut sunt locum materialis, & tanquam nihil significantia? Secus vero dicendum, si accipiantur verba ut verba? Hec distinctio applicata communi, seruetque locutioni, adeo utilis est, & puerilis, ut pudeat cum longius impugnare. Concludamus ergo, sententiam Tamburini, & eorum qui eidem adherent, longe laxiorem esse quam ipsam propositionem damnatam de restrictionibus mentis, ob rationes supra adductas.

CAPUT XII.

Opinio P. Cattanei, & P. La-Croix, aliorumque paucorum, qui comparant mendacium furto in extrema necessitate commisso, non videtur consentanea doctrina Ecclesie.

LAnteriora proponenda est Cattanei sententia propriis ipsis verbis. Sic ergo scribit T. I. lect. sac. lec. xlv. *E però quando uolte, che non può distinga lingua ufficiosa, né pure a fine di saluar dall'incendio una misera città, sappiate, che né pure per un tal fine è lecito fare un laqueo in mezzo selido, e né pur di un sol filo di seta. Ma siccome in un tal caso ciò non farebbe più laqueo (essendosi così conuenuto tra gli uomini per il publico bene) così quella per la bella ragione esserlebbe di essere loquio, essendo la ueracità di tutti gli uomini non meno padrona disposita di tutte le cose che del significatio delle parole, che ella instituita a beneficio del mondo. E si ueritate, che ciò deua specialmente intendere, quando almeno è interrogato, essendo contro ogni voglia di omnia, che in tali casta medesima esselà sia obligata a seruire il ministro alla fesseltatezza. Que latine sic reddo. Et propter ea, cum audis mendacium officium proferri licite hanc posse, nec in eum finem ut ab incendio integram subducas ciuitatem: scis oportet, neque ob eundem finem licitum esse furtum dimidiis unius solidi: aut unius filii lerici. At quomodomodum tali in casu furtum non esset furtum quod licite inter homines conuenit ob publicum bonum sit? eadem ratione mendacium non foret mendacium. Quoniam humani generis*

univerfitas, non minus omnium rebus quam verborum dominio potitur. Animadvertendum autem, hoc precipue intelligendum esse, quando quis interrogatur; cum quibuslibet honestatis regulis aduerferit ut in similibus casibus ipsam honestatis inferat, vire leceri debeat. Hec est sententia Cattanei, quam supra r. v. fusius explicimus. Primum omnium observanda sunt ultima verba, nimirum quod hanc doctrinam potissimum intelligenda est in responsionibus coactis, que interrogatori inuoluntate subinde sunt. Si precipue in his casibus intelligenda erit relicta doctrina, inferatur quod anulo e possit alius quoque casibus applicari, sicut reple eam applicat Cattaneus. II. Magis caute loquitur P. La-Croix; faceret tamen ipse mendacium in gravissimis casibus non esse mendacium; esse vero cessante gravissima causa. Hec sunt verba P. La-Croix: *Extra autem hoc, similesque casus gravissimos foret mendacium sic uti vocibus. Vide supra c. v. num. 7. ubi integram opinionem La-Croix retulimus.*

III. Iuxta ergo illorum Theologorum doctrinam eadem ipsa locutio nunc est mendacium, nunc non est mendacium: illud ipsum non modonegat, modo non negat, sed nihil significat. Hæc P. Cattanei opinio triplici casu potest repugnare videtur doctrina Ecclesie. In primis in hoc repugnat eidem quod furto mendacium comparat. Ecclesia docet, neque pro vita servanda licitum esse mendacium. *Secus Scriptura prohibet, pro alterius vita mentiri: cap. Super ec. Extra de iuratis. Ubi autem vel in aliquo canone, vel Concilio, vel Patre, aut Theologo antiquo habemus, vetitum esse furtum pro vita servanda? Solus Auctor ille cum aliis paucissimis eodem modo de furto ac de mendacio loquitur. Si eadem esse utriusque, furtum & mendacium ratio, cum nunquam Patribus, licenti de clarantibus in extremis eventibus, de mendacium esse iurati, odam in extremis eventibus, licenti de clarantibus urgente necessitate licitum esse? Ut prohiberent veteres, in iustitiam Patribus, solum D. Th., qui ceterorum Patrum voce loquitur, prohibeam in eundem. De furto hac scribit Angelicus 2. 2. q. lxxv. *Querit art. 7. utrum liceat alicui furari propter necessitatem. Cui quædit sic respondet. Dicendum, quod ea que sunt iuris humani, non possunt derogare iuri naturali, vel iuri divino. Secundum autem naturalem ordinem ex divina providentia institutum res inferiores sunt ordinatae ad hoc quod ex his subministrantur hominibus necessitati. Et ideo pro rerum diversificatione, & appropriatione ex iure humano procedentem non impeditur quia hominis necessitati sit subve-**

ditum ex his similibus rebus. Et ideo res que sunt iuris que superabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperibus sustentationi. Unde Ambrosius dicit, & habetur in Decretis dist. xlviii. Ejectionem panis est quom tu detinet.

IV. In eadem 2. 2. q. cx. art. 3. querit, utrum omne mendacium sit peccatum, seu utrum liceat aliquando mentiri; atque lex libi obicit argumenta, que videntur ostendere, licitum quandoque esse mendacium. Sibi opponit diversitatem Evangelistarum in scribendo, mendacia obtrictum, amphiboliam Abraham, & Iacob, homicidium vitandum, aliaque id genus. Deinde sic respondet. *Dicendum, quod id quod est secundum sensum ex genere, nullo modo potest esse bonum, & licitum: quia ad hoc ut aliquid sit bonum, requiritur quod omnia recte conueerant. Mendacium autem est malum ex genere: est enim actus cadens super illicitam materiam. Cui enim vicer naturaliter sit signa intellectuum, inaturaliter est & indubium quod aliquis voce significat id quod non habet in mente. Memorie commendanda sunt hec ultima verba, que opportuna erunt ad elidenda quedam logarithica que sunt angelice doctrine colore opponunt aduerfari. Utique Angelicus cum omnibus Patribus, & Theologis docet, occultandum in pluribus casibus esse veritatem sub aliqua dissimulatione, nempe silentio, seu ad alia convertenda sermonem, & nunquam tamen licet occultare veritatem, iuxta Angelicum, media voce que aliud significet quam id quod loquens in mente habet.*

V. D. Th. ergo conceptis verbis docet, licitum esse aliquando furari. Cur? Quia, inquit hoc laudato in argumento Sed contra, in necessitate sunt omnia communia. Cor fuit omnia communia in necessitate? Quia supra natura aliquando fuerunt communia; & iure totum humano diuisio inuenta est. Quoniam veroliqui sunt humani iuris, ut est bonorum partitio, non possunt his que sunt iuris naturalis, derogare: ideo diuisio bonorum non abhincit, primarium ius naturale, quo homines potitur in bona temporalia, necessaria ad propriam vitam servandam. Hanc enim conditionem, hoc quare, hoc pacto Republica humani generis bona temporalia diuisit, ut in extrema necessitate omnia remaneret communia. Quibus abundantem portionem imperit, iidem omni impoliti succurrunt pauperibus. Et quia legem titam, seu pactum Republica humani generis tacito contentu edidit, & Deus ipse supremum eorum dominus, qui omnia creavit, ut hominum sustentationi inferuierit, bonorum diuisio tale debuit adieci: omnes pre-

fatam legem, & pactum agnoscent, nemo unum illud ignorat. Nonne Scriptura sancta, nonne Patres, nonne Theologi, nonne vel ipsi rustici *hanc*, ut ita dicam, *perfectionem* bonorum partitioni adiectam percipient, predicant, & data occasione, executioni demandant?

VI. Porro, si Republica humana eandem exceptionem adhiberet debito manifestandi veritatem quam appoluit rerum divisioni, ut scilicet verum foret mentiri, necessitate urgente, quemadmodum licitum est furari in simili casu, & nunquam Patres committente privilegium, ad contrariandam veritatem, pudentiam, & concordiam autem ipsam necessarium, libissent? Sed quid dico, *libissent*? An ne re ipsa opportunitate occiderit? Augustinus, & Angelicus cum ceteris omnibus proponunt sibi, utrum liceat aliquando ad vitandum homicidium mentiri. *Milium malum* sibi obicit, loco Angelicus ubi supra *si eligendum*, ut *vitare minus malum*... *sed omnino nec mentium est quod aliquis generet solam spirituum in animo alterius quam quod aliquis occidat, vel necidat. Ergo licite peccati homo veniat, ut non in preteritis ab homicidio, & aliis preteritis a morte.* Maior necessitas via potest contingere. Est plenus casus quem proponit Cattaneus cum aliis. *Qui respondet Angelicus? Ad quartum dicendum, quod mendacium non solum habet rationem peccati ex eodem quod supra posuimus, sed etiam inordinatum, ut dicitur in corpore. Non licet autem aliquis illicita inordinatum ut ad impedendum non veniat, & desistat alterum, sicut non licet furari ad hoc quod homo aliquando faciat sub furto in casu necessitate, in quo homo non committit. Et eodem modo licitum mendacium dicere ad hoc quod aliquis alium a quoque periculo liberet. Licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione, ut Augustinus dicit in Lib. de Mendacio. Coram itaque Angelicus non posse furari in casu necessitatis: negat expresse, nos posse mentiri in eodem necessitatis casu. Ergo legendum Th. Augustinum, certis hoc Patres falsi est P. Cattaneus, & H. Lacinae opinio, quae eodem modo de furto, ac de mendacio loquitur. Concedit utique Angelicus nos posse sub dissimulatione occultare prudenter veritatem; mentiri vero nunquam. An hic hucere valeant, sine non video.*

VII. Fortasse reponet, non esse licitum mendacium formale, quod improbat Angelicus cum Augustino, licere vero mendacium materiale. Ad hoc non est nisi verborum illusio. Quoniam, cum Patres negent in extremo casu vitandae mortis nos posse mentiri,

decernunt mendacium in hoc casu esse formale, & non posse nuncupari materiale. Ex ut omne evadendi periculum oculatum, concedere me posse, si velim, mentiri in casu necessitatis? Id sane negare nequis. Scitarius domum meam impreditur gladio districto, occidit patrem meum. Me interrogat, an domi sit. Ego paratus sum mentiri officio, ac vitam patris servem. Quare, quae verba proferre debeo, ut apertum mendacium committam? Non sane alia, nisi haec: *Non est domi*. P. Cattaneus dicit, quod hoc est mendacium materiale. Quid addi debet, ut fiat formale? Ut habeam animam occultandi veritatem; & iuvandi proximum. Ad istud est cuiusque mendacii officio finis. Quid ergo requiritur? Ut animum non intendam in peccatum a Republica humana conditum, quod declaravi verba tunc nisi significare? At, si hoc adhibet supra pactum, liceret mentiri, sicut licet furari. Sed Patres docent licitum furum, & illicitum mendacium. Ergo chimericum est pactum alicuius.

VIII. Ne autem gratis disille videamur, omnes Patres cum D. Th. docere, licitum esse furum in casu necessitatis, licet mendacium, licet quae dicta sunt, universi Patrum doctrina confirmant. Valentini, Meronite, Michael apud Ter. nianum *Lib. II. adversus haereses*, & alii. *Lib. II. contra Marcionem*, xx. fac. damnabant populum Israeliticum, quod Aegyptios spoliantes auro, & argento, ut habetur Exod. cap. xi. ver. 33. *Reverentur ab Aegyptiis vasa argentea, & aurea, resque plurimam. Deumque autem deos gratiam populo eorum Aegyptii, ut commovent eis, & spoliarent Aegyptios.* Quid furum Deus non punivit, licet approbavit. Opponent Origenes, Callistus, alique plures apud eundem Augustinum, obiter licite Aegyptios mentitas fuisse. Deumque remunerante eisdemodi mendacis. Ergo interdictum, mendacia licita esse gravi urgente causa.

IX. Quid responset istis? Unanimi confessione duntaxat, Hebraeos nullum commisisse furum, eo quod, ait D. Th., *ipsi spoliaverunt spolia Aegyptiorum ex precepto Domini hoc decernerunt.* Cum enim Deus dominio in omnia a se effecta pollet, potest pro arbitrio eadem, cumque voluerit, impertiri. Eandem omnino responsum exhibent Patres omnes, Ad aliud vero exemplum ex eadem Scriptura de promptum, quid reponunt? Omnes ad unum latentur, & obiter licite, & Raab Hierichuram mentitas fuisse. Unum laudasse sufficiat Augustinum, qui *Lib. contra mend.*

cap. xv. haec scribit: *Sed quod scriptum est, licet Deum fecisse non Hebraeos obstriditibus, & Raab Hierichuram meretricis, non idem factum est, quia meretricis fuit, sed quia in homines Dei suscipiens fuerunt. Non est itaque in eis venienter fallacia, sed benevolentia; & benivolentia, non sanguinis mententis.*

X. Obvia hic fuisset Cattanei, aliorumque responsio, nimirum neque Hebraeos furum, neque mulieres praefatas mendacium perpetuasse: quoniam, ut inquit Auctor iste, *hominum generis universitas non minus omnium rerum quam verborum dominio potitur.* Cur itaque opposita omnino via incedere Patres, Israeliticis viros de furis laeae pupantes, & militem mendacii damnantes? Non sane ob aliam rationem, nisi quia, ut ait Angelicus, mendacium est malum ex genere suo, eo quod pervertat ordinem naturae, quae verba inlicitur, ut essent signa eorum quae in mente verum; rerum autem divisio iure humano inventa fuit, hac conditione, & pacto, ut in necessitate omnia, ut primum, remaneret communia. Quid ad haec? An argumentum negativum est? An Patres non improbant re ipsa communitatem haec Reipublicae legem, spoliante verba quacumque significatione, cum doceant, mendacium in extrema necessitate prolatum esse peccatum, quia ex natura sua malum est, & quia verborum essentia in communi, levisque locutione tota sit in significatione est?

XI. Recentior opinio secundo loco repugnat doctrinae Ecclesiae, ut mihi videtur, approbatam, salvo semper meliori iudicio: eo quod laxior sit ipsa doctrina restrictio mentalium ab Ecclesia proscripta. Si quidem in restrictioibus mentibus torquendum est ingenium, veranda est mens, ut insulam internum, quem verba patiuntur, loquens excogitet. Et tamen haec doctrina proscripta est. P. Cattaneus vero, ut ad hac mentis molestia homines liberaret, animo eis adidit, ut absolute sine ulla restrictione, sine ulla incommodum regerant in frontem insuli interrogatori *retundunt NON*, & eo erant magis innocentes, quo aperius, & audaciusque uno illud scalabatur in vultum approbationis sinceritatem hominis.

XII. Tertio tandem loco haec opinio doctrinae Ecclesiae repugnat, quod non solum in extrema necessitate, sed ad quodcumque etiam aurabile incommodum evitandum, doceat verba delictum propria significatione. Quare non solum improbanda est, quae statuit licitum esse mentiri, sicut licitum est furari in extrema necessitate; verum etiam ultra progreditur: docet enim licitum esse mentiri ad quodlibet grave

incommodum declinandum. Quare ex doctrina ipsius P. Cattanei eius opinio videtur non solum proscripta in propositionibus 26, & 27, daematis ab Innocentio XI. sed etiam in propositione 30. eisdem Pontificis, quae est eiusmodi: *Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* P. Cattaneus docet, Rempublicam humani generis eandem legem edidisse respectu furri, & verborum. Sed iuxta Ecclesiae doctrinam furum amittit malitiam furri, evadente materiale, sed non est furum, in ulla extrema necessitate. Ergo, admilla opinione Cattanei de lege Reipublicae respectu verborum, haec verba amittent suam significationem in sola extrema necessitate, sicuti furum? Atqui P. Cattaneus suam legem communitatem de verbis nihil significantes extendit ad casus non solum extremos, sed graves, & fere leves. Haec enim doctrina sua excusat mercatores, negantem se habere plenum, quem habet; ne aliquot illius patris odinas emptori periculose solationis vendat; excusat alterum negantem se libere nuntium, quibus abundat, nec certum mulo det mutuario, de quo dubitat, an sit solvendo. Verum utique est quod eiusmodi casus prae alia via, nempe restrictionis, quam ipse non parvum tantem appellat, a mendacio purgat. At quia non omnes apti sunt ad eiusmodi amphibologias efformandas; ideo, ut vivam omnibus perviam, & tacilem aperiat, adiciendum legem Reipublicae praevient verba quacumque significatione. Est, quoniam (ne quidem dissimulationem) sub finem lectionis citatae admonet, cavendum esse ne, sicut imponens bonorum cupiditas emittit necessitatem ubi non est; sic quoddem contingat in verborum usu: eisdem tamen mendacium, & liminenta nisi proferat vulnere, quod insidit iam est veritatis; eo vel maxime quod & casu ab ipso Auditore propositi nullam producat extremam necessitatem; & tandem ipse claudat suam lectionem his verbis: *Hac dixisse sufficiat pro praesi casuum quos in Aes occurritur.* Casus autem sicari quoniam patrem familias ad necem, quotidianum non est. Sed de hoc iterum infra.

XIII. Obicitur. Fallum est hominem debere semper verba conformare ad sensus interno mentis suae; quia seipsum id verum insinuat, & caritas, quae precipit custodienda secreta lumeni momenti: quide evincit auctoritate D. Th., qui 2. 2. q. cix. art. 3. docet esse solius convenienter debere obstringi ad veritatis manifestationem; *Non enim haec virtus attendit debitum legale, quod attendit iustitiam; sed potius debitum morale, inquantum licet esse honestate*

ante hunc alteri debet veritatis manifestatio-
nem. Hanc tamen obicit Anonymus quidam
in allegatione pro defensione P. Cattani ad ver-
sus P. Orsi, qui non modo hanc allegationem,
sed alios quoque adversarios validissime con-
futebat, & scilicet ante omnibus, quos ego le-
gerim, hanc veritatem, & quoad fieri potest,
exhauit controversiam.

XIV. In relatione textus quem Anonymus
obicit ex D. Thoma, bona fides desideratur.
Textus laudatus nullus est. In verborum rela-
D. Thoma loquitur de debito manifestandi veri-
tatem, quam sapere possumus, & scilicet illud
debemus occultare, dum scilicet illius manifesta-
tio dampnam parit. Hoc vero subdito, ex
debito beneficium, quia homo est animal socia-
bile, tenetur communicare alii veritatem.
Nonquam dicit Angelicus, quod, si homo
loqui velit, & suos internos conceptus revela-
re, non debeat verba aptare mentis conceptibus;
sed oportet in imo docet locuplet, unde
Anonymus descripsit truncatum textum,
quem ego integrum transcribam: *Virtus autem
veritatis convenit quidem cum iustitia in duobus.
Uno quidem modo in hoc quod est ad alterum...
Alio modo in quantum iustitia equalitatem quan-
dam in rebus constituit: & hoc etiam facit vir-
tus veritatis: ad eam quia signa rebus existen-
tibus circa ipsum. Desistit autem a propria ratio-
ne iustitia quantum ad rationem debiti. Non
enim hoc virtus attendit debiti legale. Vides
quomodo diversum sensum reddit integer Angelicus
textus ad eum quem esse debet ad Anony-
mum verba. Et hi sunt qui clamant a nobis mi-
nus fidei aliteri. Castillanum verba, que
horrorem ingerunt latitatis. Comparat An-
gelicus veritatem iustitiae. Dicit primo veri-
tatem cum iustitia convenire in duobus: in
respectu ad alterum, & in constituenda aequi-
tate inter verba, & res existentes intra men-
tem hominis, que verbis manifestantur. Sub-
dit deinde veritatem differere a iustitia, quan-
tatenus haec cogit hominem reddere id quod
ex iustitia debet, illamque reddere legali di-
vincit: virtus autem veritatis non imponit
debitum legale manifestandi semper si ve-
luta, sed solum debitum morale, quantum
societas, & commercium humanum, aut alia
rationes exigere solent.*

XV. Plura alia obici solent; sed infra illa
relativemus. Adverte primum, P. Domini-
cum Viva in commentariis ad propositiones
26, & 27, propositas ab Innocentio
XI. recitente hanc opinionem de materiali
significatione verborum, etiamque affingere So-
to, qui nec remote eam indicat, Valentia,

Sanchez, & Pallavicino. Ipse tamen eam a
mendacio non exulat: ait namque in 13.
Verum, quicquid sit de hac opinione, quae-
rite mendacium non declinat, satis est illam
invenisse. Nihilominus eam ut probabilem ali-
qui admittit: quia, quicquid a tribus, vel qua-
tuor excogitatur, ut probabile suscipitur.

CAPUT XIII

Commutatio plurimum recentiorum opulo, que
restrictiones non pure mentales deservit be-
neficio iustitiae communicabilis, & incom-
municabilis, utilis, & non utilis ad dicen-
dum, sub examen inducitur. Non differi a
sententia Auctorum proponentium restrictio-
nes pure mentales.

I. SOLA thematis propositio veterat ne ad-
versus me lectorem commoveat. Quid-
quam siquidem elati suspicilli foret potius
aliquibus videtur quod ego velim sub cri-
terium revocare communem recentiorum senten-
tiam. Quid? An, si tibi non probatur com-
munis opinio, audebis eam impugare? Num-
quid tu unis contra omnes? Abit. Immo,
quia catholicis more exiguitatis, adherere volo
firmis columnis omnium Patrum, & Docto-
rum, quos posuit Deus regere Ecclesiam suam,
quique mendacia impugnantur. Non ob id
tamen despicio recentiores, quos magni facio,
& veneror; sed plurimum opinionem non mihi
probandam, qua proscripse sunt ab Ecclesia,
vel in eisdem continentur, ut palam fiet. An-
tequam ultra prospector, illud considerandum
lector obicio, quod omnes fere ex casu quo
mendaciorum patroni defendebant, impugna-
batque Angelicus cum ceteris Patribus, de-
fendunt pariter Auctores restrictionis pure men-
talis, postquam Ecclesia declaravit menda-
cium nunquam licere. Damnat deinde men-
daciis, & restrictionibus pure mentalibus,
plurimum recentiores, qui scripserunt post decreta
Alexandri VII. & Innocentii XI. vel titulo
restrictionum non pure mentalium omnes fere
casus proponent quo defendebant Auctores
propositionum damnatarum. Quod si lector,
ut certus evadat, periculum facere istius rei
velit, conferat que scribunt Salamanticus,
alique plurimi ab eisdem citati tract. xvii. c.
11. §. 6. n. 139. & seq. cum his que Lib. III. c.
12. §. 1. scribit Sanchez, qui certissime in
terminis, ut dicitur, docet propositiones da-
mnatas de restrictionibus mentalibus, cuius
tamen opinio communis tunc erat. Infra calu-
mias aliquos referemus. Nemo ergo me vel mi-
nus in recentiores obloquentem, vel ut singu-
lari-

laritatis avidum traducat; sed animo primum
dicendum vacuo, & aequo iure expendat quaxum
dicitur.

II. Ut clare ostendamus sententiam pluri-
mum recentiorum in materia restrictionum, quas
ipsi non pure mentales vocant, nihil repta dif-
ferre ab opinione restrictionum pure men-
talis, primum omnium promenda sunt utrius-
que opinionis principia. Ut autem prolata-
tione, quoad licet, vitam, P. Leander, qui
inter Castillanos in citatis Auctoribus, de re-
frendis eorum opinionibus diligentiam, &
sinceritatem sibi vendicat singularem, exponit
doctrinam de restrictionibus mentalibus tract.
1. de iuram. disp. 1. §. 2. quafi. 1. §. 1. Dicen-
dum, quod mentalis amphibologia sit: &
derat tunc quando exteriora verba precise
sumpta non habent significationem pro-
priam, & completam, in qua verum sen-
sum efficiant: quia dilahantur a propria
significatione per aliquam restrictionem,
non voce prolata, sed interius conce-
ptam, ut si quis voce dicat: Non comedi
saltem rem, & interius subintelligat, hodie,
vel, ut tibi dicam. Sic Suarez Lib. III. cap.
x. n. 1. Sanchez Lib. III. cap. vi. n. 15.
& omnes. Quomodo, inquit Leander, res-
tringunt sensum internam media scientia in-
communicabilis. Idem docet Castropalans
tract. xiv. disp. 1. quafi. 6. n. 3. Rogatus
de delicto, quod saltem sub opinione pro-
babili non teneris manifestare, vel ex eo
quod non iuridice rogari, vel ex eo quod
grave nocumentum ex manifestatione pro-
veit, respondere poterit facile, subintelligen-
do in carcere, vel ad dicendum. "Sine con-
troverfia itaque Auctores restrictionis pure men-
talis defendebant suam sententiam beneficio
scientiae communicabilis, & incommunicabilis.

III. Conferenda nunc sunt principia eorum
qui scripserunt post damnatas restrictiones pure
mentales. Porro communiter plurimum recentio-
res, cum amplius defendere nequeant res-
trictiones pure mentales, has restrictiones ap-
pellare ceperunt non pure mentales, seu ex-
ternas, nihil tamen ipsi exterius addentes pra-
ter solam appellationem: quas enim vocant
Auctores restrictiones internas, & pure men-
tales vocabant, posteriores easdem restrictiones
externas, & non pure mentales appellant:
quod demonstratur referendo istorum principia,
quibus defendunt has restrictiones, & maxi-
me rationem illam vi cuius externas, & non
pure mentales prefatas restrictiones, esse pro-
pugnant. Dicunt ergo, has restrictiones ex-
ternas fieri beneficio scientiae, seu notitiae com-

municabilis, & incommunicabilis, in se ipso
scientificam in quibus responderi suam pro-
ferit propositionem. Adverte tamen, has vir-
cumulantibus cretus ab eis appari exterioras:
nam non alio intelliguntur nomine circumstan-
tiam huiusmodi quam causas insufficientes ad
hollandas restrictiones mentis; ac si Au-
ctores ante Innocentium XI. docuissent licitum
usum restrictionum mentalium sine ulla
& urgenti causa; quod nemo, quem sciam,
absoluit docuit. Sed aere, Auctorem principia
in medium afferat.

IV. P. Domesticus Viva in commentariis
in propositionibus 26, & 27, damnatas ab Inno-
centio XI. n. 3. huc scribit. Ad restrictionem
illam non pure mentalem restrictio, has dupli-
ces scientias, videlicet communicabilis, & in-
communicabilis, quantum ex circumstantiis
apparet verba sonanda esse spectata tantum
scientia loquentis communicabilis; ut quando
Confessarius interrogatur, an aliquis fecit de
peccato poenitentis. Ut principia duplicis scientiae,
communicabilis, & incommunicabilis,
aliquid facti Auctor praetendat, istam exem-
plum Confessarii in medium profert. Qua
enim respectu Confessarii usus duplicis scientiae
locum fortassis habere potest, sed quod
repta Confessarius duplicem personam gerit;
facile principium illud verosimile redditur
dubios minus perit. Ut autem falsitas illius
doctrinae appareat, adverteendum est, quod P.
Viva docet, non solum Confessarium, quem
non teneris ob oculos lectoris sisti, sed omnes
homines, gravi causa urgente, usum duplicis
scientiae adhibere licite potest. Et in hac ampli-
tudine dico, principium illud, seu doctrinam
prefatam vi nulli rationum esse aperte falsam,
& ab Ecclesia damnatam: nihil quippe dif-
fert a doctrina restrictionis pure mentalis.

V. Et imprimis, quod P. Viva hanc doctrinam
duplicis scientiae omnibus exhibeat, res
est manifestissima: & negatus a nobis dici
videtur, eius verba transcribenda sunt. Itaque
n. 13. relata sententia eorum qui dicunt, verba
quandoque usurpari posse materialiter, seu
ut nihil significantia, eaque, ut mendacii su-
specta, reiecta, sic concludit. Verum, quod
quid sit de hac opinione, que forte mendacium
non declinat, satis si illum nuntiasti: cum per
ipsum duplicis scientiae possit tam sigillum for-
malem, quam naturale, nisi negotio ab anv-
bus cessaverit. Iam habes amplificatum usum
duplicis scientiae ad custodiam sigilli naturalis.
Verum, si universam amplitudinem compre-
hendere cupis, lege qua numero immediate
sequenti sperandit, quem integrum transcribo.

VI. ad utilitatem. Ruffici, qui ignorant oportunitatem adhibere equivocationem, debent advertere, non praesertim loco publico occultato veritatis, an iuxta illius consessio, ne proximum decipiant. Certe quando veritatis occultatio consistit ad tuendam salutem, honorem, resfamiliares, eum ad quemlibet alium virtutis allucinatorem licet esse equivocationem: tamen tamen causa requiritur, ad superaddendam iramentionem locum hunc obsequio. Quando tamen non occurrit commoda equivocatio, aut RESTRICTIO EXTERNA, si causa sit gravis, iusticiam possunt usu DUBLICIS SCIENTIE FACILE OBVIUM occurrere occultare, non animo decipiendi, sed solum permittendo deceptionem.

VII. Rogo lectorem mentem ut hanc doctrinam serio animo expendere velit: res enim summi momenti est. Ut autem clarescat Auditori mentem penetrare valeat, illis oportet, recentiam doctrinam esse repositionem quam P. Viva exhibet argumentis lib. obiecto ab Auctoribus defendentibus restrictionem pure mentalem. Quare, ut melius sentium repositionis teneat, argumentum ipsius ob oculos ponendum est verbis ipsius P. Viva, qui illud sibi obicit n. 7. Quarto, quia postea occurrit casus in quibus non est licitum veritatem aperire, aut aperiri non potest sine magno incommodo, unde expedit, et iudicosa est veritatis occultatio: ergo debet ad id servari quoad, omnibus obvia, etiam iusticiam. Vis autem expressionis, aut restrictionis non pure mentalis non est facile obvia, et subest omnibus perplexitatibus, et periculis incidentibus in mentionibus, ne veritas revelanda manifestetur. Contra vero recursum ad restrictionem pure mentalem est obvia, nec continet autum mentalem.

VIII. Vim argumenti persequitur P. Viva, nempe viam equivocationis, & restrictionis realis, & externae non esse omnibus, & semper periviam, maxime rufficis, & minus cultis hominibus. Ideo recurrit ad duplicem scientiam, communicabilem, & incommunicabilem, seu ad restrictionem pure mentalem. Quando tamen, inquit, non occurrit commoda equivocatio, aut restrictio externa, si causa sit gravis, iusticiam possunt usu duplicis scientie facile obvia veritatem occultare. Quod paucioribus verbis dicti potest: Si commoda non occurrit restrictio externa, utere interna. Nam uti scientia communicabilis, & incommunicabilis nil aliud significat, nili. Nescio ad dicendum, quia illud scio scientia incommunicabilis, et scio ad dicendum, quia scio scientia, seu restrictio communicabilis. Idem omnino, & nil

amplius dicunt Auctores restrictionis pure mentalis. Et nota, quod ipse P. Viva scribit: Quando non occurrit restrictio externa. Quid tamen? Adhibenda est interna.

IX. In morum controversiis dirimendis duo extrema vitanda sunt. Abstinendum est a censura in aliorum opinionibus: cavendum ne nimis timor displicendi hominibus veritatis auctoritatem inducat. Non ergo, ut centosiam virgam in perdoctum, mihi que debito obsequio eolendum P. Vivam exerceam, sed ut veritatem summi momenti a vanis commentis vindicem, dico, hanc P. Viva sententiam esse, ut mihi videatur, ipsam propositionem scriptam. Res est, ut mea praesertim opinio, evidentiissima abique ulla explanatione. Restrictio pure interna est damnata. P. Viva docet restrictionem pure internam. Ergo &c. Probo minoram. P. Viva docet: Quando commoda restrictio externa non occurrit, tamen adhibendum est aliquid quo facilius occultari possit veritas. Sed nihil omnino aliud occurrere valet post restrictionem externam, nisi restrictio interna: quia nihil inter extremam & internam medium est. Ergo, dum licet quod, ubi externa restrictio non occurrit, constituendum sit ad usum duplicis scientie; iam vi ipsius argumentationis fatetur ipse P. Viva usum illum duplicis scientie facilitorem esse, & consequenter internam. Quoniam, dum quis dicit, Quando non occurrit restrictio externa, excludit omnia media quae reddunt restrictionem externam. Pluribus namque modis, ut in loco dicitur, restrictio efficitur potest, externa. Ergo cum absolute quis dicit, Quando non occurrit restrictio externa, recurramus ad id quod est facilius, vi cuiusdam rationis inferri, recurramus esse ad restrictionem internam: quia sola restrictio interna facilius est externa, & rufficis etiam obvia.

X. Patet ergo vi ipsius argumentationis qua utitur P. Viva, eius opinionem contineri in damnata propositione, seu esse ipsam propositionem scriptam.

XI. Quae dicta sunt, confirmantur ipsa terminorum explanatione. Nam uti notum communicabilis, & incommunicabilis est mere internus. Quid unquam aliud intellexerunt Auctores restrictionis mere mentalis, quando dixerunt, Nescio ad dicendum, seu nescio scientia communicabilis, & incommunicabilis, nisi dicendum? Quid, inquam, aliud intellexerunt, nisi restrictionem pure mentalem? Uti itaque scientia incommunicabilis, & communicabilis ad potam putamque restrictionem mentalem reducitur.

XII.

XII. Respondetis fortasse, ita rem se habere, si haec omnia absolute, & a circumstantiis seculum accipiantur; locus vero, si considerentur circumstantiis illigata, &que circumscripta. Usus scientia communicabilis, & incommunicabilis internus est absolute ipefectus; externus autem fit ratione circumstantiarum quae in praxi occurrunt. Hic est ultimus receptus, ad quem confugiant; & illud sophisma est potissima errandi causa. Quam sunt istae circumstantiae, quarum vi usus internus scientie incommunicabilis evadit externus? Assigna ergo principium illud restrictio omnium indeterminate hominum, quod externum constituit usum notitiae incommunicabilis. Neque enim nunc sermo est de persona quapiam particulari, ut de Confessario, de secretario Principis, aut de alia simili: sed de hominibus, de rufficis, qui nullo characteris, nulla dignitate distinguntur. Cuius enim Confessarii, secretarii, iudicis qui duplici perona manus gerunt, infra sigillatim displicemus. Controversia ergo est de hominibus: non peculiari circumstantia personam afficiente distincta. Responde itaque: quanam haec circumstantia quae ab interiori mentis sine extrahant conceptus internos? Non sane alia sunt quam causae quas omnes Auctores assignant, ut restrictiones pure internas, tamquam licitas, defendant. Quando periculum est propter salutem, honorem, remque familiarium, haec sunt circumstantiae vi quarum notitia veritatis fit incommunicabilis. Equiva notitia istae hic & nunc, attento periculo amittendi vitam, aut honorem, aut res familiares, quae circumstantiae externae sunt, in uti, immo notitia ad manifestationem; ideo illi scientia incommunicabilis externa evadit, & restrictio uncapitur non pure interna. Ita ratiocinatur P. Viva, & cum eo alii recentiores plurimi.

XIII. Iam quiaque ratione praedictis evidenter percipi, aut nullas dari restrictiones mentales, aut, si quae dantur, eas prorsus esse quas defendit P. Viva. Expende propositionem damnatam extraham ex P. Sanchez: expendi ea quae dicit Sanchez loco laudato, ubi reperies: Causa utendi iis unphibologicis, est, quoniam hi necessarii, aut uti est ad salutem corporis, honorem, res familiares tenendas, vel ad quemlibet alium virtutis allucinatorem ut veritatis occultatio consistat in equivocatione, & iudicosa. Haec est propositio scripta P. Sanchez. Neque quicquam ex Doctoribus, qui defendebant restrictiones pure mentales, docuit, licitam esse uti restrictioni-

bus praefatis abique iusta causa. Nemo quocumque coram dixit, quod he causae propter quas licitum asserant dictum usum, redderent restrictiones praefatas externas. Quid plura? Causae licite recentior in propositione damnata non fit damnata, vel quod causae recentior in eadem propositione damnata nullo modo externas reddat restrictiones mentis, quae absolute internae sunt. Ex alia parte P. Viva nullam aliam circumstantiam respectu rufficorum hominum allegat, praeter laudatas causas. Si enim quatuor, cui notitia, seu scientia fit incommunicabilis, & respondet, quia est occulta, quia eius manifestatio indicat aut vitae, aut honorem, aut deum temporarium iacturam. Ergo eius doctrina reipsa in propositione scripta continetur.

XIV. P. Claudius La Croix conceptis verbis confirmat ea quae diximus, nempe causas defendendi vitam, honorem &c. esse circumstantias quae restrictionem pure mentalem constituunt non pure mentalem. Inquit enim: Si causae sint gravissimae, tunc restrictio non erit pure mentalis; si vero causae non sint graves, restrictio erit pure mentalis. In illis verba Lib. III. part. 1. cap. 11. dub. 4. n. 289. §. 7. Quando non sunt valde graves causae iis restringendi, si fiat restrictio, praesertim ex parte salvis respondetur, constituitur erit pure mentalis, ad obsequium illius. P. g. patet interrogat filium, Fugit ne in populo? Non licet filio dicere, Non fui, subintelligendo, ut tibi constet, ut fateri debeam. Ratio est, quia nisi non sunt graviores causae restringendi, interrogatio censetur fieri absolute secundum verba tantum, & sic habet commune iudicium hominum: nam interrogatus habet ius interrogandi, neque est supra humanam infirmitatem cum respondere secundum verba praefata: ergo ha circumstantiae non sunt tales, ut possit responderi cum verbis constitutis orationem investigatam aliter, quod in mente desideratur: ergo est restrictio pure mentalis. Haec dicitur paucis verbis significat, quando est periculum perdendi vitam, aut quod simile, restrictio mentalis est licita, quia non est restrictio pure mentalis: manifestatio enim veritatis cum periculo vite est supra humanam infirmitatem: ideo tunc restrictio pure mentalis non est pure mentalis. Cur? quia tunc praesertim ergo debet quod tu non me interrogas, ut tibi revelem crimen occultum. Lepida haec doctrina. Sed audi quae praecedenti n. 288.

fri.

scribit. Si me interroget, an occiderim Cainum, respondeat, Non occidi: & licet occiderim, non mentor, nec peccor: quia in circumstantiis illis in quibus crimen est plane occultum, quod si fuerat, periclitata vita mea, non debet praesumere, nisi aliunde mihi caisset, quod me interroget, an trinum commiserim absolute, quia non habes ius ad verita absolute interrogandi: neque in illis circumstantiis tenor id quod negotium scripturae est probatum, revelata tibi cum certa iactura vitae meae, inanimis in etiam esset. Iudex meus, id hoc enim me obligare esset iuris divini, & superans humanam imbecillitatem, ut plurimum doceret cum Cardenas. Integram hunc locum extirpsi, non quod opinor quae in eo dicuntur, improbum (quia approbo & ego, tenor non teneri ad revelandum crimen quod est occultum, & nec temere probatur) sed ut tantummodo quod proposui, nempe Auctores istos docere periculum perdendi vitam esse causam quae valet restrictionem pure mentalem reddere non pure mentalem: quod est idem ac dicere, restrictionem pure mentalem licitam esse, quae immunitur vitae discernitur, seu mendacium esse licitum gravi urgente causa. Restrictio enim pure interna mendacium est.

XV. Hanc suam doctrinam explicat, & inculcat P. Claudius La-Croix Lib. VI. part. II. cap. 111. n. 1087. ubi relatis pluribus modis culodendi sigillum, five sacramentalis, five naturalis, concludit, extra similes gravissimas causas ambiguitatis esse mendacia. Et quod, inquit, dicitur est de Confessario, valet de omni alio aliquo ad se illud. Extra hoc autem, similitudine casus gravissimas fore mendacium sic uti vocibus pure, quando veritas celari potest modo magis suspecto de mendacio, sic adhiberi debet, & tunc prius mendacium extremo medio, quando necessitas urget. Etiam Galitatus docebat, mendacium adhibendum esse per modum elabori in extrema necessitate. Fateatur ergo P. La-Croix conceptissimis verbis, licere in extrema necessitate culodendi sigillum, non solum sacramentalis, sed etiam naturalis alii-que similibus casibus, uti locutione talibus vocibus compacta, quae extra hoc gravissimos casus fore mendacium. Quod sane idem omnino est ac dicere, mendacium in extrema necessitate non esse mendacium, sed tamen quae est Galitatus, alicuiusque doctrina ab Ecclesia proscripta. Unum tamen fateor, P. La-Croix caute scribere pluribus aliis recentioribus.

Defendit enim in solis extremis casibus restrictiones mentales. Sed etiam magis iactare fateor, eandem locutionem in extrema necessitate non esse, extra vero necessitates casuum, esse mendacium: quod prioris significat, in extrema necessitate mendacium licitum esse, secus necessitate sublata.

CAPUT XIV.

Causa cur recentiores plurimi reipsa defendant restrictiones pure mentales proscriptas. P. Sanchez improbat in antecessum posterum Casuillarum sententiam. Pencillosus sua plurimum recentiorum epistolae de restrictionibus internotat firmate, quam antiquiorum doctrinam de mendacia lib. 1. usq. P. Augustinus aduersus restrictiones in amens confirmat.

PRIMA & potissima causa cur plurimi recentiores Casuillae defendant restrictiones pure mentales proscriptas ab Ecclesia, est nimium, & impotens amor ergo Auctores qui restrictiones pure mentales docuerunt. Primumquam tamen ultra progredior, tellor me neminem capere velle, tamquam minus obsequentem erga Sedem apostolicam. Fateor omnes voce, & ut ipsi credunt, reipsa detestari restrictiones pure mentales in sensu ab Ecclesia damnato. Eo ergo pertinent quae dicturus sum, ut evincam, recentiores praefatos eodem ipso tempore damnant restrictiones pure mentales, eandem approbare, prout mihi videtur, labor melioris iudicio, & debito obsequio erga eandem Auctores. Quae exultationes lapsimae, & forte ad aliquantumque fastidium, praemittimus, quia tempore infelicissimo scribimus, quo libera, & sincera explicatio veritatis vitio vertitur calumniam, vel propria commoda promovendi, quod tempera ablit, maxime vero in causa in qua de aeterna aut vita, aut morte agitur. Sed ad rem.

II. Potissima itaque deceptionis causa haec est, quod posteriores Scriptores doceant, Pontifices summus, Alexander VII. & Innocentium XI. damnasse propositiones, ut iaceat, non autem ut sunt in Auctorebus qui illas docuerunt. Volunt enim praefatas propositiones ad aliorum sententiam talis adaliteras, vel, prout reperitur in Auctorebus, ex quibus descriptae. Intra, huius iudicium esse temperas. Ita communitur doctor P. Viva, P. Cardenas, P. La-Croix, P. Sponer tract. 111. in Decal. c. 1. sec. 2. n. 112. pag. 217. Certum autem & manifestissimum est,

ex his qui post damnationem posteriorum scripserunt. Admonet caute inter ceteros legendum esse P. Cardenas, qui lato calamo interpretatus est præfatas propositiones. Lubet referre verba ipsius P. La-Croix ex Lib. III. par. 1. c. 11. dub. 4. §. 13. n. 295. *Secundum autem dicta debent tunc post damnationem propositionum relaxari limitati multa que passim inveniuntur apud graves Auctores, quos referunt Willb. Sanchez ad proposit. 26. damnatam. Dicit, supra modo T. II. diff. 11. c. vi. qui ait & Cardenas cap. vi. caute est legendus, quia quædam ponunt que merito limitari debent.* Huic iudicio La-Croix subscibit, & addo plurimos recentiores, quos inter P. Viva in propositionum damnatarum commentariis, cautissime legendos esse. Item caute legendum admoñeo P. Parisium Sporer, qui contra pium sincerum monitum P. La-Croix lectoribus proponit P. Cardenas tanquam magistrum. En verba Sporer tract. III. in Decalogo c. 1. sect. 3. rel. 1. n. 106. p. 216. *Alios casus difficiles in prævi lege apud famosum P. Io. de Cardenas Societatis Iesuitæ Crisi theologica Cæcolu. impress. 1692. diff. xix. c. vi. hic satis liberaliter, & dilata propositiones se explicantem. P. La-Croix caute legendum Cardenas admoñet; P. Sporer in obsequium, ut magistrum famulum, laudet. Illius in hac materia laxitatem vocat liberalitatem, quam le sequi gloriatur loc. cit. n. 100. Nihilominus, inquit, ut re maxime præfata, & Confessarius scitu seuque necessaria (salva reverentia sanctæ Sedis) auctori tibi quod aude Io. de Cardenas in Crisi theologiae diff. xix. & alii molendi Dolores præfatas propositiones, prout docent, vixit laxas explicantes. Et, quod petus est, non solum Sporer colligit ea que scribit, ex Cardenas, & alius, qui vixerunt post Innocentium XI. sed et ex P. Sanchez, Lessio, Tamburino, & aliis, qui restrictiones damnatas docuerunt ante dictum Pontificem. Nec tantum P. Sporer, sed etiam plurimi recentis eadem vi incedunt; & illud principium omnes utuntur acutabant Auctores ante Innocentium XI. dicunt, se restrictioes propositiones prolicitas, ut sonent, ut dicunt; verum repta eisdem docent, vocant tantum variatis. Quare plurimos recentiores, & eos maxime qui minoris, in conspectu maioris, probabilitati adherent, caute legendos esse, iterum iudeo in hac materia, ut mendacia, & perijuria videntur. Nam ex his que huicque dicta sunt, evidenter constat, ex pertinere sententias plurimum recentiorum, ut ostendunt non esse mendacia ea que mendacia antiqui vocabant; & que revera sunt; ut vellet*

v 2

iplo

ipſo Caramuel ſequenti capite dicemus. Id iam innocentiffime praeſtiturum, quemadmodum ſentire non conveñt; ſicut innocenter errant qui docuerunt reſtrictiones pure mentales.

CAPUT XVI.

P. Didacus de la Fuente Hurrado propugnat reſtrictiones PURE mentales eſſe licitas ex cauſa bonae ſe, etiam poſtquam INNOCENTIIUS XI. has reſtrictiones damnavit. P. Carolus Antonius Calinedi debet reſtrictiones PURE mentales non eſſe damnatas.

N Emineñt inter Probabilitas legere licuit qui tam aperte reſtrictiones pure mentales damnatas ab Eccleſia propugnent, ut **P. Didacus de la Fuente Hurrado**. Contra **P. Carolus Antonius Calinedi** non defendit reſtrictiones pure mentales ut licitas, ſed aliud paradoxon docet, nempe non eſſe ab Eccleſia damnatas. Ne conſuetudo peritii impoſitura clamant Probabiliturum aliqui, nos nimis ſinceros eſſe in recitendis iuniorum laxiſſimorum opinionibus, verba **Hurradi**, & **Calinedi**, tranſcribo.

H. P. Didacus de la Fuente Hurrado in ſua *Theologia Reſervata diſſ. xv. c. 1.* in ipſo capitiſ titulo haec diſcutienda proponit. *Qua reſtrictione REſERVATIO PURE MENTALIS prohibita ex cauſa idonea exerceri poſſit & licita? Cui propoſitioni continuo reſpondet.* *Rationem cauſamque arguens num. 26. c. 1.* inde petunt quod ex terminis vocalibus, & ac mentalibus ſona oratio continetur in ſe, ut verba, quamvis voces componentes ipſam ſaltem ſint; ſubique illis addito, tam interno, no, quam externo, & ad modum orationis integre a loquente proferuntur. *“Nec veretur Auditor ille SS. Gregorium, & Th. in tanti erroris praetextum allegare.*

III. Poſt adductam S. Gregorii auctoritatem ſic pergit n. 27. Unde ſic a priori diſputa. Sola falſa ſignificatio verborum non ſufficit ad iudicandum abſque intentione fallendi, ut ex recepta illius definitione patet. Sed in noſtro caſu loquens falſum verbi ſignificationem non proferi, cum intentione fallendi: nam ſi hoc ſciant, praecipue abſolvo mentetur, ſed ſolum cum intentione proferendi quendam ſubreptivae peritiosae, & accuſandi alicui, quam abſque praedicta dicitur manifeſtam non poſſe. Ergo revera non mentitur eorum Deus, qui eius intentionem non reſcit, eſt hominibus, qui illum ignorant, aliud videntur. Si hac vera ſint, nemo in mundo mendax, illis exceptis qui, nulla urgente cauſa,

*mendacis ſunt aſſueti. Quiſque mentitur, ut veritatem, cuius manifeſtatio diſmum parit, occultet. Loquens in hoc caſu falſum non proferi ſignificationem cum intentione fallendi? Cur falſam proferi ſignificationem non ut audientem fallat? Intento fallendi in mendacio non alia eſt niſi illa qua falſa verborum ſignificatione occultatur interroganti veritatem. Cedo: cur falſa verborum ſignificatione utitur loquens? Ut interrogator nequeat veritatem allequi. Ergo eum fallit, decipitque loquens, qui hanc deceptionem poſtea dirigit ad veritatis occultationem. Quilibet mendacii finis eſt occultatio veritatis, media falſa verborum ſignificatione, qua deceptus interrogator nequit veritatem percipere. Explicat itam doctorum **Hurradi** ibidem num. 43.*

IV. Explicatur: Qui illa neceſſitate cogitur dicitur ex reſtrictione mentali ſe non ſciſſe quod fecit, non propter ea verba, cum intentione non proſeſi falſum ſerendum ſe, & abſolute, nec eum intentione affirmatiſ ſe habere iura mentem iudicium, abſolute negatiſm tatis ſcili, aut perſuadendi alteri ſe illud habere, ſed ſolum eum intentione occultandi veritatem ſacri, cogendo ipſum, non utcumque, ſed cum illa dicit reſtringere, ac reſtrictio negationis eius. Ergo revera non loquitur, prout opus eſt ad mendacium, cum intentione fallendi. Quippe non illa, Non ſceti, quantum eſt de ſe proſeſe, intelligens eſt ad negandum non additum, & abſque illo: nec mendax cogit poſſe, niſi cogit, obſque alio addito proſeſe non eſt. Aliquaſ id conſtat praeciſe ex proſeſe illius: non alio loquit ille qui fecit alia dicit de quo loquitur, & poſtmodum dicitur. Non tamen, veritatem ſcietis, ac dicit, Non ſceti: non veritatem eſt expectandum, ut quicumque aliquid adicitur, qui ſua verba reſtrinxerit, & ita verificentur. Deinde nec conſtat ex quo additum ſit occultum: nam quod eſt occultum aliis, non eſt occultum loquenti: & id ſufficit ut ipſe intendere poſſit loqui in ipſo loco, & non in alio. Ergo, ſive reſtrictio verborum ſit publica, ſive PROSERVA OCCULTA, ſemper aberit intentio fallendi.

V. Te admonet, ſe loqui de reſtrictione proſeſe occultata mentali. Quia licet ſit proſeſe occultata audientibus, non eſt tamen occultata loquenti. Eſt tunc, niſi Patet, aliquod mendacium occultum loquenti illud? Nec eſt quod opponas. Qui manifeſte negat ſe facille id quod fecit, negotio verballis non cadit ſupra id quod in mente retinet, ſed praeciſe ſupra illud quod voce, ac verbis expreſſerat. Sed hoc modo non expreſſerat, niſi factum abſolute, non factum exte-

externum. Ergo factum abſolute negat, quod eſt proſeſe occultum. Nam licet in mente addat vocabulum illud *sceti*, illud non reſtrinxit orationem prolatam, cum non ſit pars, inſignificatio, aut complementum eius. Si quidem illud *sceti* ſubſtitit omnino intra mentem. Ergo nequit reſtringere orationem exte-

VI. Ad haec reſpondet his verbis n. 45. Siquidem ipſa, ſed non plane poſſident... quia ſacramenta etiam collocantur in genere ſignificatiſ: nihilominus ex verbis ſenſibilibus, & inſenſibilibus aliquid componuntur, ut Euchariſtiae ex ſpeciebus ſenſibilibus, & Chriſti corporiſ, quod nullo ſubſtitit poſſe percipi... Tam alterius **MISSA non eſt unum per manum aggregationem, ut lapides in aceruo, ſed totum quoddam artificioſe compoſitum... & tamen non ſolum conſtat ex verbis intelligibiliter prolatiſ, ſed ex orationibus partim vocalibus, partim mentalibus, partim alia voce prolatiſ, & partim DICTIS SECRETE.**

VII. Inanitem ipſe, ſi haec reſellerem. Reſcripſi, ut palam omnibus ſiant quae mens habet excogitare valet ad elucidanda manifeſtiſſima Eccleſiae oracula. Quae autem evidenter pateat, doctrinam illius Theologi damnatam ab Eccleſia eſſe, ſub oculis revoca propoſitionem damnatam 26. Si quis vel ſolus, vel cum alioſ, ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive retractionis cauſa, ſive quocumque alio ſponte iuret ſe non ſciſſe aliquid quod revera fecit, intelligendo tamen ſe aliquid aliud quod non fecit, vel aliam etiam ad ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec eſt perituros.

VIII. Quid ad haec P. de la Fuente Hurrado? Reſpondet c. VIII. n. 73. Scopus Pontificis non fuit damnare opiniones communi Doctrinam calcato poſt diligens examen ab antiquis receptas, tamquam probabiles, ſed reſcripſi in praexi. Quid intelligit communi Doctrinam calcato ab antiquis receptas? In nullo Auctore, niſi in **P. Sanchez, adducta propoſitio damnata reperitur. Quero, an Pontifex damnavit propoſitiones quas docuerunt Theologi Europaei, aut Theologi Iaponentes, Sinenſes, Perſae, Aegyptii. Etiam Ianteſibae clamitant, non damnatae Eccleſiam propoſitiones quas docuit Janſenius. Et tamen viſi ratiociniſ, & critices ſeverae non minus evidens eſt in **P. Sanchez** & ceteris Calinediſ reperiri propoſitiones damnatae ab Alexandro VII. & Innocentio XI. ac reperiantur quinque propoſitiones damnatae ab Innocentio XI. in Ianſenio. Anſam ergo porrigit **P. de la Fuente****

Conc. Theol. Tom. III.

Hurrado Janſeniſ imitandi ipſum in eludendi pontificis decretis.

IX. Ut paucis rem expediam. P. de la Fuente non modo docet licita mendacia (reſtrictiones enim pure mentales) ipſo **P. Viva** indices, ſunt putata mendacia) ſed has reſtrictiones pure mentales aperte aliter doceri a **S. Auguſti. a S. Th. a S. Greg. Lopez** cum *loc. cit. c. VI. n. 57. pag. 306.* Defenſores mandatorum docebat, eadem licita eſſe ad tuendam vitam, pudicitiam, ad evitandum atrocium mortem; **P. de la Fuente** Hurrado docet diſ. XVI. c. III. n. 11. *ſatis eſſe neceſſarium* huiusmodi etiam quae ſufficit, & deſiderat ad iudicandum honeſte, & abſque peccato veritatem explantam. Quae ergo cauſa ſufficit ad iudicandum, ſat eſt ad mentiendum. Si plura cupis, lege ipſum, & pauca invenies.

X. P. Carolus Antonius Calinedi *Tom. 7. diſp. 15. ſec. 4.* quaerit, Num **PURA reſtrictio** ſit ab Innocentio XI. damnata? Reſpondet verò n. 79. his verbis. *“Celebris inter alios modos non mentiendi, ſimulque non dicendi verum, eſt PURA reſtrictio, nempe ſando abſolute per verbum, ſimulque limitando per mentis additum ipſam vocalem negationem. Stetere pro licito reſtrictioſ PURAE uſu magis nominis Theologi, inter quos **P. Suarez, P. Sanchez, P. Lellius, P. Dieſhili, P. Moya, P. Raynaudus.** Poſt pauca haec addit n. 80. & ſeqq.*

XI. Opera pretium eſt modo olendae quod haec Doctrinam de PURA mentis reſtrictione ſententiam non coincidat cum 26. damnata. Nam de eius licentia, aut non licentia ſe ſequenti. Dico iſtius ſane de PURA mentis reſtrictione ſententiam non eſſe ab Innocentio XI. damnatam. Ita expreſſe **P. de la Fuente, qui ſolide probat non eſſe damnatam, quin inſuper vult adhuc hodie licitam, quoties inſtat gravis neceſſitas; quam tamen ſecundum partem ego non approbo... Offendo igitur conſucioneſ primo. Quia Papa damnat de perituro, & mendacio reſtrictionem limitatam clauſulis in 26. damnata adieciſ. Sed nec Doctrinam, quos citavi, & citare poſſum, ſi attente legantur, & multo minus ego admitto reſtrictionem adieciſ clauſulis in 26. contentis. Ergo nec ego, nec illi, admitto damnatam. Ergo opinio de PURA reſtrictione, libera ab omnibus circumſtantiaſ in 26. damnata adieciſ, non eſt damnata... Offendo ſecundo. Quia aequali iure dicit poſitae damna-**

V 3

” 12

na restitio non pura, seu sensibilib, ac
dicitur damnata PURA restrictio... Misera
sane (concludit p. 91.) famulorum em-
ditio Doctorem, si vel transcriptus ex alio
non lectis in fonte, vel lectis, non tamen
intellectis, videm a superficialibus lectori-
bus assilantur opinionibus quas non tantum
non docent, sed detestantur.

XLII. Hæc rescribere voluit, ut Iansenistis ora
obsterneret. Clamant illi, in P. Th. Sanchez
ambas damnatas propositiones 26. & 27. vi-
dentibus reperiri quam quaque propositiones
damnatas reperiantur in Iansenio. Et, si au-
thoritas Ecclesie (que tamen cuique ratio-
nis momento prævalere) sequeatur, & sola
rationi humani cruce factum decidatur,
certum est citatas duas propositiones omni-
bus clausulis, nec una dempta, veritas re-
periri in P. Th. Sanchez loculentius quam
quaque reperiantur in Iansenio. In utroque
repta extant. In Iansenio quique reperiri,
declaravit Ecclesia. Quod in Sanchez re-
periantur ambas dicit damnatas, ut faceret,
distinguit oculi. Neque in P. Sanchez quidem
precedit, aut inquit, quod errorem, & la-
sciviam propositionum temperet. Sciunt ergo
Iansenistæ, hallucinationem esse P. Caluedi,
& P. de la Fuente, qui negare parati sunt
lucere in meridie Solem. Quare fatemur nos,
Ecclesiam damnasse propositiones, quæ decepti
fuerunt ex libris Galustarum, non illas
quas nemo docuit. Dicit P. Carolus Anto-
nius Caluedi, nos esse lectores superficiales.
Ergo. Sint Auctores propositionum damna-
tarum famulorum Doctores. Hæc omnia P. Cal-
uedi donamus. Interim dico, hoc eius præ-
dicium fuditum scandalum maximum & Ian-
senistis profundum, & ceteris omnibus inge-
nerat. Abrumpere scripturionem volui, ut
post vices centum adhuc alia vice P. San-
chez legere. Et factum reperiri, facti alias,
evidentissimum. Quare impenit lectoribus P.
Caluedi, & fide publica evidentibus absterge,
unde negat in P. Sanchez damnatas reperiri
ambas propositiones. Inveniat P. Caluedi
vel unum alium Auctorem, qui laudatas
propositiones clarius, & prius quam P. Th.
Sanchez docuerit. Necum inveniet. Con-
fessas ergo propositiones damnavit Ecclesia.
Nam utrum Probabilissimum indicio non
reperitur in Auctoribus, unde dicitur ex-
cerpta. Nullibi ergo sunt.

XIII. En, lector christiane, nostrorum tem-
porum calamitas. Laxe & scandalis plene
conduntur propositiones. Si ab Ecclesia non
damnantur, Probabiliter clamant: Non est

proscripta opinio: Auctores famulorum illant
docent: ergo probabilis. Si Ecclesia illam da-
minat, vocem extollunt: Quia, Ecclesia non
damnat propositiones quas famulorum Doctores
propugnant. Incredibilia hæc videntur. A res
facti est manifesta. Heine consequitur, fideles
plures doctrinæ ab Ecclesia proscriptis di-
rigi. Quoniam licet P. Caluedi unum non des-
tendat restrictionis præ mentalis, hunc tamen
ultum defendit P. de la Fuente ut licitum &
æque adeo licita mendacia, licita peritura
propugnantur, sola verborum circumscriptione ad-
lecta, qua dicitur, mendacia non esse menda-
cia, peritium non esse peritium. Etiam
in propositione P. Sanchez dicitur, non men-
tiri, non perierat eum quimentali restrictio-
ne utitur. At Pontifex, dammando eam pro-
positionem, declaravit in eodem mendacium,
& peritium reperiri. Quibus commentis glan-
dunt has duas propositiones, istem oblitantur,
& in nihilum redigunt aliam, ut do-
ctrinam semel defensam immemorem afferant
ab omnibus centuriis. Plura dicenda forent,
quæ prætereo. Te dumtaxat admonere ut ab
eiusmodi Auctoribus tibi caveas.

CAPUT XVII.

Quæ vera nobis videtur, sententia proponitur.
Licitæ est amphibologia que autem verborum,
aut de circumstantiarum duplicem patitur
sensum, utrumque ab audiente intelligibilem.
Non omnes veritates possunt semper
ambibolice occultari. Error recitaturum pluri-
mum hæc de re manifestatur. Veris regulæ
pro plena questionis intelligentia, & pro
praxi assignantur.

Facillimum fuit aliorum opinionibus re-
felleri: sed difficillimum est limites
definire certos, intra quos amphibologia co-
hibeatur. Omnes improbare amphibolias,
omnesque adprobare, æque ferme periculo-
sum est. Hic ergo libere, hoc opus est, ut
extrema videntur tam mendacia, tum viola-
tionis fidei date, & ut amphibolice externa a
restrictionibus mere mentalibus secerantur.
Inter innumeros Auctores qui hoc de ar-
gumento scriperunt, paucissimi sunt qui reman-
attigerint. Nam defensores restrictionum
mentalium, Sanchez, Sanchez, Tamburinus,
Lefius, & etiam defensores plurimi restrictio-
num quas non pure mentales vocant, eas
licitas in omnibus fere vitæ civilis actioni-
bus, in quibus aliqua causa occultandæ ver-
itatis occurrat, propugnant, ut cuiuslibet eos-
dem

dem legenti parabit. Alii extrema opprobra
via incedunt: omnes siquidem usum amphi-
boliarum damnant: inter æquivoca verba,
seu æquivocam locutionem, & restrictionem
mentis, sine internam, five externam, nihil
distingunt: sed omnia in unum permittunt:
& confusionem maximam lectoribus pariunt.
Utrisque nos sententia extrema devotissimi-
mus. Atque ut sententia quam reputamus
veram, usum sternamus, que penes omnes
certa sunt, præmittimus oportet.

II. Primo extrema controversiam est restri-
ctionis mentis quæ de absolute, & circum-
stantiis inspectis, intra mentem situnt, no-
tisque modo ab audiente percipi queunt, fa-
cile ab Ecclesia proscriptas tamquam menda-
cia. Et licet quidam scribant, esse prohibi-
tum usum eorumdem dumtaxat a iusto passis
idei continui, id tamen ceu falsum omnino
& proscriptum reprobamus.

III. Secundo certum est aliquam locutio-
nem esse falsam secundum se, veramque fieri
ex circumstantiis interrogationis. Para, si
Confessarius roget Titium conscientem pec-
cata sua, an fornicationem, sursum, aliaque
peccata perpetraverit, & ille respondeat se
nequaquam illa peccata commisisse, vera re-
sponso est, licet aliquando illa commiserit,
& confessus eodem fuerit. Quia ex circum-
stantia confessionis externæ, & realis, in qua
falsa peccata commissa, & nondum confessa
panduntur, intra communem intelligentiam
interrogatio est de his solis peccatis. Quare
Titius respondens se eadem peccata non com-
mississe post unquam confessionem, ad men-
tem respondet Confessari. Similiter, si Pe-
trus interrogatus a servo, sollicite pro vicis
& plateis dominum suum requirentes, an il-
lum viderit, respondeat, se non vidisse;
quamvis heri, a quoque tempore milites viden-
ti, vera est responsio: quia ex circumstantia
externa sollicitæ, & anxie inquisitionis patet
eius interrogationem esse de visione sui domi-
ni. Hic & tunc, ita ut est, responsiones despre-
hendere queat nisi nunc reperitur. Ex si Petrus
responderet famulo, se heri vidisse dominum il-
lius, famulus filii illius existimaret. Hæc au-
tem vera sunt iuxta communem omnium in-
telligentiam, ac proinde licita. Porro in hoc
errant recentiores plurimi, quod ex his pe-
culiaribus casibus inferunt regulam univer-
salem, ut iam iam explicabimus.

IV. Amphibologica locutio est que va-
rios patitur sensus, quamque qui loquitur,
alter intelligit ac intelligendam præcipiat ab
illo qui audit; ea tamen intelligi ab eodem

potest; vel certe valet alteri advertere esse am-
phibolum orationem; adeoque alius interroga-
tionibus urgere potest respondentem ad prole-
dendam veritatem. V. g. quando Abraham
dixit, Sarai forem esse suam: si Pharaon
advertisset ad illud verbum *for*, intellexisset
esse verbum aliquam, aliaque esse sorores
ex patre, alias ex fratre, vel nepote: & hæc
nam ut veritatem manifestaret, si manife-
stabilis fuisset absque peccato.

V. Tandem certum est nunquam licitum
esse uti amphibolia sine iusta causa (id om-
nes fatentur) quando loquens utitur orati-
one amphibologica in sensu quem non per-
cipiendum confidit ab audiente. Semim utitur
amphibolia in eo sensu quem credit, &
propitius intelligendum ab audiente; tunc enim
est proprie amphibolia, quia qui ad mentem,
& iuxta intentionem interrogantis loquitur,
& respondet, candidè, & sincere loquitur,
nullaque esse de peccato suspicio potest. His
premissis, quæ nobis videtur vera sententia,
proponitur.

VI. Licitum est locutio amphibologica, seu
æquivocatio, que aut vi verborum, aut ratio-
nis circumstantiarum, iuxta communem in-
telligentiam, plene excipit sensus intelligibiles
ab audiente, veritates occultari; sed non semper
sufficiat ad occultandam veritatem, potissimum
dum interrogans arguit ut sine æquivocatione
loquamur: propterea alia via occultandi sunt
secreta que absque peccato revelari nequeunt.

VII. Hæc nostra sententia duplici constat
membro. Primum nihil peculiare continet,
nec video ab aliquo negari posse. Constat
enim & exemplis allatis, & pluribus ex ipsa
Scriptura adducendis, licitam esse illam æqui-
vocationem que tenus plures patitur, ab au-
diente aut vi verborum, aut circumstantia-
rum ratione intelligibiles: quia repta talis
locutio habet hos varios sensus, iuxta com-
munem hominum intelligentiam; quamquam
non semper quilibet audiens advertat ad sen-
tum quem loquens intendit: quod contingit
ex eiusdem audientis occultantia, aut hebetu-
dine. Quando autem vel crimen, vel secretum
vel quodpiam aliud factum, occultandum ex
iustitia, aut caritate, excipiat locutionem
amphibologicam, seu verba æquivoca, non
potest a nobis definiri, necque certa regula præ-
scribi. Sed quicque in praxi consulere suam
conscientiam debet ad veritatis regulas respic-
iendum. Ita docet Somus Lib. de regem. l. c.
memb. 111. q. 111. concl. 7. Interim tamen,

si percontatur quis, quibus amphibologiis potest se miser tueri, non possunt illis sigillatim colligere; sed pro sua quisque peritia, & prudentia illas potest evagare.

VIII. Secundum sententiam nostram membrum punctum precipuum, ac quali dixerim, unicum presentis questionis spectat, & arque declinat. Illud advertebat communis doctrina recentiorum, qui, ut diximus supra, quia copulare volunt semper & calidissimi sigilli, & conservationem vitæ, volunt quoque semper, & pro quacumque veritatis alienius momenti occultatione, adesse amphibologias locutiones, quibus veritas occultetur. Neque enim ipsi ex natura ipsius peculiaris facti, quod res ipsa æquivocationem suscipit, inferunt licite adhiberi posse amphiboliam exteriorem; sed absolute statunt, quodcumque factum, locutionem, & quomocumque veritatem non manifestabilem admittit æquivocationem æternam, hoc ipso quod veritas non debeat manifestari, & communicari. Nos contra dicimus, aliqua facta sua natura admittit æquivocationem, seu verba duplici potestatis, aut sub talibus circumstantiis interrogationis aliquando fieri quæ plures sensus habere possunt: & tunc affirmamus licitum esse, in illa urgente causa, occultare veritatem beneficio locutionis amphibologicæ, ab audiente, si advertat, intelligibilis. Exempla rem manifestabunt. Abraham amphibolia occultare potuit licite matrimonium: quia revera Sara Socrus illius non ex matre, sed ex patre erat, & que consanguinitas apud Hebræos sufficiebat ad fornicis veram appellationem. Quod si tali consanguinitatis vinculo iuncti non fuissent, minime tali amphibolia celare matrimonium potuisset. Christus dixit: *Ego autem non ascendam ad diem festum istum*; quia revera erant plures dies festi, & primus celebrior erat arque solemnior, ad quem invitabatur Christus; qui sine certo respondit ad illam solemnem festivitatem se non ascendere, quia nondum tempus fuerat advenire; facit vero suam æquivocam occultum post alios dies faciendum, quando tempus suum impleverat iam esset. Dum Sacerdos qui simul est Confessor, interrogatur, an sciat homicidium, aut aliud delictum perpetratum; sincere & vera respondet se illud ignorare; quomvis illud in confusione audierit; quia iuxta communem intelligentiam omnium Christianorum non interrogatur ut Confessor, sed ut ceteri homines. Hæc omnia paucioribus verbis explicat P. Dominicus Soto, qui, ut mea præfert opinio, præ omnibus Theologicis controversiam hanc feliciter resolvit, &

ad Ecclesie mentem proximis sua doctrina hac in materia accessit. Inquit ergo de resp. sec. memb. 111. q. 111. concl. 7. *Si verba non recurrant, quibus per æquivocationem, sive locutionem receptam, citra mandatum celari possit crimini; non debet, antequam mentiarum...* Dicitur Sanctiorum esse tendere, ut prohibeant responsa per verba quæ nullum possunt facere verum sensum, secundum significationem sive receptam; quippe quia non possunt a mendaciis illa ratione excusari.

IX. Clarius explicatur discrimen quod nostram inter & recentiorum opinionem intercedit. Recentiores, ut vidimus, non ex facti natura, neque ex circumstantiis revera extrinsecis advertentibus, que veritatem ipsam, ut sic dicam afficiant, sed ex causis, seu damno quod manifestationem veritatis consequitur, inferunt, restrictiones non esse pure mentales. Exempla tunc manifestabunt. Uxor ad altera vitam amittit, si adulterium marito, pignore districto illam imperent, fateatur. Dicant ipsi, miserem adulteram uti posse amphibolia; aut duplici scientia communicabili, & incommunicabili, aut verbis nihil significantibus, ut mortem evadat. Nostra sententia cum D. Augustino oppositam asserit. Causæ enim que obstant ad celandum veritatem, omnino disparatae sunt ab ipsa locutione; adeoque perperam adducuntur, tantquam circumstantiæ externe, vi quarum sensus in mente retentus fiat exterior. Si hoc namque verum esset, nullæ forent restrictiones pure mentales; quoniam Adversus illarum nonnulli ob graves causas illas propugnabunt; & tamen nemo illorum dixit, quod castitæ illæ constituant illas restrictiones exteriores. Hoc inventum excogitarunt Scriptores (quod magno opere advertendum est) post propositiones damnatas. Et enim declinarent pontificias censuras, restrictiones mere mentales non mere mentales, sed exteriores appellare ceperunt. Et si ab illis quaras, cur appellentur exteriores, respondent, quia hic & nunc manifestatio veritatis inferret grave damnum, violat vel iustitiam, vel caritatem. Facile autem illis est hæc, ceterorum fallam, doctrinam suam limare. Quia, ut explicando nostram sententiam adnotavimus, revera dantur aliquæ restrictiones externe; non vero ob causas occultationis veritatis; sed quia ipsam afficiunt locutionem, & factum quod sub locutione cadit; ut patet in Confessorio, cuius personalis dignitas circumstantia vere externa est, que determinat locutionem; & in responsione Abrahami, & Christi Domini non ascendens ad tale-

solemnitatem primi dici. Et hæc est sententia recentioribus, qui ex modo citis peculiaribus, pota Confessori, cui similis non datur, inferunt regulam universalem, qua statuant, omnes veritates summi momenti, & omnique secreta occultanda esse amphibologica sermone, nulla facta consideratione, utrum factum, seu crimen occultandum exipiat nec ne sermone amphibologico, luppedietique vocabula æquivoca; et matrimonio occultandum luppedietavit Abrahamo verbum æquivocum fore. Sed minus considerant confessoria mala que manifestatio veritatis parit; & ex hoc principio inferunt, restrictiones non esse pure mentales. Quod eisdem recidit ac si dicerent, in gravi, vel extrema necessitate mendacia non esse mendacia, restrictiones pure mentales non esse pure mentales. Quomodo quidem antiqui defensores mendaciorum excusabant locutionem Raab negantis reperiri hospitem in domo sua, & sicut negantis patrem extrare domi, & adulteræ negantis adulterium se commisisse, aut mortem vitæ damni; sic isti eandem omnino locutionem alibique exteriori addito excusant: cum hoc tamen discrimen, quod antiqui in mendaciorum defensione sincere erant, mendacia appellant mendacia, sed veritas digna, quia ob necessitatem prolata; isti vero volunt, necessitatem esse ut illa locutio non sit mendacium, sed amphibolia externa, eo quod interdum revera dantur locutiones amphibologicæ, ut exemplis productis constat. Placet que diâta sint confirmare auctoritate celeberrimi Caramuelis, qui Theol. fund. Tom. II. n. 805. p. mihi 182. Est mihi, inquit, innotata adversus contra restrictiones mentales. Si enim continentur intra terminos pietatis, & sinceritatis, necessaria non sunt. Nam omnia que ipse præstare possunt, præstabitur configurantes circumstantia. Quod si tales dicantur, ut etiam ibi admittenda sint, ubi desunt circumstantiæ significantes (ignoscant mihi eorum auctores, & propugnatores) tollunt divinos locutiones, & secretatem, & tanquam possibilia demandant sicut. Quoniam sicut adhibere aperitur omni mendaciorum, omni perjurio vitæ. Et tunc differencia in eorum, ut quod veri vocabatur mendaciorum, naturam, & malitiam non mutat, sed nomen, ita ut hodie tubatur, Restrictio mentalis nominari; quod est vitæ comitate sacchari, & sicut specie vitæ colore. Adeo hæc perniciosa sunt, adeo luculentia, ut nulla cavillatione implicari valeant. Caramuel ipse, qui in laxata evangelica, & naturali lege palmam ceteris præcipit, haud

potuit tam manifeste veritati oculos claudere. Que olim mendacia, post restrictiones pure mentales; & que olim restrictiones pure mentales, iam restrictiones externa appellatur.

X. Ex his que diximus, varie pro quod eliciuntur regulæ. Prima est. Si factum quod sub sermone cadit, non admittit suprà natura verba æquivoca, que iuxta communem intelligentiam varios excipiant sensus, absolute ab audiente intelligibilis; nullo modo licitum est respondentem ex necessitate occultare veritatis uti his locutionibus, *Nescio illud factum, ut manifestabile; Non feci, subintelligendo, ut tibi illud revelem; vel Nescio illud, subintelligendo scientia communicabili; non habeo penurias, subintelligendo ad tibi dandas.* Hæc omnes locutiones, quas universaliter adhibendas statuant Probabiliter ad occultandum veritatem, que revelata grave incommodum pareret, sunt absolute restrictiones pure mentales ab Ecclesia damnatae, seu sunt pura putaque mendacia.

XI. Secunda regulæ. Aliquando factum supra quod cadit interrogatio, admittit locutionem amphibologicam, vel quia persona respondentens secretum duplicis persone, ut Confessoris, geritur. Principis &c. de quibus infra, que sunt circumstantiæ revera externe; vel quia conditio peculiaris illius facti subministrat locutioni verbum æquivocum; & tunc licita est, gravi causa impellente, amphibolia.

XII. Tertia regulæ. Locutiones amphibologicæ, licet interdum latius sint ad occultandum aliquam veritatem interrogatoribus obtulit, aut is quorum parum refert eam scire; tamen tamen inceptæ sunt ad occultandum veritatem magni momenti interrogatoribus variis & verisimilibus, qui æquivocacionem deprehendere valent, atque respondentem ad incitas redigere, ut præcisè respondentat. Quid ergo tum agendum? iuxta declarabo.

XIII. Quarta regulæ. Quando ligax interrogator æquivocam, seu amphibologicam respondentem deprehendit, urgetque respondentem ut præcisè, & candidè respondeat, ut omittat amphibolias, & restrictiones omnes, non potest respondens uti amphibolia reflexiva ulque in infinitum, ut docent recentiores plurimum; sed debet repellere in nihilum interrogatorem modo infra explicando.

XIV. Quinta regulæ. Ex præcedenti regulæ clarissime constat, recentiores præfatos restrictiones pure mentales, & consequenter mendacia docere. Tantum quidem aboli ut eorum locutio amphibologica externa sit; quin ita inter-

terra est, ut audiens nullo excogitabili modo possit vi talis locutionis deprehendere sensum loquentis. Hic enim ita restringit, & claudit intra mentem sensum suum, ut iure se nulla uti equivocacione; quemadmodum docent committere recentes Probabiliter cum Sanchez Lib. III. cap. vi. n. 45.

XV. *Sexta regula.* Quando quis utitur amphibolis in sensu quem confidit non percipit in ab audiente, quem tamen percipit, si advertent, non intendit illius deceptorem, sed occultationem veritatis, quam custodire tenetur, deceptionem vero audientis solam persequitur.

XVI. *Septima regula.* Ut omnes causas necessarias ad scitum nulum amphibolis exteriori perspectas habeas, eas ad quatuor capita redactas ad oculos pono. Prima, quod iusta, & gravissima causa urgeat. Secunda, quod respondens non teneatur esse furtiva, aut religione, aut obedientia veritatem nullo patefacere; sed non habeat illam celandam. Tertia, quod veritatis occultatio ita profit loquenti, ut nulli nocere. Quarta, quod verba vi sua, aut vi circumstantiarum referant sensum loquentis, intelligibilem ab audiente, si advertere velit.

XVII. *Octava regula.* Ex hoc quoque dictis patet non esse questionem de nomine, dum rationem impugnantur quibus recentes defendunt amphibologas locutiones. Nam, si admittatur, verba privam significacionem ex Religione consenti; aut hiecirum nonnullam favorem elici posse. Flammis Scripturæ textus referunt. Caramel in Libro qui inscribitur *Haploetes*. Ergo tantum non recentibus qui neopitum facillime possunt.

II. Obicitur itaque I. Abraham Gen. XII. & xx. vocavit Sarai sororem suam: Soror mea est: quæ tamen erat illius uxor. II. Idem Abraham cum ad montem pergeret, ut immolaret, sicut mandatum acceperat a Deo, si illum Iam Isaac, dixit ad pueros suos Gen. xxxi. *Expectate hic cum ovibus ego, & puer illius usque profertur, postquam adoraverimus, revertentur ad vos.* III. Mentis quoque videtur Iscob, cum se Elyas simulavit, ut patrem allegaretur benedictionem Gen. xxxi. *Ego sum primogenitus tuus Elyas.* IV. Mentis sunt obstrictæ Egypti, dum Pharaonem consequenti, quod Hebræorum matris, ut ipse iularet, non interseferunt, respondendo: *Non sunt Helææ, sicut Egyptiæ mulieres: ipse enim obstrictus habet sententiam, & priusquam venimus ad eas, paravit Bene ergo fecit Deus obstrictus...* & quia

cia, damnavit Pontifex summus. Vident ergo quomodo centuriam pontificiam evadere queant illi qui scribunt, restrictiones mentis esse prohibitas in quotidiano usu (*à tractatissimo*), non ob graves causas.

XVIII. *Nonna regula.* Quoniam hinc quæstio pluribus circumstantiis est subiecta, non potest statui regula generalis, & præcisa, quæ omnibus casibus valeat accommodari. Nos certe conati sumus & sententiam recentiorum sub in lumine collocare, & questionis statum esse potioris, & regulas, quoad fieri potuit, præcitas præscribere. Nihilominus adhuc multa declaranda superiure quæ fillatim explicabilibus dissertatione loquenti, in qua plurimos casus reolverimus ad hanc materiam attinent.

CAPUT XVIII.

Sæva Scriptura textus quos antiqui pro mendaciis, & recentis pro defendendis mentis restrictionibus opponunt, exponuntur.

I. Omnes Scripturæ textus quos antiqui in mendaciorum favorem producebant, afferunt quoque recentiores, ut mentales propugnent restrictiones. Qui temperant ante Innocentium XI. eodem omnino textus pro restrictionibus pure mentalibus agebant quos nunc pro restrictionibus non pure mentalibus laudant potissimi Scriptores; quod satis esse deberet ad demonstrandum, ex præfatis textibus nihil neque in mendaciorum, neque in restrictionum mentalium favorem elici posse. Flammis Scripturæ textus referunt. Caramel in Libro qui inscribitur *Haploetes*. Ergo tantum non recentibus qui neopitum facillime possunt.

II. Obicitur itaque I. Abraham Gen. XII. & xx. vocavit Sarai sororem suam: Soror mea est: quæ tamen erat illius uxor. II. Idem Abraham cum ad montem pergeret, ut immolaret, sicut mandatum acceperat a Deo, si illum Iam Isaac, dixit ad pueros suos Gen. xxxi. *Expectate hic cum ovibus ego, & puer illius usque profertur, postquam adoraverimus, revertentur ad vos.* III. Mentis quoque videtur Iscob, cum se Elyas simulavit, ut patrem allegaretur benedictionem Gen. xxxi. *Ego sum primogenitus tuus Elyas.* IV. Mentis sunt obstrictæ Egypti, dum Pharaonem consequenti, quod Hebræorum matris, ut ipse iularet, non interseferunt, respondendo: *Non sunt Helææ, sicut Egyptiæ mulieres: ipse enim obstrictus habet sententiam, & priusquam venimus ad eas, paravit Bene ergo fecit Deus obstrictus...* & quia

ziantem obstrictæ Deum, adstrictis eis domus. Exod. i. V. Mentis videtur Augustinus Tobiam alloquens his verbis: *Ego Iam Azarias, Azaria magis filius.* Tob. v.

III. Antequam ad singula respondeamus, cum D. Augustinus advertimus, plurima in sacra Scriptura haberi quæ mendacia absolute videntur, at tamen ut inquit Augustinus, mendacia non sunt, sed mysteria: aut, si mendacia, imitanda minus sunt. En verba D. Augustini Lib. xiii. *mend. c. xv.* adversus Priscilianitas. *Ad te quæ pertinet, scilicet deprehensibilem cum rebus, sic accipienda monstrare testimonium Scripturatum, ut vel doceas non esse quæ putantur mendacia, si eo modo intelligenda sunt: vel imitanda non esse quæ nullo modo est esse mendacia...* Ad ostendenda ergo, quæ putantur in Scripturis esse mendacia, non ea esse quæ putantur, si recte intelligantur, non tibi parum adversus istos valere videatur non de apostolicis, sed de propheticis litteris invenitur velut exempla mentium di. Illa enim quæ nominatim commemorantur, ubi sit unquamque notantur, in illis libris leguntur in quibus non solum dicta, verum etiam facta multa figurata conscripta sunt, quia figurate esse sunt. Hinc Augustini doctrina latius etiam solvendas omnes difficultates quæ ex Scriptura opponi solent. Nihilominus tamen in maiorem veritatis confirmationem ad singula responsum dabimus.

IV. Resp. Ad primum respondet D. Augustinus Lib. cont. mend. cap. xi. his verbis. *Qui asserunt, aliquando esse mentium, non convenienter commentantur Abraham hoc fecisse de Sara, quam sororem suam dixit. Non enim dixit, Non est uxor mea: sed dixit, Soror mea est: quod erat verum tam propinqua genere, ut soror non mendaciter diceretur. Quod & testatur Iam Ibi ad illos qui adhaerent, et nobiles Ibi confirmavit, respondens illi, & dicens: Eil. confertur, respondens illi, non de matre, hoc est de patre meo de matre, non de matre, hoc est de patre meo de matre. Augustinus vero veritate, non falsi aliquid dixit, quando fecit uxorem, dixit sororem. Hic & filius eius fecit Isaac. Nam & ipsum necimus propinquam suam contingendo fuisse sororem. Non est ergo mendacium, quoniam sciendo obstrictum verum, sed quoniam loquendo pronuntio falsum.*

V. Ad secundum respondet idem Augustinus, nequaquam Abraham mentium fuisse, sed propheticæ: certissime namque speravit Deum, qui paulo ante illi dixerat, *In Isaac vocabitur tibi semen*, eundem Isaac mortuum suscitatur, ut ipse D. Paulus declarat ad Heb. xi. *Fide obstricti Abraham Isaac, cum*

tentaretur, & angonitum esset, qui susceperat promissionem: ad quem dictum est: *Quia in Isaac vocabitur tibi semen*, ardebat quia ex a mortuis suscitatus potest esse Deus, Quam interpretacionem declarat Augustinus L. VI. de Civ. Dei c. xxxi. *Non dubitavit quod sibi reddi poterit immolatus: qui dandi potuit non speravit.*

VI. Ad tertium idem Augustinus respondet Lib. cont. mend. cap. x. *Iacob, quod misse fecit uxorem, ut parvum fallere videretur, si diligenter, & fideliter attendatur, non est mendacium, sed mysterium; quæ si mendacia dixerimus, omnes etiam parabole, ut figura significandarum quarumcumque veritatum, quæ non ad proprietatem accipienda sunt, sed in eis aliud esse alio intelligendum, dicuntur esse mendacia: quod absit omnino. Nam qui dicit parat, respicit etiam tam multa locutionibus potest hanc importare calculatam; ita ut hæc ipsa quæ appellatur metaphoræ, hoc est de re propria ad rem non propriam verbis aliter usurata translatio, possit ista ratione mendacium participari. Cum enim dicitur fluctare leges, generare vitæ, floridam sustentant, necesse caventur; proculdubio fluctant, generant, florent, necesse, quia in his rebus non invenimus in quas hæc verba aliunde transfundimus, ab istis mendacia putantur...* Si autem non est mendacium, quando ad intelligentiam veritatis aliud esse alio significatum referuntur; profecto non solum id quod fecit, aut dixit Iacob patri, ut benediceretur, sed neque illud quod Ioseph voluit illudens locutus est fratribus, nec quod David simulavit Israheliam, nec vetera Iam Iam, & cetera multa sunt; sed locutiones, actionesque prophetas, ad ea quæ verba sunt, intelligenda referenda: quæ prophetæ figurate vel antichrisi obstrictur, ut solum pie gravitate exerceant, & non modo, ad prompta viderent. Item Lib. de Civ. Dei XVI. cap. xxxvii. *Quis est in ista benedictione precipua datus hominis sine dolo? Qui est datus simplicis, quæ fictio non mentium, nisi profundum mysterium veritatis? Multi tum ex antiquis, tum ex recentibus Scripturibus docent, Iacob fuisse mentium; sed simul docent, qui catholici sunt, mendacium illud non esse imitandum.*

VII. Ad quartum respondet Augustinus Lib. cont. mend. cap. xv. *Sed quod scriptum est bene Deum fecisse cum Egyptiis obstrictos, & Rabi Hieronymus innotuit, non ita factum est, quia mentis sunt, sed quæ in homine Dei misericordes fuerunt. Non est itaque in eis remonerat fallacia, sed benedictio*

inquit; benignitas mentis, non iniquitas mentis.

VIII. Ad quantum respondeo, Angelum Raphaelem hominis perionam reprobentalem, & humano more locutum fuisse: neque enim Tobias, cum alloquens, Angelum, sed hominem reputabat. Ignorans quod Angelus Dei esset, salutavit eum. Tob. v. ver. 6. Contequeretur Raphael Tobias leniori interroganti: Indica mihi de qua dono dno, aut de qua verba est tu; respondit: Ego sum Azarias Amnias matris filius. Quoniam, sicut personam preerebat humanam, ita quoque & stuprem Israelliticam, & genus paternum ex illius preteritia magna Azariz abique mandaco referrebat. Ananiz autem potius quam alterum filium se dixit, quia Ananias hebraice est, inquit Sandes; Paganus, dominus, & miseratio, & glorificatio Dei. Porro omnes Angeli sunt filii Dei. Ideo more humano loquens patrem allegavit, qui simul & Tobias imolceret, & celestem suam originem clauderet. Quare eius locutio fuit, cum Angulino loquatur, non mendacium, sed mysterium. Quemadmodum enim Confessarius & hominis, & Dei perionam gerit; sic & Angelus qui Dei lectione fungitur sub specie hominis. Et sicut Confessarius sine mendacio quodam proferre potest ut homo, & quodam ut Dei minister; sic & Angelus in humano commercio more humano loqui potest sine mendacio. Plurimos alios Scripture textus, quos expendit Augustinus, milles factos. Nam si quis etiam obstrime contenderet, a loquenti ex sanctis Patriarchis mentium fuisse; non ob id quidquam concluderet adversus nostram, & communem Catholicorum sententiam: quoniam tunc mendacium reitesceret, tamquam imitatione indignum. Libet transcribere verba Augustini ex Lib. cont. mend. cap. ix. Unde constat quod non omnia que a sanctis vel iustis viris legitima facta, transferre debeamus in mores; sed etiam hinc discere quam late pateat, & quousque perveniat quod Apostolus ait Galat. vi. Fratres, estis preoccupatus fuerit homo in alio quo delicto, vos, qui spirituales estis, inimitate de huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens te ipsum, ne & tu tentaris... In omnibus autem actibus vestris maxime etiam bonis turbant compensaturus peccata, ita ut ne peccata existimentur, si habeant tales causas propter quas fiunt, & in quibus videatur peccari potius, si non fiunt.

CAPUT XIX.

Aliqui textus evangelici adducuntur, qui asserti solent in favorem restrictionum mentalium, & explicantur.

I. NON modo ex veteri testamento, sed etiam ex Evangelio aliqui obducuntur textus in favorem restrictionum mentalium. Tres celeberrime referam. Primus habetur Ier. vi. ver. 8. *Non ascendite ad diem festum istum, quia mecum temporum istum festum est. Hic cum dixisset, ipse mansit in Galilae, ut autem ascenderent fratres eius, tunc ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.* Aliter textum opponunt ex Matth. xxiv. & Marc. xxi. ver. 32. *De die autem illa, vel hora nemo scit, neque Angeli in celo, neque Filius, nisi Pater.* Alium denique ex Luca cap. xxiv. ver. 28. *Et ipse se finit longius ire.*

II. Antequam ad singulos textus respondentem prebeam, cum D. Augustino animadverto, Christum Dominum plurimum in Evangelio figurate, & sub parabolarum regumensitum locutum fuisse. Quae vero imperitis mendacia videntur, mysteria sunt, figurataeque locutiones. Sed Augustinum audiamus Lib. de mend. cap. xxi. *Elucet itaque, distinctis omnibus, nihil aliud illa testimonia Scripturarum monere, nisi nunquam esse omnino mendaciorum. Quod si quidem nec ulla exempla mendaciorum imitatione digna in moribus, factisque Sanctorum inveniantur, quod ad eas accipiunt Scripturas quae ad nullam figuratam significationem referuntur, sicut res geste in Actibus Apostolorum. NAM DOMINI OMNIA IN EVANGELIO, QUAE IMPERITIORUM MENDACIA VIDENTUR, FIGURATÆ SIGNIFICATIONES SUNT.*

III. Nonne omnes fatemur? Scripture textus plures exipere lenis, quorum alii clariiores, alii obcuriores sunt, alii spirituales? Hinc est quod Deus, in consulatione tollerent, statum Ecclesiam suam esse sapientum iudicem, nulli errori obnoxium, qui decernat, definitaque legitimum, & genuinum sensum a falso. Quia vero extra hanc univiam Ecclesiam quilibet sibi ius usurpat interpretandi Scripturas, quique etiam propriam profiteretur religionem, inter quos nullus ordo, nulla unitas, nulla Ecclesia, sed confusio, & maxima perturbatio. Porro, si in nostris sermonibus dictum foret sacros Scriptores imitari in utu

figa

figurarum, troporum, & allegoriarum, humanum commercium abrumperetur; omniaque confusa, & perturbata evaderent; & Respondebilia humana eligere iuramentum iudicem, sicut interpretem naturarum locutionum deberet; sicut Deus pro Scripturae sancte interpretatione delinavit Ecclesiam. Verum, ut his incommodis occurreret, nobis in suo Evangelio formam locutionis in responsonibus adhibendam prescriptit his verbis: *Sic sermo vester: Est est, non non.* His premissis, ad singulos textus respondendum.

IV. Primus qui opponitur textus nullam pretere diffinitatem, si integer consideretur. Nec opus est ad textum graecum recurramus, in quo, loco *Non legitur, Nonum ascendit, ut oblerat Iulianus Gandavensis in sua Comment. v. lxxxi.* & Erasmus ipse facit, exemplaria a se visa pro non habere *nonum*. Sed his non indigemus, quia sensus illius narrationis clarus, & obvius est. Si quidem Christus sciebat, tempus passionis suae nondum adventis; providebatque fratres suos, seu consanguineos evulgatos eius iter in Iudaeam, si illud eis manifestasset; ac proinde Iudaeos ipsum ad mortem questuros. Haec omnia ex textu praevio patent. *Dixerant autem ad non fratres eius: Transibimus, & vadem in Iudaeam, ut & discipuli tui viderent operari tuos.* Quid primum respondebit Christus? *Tempus meum nondum adventis;* ver. 7. Porro addit ver. 8. *Non ascendite ad diem festum istum, quia mecum non est festum istum.* Graecum textum, qui prime responsonis optime cohaeret, *nonum* ascendit ad diem festum istum. Dixit ergo Christus, *Non ascendit, ut occurreretur;* addidit *istum*, ne mentiretur. Haec interpretatio tota est Augustini sermo. *Christi. nov. edic. n. 7.* Hoc ergo ne illi praesentent, & cum venturum esse mentarent, & praepararentur insidias, *Non ascendo, inquit, ad diem festum istum. Dixit, Non ascendo, ut occurreretur; addidit istum, ne mentiretur. Aliquid inquit, aliquid distulit; nihil tamen falsi dicit.*

V. Haec interpretatio adhuc clariore evadet, si & rationem quam Christus allegat, & verba quibus ius iter in Hierusalem narrat, consideraverimus. Porro haec est ratio tur Christus non ascendit: *Quia meus tempus, inquit, nondum adventis.* Ecce quomodo ex verbis ipsius Christi manifeste colligitur, ipsum non inesse absolute, se profecturum in Hierusalem; sed solum distulle, se cum suis fratribus, & publico stipatum comitatu, nolle ascendere. Bis siquidem repetit, tempus suum non

adventis, seu *nondum* impletum esse; & relate ad hanc responsonis formam iuramentum alia verba, non ascendit: quia nondum venit hora mea. Nonne ex hac responsonis quilibet prudens colligit? Ergo ascendit, cum ipse iudicabit tempus suum adventis? Haec omnia, non videntur restrictionis interitus, sed vi verborum manifesta sunt; atque confirmantur, si advertamus festum Scopopie, de quo nunc est sermo; pluribus diebus constasse, quarum prima foemiorum erat. Negavit ergo Christus ad primam, vel secundam diem, ad quam ibant eius fratres, se ascensurum; & ideo dixit, *Nondum adventis* &c. Ascendit autem postea, nempe tertia, quinquagesima die, non manifeste, sed quasi in occulto; quae verba non enim sentiam prodant, ut Christus in mente retineat illud manifeste; & quod illud responso vera sit, attenta quidem restrictione mentali, sicut continebant olim auctores restrictionum pure mentalium, & nunc contendunt auctores restrictionum earundem, quos tamen non pure mentales ortenus alii quocumque vocant. Haec subtilissima interpretatio opponi ad summum potest, si eadem ipse die ascendit in templum Hierosolym; aut nisi verbis externis declarasset se repta non ascensurum ad festum illud ad quod fratres sui ascendebant. Immo, inquit Augustinus, non temere dicit: *Vos ascendite ad hunc;* ego non ascendo ad istum; sed addidit *istum*, ne mentiretur, illud manifeste, in mente retinisset, nihil exterius addendo; & propterea addidit *istum*, ne mentiretur. Haec omnia iterum evidenter confirmat Augustinus tract. xxviii. *vs. Iosaph. Non ad hunc, id est ad quem vos vultis, primum, vel secundum diem. Ascendit autem postea, ut Evangelium loquatur, non dicit ad festum, id est quomam illius diei nisi eos dies praesentissem quam remansissent. In ipsam enim festivitatem, quantum intellegendum est, diebus pluribus celebrabatur.* Haec est unica, & germana interpretatio, quae naturaliter ex sensu litterali prodit. Quoniam Christus respondit iuxta iniquum peccatum, qui poscebant ascendere festum istum. *Transibimus, & vadem in Iudaeam, ut & discipuli tui viderent opera tua quae fecisti. Nonne quippe in occulto quod fecit, & quavis ipsam palam esse. Si haec fecit, manifeste te ipsum vado.* In sensu ergo interrogantium respondit Christus se non ascendere: sicut si dixisset, *Veni submissum;* & ipse respondisset, *Non venire.*

VI. Ad secundum textum, qui difficilior est, mul-

Et ipse Sanchezium colo, cui egregium Theologum, & sacrorum canonum scientia ornatum; sed in hac materia illius doctrina proscripta est, ideo nullus hic auditoris. Excusandus autem celebris Theologus cum pluribus aliis qui ante proscriptionem Ecclesie scripserunt; sed excusandi minime sunt recentiores non pauci, qui post pontificia oracula audent restrictiones mentales sub variis thesibus propagare. Moya pro hæc sua opinione laudat Dicaellium, Diaconum, Leandrum, Angelum, Sylvestrum, Navarrum, Azorium, Valentiam, Medinam, Sonecinam, Sotum, Salonem, Rodriguez, Filiucium, Conradum, Laymanum, Reginaldum, Lessium, Bonacina, Zamardum, aliisque non paucos: quorum plerimi complere ante declarationem Ecclesie, alii docent opportum, & alii, qui reipia docent opinionem Moya, sunt meri scriptores, quos inter non infimum locum tenet Zamardus, quem P. Moya magistram sapientiam appellat, ut probabiliter pondus adiciat. Sed, his nullis, respondeatur, reum esse periculi mercatorum qui, adulterata mensura, aut pondere, iudici legitime interrogati negare le pondus, aut mensuram adulterasse. Nam, ut alias diximus, si eiusmodi mercator vellet abolere mentiri in iudicio, posset ne alia via mentiri, nisi negando le adulterasse mensuram quam revera adulteravit? Quam sit falsa opinio Moya, & aliorum, ex his que dicta sunt, patet. Omitto alia que loco citato docet Moya, nempe licitum esse ob solam probabiliteriam

noa

non servare taxam profinitam a Principe. Qui opinio admittit, nil amplius stabile, & firmum in civili societate. Nulla fore est mensura, nulla pretii taxa, quæ pluribus ob peculiare rationes iniusta probabiliter non videtur. His iugiter principia probabiliteriam licitum erit eam taxam alterare. Quare hæc opinio regimini Republice infesta omnino est, & exitialis. Hinc collige quam sit vel ipsi Principatui pernicioso iusto iaxor Casuistarum nonnullorum doctrina.

XVII. Quæst. XV. An licitum sit uti iuramento amphibologiæ, quoties sese offert honesta causa legitimi veritatem? Resp. Adfirmative respondent Auctores restrictionum mentalium. Casuopans tract. xiv. disp. 1. punct. 7. num. 16. ubi alios Auctores laudat. Hæc opinio continetur in propositione damnata, de quo loquuntur, est illius amphibologieque mere interna est, ut ex recitatæ quaestionibus patet.

XVIII. Quæst. XVI. An dua interrogatio, ut cum ager vocacione submotæ, et ubi que alla amphibologia sincere veritatem manifestet, possit cum mentali restrictione iurare? Resp. Adfirmative respondent Casuopans tract. xiv. disp. 1. punct. 7. num. 16. Leander tract. 1. disp. xiv. quæst. xxviii. & penes ipsos Bonacina, Suarez, Diana, Tralencius: quia, inquit Casuopans, nulla propositio ita ample sumi potest, quin aliquam restrictionem habere possit in mente. Hæc doctrina est ut ab invidis delatoribus ad Sedem apostolicam tradita: Patet ne locus interpretationi de restrictione interna, & externa? Nonne conceptus verus quamcumque excogitatum mentis restrictionem ut licitam defendunt Auctores illi; cum proponunt, et posse ut quocumque restrictione mentali vel in ipsa responsione in qua extrinsecus testatur, & iuras te loqui, & iurare solone ulla mentis restrictione in quo ethnico descripte corrupta doctrina? Etenim quid prodest Casuopans de Confessario, alibi expliatum fuit ut inceptum: quoniam Confessarius dei, & hominis personam gerit. An licitum erit homini, ut minori pretio emat mercem, eundem loquendi modum, & phrasim utiurpare quam adhibet Confessarius, ut sacramentale sigillum custodiat? Sed de hoc fusius alia.

XIX. Quæst. XVII. An idiote, hominesque litterati, ex hac nova Theologia desint, sed evita christiana sinceritate inbuti, qui hæc amphibologas formare nesciant, possunt iurare, Cov. Theol. Tom. IV.

Et vivitatem occultare eo in sensu quem viri docti verum reputant? Resp. Auctores restrictionum mentalium saltem, posse in nos rades negare, vel admirare in sensu quem Theologi verum reputant. Quæstio sufficit alex. casuopans periculum iurare eo sensu quem vir doctus verum reputat: inquit Leander tract. 1. disp. xiv. quæst. xxviii. Similem doctrinam tradunt Casuopans, Viva, & alii Auctores de iuris agentis, ubi docent, et minime necesse esse ut rudes sciant varios contractus, his veris dixerunt, varios pretextus, quibus ultra tota loiet; sed læta esse utendum aliquam pecunia velis iurare sciendum aliquam modum quem viri docti excogitant. An non mirifica est doctrina ista? Quamquam enim possint homines rudes in pluribus controversiis amplecti consilium Theologorum, an inde consequitur eos posse & perjurare, & iurare peperare iuxta aliquem ex modis illis quibus recentiores Theologi & a perituri, & ab ultra mentali locutiones, & contractus præfatos excusant?

CAPUT V.

Reus iudice interrogatus, cuique hoc iudiciali interrogatio facto constet, tenetur ne secreti crimen, & tamen talem confessionem iuxta iura consignat?

VI. Iuxta aliquis ante Probabilissimi inventum qui admittant sententiam in dubium vocaverit, sed unanimes fere consensu antiquiores Theologi eam propugnant. Ad recentiorum Casuistarum plures oppositam defendunt opinionem, aliquibus tamen conditionibus adiectis. Inquirent ergo, reum obitringi ad criminis confessionem, primo, si grave damnum ex tali confessione non imminat; licendo, si crimen ita probatum sit, ut nulla spes superit evadendi mortem. Ceterum, si solum præcedat semiplena probatio, quæ, licet satis sit ut index iudice interroget, non tamen sufficit ad revincendum, dammandumque reum; tunc volent non teneri reum iudice rogatum ad delicti manifestationem. Alii docent, non obitringi reum ad confitendum veritatem, si agatur de crimine pro viam inquisitionis, vel accusationis, vel exceptionis. Alii tamen, reum teneri ad delicti confessionem, si index ex proprio procedat officio, & delictum notorium sit, ac famosum; ius, si iudex ad parvis instantiam procedat. Verum, his omnibus dicendi modis relictis, ad pro-

B

ban-

hanc accedimus assertionem nostram, videlicet reum teneri ad manifestandam veritatem, quibus iuribus interrogatur; etiamsi veritate manifestata, capite plectendus sit.

II. Hanc nostram sententiam non modo antiqui Theologi fere omnes, sed etiam graves ex recentioribus tum Theologi, tum Canonici propugnant. D. Thomas 2. 2. q. 141. art. 1. D. Antoninus III. Par. tit. 18. cap. VII. §. 1. Paludanus in IV. dist. 318. quæst. IV. Caietanus in 2. 2. q. 188. art. 3. Tabiena verb. Accusatus n. 11. Sylvester verb. Accusati quæst. XIII. Armilla verb. Actus n. 2. Sotus de lect. memb. XI. quæst. VII. concl. 1. & Lib. III. de iust. quæst. 1. art. 71. n. 4. Toleros Lib. 7. Summo. cap. XVIII. n. 3. Navarrus in Mentali. cap. XVIII. num. 57. Gabriel. in IV. dist. xv. quæst. VI. art. 2. concl. 6. Gomez Tom. III. par. cap. XIII. Gregorius Lopez. Lib. IV. verif. Iuram. tit. XXX. par. VII. Archidionotus §. Item. 22. quæst. I. Perez Lib. VIII. orationum. tit. VI. Covarravias Lib. I. pract. quæst. XVIII. Philares de offic. Sacerd. Tom. I. part. 1. Lib. IV. cap. XXV. Gutierrez Canonici. Op. Lib. I. cap. XV. num. 15. Ledesma Tom. I. Sum. tract. VIII. cap. 15. Grassis I. par. dec. cap. VII. num. 16. Salon 2. 2. quæst. 188. art. 3. Sayrus Clavis Reg. Lib. XII. cap. XVI. Bannez 2. 2. q. 188. art. 1. Serra 2. 2. q. 188. art. 1. Azorius Lib. XIII. cap. XXV. Sanchez Lib. VI. cap. III. dist. 29. Lessius cap. XXXI. num. 12. Aragon dist. 2. quæst. 188. art. 1. Sylvius in 2. 2. q. 188. art. 2. Candidus dist. XXXI. art. 3. dist. 5. §. 1. Wiganth tract. IX. exam. 5. n. 49. quæst. VII. Salmausticus tract. XIX. append. cap. III. punct. 1. & discipuli D. Thomæ omnes, immo & extranei magis committer.

III. Non alias in medium afferam rationes, quibus episcopatam sententiam evincam, præter eas quas D. Thomas prodit loco laudato. Porro prima illius ratio est ex Scriptura depraempta. Siquidem illud quod Dei gloria repugnat, peccatum grave est. Occultatio autem veritatis iudici legitime interroganti, divinæ gloriæ gravem inferi iniuriam, quemadmodum e contrario veritatis confessio in maiorem Dei gloriam edit. Id clare patet ex Iosue cap. VII. vers. 19. Et ait Iosue ad Achen: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, argue iudici mihi quid feceris, ne abscondas. Achen confessus est furtum, quod morte punitum fuit. Vere ego peccavi Domino Deo Israel, & sic & sic feci: ibi v. 20. Confessione audita Iosue mortis sententiam in reum dixit, ibi vers.

25. ubi dixit Iosue: Quia turbasti me, & turbasti te Dominus in die hac, Lapidavitque eum omnis Israel. Habes hic iudicem interrogantem legitime reum de delicto capitali; habes quoque reum morte sciendum quod contententem crimen. Quod satis esse debet, si reus candidus, & non sophisticus agatur. Quamquam vero omne peccatum cum divina gloria pugnet, necatio tamen veritatis in iudicio singulariter eidem irrogatur iniuria. Deus enim veritas est, & in veritatis enuntiatione potissimum ipsamet, sicut in veritatis negatione plurimum offenditur.

IV. Secunda, & potissima D. Thomæ ratio ex Scriptura similiter depraempta est, nempe ex D. Paulo episc. ad Roman. cap. XIII. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Non est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinatum resistit. Qui autem resistit, ipsi sibi damnationem acquirit. Nam Princeps non sunt timoribus operis, sed mali. Ut autem non timeas potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illo: Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladius portat: Dei enim minister est, vindex in reo et qui malum agit. Ideo necesse est subditi ehere, non solum propter iram, sed etiam propter CONSCIENTIAM. His ultimis verbis potissimum, & tere unicum adverteriariorum fundamentum (subvertitur. Vult enim Apollolus nos obedire potestatibus, non solum propter eorum, sed etiam propter conscientiam: quod & repetit ad Ephel. VI. Nos enim ad oculum servientes, quasi bonis vobis placeatis, sed ex animo cum bona voluntate. Et D. Petrus Episc. I. cap. II. vers. 13. Subditi igitur estote omni humane creature propter Deum, sive Regi, quasi excellenti, sive ducibus, tanquam ad eos missi ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.

V. Ex his divinis oraculis hanc concinnat Anglicus argumentationem. Qui contra iustitiam debitum agit, mortaliter delinquit. Porro adversus iustitiam debitam omnino operatur qui suo superiori legitime præcipienti obedire recusat. Hæc enim inobedientia, iniustitia quedam est, tum quod potestati resistit, tum quod ledam suo crimine iustitiam relaxare tetigit. Immo eam inique denovo violat, delictum suum tegendo, & occultando. Peccatum autem contra iustitiam genere suo mortale est.

VI. Hæc argumentatio clarius ex ipso An-

Angelicis confirmatur. Princeps, seu iudex, qui Principem suum refert, potestatem habet precipiendi, & exigendi confessionem a reo. Ergo reus obstringitur superiori legitime precipienti obedire. Ambe propositiones sunt ipsius D. Pauli, ut cuiusque laudatum textum legenti constare potest. Quid enim valeret precipiendi, nisi ea præstare posset que ad bonum communis Reipublice conferunt? Partio vero delictorum necessaria est ad tranquillitatem, ordinem, & felicitatem communitatis. Quod vero precipiendi potestas prodellat, quodvis subditi a parandi debito liberati essent? Igitur, etiam iuramento sublato, reus subditi mortaliter peccat, quando iudici legitime interroganti fateri veritatem omittit. Vi siquidem legis naturalis, & divinæ subditi obedire tenentur superioribus suis. Si postea interveniat iuramentum (quod imponi alicubi, ut Venetiis, non solet) refert peccatum inobedientie, & iniustitiæ, committitur delictum gravissimum peccatum. Hanc angelici doctrinam adoptavit Catechismus Tridentinus Part. III. de 8. præcep. num. 15. De reus autem & superioribus vult esse Deus certatim confitetur, cum ex iudici formula interrogatur. Est enim testimonium, ac prædicatio quædam illa confessio laudis, & gloriæ Dei, ex ipsius Iosue sententia, qui Achen ad veri confessionem adhortatus, inquit: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, argue iudici mihi, quid feceris, ne abscondas. Quid ad hæc reponere valeant Probabilite, penitus non tenent. Verum hæc nostra sententia evidenter evadens, cum adverteriariorum obiectiones resolvit.

VII. Contrariam itaque sententiam propugnant non pauci ex recentioribus. Logo Tom. II. de iust. & iur. disp. IV. sec. 1. n. 15. Probabilem vocat hanc opinionem. Cardenas dissent. XIX. cap. VII. hanc opinionem defendit, & pro eadem adducit Sylvestrum, & Armilla. Hi duo Auctores verb. Actus, locis supra citat. n. 2. conceptis verbis docent, peccare mortaliter reum non consentientem veritatem iudici legitime interroganti, quamquam plectendus sit ob crimen confessio pena mortis. Laudat item Cardenas pro hac eadem sua opinione Lessium, qui loco a me supra citato expressè meam deprobabilem appellat. licet contrariam non improbabilem appellat. num. 16. Hinc collige quantum fit illorum Auctorum citationibus fidendum. Pro hac opinione laudantur plures alii, Fillius, & Villalobos, & Fagundes,

Portel, Alcezar, Sancius, Peyerius, Diana, P. Laurentius Lib. III. tit. XVIII. q. CXV. numer. 2. defendit, hanc sententiam esse validam de probabili. Salmausticus quoque loco citato inquit, Auctorem agmen probabilem reddere hanc opinionem. Forte, si Salmausticus percurrit illud Doctorum agmen, ut illosum utar verbis, nec adeo numeratum, nec tante fortitudinis repererunt, ut ipsi, fidem adhibentes, aliis reatoribus, excusantur. Certo Tarragoni, minime levioreis doctrine isclator, in Iohes, contrarietate, de casus, theol. dub. 25. improbabilem vocat hanc opinionem, additque pro se non habere nisi tres aut quatuor Summis nullius auctoritatis. Ut ut res se habeat circa Auctorum numerum, eorumque auctoritatem; hanc ego opinionem omnino improbabilem reputo, eo quod aperte fit falsa, & falsis principis imitatur, ut statim palam fiet.

VIII. Obiiciunt ergo 1. Preceptum fatendi veritatem, quando crimen necdum probatum plene est, aditque spes evadendi damnationem ad mortem, si negetur veritas perpetrati delicti, non est humane imbecillitati accommodatum, nec humano modo possibile; dum ex centum, immo ex mille, vix unus fit inveniens qui in his circumstantiis crimen sit facturus. Hoc est potissimum illius opinionis fundamentum, quod inconcessum appellat Cardenas. Precepta ergo cum periculo vite Christianos non obligant? Non tenentur ergo evangelicæ fidei veritatem fateri, mortem tyranno minantur? Etne humane imbecillitati accommodatum martyrium quodlibet, quamvis atrocissimum, subeundum, cum præceptum confessionis fidei sciendi coram periclitatore urget? Ex accommodation ergo præceptorum ad humane imbecillitatem colligenda eorumdem obligatio erit? Precepta ergo quæ humane repugnant imbecillitati, Christiano non obligant? Et hoc est argumentum illud inconcessum, quo reum a veritatis confessione liberant Theologi Probabilite? Sed, ne illis imponere videamur, audiendus secundam obiectionem.

IX. Obiiciunt 2. Leges & præcepta humana non obligant cum periculo vite, aut alterius damni suppari. Ergo præceptum iudicis non obligat reum cum periculo capitis, aut alio prope simili. Sub his terminis Cardenas, vir aliquo acris ingenii, proponit hoc argumentum, quod inconcessum appellat. Resp. Non satis mirari quid

vir Theologus legem humanam appellet legem illam naturalem, & divinam qua subditi obstringuntur sibi Regibus, Principibus, & superioribus omnibus legitime precipientibus obedire non tantum propter vindictam, seu penarum timorem, sed & propter conscientiam. Nonne Apollolus Paulus conceperis verbis hanc legem precipientem, ut iudici sublimioribus potestatis obediatis, docet esse divinam? Nonne ait, reum qui resistit obedire Principi iubenti veritatis confessionem, Dei ordinationi resistere? *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Inquit Apollolus. Et D. Thomas ibi in Commentariis sequitur. *Et si enim fragilis Princeps, quantum talis est, a Deo est, & nihil est a Deo sine ordine, consequens est quod etiam ordo quo inferiori potestatis superioribus subditiuntur, sit a Deo. Itaque qui contra hanc ordinem resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Verum, quia res est magni momenti, lubet rationem afferre qua D. Thomas evincit, iuris naturalis, & divini esse debitum illud quo subditi obstringuntur obedire superioribus. Siquidem praeter manifesta Dei oracula, quae hoc periculis iubent, ex ipsis naturalibus principis colligit Angelicus, ad ius divinum referendam esse subditiorem iobedientiam erga suos superiores. *Ait enim 2. 2. quod civ. art. 1. Si res aliquod tenem naturalium procedit ex potestate naturalibus, ut operationes huiusmodi procedunt ex humana voluntate. Operatio autem in rebus naturalibus ut superiora movent inferiora ad suas actiones pro excellentiam naturalis virtutis ex latia divinitus. Unde etiam operatur in rebus humanis, quod inferiores movent superiores pro suam voluntatem ex vi auctoritatis divinitus ordinatae. Movere autem per rationem, & voluntatem est precipere. Et ideo, sicut ex ipso ordine naturali divinitus instituit, inferiora in rebus naturalibus necesse habent subditi motionei superiorum; ita etiam in rebus humanis, ut ordine iuris naturalis, & divini tenentur inferiores suis superioribus obedire. Etenim, quae manifestum legem naturalem esse, & divinam eam qua subditi subditiuntur sublimioribus potestatis.*

X. Obiectis 3. Praeceptum Principis, seu iudicis obligat reum ad veritatis confessionem sub poena torturae, aliorumque tormentorum, minime vero sub culpa peccati mortalis. Quare non est praesulumdum iudicem velle obstringere reum sub culpa gravi ad veritatis manifestationem. Resp. Haec doctrina directe adversatur doctrinae D. Pauli, qui loco

citato ad Rom. XIII. apertissime docet, non solum timore penarum, sed & conscientiae legibus divinitus esse subditos suis superioribus. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Haec verba adeo clara sunt, ut nulla ageant interpretatione. Lubet nihilominus Angelici Doctores commentarium in hunc locum addere. *Non solum propter iram, sed etiam conscientiam vitandam, quod pertinet ad secundam caritatem, sed etiam propter conscientiam bonam conservandam, quod pertinet ad primam caritatem: quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et paulo inferius ibi: Ex quo patet quod ex necessitate iustitiae tenentur subditi sua iura Principibus exhibere.*

XI. Ego non cenitorem ab errore immunitatem qui doceret, subditos absolute non teneri sub culpa gravi obedire ius superioribus, & vicissim superiores delictis esse potestate oblipeandi subditos sub peccato gravi, quoties imminet periculum vitae, vel alterius gravissimi damni, ut est poena trucidum, exilii, & carceris. Quid? Ergo damnandi erunt tot Catholici qui talem opinionem docent? Nequidem ego damno; qui omni debito obsequio praefertor. Et, ut eos quosmo melio excuset, animadverto, eorum neminem quaestioem hanc ad iacram Scripturam revocasse. Revolve omnes Auctores, docentes reum iuridice interrogatum non teneri ad veritatis confessionem cur vitae periculo; & neutrum invenies qui textus D. Pauli, D. Petri, aliorumque iacorum Scripturam expendit. Hos textus non supra retulimus, & alios hic ad maiorem veritatis confirmationem transcribimus. *Servi obedite pro omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum ad Col. III. vers. 22.* Similia habet ad Titum III. *Admones illos Principibus, & potestatibus iudicibus esse debite obedire, ad omnia quae bonum parant esse debite.* Item ad Hebr. XIII. vers. 17. *Obedite potestatibus vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddant, ut cum gaudio hoc faciant, et non gementes: hoc enim non expedire vobis.* D. Hieronymus in Commentariis Epistolae ad Titum cap. III. haec scribit in illa verba, *Admones illos Principibus &c. Quod quidem praecipitur & hic, & ibi (Ad Rom. XIII.) propterea puto editum, quia Iudei Galilei per illud tempus adhuc dogma vigeabant, & habebat plurimos sectatores, cuius & in Actis Apostolorum cap. v. fit mentio, Scriptura*

ra referent. Ante enim hos dies exiit Theodas, dicens, quendam se esse magnum, cui appositus sunt viri quasi circiter quadraginti: & post haec surrexit in diebus census Iudas Galilaeus, qui inter cetera hoc quoque, quasi probabile ex lege, pro lege ferebat, nullum debere Dominum vocari, nisi solum Deum, & eos qui iam facti sunt adoptionis filii, subiectos Deo decimas propter libertatis affectum, non debere Caesari tributa solvere. Haec sunt verba in tantum excoerati, ut etiam Hieronimus, & multam partem populi commoveret, ita ut ad Dominum quoque subiectores haec quoque referretur, licet non dare Caesari tributum, an non? Cui respondens Dominus ait: Reddite quae sunt Caesari, Caesari, & quae sunt Deo, Deo. Cui respondit Paulus Apostolus congruens locis, creditores debere esse subiectos, & obedientes Principibus, & potestatibus.... Sed, quia dixerat, Admones illos principibus, & potestatibus subditos esse: poterat his qui tormentum formidant, occasio ad negandum dari, dicens Iudas Apostolus dictum se asserere principibus, & potestatibus subiectos, & facere quod iubent, & subditi? Obedite ad omne verbum bonum. Si bonum est quod praecipit peccatum, & praeter, iubentis obsequere voluntati. Ibi erroris mentionem facit D. Thomas in commentariis in epistolam ad Rom. XIII. *quidam falses in primitiva trinitate dicebant, utrens potestatis se subditi non debere propter libertatem quam consecuti erant a Christo.... Sed libertas per Christum concessa, est libertas spiritus, qua liberamur a peccato, & a morte.... Interim autem, dum corruptibilem carnem gerimus, oportet nos dominis carnalibus subiacere. Antiquorum haecim renovant Lutherani, blasphemantes, legem nullam sive ab hominibus, sive ab Angelis aliter imponi posse, nisi in quantum ipsi volunt: liberi enim sumus.*

XII. Quod Hieronymus narrat de Iuda Galilaeo, qui, quasi probabile ex lege, pro lege ferebat, subditos liberos esse a dominorum levitate, idem de non paucis Christianis dicendum videtur. Omnes siquidem tum antiqui, tum antiqui proximiores Theologi eodam docerant sententiam, tanquam ut necesse sit. Lellius loco supra citato, tempore Tit. II. cap. XXXI. postquam eandem sententiam tanquam communem dicit, non. 16. subdit, contrariam non esse improbabilem. *Non est tamen improbabile, inquit, reum non peccare mortifere nec.* Conc. Theol. Tom. IV.

quando crimen, presentem in causa capitali. Non improbabilem, quin valde probabilem postea vocavit Cardinalis de Lugo Tom. II. de iust. & iur. disp. IV. sec. 1. non. 15. Aucto recentiorum numero, eam absolute tanquam in praxi securam propugnare aggrehi sunt Cardenas, Laurentius, & novissimi Constantinus Roncaglia tract. XVI. de 8. Decret. praes. esp. 11. de iur. ref. 4. Ubi hanc laxam conclusionem. *In tali ergo casu non est in iudice auctoritas obligandi ad culpam, adeoque nec in eo obligatio obediendi sub mortali.* En quam aperte verba Hieronimi locum habeant. Quod enim sub initium quasi probabile ex lege docebat, decursum temporis pro lege fertur, & propugnatur. Peccavit ergo secundum hanc Roncagliae doctrinam solus, cum ad fatendum fursum indaxit Achan, qui ex tali constitutione lapidibus obruendus erat? Nam peccat iudex qui auctoritate delictus adstringit reum ad confitendum illud ad quod revelandum minime tenetur.

XIII. Ut manifestior evadat improbabilitas, & falsitas istius quam impugnavimus opinionis, recolendum est id quod iam indicavimus, Principes auctoritate sibi divinitus collata (eo modo quo alibi explicabimus) subditos ius imperare, eos regere, atque ab hostibus defendere, & ea omnia praecipere quae ad illorum felicitatem, tranquillitatem, & commune Republicae bonum pertinent. Quia Principes vi iuris naturalis, & divini, ut ex D. Paulo constat, haec omnia praestare debent. Vicissim subditi eadem lege naturalis, & divina evequi tenentur Principum iussa quae bonum commune principatus spectant. Quoniam tum Principes maxime potestatem exercent principatus, cum bonum publicum subditorum promovent. Cum ergo dicimus, lege naturali & divina iudicatos Principum, Regumque mandata obnoxios esse, non intelligimus quod eisdem legibus obstringantur ad quaecumque iussa quae bonum privatum spectant, sed ad ea quae bonum commune implicant. Eorumque iussa procepta quibus Principes, ac omnes iudices, & ministri ad sibi praedatum urgent subditos, sine in se humana, quia ab homine ex immediate profertur: in origine tamen, ut sic loquar, sunt divina, quatenus Principes vi auctoritatis sibi a Deo collatae leges regunt, & procepta imponunt. Quibus politis, haec elicio conclusionem.

XIV. Opinio quae ob vitandum periculum amittenda vita eximit subditos ab obedi-

ta, *sub culpa gravi suis Principibus red-
denda in materia gravi, falsa unius est.
& penitus improbatum, ne plus dicam.* Quo-
niam contraria directe est appetitissima licet
Scriptura oraculis, ut ex allegatis testibus
patet: contraria est Paulinus, & Theodorus,
Hieronymus, Anselmus, & Thomas, contra-
ria promissa est Catechismo Tridentino. Ex-
tra tribus locis huiusmodi nos momenta
illa locutissima, quibus postquam inquisi-
tione sententiam. Hæc vero inconcussa prin-
cipia iussu fecerit Calixtus novi qui oppo-
sitam improbatam opinionem. Iure ergo nos
postquam improbatam, & falsam appellamus,
ulque cum anctoritari Scripturatum, Pa-
trium, & Catechismi Tridentini responsum
prebent.

XV. Quid quod non modo falsa, ac im-
probabilis est, verum etiam Principibus, &
Reipub. iniecta? Enim vero, si periculum
obvenerit mortis subditis a debito parendi
suis Principibus solvitur, non ergo arcum ex-
cubitores cum vita periculo locum suum
custodire tenentur: non ergo milites in ci-
vitarum obsidione conscientie lege obstrin-
gantur cum vita periculo, imperantibus du-
cibus, milites concedere, urbenque in-
vadere: non ergo latitantes cum vite periculo,
Principe iubente, grassatores, monastium
adulatores, alioque sceleratos homines su-
mum legere adstringuntur: non ergo cum
vite periculo axes catholici persequi in suis
civitatibus denegare debent hereticum semina-
toribus: non ergo Principum, & Regumque
secretarii ipsorum custodire in re summi mo-
menti, imminente vite iactura, adstringuntur.
Ne multa. Hæc opinio, præterquam
quod Scriptura, Patribus, & Conciliis con-
tradicit, principibus, & regis bellum in-
dicat, regnum perturbat, subditos adversus
Principes commovet. Fac mente persuasos
esse subditos, non tenent ad parendum Prin-
cipibus lege conscientia: quis, quæso, a tem-
pore peccati excubabit ad salutem civitatum,
quis xenodochii regendum innumerat, suam
suis vitam timore hæc perant subditis, ne-
mo non videt curia perturbari, & ad ma-
lorum exitum vergere.

XVI. Postremo, nullis opinionibus Auctores
similitudinis comparandæ. Nam omnes uno
eod tenentur, legem humanam obligare sub
culpa gravi, & cum vite periculo subditos,
quoties imminet damnum Reipublicæ ali-
quod gravissimum. Porro, si alteras a Prin-
cipe potestatem puniendi improbos, grassa-
tores, homicidas, latrones, opprobros,

alioque id generis homines, quid aliud e-
runt civitates, nisi sceleratorum receptacula,
ubi nullus ordo, nulla tranquillitas, nulla se-
licitas, sed horror, confusio, & calamitas
sumptissima reparant? Possit autem quod
in subditis iudicis interrogato non addit debi-
tam conscientiam confitendi delictum, deficit
quoque in Principe potestas precipiendi sub
gravi culpa confessionem perpetrari delicti,
ut conceptis verbis docet P. Ronaglia cum
suis eisdem opinionis fautoribus. Porro,
subditis & a Principe potestate imperandi, &
a subdito obediendi debito, consequitur ul-
timum vindicem ita extenuari, ut sepe nihil
operari possit. Non raro siquidem confitendi
rei unica via est puniendi delicta, & coer-
cendi improbos. Qui ergo admittit Principi
potestatem imperandi, & subdito debentem
prestare confessionem delicti, in delictum
omnino, sumopere certe nullum, quam
vindicatam vocant, extenuat, atque debili-
tat. Insuper etiam gravissimum vulnus con-
muni Reipublicæ bono, quod in scelerum
punitioe elucet.

XVII. Reponunt adversarii, posse Prin-
cipes habere confessionem sub peccato, & ob
illius poenæ timorem adstringi subditos ad
confessionem. Præterea, quod hæc responsio
directe contraria sit præcepto D. Pauli ex-
presse dicentis: *Ideo necessitate subditi estote,
non solum propter eam, sed etiam propter
conscientiam.* Hoc, inquam, præterea: quia
nemo unquam istorum hanc sententiam ad San-
ctiæ poenæ revocavit, ut dixi supra. Sed
dico in primis, responsum hanc semel-
plam multis modis confondere. Siquidem
adversarii omnes confitentur, subditos sub mor-
tali obstrictos esse ad parendum Reipublicæ,
etiam cum vite periculo, in his eventibus
in quibus gravissimum damnum boni com-
muni timeatur. Porro iam demonstratum est,
delictorum punitionem ad summam Reipubli-
cæ tranquillitatem necessariam esse, & re-
rum confessionem medium necessarium tunc
esse ad hanc ipsam punitionem. Secundo ad-
versarii docent, reum tenent sub culpa mani-
festate delictum plene probatum. Cur, que-
so, quando delictum omnino probatum est,
peccat mortaliter, si illud neget? Quia,
inquunt, nulla datur ipse evadendi mortem.
Sed iam ostentum est, neminem vitandæ mortis
in his eventibus in quibus bonum commu-
ne periclitatur, minime solvere subditos ad
obediendum debito. Quamvis est hæc theo-
logizandi ratio? Quando delictum est tan-
tum sentiente probatum, rei confessio me-
dium

diu est necessarium ad bonum commune
servandum; ad innocentem vitam custodi-
dam: quia e. g. si homicidæ non puniatur,
civium vita secura non est, quam omnes rei
vite præferant. Recentes Casaliæ in hoc
evento, in quo bonum commune subditorum
abique confessione rei periclitatur, & confes-
sione poenæ hoc bonum commune servatur,
docent, reum ad confessionem criminis haud-
quaquam obstringi. Quando vero delictum
est iudicis probatum, ita ut poni sine rei
confessione possit, & consequenter nullum
est boni commune periculum, nulla iactura
timeunda; tunc sub mortali obligant reum ad
criminis confessionem. Cur? Quia tunc nul-
la est vitandæ mortis iactura. En ergo quo-
modo sibi contradicentes nullo modo ad boni
communi sine periculum, sive conserva-
tionem animam intendant; sed rectam tem-
poralis conservatio privata sit amica eorum
Theologie regula in hac questione distimen-
da. Postremo, admittit quod Principes ne-
queat obligare sub culpa, neque obligare pos-
set sub peccato: quoniam quoque poenæ sippo-
nit culpam; nisi iudex conceptis verbis de-
clarat se molis obligare ad culpam, sed ad
penam. Quomodo ergo posset iudex tormen-
tis reum adire ad sceleris confessionem?
Innitum siquidem est quemquam ad id co-
gere quod non tenetur prestare.

XVIII. Respondet Cardenas *disp. xix.
cap. vii. num. 85.* Innitum est quemquam
urgere ad id quod non tenetur neque sub
culpa, neque sub peccato prestare; innitum
vero non est cogere ad confitendum sub pe-
ccato quod sub peccato tenetur. Mirum
profecto, hominem æquum, & doctum po-
tuisse in gravissima questione tam inepto
sophismate inhere. Ille siquidem ex-
plicit in nomine lætæ. *Caracolum* ob id so-
lum quod in contrarium revocaverit,
non Deum contulerit Principibus potestatem
obligandi sub culpa; & ipse statim cum
communi Catholicorum sententia *respon-
dit leg. cap. vi. de hie esse, Principes
potestatem precipiendi sub culpa.* Ex
quæ certissima doctrina talem confusio argu-
mentationem. De hie est Principes posse
obligare sub culpa. Ad eandem fidem re-
duntur quod Principes meliori quo possunt
modo debent promovere bonum commune,
subditos quoque tranquillitatem & defensionem.
Obligatio igitur sub culpa, utpote quæ
maior est quocumque alio vinculo, est unum
ex efficacioribus mediis ad prælatum finem

boni commune obtinendum. Ecy, ut multa
in pauca redigam, quero ego, an aliquando
Principes obligent sub culpa. Anunt ad-
versarii omnes. Ergo tum præcipue obligant,
cum boni commune iustitiam arguit necessitas.
Ax boni commune conservatio, & subdito-
rum quies ac tranquillitas necessitas exigunt
reorum punitionem. Ergo reorum quoque
confessionem præcipiunt, cum abique hæc
confessio sapius bonum commune servari
nequeat. Quis pura? Nonne omnes adver-
sarii fatentur, gravissima lege obstringi Prin-
cipes ad bonum Reipublicæ defendendum,
conservandumque; eademque gravissima lege
teneri subditos ad obediendum Principibus,
dum tale bonum promovere satagunt? Lex
autem quæ solum sub peccato obligat, ipsis
fatentibus, improprie lex est, vique nomen
legis meretur. Et quamvis tormenta non
tantum per modum poenæ, quantum sub ra-
tione mediæ apud ad extorquendam veritatem,
adhuc indices solent; non tamen hæc
sequitur obligationem sub culpa non esse
mediam satagte naturæ magis efficax ad
extorquendam veritatem, quæ sit rei con-
fessio.

XIX. Obicitur 4. Quamquam com-
muni sententia reapse obliget reos ad criminis
sententia probati confessionem; atque vi
eius certam est qui veritatem constituit,
ut experientia constat; solumque vi tor-
mentorum quoadmodum aliquis confitetur lum
delictum. Quid igitur damni Reipublica
patitur ex hoc quod reus iocivari a debito
confitendi crimen semel plene probatum? Resp.
Vix emille sceleris hominibus unum foret qui
silem Christi confitetur, si confessio iusticæ
aliquid atrocissimum martyrium illis inferret.
Anne homines, carnis illecebrosi immu-
tati, & flagitiorum pleni, curam tyranno
vivocomburam, aut necem spiritus per me-
dicum corpus ingendo, aliamque similem im-
modicam mortem indentes fidem Chri-
sti fatentur? Propterea ne obediendum est
præceptum confessiois silei? Anie ad ho-
minum pavitate colligenda est divinx legis
obligatio? Nonne alium conclamationis et
et de Evangelio, si istud ab hominum pen-
deret executione? Fallissimum itaque est dia-
lectica illa que idcirco contendit probare,
legem aliquam non obligare sub culpa, quia
subditos illam raro observant. Sed ex confir-
matione ad bonum commune repetenda est ille-
gis obligatio.

XX. Obicitur 5. Leges Principum obli-
gant sub culpa reum, quando damnum quod

is timet ex legis observatione, non est gravis momenti; tunc, si damnum quod reo imminet, grave sit, ut est vitæ periculum, poena triumnum, bonorum iactura. Transcribenda isthuc sunt verba P. Luzo Tom. II. de iul. disp. xl. sec. 1. n. 16. *Ad id tamen, reum obligari etiam sub peccato, quando damnum quod timet, non est tantum momenti: quia leges humane possessioni obligare regulariter ad aliquod damnum subvolumus. Et quidem ad involuntarium. Republicæ necessaria est hæc potestas in iudice: nam pro eiusmodi criminibus non possunt facile rei subire torturæ. Quare, si reus non obligaretur ad respondendum, difficile maneret positio talium delictorum, que idcirco multiplicarentur cum maximo Republicæ detrimento.* His verbis finem facit Luzo loci sententia.

XXI. Reip. Concors est Theologorum consensus, maiorem, aut maiorem legis obligationem ex maiori, aut minori conformacione ad bonum commune repetendam esse. Lex quæ propius, & validius bonum commune promovet, efficacius quoque obliat. Cum reus ex delicti confessione timet leve malum, delictum commisit quo non valde bonum commune laesit; cum vero ex confessione veteri maximam malorum, delictum quoque perpetravit summopere communi bono repugnans. Porro eo spectant Principum præcepta ut bonum commune letum reparent. Quo igitur maius est damnum bono publico illatum, eo efficacius adiungit reum ad id præstandum quod ad præfati damni-reparationem conducit. Si ergo iuxta P. Luzo tenetur reus sub culpa faceri delictum parvum, quo leve vulnus bono publico inflixit; potiori sane iure obstringitur confiteri delictum grave, quo gravissimum damnum infudit bono communi. Hæc omnia per se patent.

XXII. Obiiciunt 6. Reus, etiam si probatum fuerit eius crimen, & carere fugere potest, ut iuris naturalis, quo potitur ad conservandam vitam; quin hæc arripere fugam potest, etiam precipiente Principe ne fugiat. Ergo occultare quoque suum crimen poterit. Reip. Proponant sibi *Salmanticenses* hæc objectionem; sed nullum responsum præbent ad eam partem que iudicis præceptum opponit. Dicitur ergo teneri reum sub mortali permanere in carcere, quando iudex expresse id præcipiet, uti etiam docent Caietanus, & Sylvius. Quidam volunt, iustum esse eiusmodi præceptum non posse, sed iniquum, utpote cum inclinatione naturali vitæ confer-

vando pugnant. Verum hæc ratio nulla est. Quoniam permansio in carcere non est delectio physica ipsius vitæ; sed ad summum officio actus quo vitam conservare potest. Quis? Iudex potest. reum vita private; & ne fusiatur in carcere, inhere, non poterit? Si reus parere non teneretur, nec iudex potest præcipere. Verum tamen est iudices eiusmodi præcepta imponere minime solites esse. Idcirco D. Thomas loc. cit. art. 4. ad 2. dicit, reum posse fugere licite a carcere: ad idque non teneri cum permanere in loco unde mors sequatur, quia committitur hoc præceptum non fit. Quod si quis contendere vellet, inultum fore, secundum doctrinam D. Thomæ, eiusmodi præceptum, non inde tamen quidquam præsidii pro sua opinione colligeret. Quoadquidem S. Thomas aperitissime docet, peccare mortaliter reum iuridice interrogatum, si veritatem occultet, quamvis ex confessione veritatis eundem mens sequatur: quia confessio veritatis, postquam in iudicio, in Dei gloriam credit. Et post hæc confessionem reus lassus defensionem evadere poterit: ideo non inficit in propriam mortem, dum ad rem virtutis veritatis exercet. Patris itaque nulla est, si dicas, voluntariam permansioem in carcere propriam mortem causare. Et profecto, si patris hæc quidquam concluderet, evinceret quoque reum non teneri, immo non posse confiteri licite veritatem, quando crimen est plene, & omnibus a lege requisitis telibus probatum: quod non admittunt iuris sententiæ patroni. Ex solutione sequentis objectionis clarior fiet hæc doctrina.

XXIII. Obiiciunt 7. Principes præcipere nequeunt id quod est contra naturalem inclinationem. Cuiuslibet autem a natura inhiat propriæ vitæ servandæ inclinatio: quæ de causa iudex imperare non potest ut reus, seipsum iniquis, venenum sibi propinet, & id genus actiones. Ergo neque præcipere poterit confessionem veritatis, ex qua mors sequitur.

XXIV. Reip. Ad ea falsa est illatio illa, ut nec ipsi adversarii admittere eam quoque modo valeant. Quod Princeps nequeat præcipere ut reus sua manu seipsum iniquet, venenum accipiat, penes omnes certum est: quia his actionibus directe seipsum occideret; pugnantque eiusmodi actus cum sua natura. Confessio veritatis, naturæ, & honestatis, ac legi tum humanæ, tum divinæ congrua est. Quod postea tam sæpe abundant, præceptum confitendi veritatem adversarii naturalis inclinationi vitæ servandæ, nullius momenti est.

est. Ut enim id evidentius pateat, considerandam est, quod, cum reus commisit crimen morte dignum, iam tum Princeps ius acquirit ad vitam detrahendam ipsius rei; & hæc servandæ vitæ ius amittere incipit, quia voluit in bellum centum semetipsum periclitari. Non itaque veritatis confessio, sed delicti perpetratio etiam ad mortem aperit. Hæc omnia peroptime more suo explicat Angelicus 2. 2. quæst. lxxv. art. 2. *Omnis pars ordinatur ad totum, ut imperfectum ad perfectum: & ideo omnis pars naturaliter est propter totum. Et propter hoc videmus quod si saluti totius corporis humani expediat præficio alicuius membri, puta cum est portandum, vel consurgendum alicuius membrum, laudabiliter, & salubriter absceditur. Quilibet autem persona singularis comparatur ad totum communitatem, sicut pars ad totum: & ideo, si aliquis homo sit periculosus communitati, & corruptivus ipsius propter aliquod peccatum, laudabiliter, & salubriter abscedit, ut bonum communitatis conservetur.* Ibidem vero in resp. ad 3. hæc addit: *Homo peccando ab ordine naturali recedit: & ideo decidit a dignitate humanæ, prout scilicet homo est naturaliter liber, & propter seipsum existens: & incidit quodammodo in servitutem bestiarum, ut scilicet de ipso crumetur, secundum quod est utile aliis.... Et ideo quævis hominem in servitutem manentem occidere sit secundum se malum; tamen hominem peccatorem occidere potest esse bonum, sicut occidere bestiam. Poterit enim est. & plus nocet bono malum quam bestia, ut Philosophus dicit in 1. Polit. c. 11. Et hoc. Quamquam ergo possit reus adversus quemquam procurum hominem se defendere, crimine suum occultare, non tamen id præstare valet adversus Principem, seu iudicem, qui ex eo die quo ad suum tribunal delatum fuit iuridice crimen, in vitam rei perendum ius acquirit, illudque perdere reus incipit. Hæc omnia clarissima sunt, nec fuisse egent explanatione.*

XXV. Obiiciunt 8. Leges humanæ omni minime imponunt testimonium ferendi contra homines sanguinis vinculo coniunctos, ut adversus patrem, & matrem: quanto minus ergo obligabitur reus contra seipsum testimonium dicere? Reip. Inprimis falsum est quod absolute quis non teneretur testimonium dicere in patrem, in matrem, in filios, aliosve consanguineos. Nam, si pater reus est læta maiestatis, proditoris patriæ, adulteratæ peniæ, hæresis, aliorumque id genus crim-

inum, filius in patrem, & vicissim pater in filium dicere testimonium obstringitur. In aliis quibusdam criminibus leges ipse excludunt testimonium unius consanguineum, adversus alium consanguineum, ut patet ex text. in leg. Testis idoneus, ff. de testibus, leg. Parentes, cod. mod. lit. Leges autem non excipiunt, sed urgent reum ad confitendum proprium crimen.

XXVI. Obiiciunt 9. Nullus testis adstringitur, etiam iustus a Principe, testificari adversus reum, cum ex suo testimonio aliquid grave malum sibi prudenter timet. Ergo multo minus obstringitur reus cum vitæ periculo contra seipsum crimen recolare. Kelp. Ut iam dictum est, testes obstringuntur sub gravi culpa obedire Principi, iubenti testificari adversus proditorem patriæ, adulteratorem monetarum, hæresum dissimulatorem, etiam cum vitæ periculo, ut communitatis fert opinio, ob rationem læpius dictam; quia bonum commune præferendum est bono privato. Quare, quoties imit debitorum reparandis bonum publicum, testis cum suo etiam gravi detrimento veritatem ad id necessarium manifestare debet. Et, licet aliquando timor gravissimi damni a debito veritatis manifestandæ testem solvere, non propterea timor amittendæ vitæ liberat reum ab obligatione confitendæ veritatis contra semetipsum. Quoniam testis innocens est, & super innocens vitam Princeps potestatem non habet; nisi gravissima, & evidens necessitas boni communitatis urgeat in quibusdam eventibus. Ceterum iam tum in reorum vitam perendum ius acquiritur Princeps, cum illi crimina perpetraverunt; & idcirco valet semper Princeps reus iuridice denuntiatore cogere ad veritatis manifestationem. Quandoque vero non potest adigere innocentes testes ad præstandam veritatem cum periculo propriæ vitæ, alternative gravissimi mali.

XXVII. Obiiciunt 10. D. Ioannes Chryllosomus, ut referunt, cap. de parvitate, dist. 1. cæc. *Quis aliquando, hoc habet: Non dico tibi ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses.* Porro, si accusatus reus crimen suum confiteretur, semetipsum præberet. Ad id igitur non teneretur. Reip. Responsio facillima est. Chryllosomus loquitur de reo occulto, qui a nemine accusatur. Hic non teneretur loquere. Nec verbum autem ibi S. Doctor habet de criminolo accusato, & a iudice, servato iuris ordine, interrogato. Hominum namque reus, dum veritatem faceret, non prodit seipsum; sed proditum crim-

ab accusatore, solum caret legitimo superiori. Hæc responsio est D. Thomæ 2. 2. quæst. lxxix. art. 1. ad 1. Quando aliquis secundum ordinem iuris a iudice interrogatur, non ipse se prodat, sed ab alio proditur, dum ei necessitas respondendi imponitur per eum cui obedi- re tenetur.

XXVIII. Obiiciunt ultimo. Mandacium officiosum non est peccatum morale. Eius- modi est mandacium quo reus in iudicio interrogatur neque criminari se commisit, ut mortis poenam vitet; quæmodòmodum men- dacium tantum officiosum est illud quòd quis profert, ut proximum suum a morte liberet. Hoc namque mandacium neque iustitia, ne- que caritati adveniat.

XXIX. Resp. Hinc obiectum respondet Angelus hoc art. ad 2. q. 1. his verbis. Ille qui mittitur in iudicio se excusando, facit & contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi, tum ex parte iudicis, cui delictum negat, tum ex parte necessarius, qui ponitur. Si in probatione officii, unde & in Psal. ecci dicitur: Non declinet cor meum in verba malitie ad excusandas excusationes in peccatis: ubi dicit Glossa: Hæc est consuetudo impudendum, ut deprensus per aliqua falsa se excuset. Et Gregorius lib. XXII. Mor. exponens illud Job xxxi. Si ableondi quasi homo peccatum meum, dicit: Usurarium humani generis vitium est, labendo peccatum committere, & commisitum negando abscondere. & postquam de se habet multum peccatum, Hæreticus Angelicus. Non est ergo mandacium istud solummodo officiosum, sed pecciosum simul. Animadvertendum tamen, quòd, licet mandacium istud perni-

ciosum sit genere suo mortale; potest tamen veniale dimittaxi fieri ob materiam parvitate quæ negatur: ut cum reus, vel reus mentitur in aliqua facti circumstantia, a qua minime pendet factus casus; dummodo ta- men non adit iuramentum. Si enim man- dacium iuramento firmetur, semper est pec- catum morale.

XXX. Plures alia difficultates de reorum peccatis resoluendum in tractatu de iustitia vin- dicante. Nunc finem huic questioni imponi- mus, lectorem rerum admodum de a- parta contrahite, quam impugnant, sententia confirmate, ut facile colligere possit ex ra- tionibus quibus Auctore exadum umtur. Sunt enim mera sophismata. Multitudo vero Auctorum, quæ aliquo fati parva est, non minus pondus addit quam addere solent cen- tum testes de auditu. Omnes autem, uno aut altero excepto, Auctores contrari sunt testes de auditu; eo quòd omnes alii post alios dicunt suam opinionem non esse impro- babilem: quia Lessius, & quidam alius Sum- mista prius id incepierat. Ceterum nemo tu- mus, ut iam indicavimus, ex insinuat hanc questionem ad mentem sacre Scripture, Pa- trum, & Catechismi Tridentini expendit. Ratio pusillima quam omnes afferunt, est ex- ceptio facta, nempe quòd lex, & precepta Principum legitime imperantur ea quæ consistunt in conservationem boni communis, non obstant in conservationem boni privati. Hoc siquidem manifeste falsum est, ne quid pluri- dicam. Nulla itaque probabilitate fruitur contra- ria opinio: quia, ut communiter docent Probabilistæ, nequit probable esse illud quòd constat certo esse falsum.

nia assequenda, damnaque vitanda insistentur, & apertur. Ut perspicue rem hanc, quoad fieri potest, enucleem, in plura capita dispositionem tribuam: & in primis dicam, an iuramenta subditis imponere, quænam sub iuramento præcipere, quænam veteri Principes hæc valeant. Deinde que res ipsa in principatu sub iuramento præscribantur, edulcoram. Tandem difficultates que proximæ, & observantiam iuramentorum spectant, explicabo.

CAPUT I.

Principes valeat iuramento obligare subditos officia, absesse personarum respectu, solumque adhibentem iustitiam spectantes, exercentur; & ut in officiorum, vel dignitatum ambitu suffragatorum, nec in iuramentis, nec obsequiis, nec promissionibus inspectant.

I. Quod Reges, & Principes possint subditos suos sacramento adstringere ut in iustitia sive communitatis, sive distributivè muneribus officisque impendendis sola virtutum merita respiciant, oculisque cuicunque humano affectui claudant, extra controvertam posuerim est. Iustitiæ liquidem integritas, & eundem intaminata administratio cuiusque recti regimini, & optimi Principatus basis est. Ipsa bonum publicum promovet, & auget; subditisque ad pericula subeunda, ad difficiles conatus, magnoque ausu impellit. Porro ea omnia que in bonum commune principatus conferunt, Rex præstare iure valet. Cum ergo propiciè, iuramentum opportunum fore ad iustitiæ in- tegrationem servandam, eodem obstringere subditos perspicue potest. Exemplatum ab Ethu- nico tum a sacris litteris arcesita rem confir- mabunt.

II. Alexander ab Alexandro Lib. III. dicit, gen. capit. xvii. leges referit quas plebs Tribuni rogantur in ambitum illorum qui emendatis aut pecunia, aut obsequio iustitiam dignitates, & gradus assequantur, Petilius

Tribunus plebis legem tulit (inquit) ad populum, quæ largitiones illorum qui pecunia honores mercarentur, gravi damno, & poena multavit: iustique severissima dis- ciplina, & sub gravi censura lex servata, quæ ambitioni, & cupiditati obviam sepe- ritum est: ita ut inter exempla relatum sit, Q. Coponius, quod vini amphoram ei cuius suffragio magistratum petebat, dono dederat, ambitus condemnatum poenas hulle.

III. Lucius Calpurnius Cælius, Caius Servilius, & Caius Gracchus, & Marcus Li- nius, Cornelius Silla, Pompeius, & Quar- tius Consules, Dictatores, & Tribuni innumeras pene leges adversus venales gradus,

& dignitates condiderunt; donec tandem lata fuit Lex Julia.

IV. Marcus Tullius tantum duratorum Romanorum Republicam aiebat, quæ quædam administratio iustitiæ, largitio præmiorum, ac scelerum punitio vigileret. Multa hæc de re scribit Liv. II. officiorum. cap. xvi. Cæ- puit autem illi in omni procuratore negotii, & muneris publici, ut æquitate pectatus æ- raria minima suspicari. Utinam, inquit C. Post- rius Sempronius, ad illa tempora fortuna me ser- vasset, & tuæ esset vetus, quando Romani dona accipere capissent: non quidem passus di- vitiis esse imperare. Na illi quidem multa fe- lica expectanda fuerunt: modo enim hoc ma- xime in hanc Republicam invasit Nullum igitur vitium tetrius quam avaritia, præsertim in Principibus, & Republicam gubernantibus. Hæc enim quæstus Republi- cam non modo turpe est, sed sceleratissimum, & nefarium. Porro quæstus Republi- cæ habetur non modo cum dignitate, & gradu pecunia & donis emanat, verum etiam cum iustitia officii, & promissionibus captione, ut occasione data munus accipiantur.

V. Quest. IV. An iurans servare statuta Communis, teneatur servare ea que ipsi recepta non sunt, aut in desertum obli-vios, vel per revocationem legislatoris amplius non obligent? Resp. Non admodum clare super hæc questione loquantur Auctores, eo quod non distinctum statuta que ea precipiunt que sunt iuris nature, a ceteris que sunt meri iuris politici; & similiter non distinguant, quando præsumit consensus Principis, seu Communis, nec ne. Quem defectum ut evitemus, in primis est observandum, quod ea que iuris naturalis, & divini sunt, ut observatio iustitia si ve communitatis, si ve distributivæ, & familiaris, non subsistent consuetudini, aut præscriptio-ni; consequenter nec iuramentum eisdem confirmis. Quare, si cetera pars Communis violat præfatum iuramentum, seu statutum iuratum, non ob id consuetudo ad-vertit iuramentum induceretur. Et pro ma-jori claritate duo transgressionis tempora dis-tinguamus oportet. Alterum, quo lex iurandi rogatur. Si tum maior pars legem con-temneret; legem non acceptaret, atque adeo legem abrogaret. Alterum post rogatum, & acceptatam legem iuratum observandi ea que sunt iuris naturalis, & divini. Tum tran-

gressio etiam maioris, & maxima partis legem non abrogaret. Præter transgressionem consensus quoque Principis vel Communis ad consuetudinem requiritur; qui præsumi non potest, quoties Communitas ipsa iuramentum exigit, & res iurata ad ius natu-rale, aut divinum pertinet. Quando autem tum materia iurata est solius politici iuris; hæc præscriptio, & consuetudo est obnoxia: quia non raro contingit uno tempore bono communi consentaneam esse legem, alio ve- ro tempore inoffensam. Quid, si observantia statuti perleveret esse bono communi utilis, & iuramentum de illius observantia a Com-munitate exigatur? Distinguebam mihi vi-detur. Si lex iurata iustam communem utili-tationem valde utilis est bono communi, licet a pluribus non obleretur, non propter ea antiquata dicitur; si bono communi parum proficit, delictudine cessare potest. Pau-cissima sunt statuta cuiusque Communis, Capituli, Republicæ, Collegii, que in-titula prioris sint bono communi; sed omnia alia quoque modo in illud conferunt, si observa-ventur. Quid inde? Nulla ergo statuta con-suetudini subsistent contraria? Silent om-nes quos ego legimus Doctores super hoc. Id quod mihi verisimiliter videtur, est, il-las leges & statuta ex quorum inobservan-tia, & transgressio graviter laeditur bonum commune non posse consuetudine contraria aboleri; & licet illæ a pluribus violentur, non idcirco transgressionem culpa vacare: quia pumquam potest præsumi rationabilis consensus legislatoris in ea que grave detri-mentum inferunt communi bono, cuius ob-servantiam promovere tenetur ipse legis-lator. E contrario, tamen præfata statuta utilia aliquo modo sunt fini, & bono com-muni: at tamen, si nec illorum observantia valde augeat, seu conservet, nec illorum transgressio valde laedat commune bonum, hæc obsolescere possunt: quia non præsumi-tur, Principem velle subditorum consentibus obligere in rebus parti momenti, nec omnia que consistere in summum boni communitatis possent, exequamur necesse est, sed ea tan-tum sine quibus bonum commune difficile consistere valet. Ex quibus obli-vios, & nimitis diminutos esse communiter Caluissas, dum docent absolute, ea statuta in delictudinem abire: que a maiori parte non observantur; & ea que delictudine quacunque cessaverunt, non obligant. Nam transgressio maioris partis non semper delictudinem, seu contrariam con-suetudinem, sed corruptelam late inducit.

Fau-

Paucis verbis hæc indicavit D. Antoninus II. P. tit. x. cap. vi. §. 6. *Cum quis iurat servare statuta Communis, vel alicuius Collegii, si qua sunt abrogata per contrariam consuetudinem, que sit rationabilis, & præscripta, non videtur obligatus ad illa.* Rationabilem, & præscriptam consuetudinem exigit S. Archiepiscopus, & id communiter Theo-logi omnes docent, dum de consuetudine ab-rogante legem scribunt. Quando autem res ipsa contingant rationem momenti, & cir-cumstantie tales que legem humanam abro-gare valeant, debent præsequequam pos-tulari. Solum addimus, duo hic, quemad-modum in omnibus aliis controversiis, extre-ma esse vitanda: alterum illorum qui ex sola legis transgressione consuetudinem obtru-dunt; alterum illorum, qui neglecta praxi, circumstantiis, & temporum conditionibus lapsis, legi abstracte nimis severe adherent. Ipsi considerandum propono scitum illud D. Thomæ 1. 2. quest. xxvii. art. 3. *Difficile est consuetudinem multitudinem removere.*

VI. Optandum sane foret ut Republicæ, Communitates, Collegia, & Universitates suas iurandi restituerent formulas; ut partes recedentes leges, & statuta iuranda, mis-eris aliis que res ipsa in desertum obli-vios, ut declarant, que vigeant, & que aboluta sint. Sed id vix desiderare, nedum sperare possumus. Et tamen gravissima iurandi lex, que, ut cuiusque prioris periculum auferatur, præfata esse debet, id summopere exige-ret. Sed que a multitudine pendet, difficil-imo reformari queunt. Quoties mihi occa-sio contingit contolendi privatis in hac ma-teria, laedat ut ipsi præsent quod multitu-do exequi omittit; nempe ut explicite, & clare, quoad fieri potest, ea recedant que sunt iuramento servanda promittunt, ea que residunt que oblieta dicuntur. Quando iur-antes congregati legem iurandi condunt, vel excus-quendam imponunt; nulla, aut levis esse pot-est difficultas in simili declaratione; nec uti occurrere possit, si iurantes essent subditi, & conditor legis Rex absolute imperans. At inquis, si quis eiusmodi iuramenta præfatis excep-tionibus ederet, deridendum le se exhiberet, quia hæc omnia tacite subintelligun-tur. Deridendum se præberet is qui suo tem-pore dictum fuit: *O nos insensati, vitam il-lorum affirmamus instantiam, & suam illo-rum nos honore &c.* Sap. v. iecus vero ceteris, qui de propria æterna salute solliciti, legem iurandi gravissimam ea que par est re-

verentia, & obsequio observant, & pericu-lum perituri summopere vitare student. De statutis que ab ipsa Communitate revocata sunt, nulla est difficultas: planum siquidem est hæc non obligare. Certum item est, iuramentum servandi absolute statuta alicuius Communis comprehendere etiam statu-tum illud quod licet tempore quo iuramen-tum emissum fuit, non obligabat ob defec-tum aliquis conditionis, puta approbatio-nis, vel confirmationis; temporis tamen de-cursu obligant, quia accedunt omnes condi-tiones necessitate ad constituendum statutum illud licitam.

VII. Quest. V. An si quis iurans unicum statutum alicuius Communis, illud que esset oblietum, peccaret non servando statutum illud? Resp. Sanchez Lib. III. cap. xiv. num. 9. Prado cap. xxxii. num. 15. Salmanticensis tract. xvii. cap. 11. punct. 7. §. 1. n. 79. aliique communiter docent, iuramentum præfatum ad nihil obligare; & iur-antem non peccare, dum non implet quod promittit. Ad id probandum omnes rationem quam assignat P. Sanchez, exhibent. Dicunt namque, iuramentum non esse de im-plenda re absolute, & seculo statuto, sed servandi statutum, seu esse iuramentum im-plenda re iuxta statuti præscriptum. Post-ero quoque statutum oblietum sit, & ad nihil obligat, iuramentum quoque nullam pa-riet obligationem. Sic communiter ratio-cinantur recedentes. Et tamen illi omnes docent, materiam iuranti debere esse possi-bilem, licitam, utilem, immo gravis mo-menti; alter iuramentum ad minus incau-tum esset. Desissent ergo & hic addere fal-tem, tum exigentem, tum præfatum sim-ile iuramentum peccare ob defectum iudici.

Ut mea præfata opinio, non videtur promittendum, Communitate adigere quem-quam ad iurandum unicum statutum, si ve legem que non sit, seu que delictudine pro-lis delicti. Quod si simili statuti servandi iuramentum exigeret, non video quomodo a culpa excusari possit si ve exigens, si ve præ-lans eiuusmodi iuramentum, quod evidenter incautum est. An ne consuetudo etiam obti-neret iurandi, & exigendi iuramentum sine ulla necessitate, & de re vana, que res ipsa non existit? Quando enim unicum iuratur statu-tum, materia iuramenti tota est statutum illud: quo penitus sublato, tota deficit iura-menti materia. Falium ergo est iuramentum, aut certissime incautum. Ergo tam iurantes, quam exigentes iuramentum, peccant. Iu-

rans tamen non servando statutum revera abrogatum, non peccat, sed peccavit irando incaute illius observantiam.

VIII. *Quæritur. VI. An qui iurant servare statuta Republicæ, Communivitatis, Collegii &c. quæ ad nullam culpam obligant, culpam committant illa non servantes?* Resp. P. Sanchez, Thyrolsch, Palus, Bonacius, Prado, Salamanticenses, & communiter recentiores docent, nullius culpe ream evadere qui similia iurata statuta servare neglexerit; atque tamquam certum id decernunt. Mihi tamen hæc opinio falsa est. Et primum iuramenta exigi minime solent pro observantia constitutionum quæ nullius sunt momenti, quæque ad nullam obligant culpam, sed ea statuta iuramento firmantur quorum observantia quam maxime interest Communivitatis. Ideo præter ligamentum statuti additur iuramentum vinculum.

Deinde in hoc hallucinatio videtur recentiores Casuales, quod obligationem statuti ab obligatione iuramenti non discernant. Utique iuramentum non efficit ut statuta quæ ad nullam culpam vi sua obligant, ab iplo iuramento vim obligandi ad culpam accipiant. Ceterum, licet nulla sit obligatio, ex principis iustitiæ profectis, urget tamen obligatio a iuramento orta, quæ ad religionem pertinet. Nonne qui iuramento obstrictus est ad servandum statutum, vinculo religionis ad id tenetur? Ergo qui iuramentum infringit, religionis debitum violat. Hoc ergo veris diu criminem leges penales inter & leges conscientiam ligantes, quod qui leges tantum penales iuratas violat, nonnisi committit peccatum contra iuramentum; contra qui iuratas leges sub culpa peena obligantes violat, duo perpiciunt crimina, alterum contra legem, alterum contra iuramentum. Et profecto, si iuramentum servandi statuta solum penam nullam religionis obligationem inferret, in periculum foret & frustraneum.

IX. Hanc quam tradimus doctrinam, ex D. Thoma eruiamus. Siquidem ille 2. 2. q. cxxxvi. art. 9. querit, an Religiosi semper mortaliter peccent, dum aliquod Regiæ statutum violant? Et hoc sibi obijcit argumentum primo loco. *Facere contra votum est peccatum damnabile.... Sed Religiosi voto professionis ad Regulam adstringuntur. Ergo peccata mortaliter transgrediendo ea quæ in Regula continentur.* Cui obijctioni respondetur, in corpore articuli statuit, *votum professionis respicere præcipue tria prædicta, scilicet paupertatem, continentiam, & obedientiam.* Deinde in resp. ad 1. directe occurrit obijctioni

non posse eiusmodi iuratum statutum a Communitate revocari: quia, cum tale statutum edit, illudque iuramento confirmat, auctoritatem sibi auferit illud revocandi. Sic docent Covarruvias, Prado, Sanchez, quos sequuntur, & laudant Salamanticenses 1711. 1712. cap. 11. par. 7. & 3. m. 82. Ut ingenue fatear, rationem minime teneo cur Communitas non possit revocare eiusmodi statutum, quando non sit a superiore potestate confirmatum, si iusta revocationis causa occurrat. Sive enim statutum a singulis exequendum sit, sive ab omnibus collectis acceptis, ad potestatem revocationis nihil pertinere videtur. Quod vero afferitur, non posse Communitatem simile iuratum statutum revocare, quia id declaratum est ex cap. Dilato de Prob. non evincit intentum. Quoniam allegatus textus solum declarat, nullus esse momenti quod contra præfatum iuratum statutum sit; & merito: nam, pessime lege, frustraneum est id quod contra legem fit. Ceterum textus ille haudquam declarat, Communitatem, aut Universitatem non posse, cum boni communis ratio laudeat, statutum præfatum revocare.

CAPUT II.

De iuramentis quæ sunt a ministris publicis servandi taxationem stipendii, secreti, bonumque publicum promovendi; & a Medicis momenti infirmis de confessione.

I. **P**luribus in locis ministri publici, ut Scribæ, Procuratores, Advocati, Decuriones, aliqui in ingressu officii sui iuramentum emittunt non petendi, aut accipiendi quiddam præter stipendium lege publicæ taxatum & definitum: quod sane iuramentum iustum, licitum, honestum, & Republice maxime consentaneum est. At, quia nihil tam evidens, & honestum occurrit quod humana tactagratia in disputationem non adducat; ideo, quæri ceptum est, num præfatum iuramentum obliget, quando stipendium pro ministris taxatum insufficientis sit eorum sustentationi, & consequenter insoluitum. Satis implexæ Galilææ variant hæc difficultatem, ut ex dicendis constabit.

II. *Quæritur. I. An quando pretium lege taxatum dicendum sit, insufficientis, & taxatum, ita ut ministri aliquo pretio laborare videantur, quod præter dictum stipendium accipere, & petere?* Resp. Salamanticenses 1711. 1712. cap. 24. par. 7. & 3. n. 82. dicunt, probabilissimam esse sententiam Maline, Ligonis, &

Leandri, Teulleschi, & aliorum, qui aiunt in Hispania stipendium pro ministris taxatum, esse tam insoluitum; & propterea posse dictos ministros ultra taxationem aliquid accipere, quod eorum sustentationi sufficiat. Deinde n. 83. non minus probabiliter afferunt contrariam sententiam Bonææ, Petri Leliane, Villalbi, Juanis a Cuyes, Pradi, & Castropolæ allegantium, stipendium taxatum iustum esse; & proliam auctoritatem exhibent Castropolæ iniquitatis, se consultius plures Scribæ, qui libi cessati sunt taxationem esse iustam. In quomodo quærio bene facti probabilis reputatur in utraque partem; propterea quod ipsorum ministrorum alii adfirmant, alii negant pretium esse iustum. Quis in primis non videat, ipsos ministrum in propria causa haud esse tales fideles dignos, saltem pro ea parte quæ negant taxatum stipendium sufficientes esse; tamen validum sit eorum testimonium prout adfirmant iustam esse stipendii taxationem? Rursus iusta precii determinatio nonnisi a legitima potestate fieri valet. Adfirmant vel ipsi Calixtus maiores, hoc pretium definiendum minime esse ex indigentia ministrorum; & necessitate alende familie; sed ex labore, & prudentum iudicio, iniquant *Salvaticenses*. At qui sunt hi presidentes? Ipsi ministri suæ artis officii? At illi iudicant in propria causa esse nequeunt. Homines alterius professionis, qui licet peragant sub patrocinio advocatorum? Sed illi ab ipse advocatis recitentur tamquam indigni iudices. Quid ergo est reliqui, nisi ut ipsa Respublica, quæ sola est eiusmodi controversiæ legitimus iudex, taxationem hanc definiat? Ergo, si semel determinavit istud stipendium, nequit augeti, intacta Republica. Dicitur itaque pro solutione quæstionis, ministros iurantes legem taxati stipendii, nequire præter illud quiddam accipere. Etenim vero libere ministerium suscipiunt; & consequenter ipse iuramentum illud edunt. Non est ergo unde excusari possint, si illud transgrediantur. Si ministerium est stipendium, cur illud ipse iurant? Deinde quis elicit talis insoluitæ index? Nonne ipsa Respublica? Quotique ergo Respublica pretium non mutat, iustum dicendum est. Quod si ministri insulant, & insufficientis sibi, propriæ familie alende illud experimur, ut in principis significent. Ceterum, si insulitum stipendium cessatum ibi dicendum est, quia ministri illud insulitum observant, seu quia res ipsa illius limitibus transiunt, tam ex sola legis transgressione delinendo, seu contrapela inferuntur.

quod est supra refutatum, tamquam omnium sophismatum pessimum. Ad deliquendum si quidem honestam, licitamque prae aliis consensio Reipublicae requiritur, qui in his casibus non modo pretium nequit, sed contrarius etiam manifeste conat. Etenim quosque Scribae, Advocati, ceterique ministri stipendium pro patrocinio praestito, exaratione libelli acceptum, in schedulis publicis signare debent; non illud quod acceptant, sed quod taxatum a Republica est, signant. Nec sufficit reponere, sponte clientes amplum stipendium exhibere: quia liquet hoc esse falsum, coactoque pretium auferre: quod inde patet, inquit Cardinalis Toletus *Lib. 7. cap. 111. num. 8.* quia, peracta lite, clientes suos Procuratores, Advocatos, & Scribas rapaces, & latrones compellant. Si legi taxati pretii ratione nolint, iuramentum omittant.

III. Quæst. II. *An iuramentum praestitum de servanda taxa oblatæ, si taxa sit iusta, & sufficiens, lex tamen contraria usi abrogata?* Resp. Leander disp. xxxi. quæst. vii. *Probabilius, inquit, adhuc respondere non obligare tale iuramentum Scribas, & alios ministros... quia censendi sunt se noluisse obligare.* Pro hac opinione laudat P. Sanchez, Palanum, Dianam, Trullebecum, Prædum. Mihi non modo probabilior non est hæc sententia, sed neque probabilis; immo aperte falsa. Quid? Taxa iusta est, & usus contrarius eam abrogat? Iustitia ergo que commutans appellatur, qualis est in praefato stipendio, consuetudini obnoxia est? Contrarius usus abrogare potest iustitiam? Ipso Principe repugnant? Eni non est principis tot rapinarum, rapacitatum, oppressio, & iniustitiarum que in foris grassantur. Si enim vel ipsi Casuista docent, usum abolere posse ipsam iustitiam iustitiam; quid tam sanctum, tam iustum erit quod, prevalente hominum malitia & abusu, violare sibi licitum non reputent eialmodi ministri? Reicienda itaque est hæc opinio tamquam omnino falsa & erronea: quia nullus usus abrogare potest iustitiam commutantem, que iuris naturalis est. Quare in hypothesi quod taxa reipia iusta sit, ut Leander cum suis supponit, usus contrarius nunquam præscribere valet, & potissimum repugnante Principe, qui taxam iuste definit.

IV. Quæst. III. *An publici ministri, Decuriones, Prætores, Senatorique urbium, qui, cum officium administrandum suscipiunt, iurant se bono publico prospiciant, teneantur*

publica peccata coercere? Resp. Praefati ministri vi sui iuramenti ea omnia impedire tenentur que publicum sunt tranquillitatem; peccata autem que humanam societatem non infringunt, non tenentur vi iuramenti sui removere. Immo, si Principes multa privata scelera permittunt, ut maiora vitæ mala, & universalem quietem forent; consequenter etiam ministri, qui Principum personam referunt, eadem non abstringunt auferre; que indulgentiam suam totam conferre debent, ut pacem civium, et mercium abundantiam, iustaque præta conservent, et civitatem ab hostibus, & damnis præterirent; eaque curare que communi bono prospiciunt consentanea.

V. Quæst. IV. *An iuramentum servandis secretum eorum que in Capitulis, Conventiibus, & Congregationibus tractantur, semper obliget sub mortali culpa?* Resp. Plures Casuista, quos laudat Leander disp. xxxi. q. vii. & sequuntur Salmaticenses tract. xviii. cap. 11. punct. 7. & 2. num. 88. defendunt, iuramentum istud mortaliter obligare, si res secreto commendata gravis momenti sit; venialiter vero, si res modica sit, & levis. Sed nos iam fatisce peravimus supra, iuramentum promissorum nullam admittere materiam veritatem, sed quodlibet periculum esse mortale: quod tum potissimum locum habet, quando sub iurato secreto res unica & definitiva custodienda traditur, quamquam levis sit: eo quod tunc deficeret iuramenti promissori veritas futura, que est illius propria, sicut iuramenti assertorii propria est veritas præsens.

VI. Quæst. V. *Quid teneatur prestare Medici vi iuramenti quod emittunt, dum facultatem medicandi obtinent?* Resp. sciendum est, Medicos vi iuris naturalis, & divinalitatis ad monendos infirmos mori proximis de sacramento suscipiendi. Sed de hoc in præsentia sermo non est. Præter hoc usi extat lex ecclesiastica quam indixit Innocentius III. in cap. Cum infirmis de parit. & remiss. quaque iubet, Medicos vocatos ad curandos infirmos debere omnium primum illos monere, & inducere ad confessionem. Hanc legem renovavit Pius V. in sua constitutione edita anno 1566. die 8. Maii, cuius initium est, *Super egerem dominicum*, addens præceptum, ne Medici ultra tertium diem visent ægrotum, nisi per Confessarii scriptam attestationem constet infirmum esse peccata sua confessum. Iubet rursus Pontifex ut Medici illius decreti observantiam iurent, dum

dum profuturam artem medicam potestatem accipiunt. Decrii vero illius violatoribus poenas infligit infamiae, privationis Doctoratus, & multam pecuniarum arbitrio Ordinarii destinandam, præter alias poenas contentas in laudato cap. *Cum infirmis*.

VII. Pro illarum legum explicatione nonnulla dissingenda sunt. In primis ubi constitutio Pii V. ult., & consuetudine recepta est, obligat lex mortali, nemine dissentiente: quia lex gravissima est, & poenas severissimas imponit. Id solum in controversiam vocatur, que infirmis esse debeat quam curare Medici nequeant, nisi prius de confessione faciendi infirmos monent. Plures Auctores sustinent, eam requiri infirmitatem que grave mortis periculum indicet. Sed communis sententia media via incidit. In quolibet morbo nullam præsentem periculum Medicus non tenetur vi, fidei artem legum ægrotis confessionem indicere, quia talis administratio pericula apparet. Præter leges, non modo obligant Medicos ad monendos infirmos laborantes mortis periculo, sed etiam gravi detentis infirmitate, de qua prædicantur numeri potest quod gravior evadat, & periculosa. Ratio est, quia vi legis naturalis, & divina Medici adstringuntur confessionem proponere infirmis in proximo mortis periculo constitutis. Sed laudati Pontifices suis legibus novum omni imponunt Medicis. Ergo dicendum, Medicos debere infirmos de confessione faciendi admonere, non solum in periculo mortis, sed etiam in quacumque gravi infirmitate, licet periculum amittendæ vitæ non inter. Idem colligitur expresse edicto, cap. *Cum infirmis*, ubi dicitur: *Ne, cum infirmis admonerent, expelluntur se tam esse in periculo, & efficiuntur infirma, atque adeo mortis periculum facilius incurrant.* Ex quibus verbis colligitur, Pontificem inponere, confessionis monitionem faciendam esse, antequam mortis periculum imminet. Quam interpretationem amplectuntur Caietanus, Tabiena, Sanchez, & Sanchius, & Salmaticenses, & alii communiter.

VIII. In eodem cap. *Cum infirmis*, dicitur, hanc admonitionem ante omnia fieri debere, id est ante omnium medicamentorum applicationem. Pius V. in sua constitutione vetat Medicis ne post tertium diem visent infirmos reuocentes confiteri. Quod intelligendum est, inquit Sanchez, & Sanchius, quando ex Medici derelictione non apparet periculum aggravandæ infirmitatis, vel subeundæ mortis. Nec enim tale decretum advenitur

caritati, que etiam obliuionis, quoad fieri potest, fauet.

IX. Hæc dicta sunt, spectato iuris rigore. Nam paucis in locis hæc decreta recepta sunt; nec iuramentum ubique emittunt Medici servandi decreti Pii V. Ceterum, ubi decretum præsumitur iuratum, cum aliquo iustitiam sit, & ob reverentiam sacramenti, dico Medicos ad illius observantiam iuratum teneri. Nec plerumque Medicorum transgressio abrogare valet iustitiam ac iuratum legem. Ubi vero decretum non iuratum, ad ex Medici præstanda obstringitur que lex naturalis, & divina præsentit; videlicet, quando agonizant, vel prudenter timeant mortem, aut mortis periculum imminere, debent christiana, non humana dextera infirmum admonere ut rebis suis tum corporis, tum anime consuleret valeat. Quod Caietanus scribit in *Sum. theol. Medicis*, non esse Medicorum tristitia infirmis annuntiare, sed læta, intelligendum est, ut ipsorum Caietanus se se explicat, ad excusandos bonos Medicos, qui partes suas implevere solent, non indiscriminatim, ut ex eodem Caietano referunt Salmaticenses. Nempe multi Medici, fin ex officio Medici, certe ex professione christiana, proat valet, adstringitur indicare ea que ex lege evangelicæ, & ecclesiasticæ infirmi ægroti tenentur. Non est tamen necesse ut ipse Medicus directe infirmo indicat vitæ periculum; fed etiam per alios, nempe amicos, & consanguineos peragere licet valet, prout prudentia christiana melius iudicaverit expedire. Nec regula præcisa alibi assignari potest. Extrema tantum sunt vitanda, & illorum qui abique ulla necessitate infirmos turbant, & aliorum qui ob vanum timorem ægrotos turbandi abique sacramentorum susceptione illos mori sinunt.

CAPUT III.

De iuramentis non iudicandi, non mutandi, non suscipiendi, & non condendi minoris, nec emittendi auctoris gratia.

I. DE pluribus materiis genere diversis, brevitate gratia, hoc in capite fermonem institutum. Innumeram movent difficultates Theologi recentes super quolibet proposito materis generis, & potissimum super iuramento non iudicandi. Omnia que ipsi satis præstant, nos breviter relevemus. Talis enim non sunt que longiorem requirant dissertationem.

II. Quæst. I. *An iuramentum non iudicandi vali-*

causam sit? Resp. D. Thomas 2. 2. *quæst.* *causam* art. 2. statuit ludum moderatum ad virtutem eutrapelicæ pertinere. Totum tamen conditiones necessariæ sunt ad constituendum ludum actum virtutis, ut in praxi difficile reperiantur omnes: potissimum si ludus peragatur inter homines caritate destitutos. Annotandum quoque est, ludum illum dicitur ad virtutem actum reduci posse qui ad exhilarandum animum dirigitur, quique committitur in verbis, aut factis iudicis, & iocosis consistit. Quare omnes ludi, qui fortuiti, & casuales, qui ad lucrandas pecunias exercentur, excluduntur ab his ludis qui ad virtutis actus reduci valent. Quibus politis dico, iuramentum, quod frequenter fieri solet, non ludendi validum esse: quia committitur fit de ludo immoderato, & pecuniario, quique est rixarum, & animi perturbationum, aliorumque malorum origo: consequenter est de re licita, honesta, & magis proprie utili tum anime, tum corpori. Quæ ergo falluntur Navarrus, & Rodricus, aliter sentientes, eiusmodi iuramentum, siue votum non esse validum, quia ludus potest esse actus virtutis. Quandoquidem iuramentum fere nunquam fit abstinendi a ludo qui fit virtutis actus: idque experientia constat. Homines enim qui virtute ludunt, nunquam simile iuramentum, aut votum emittunt. Deinde iuramentum non ludendi validum foret, etiam si ludum virtuosum comprehendere: quia perfectior virtus esse potest, quam abstinencia a tali ludicra recreatione elucet. Moderata inter homines femineque conversatio, ciborum sanitas, utrumque comestura, res uxoria ad actus virtutum spectant, attamen perfectior virtus est ab eiusmodi actibus abstinencia; ideoque iuramentum, seu votum ab eisdem abstinendi validum est, & obligans. Porro, ut dispositio que valet, eademdem sub iuramento absoluto non ludendi comprehendatur nec ne ludus moderatus, licet, fere semper iuramentum non ludendi fieri ad evitandum iacturam pecuniarum, & temporis, occasione iugiorum, ac rixarum. Quando autem consistit de tali sine expresse; planum est tunc non comprehendendum ludum moderatum, & virtuosum. Ceterum, ut dixi, vix fieri potest ut ludi pecuniarii ad ludum virtuosum reducatur: & ideo in iuramento non ludendi, mea quidem sententia, semper comprehenduntur omnes ludi pecuniarii, quamvis parva sit pecunia que ludendo exponitur: quia nimis familiare est periculum transgrediendi limites moderate pecunie,

& moderati ludi. Quamobrem qui iuravit se in posterum non iururum, ab omni ludo abstinere debet; alioquin perituros evadet. Non negamus, quandoque eiusmodi iuramenta fieri abique debita deliberatione, & ex impetu animi perturbati, sed tunc veniunt erit, non fuerit sufficiens deliberatio. Concedo & ego iuramentum strictioris iuris esse; cuiusque obligationem non extendendam ad res ubi, sed potius coarctandam esse. Verum id intelligendum est maxime, quando materia iuramenti, seu voti tunc actus qui vocantur supererogationis. Quando vero iuramentum, seu votum est de vitando periculo amittendi bona tum spiritualia, tum temporalia, a quorum malorum occasione etiam abique iuramento Christianus abstinere deberet; tunc, ut ego quidem arbitror, iuramentum potius amplificandum (moderate tamen, & intra genus materia iurate) quam coarctandum est. Quare minime mihi probatur innumere ille distinctiones, & subtilitates, quas ex Sanchez, Palao, & Leandrobis excludit Salmanticensis *tractatus*, *cap. 11. par. 7. h. a. num. 68. & seq. & cap. 11. par. 7. h. a. num. 68. & seq.*; porrius illas quibus gravitatem, & parvitatem materiae ex diverso iurandi sine collatione, statuit parvitatem materiae esse modo temporis, modo pecunie iacturam, & consequenter iuramentum nunc venienter, nunc mortaliter peccare iuxta maiorem aut minorem materiae iurate transgressionem: que omnia supra explodimus, docentes, neque in assertorio, neque in promissorio iuramento parvitatem materiae reperiri.

III. *Quæst. I. An qui iuramentum, seu votum emittit non ludendi, possit alteri iuramentum dare, ut suo nomine ludat, & ipse ludo assistat?* Resp. *Discreti sane me ista humane calliditatis inventa proponere, nisi in utramque partem a Theologis disputarentur.* Communitur recentiorum opinio, quam propugnat Sanchez, Leander, Palao, Fagnolus, Salmanticensis, Tamburinus, Sporer, & alii descendit absolute, posse iuramentum talem per interpositam personam ludere, & ludentem aspicere: quia proprie, & in rigore iurans non ludit: & cum iuramentum strictè interpretandum sit, non debet extendi ad hunc ludum mediatum, & remotum. Hæc est unica istorum Auctorum ratio.

IV. Iam communi verituti proverbio, quod qui per alium facit, per se ipsum facere videtur. Iuramentum strictè interpretandum, potissimum quando res iurata non prohibet

tur ipsa divina lege, sed est supererogationis; semper tamen interpretatio isthæ secundum regulas bonæ fidei, & christianæ prudentiæ esse debet. Porro, cum quis, expertus se ludendo prodigere pecunias suas, patrimonium dissipare, tempus ferre, rixas & iurgia excitare, iurat se in posterum non iururum, ut eiusmodi mala declinet, non evitat hæc omnia, cum per interpositam personam iudicet: nam pecunia, & patrimonium prodiguntur, otiose tempus infumitur, & iugiorum rixarumque periculum est. Verum, inquit advertit, hæc omnia nihil obstant: quia non est attendendum, an finis iuramenti concurrat, sed an sub materia promissa comprehendatur. Immo repono ego, ex intentione, & sine iurantis interpretatio iuramenti colligenda est. Materia iuramenti est ludus. Edo: ut certe non est ludus utcumque, & ab omni circumstantia sciendus; cum in acceptione sit actus indifferens, & vix contra iuramenti materies; sed ludus, ut est occasio iacturæ pecuniarum, patrimonii, temporis, ut est causa iugiorum, rixarum, aut impedimentum vacandi rebus divinis, & concludendis propriis negotiis, est reipia iuramenti materies. Hæc autem omnia contingant, cum iurans per interpositam personam, seu aliena manu ludit, & propriis oculis ludentes spectat. Ergo est materia propria iuramenti quod committitur fit non ludendi. Distinctio vero qua contrarie sententiæ Auctores dicunt ea que recentioribus concessaria, finem, non materiam esse iuramenti, & finem externum non cadere sub lege: hæc, inquam, distinctio similis est alteri qua non pauci votum paupertatis levare sibi blandiuntur, si pecunia non propria, sed aliena manu ad arbitrium expendant, vel in alio sermone consistant. Que sane distinctiones nunquam mihi sunt, & mere cavillationes, ortæ in ex animo decipiendi (quod presumere nefas esset) certe ex præpòlata assuetudine revocandi ad regulas abstractas, & metaphysicas morum precepta. Sepissime finis legis non cadit sub lege, quando est omnino extrinsecus; secus, si est intrinsecus, & constituit materiam ipsius legis, ut in presentia contingit.

V. Similiter dicimus, hunc iuramentum non posse alterius nomine ludere. Etiam in hæc hypothetis distinctioe vivunt laudati Theologi. Atque namque, si finis iuramenti fuerit vitare iacturam temporis, ut possit Deo vacare, siveque rebus attendere; tunc nequit vel alterius nomine ludere. Si vero finis fuerit

declinare iacturam pecuniarum, occasione rixarum, & iugiorum; dicunt posse eum tunc ludere, qui transgrediatur iuramentum: quia in ludente alieni pecunias huiusmodi contingere minime solent. Sed hæc distinctio nem ut inquam ratiocinam; cum ipse iurans iuramentum suum cum tali præfatione, seu distinctioe non copulaverit. Siquidem in absoluto iuramento non ludendi omnia recentia incommoda intelliguntur cavenda: & quantum frequentiora sint in ludo propria pecunie quam alieni; attamen, quoties ludi sunt pecuniarii, absque eiusmodi ludi familiaria sunt descripta mala; que ut declinentur, sacramenti sese munierunt vinculo. Dicendum ergo nobis videtur, talem iuramentum neque proprio, neque alieno nomine abique iurantis transgressionem posse ludis vacare.

VI. *Quæst. III. An iuramentum non ludendi cum tali persona, aut in tali domo, vel tali genere ludi, validum sit?* Resp. Si hoc iuramentum, vel votum fit de re omnino indifferente, quemadmodum absolute est ludus cum tali persona, vel in tali domo; iuramentum ad nihil obligat. Ceterum, si habeat finem honestum, videlicet fugam rixarum, iugiorum, quorum talis persona occasio esse solet; si talis ludus est causa amittendi magnum pecunie summam; si illa domus origo est malorum: tunc iuramentum factum evitandi præfata mala, & pernicia validum est; atque iurans sub perituros pecunia illud observare adstringitur: quia iuramentum est de re bona, & honesta. Adverte tamen, ut iuramentum, seu votum validum sit, non satis esse illud posse in finem honestum dirigi: sed oportere insuper ut ipse iurans ratiocinet, vel expresse habeat talem finem honestum. Hæc iuramenta eiusmodi non ludendi cum tali persona, in tali domo, ex studio, & ira concepta, & in vindictam talis personæ facta, incauta sunt, & invalida. Iuramentum factum in comotum furoribus, vel aliorum, & ab ipsis acceptatum, validum est, nec potest retractari. Iuramentum conditionatum dicitur, donec impleatur conditio. Titius filius iuravit se non iururum, donec pater Roma redierit. Romæ moritur pater. Potest ne filius ludere? Negat Bonacina *disp. xiv. p. 1. par. 16. num. 8.* Sed vera est adfirmans opinio, quam defendit Tamburinus *Lib. III. cap. 11. §. 1. num. 66.* quia manifesta presumptio est palem filii iurantis animum. Nihil materialis est Bonacinae interpretatio.

VII. *Quest. IV. An verum, seu iuramentum non mutandi sit validum?* Resp. Abique qua controversia nullum sine vomiti, sine iuramento nullum est. Mutari namque est actus misericordiae, & caritatis; & quandoque ex precepto ad mutandum obligatur. Ergo iuramentum abstinendi a tali actu non est de re honesta, & licita; & idcirco invalidum. Idem omnino dicendum de iuramento non fideiubendi. Ut autem clarior sit resolutio, sub variis circumstantiis considerari potest praefatum iuramentum. Nam, si abstinere sit, & fiat vel ob Dei honorem, aut ob propriam utilitatem; patet esse invalidum, & nullum: quia repugnat non consensu, tunc preceptis evangelicis, & consequenter non potest in Dei honorem cedere. Si iuramentum fiat ob vitandam gravem laesuram proprii patrimonii, & honorum, ac propriæ familie danna, quæ solent esse causæ ad evitandum iuramenta inducentes, quæque fuerint honestum constituta; quia urgente necessitate proximi, preceptum quoque urgere potest mutandi etiam ob dictum finem, non obligat saltem in omni evento, quia adverteretur maiori bono, videlicet succurrendi proximo constituto in gravi necessitate. Si vero iuramentum fiat in gratiam terti, post istius acceptationem obligat, nec retractari valet, secus post acceptationem. Denique hoc iuramentum considerari potest ex parte formæ, quæ concipitur. Nam, si iure de mutuo non daturum pecuniam, nec fidei iuramentum abique prævio examine, & accepto praefatum, amicumque confidit, iuramentum validissimum est: quia non relinquit omne mutuum, nec quamcumque fidei iuramentum, sed tantum incautam, & imprudentem. Saepè enim corruunt, vel maxima damna patiuntur familie ob fidei iuramentum præcipites & incautas. Quoties ergo quis iurat abstinere a mutuo, & fidei iuramentum abique hoc examine & consultatione; iuramentum optatum est, & stringit iuramentum. E contrario iuramentum fidei iubendi, & mutandi omnibus indiscriminatum invalidum est, & vitiosum: quia includit prodigalitatis vitium, & imprudentiam, nisi sit alia conditio circumscripturum. Validum vero foret, si iurans esset absolutus dominus suorum bonorum, illis, & necessariis heredibus desistens, atque iuraret in honorem Dei mutare, & fidei iurare. Hæc enim ratione omnia bona sua pauperibus distribuere posset. Similia iuramenta fidei iubendi, mutandi, distribuendi bona sua in e'economiam pau-

peribus, ita interpretanda communiter sunt, ut executioni mandentur minori, quoad fieri potest, detrimentum, & periculo ipsius iurantis. Circumstantiæ tamen omnes bene sunt ponderandæ.

VIII. Ultimo loco spectanda est persona quæ iuramentum emittit non mutandi, non fidei iubendi. Nam, si Clericus sit, & iuret non fidei iubere pro laico, validum est: quia Clericus in sacris votum est fidei iubere pro laico, excepta necessitate, ut colligitur cap. Te quidem xi. *quest. i. c. cap. i. de fidei iuramentis*; ubi tamen prohibetur Clericus frequentia fidei iuramentis. Hæc vero fidei iuramentum facta a Clerico pro laico valida est: & Clericus solvere tenetur de patrimonialibus bonis, aut etiam, ut vult Sylvester *verb. Fidei iuramentum quest. iii. de redditibus beneficii*, de quibus tamen disponere pro arbitrio nequit, cum administrator, non dominus sit, ut suo loco dictum est.

IX. *Quest. V. An iuramenta facta a mercatoribus non emendi auctore pretio, & non vendendi aliter, valida sint?* Resp. Invalida esse communiter sentiant omnes. Quoniam nec in Dei honorem, nec in proximi utilitatem velunt. Qui itaque talia edunt iuramenta, servat eadem minime altinguntur.

CAPITULUM IV.

De iuramento contra aliud iuramentum. Item de iuramento non accedendi, non denuntiandi, atque de iuramento nimis prodigioso.

I. **D**UOBUS modis potest secundum iuramentum priori iuramento esse contrarium, scilicet vel actu iurandi, vel in materia iurata. Exemplis rem declaro. Iuranti si nunquam sub iuramento quidquam promissurum, vel superiore inconstitutum, vel abique scriptura; deinde abique his circumstantiis scriptura, vel consultatione iuratur, & promittit aliquid licitum, & honestum. Hoc secundo iuramentum illicitum quidem est: validum tamen & obligans, quoad materia promissa, & iurata licita est, & honesta. Iuranti Deo servare certitatem; deinde promittit sub iuramento reducturum prellam in sponsam. Hoc secundum iuramentum, contrarium priori in re iurata, est illicitum simul, & invalidum. Violare liquidum id quod voto, aut iuramento promissum, semper illicitum est, & prohibitorium. Ita docent communiter omnes. Advertunt tamen, debere primum iuramentum obligare eo tempore quo secundum iuramentum emittitur, ut

illud invalidum sit. V. g. iurasti te ducturum Ream; deinde sub iuramento promittis te ducturum Capellanum. Secundum iuramentum invalidum est, quia tempore quo factum tuis duabus primis. Quod autem initio *resolubatur est, & tunc temporis non revocatur*, in *6. reg. Non promittitur, de reg. iur.* Contra vero si primum iuramentum celebravit, quando emittitur secundum, manet illud iuramentum obligare.

II. *Quest. I. An dispositiones factæ contra priora iuramenta valide sint?* Resp. Iuranti non vendituram campum, non mutaturam testamentum, non ducturam Bertam in matrimonium; deinde campum vendis, testamentum mutas, Bertam ducis. Sane non valde dispositiones hęc? Quid, si iuramentum firmate essent? Iuramentum invalidum est, quia est de re illicita. Ceterum dispositiones civiles valide sunt. Quoniam per iuramentum tibi minime abusu licite facultatem vendendi, & commutandi que antea vendere, & commutare iure poterat; scuti, si iuranti te iuguraturum, non idcirco tibi eripuisse comedendi potestatem; sed solum iuramentum comesturam illicitam reddit. Licet ergo secundum iuramentum contrarium priori in re iurata invalidum sit; non tamen invalida sunt dispositiones civiles, quæ a libera potestate disponendi pendunt. Hęc tamen intelligenda sunt, dummodo potestatem recipere habeas disponendi de re iam venditione, & commutatione. Iuranti equi tui venditionem, & capra Petro illum vendidisti, & tradidisti. Hęc eandem equam cum iuramento vendis Paulo; hęc secunda venditio nulla est; quia vi prioris venditionis, & traditionis equus ablati est a tuo domino; iuxta hæc communi doctrinam plures alios consimiles casus resolvere poteris.

III. *Quest. II. An iuramentum non accedendi, non denuntiandi, invalidum sit?* Resp. Iuramentum univiersale non accedendi, nec denuntiandi invalidum est: quia saepe urget preceptum accedendi, & denuntiandi delicta potissimum quæ cedunt in damnum publicum. Et, quamquam bonum etiam sit & honestum quandoque non accedare; non obstat tamen quominus iuramentum univiersale factum non accedendi sit nullum: quia, cum iuramentum univiersale includat omnes casus, non solum plures sint illiciti, totum corruit: malum est enim ex quocumque delicto. Iuramentum de accedenda, vel non accedenda aliqua determinata persona valebit, vel non valebit, prout caritas, & prudentia suadebit, aut dissuade-

bit obligationem accedendi. Hęc ipsatione iuramentum accedendi univiersale omnes abique ulla exceptione nullum est. Saepè enim accedat caritati, prudentiæ, & iustitiæ adverteratur.

IV. Plures solent moveri difficultates super hoc iuramento de accedendo ante, vel post delictum, & super intelligentia illius cap. Quemadmodum, & illud de iuramento, ubi Innocentius III. declarat, iuramentum generaliter factum de non accedendo uxoris crimine, non esse obligatorium: quia contingere potest quod mulier sit infidelis, & non cohabitare abique iniuria Creatoris, quo in casu tenetur vir illam acculare; scus, si delictum uxoris esset adulterium. Verum non est cur in eiusmodi questionibus tempus terramus. Illud solum addendum, plurima iuramenta denuntiandi, vel accedendi aliorum crimina frequentes fieri animo vindictæ; & idcirco non obligare, utpote de re illicita. Quod si vindicta gravis fuerit, duplex est peccatum & contra caritatem erga proximum, & contra religionem, eo quod nomen Dei assumitur ad confirmandum vindictæ propositum. Hinc iuramentum per iuramentum accedendi socios apud magistrus, iuramenta parentum, & dominorum, puniendi filios, & servos invalida sunt, & culpabilia communiter, quia facta animo vindictæ; quæ tamen cum gravis esse non solet, ideo non excedit culpam venialem. Quod si hæc iuramenta emittantur animo evangelicæ correctionis, appareat spes boni eventus; valida tunc esse possunt. Sed non ita frequenter hæc occurrunt.

V. *Quest. III. An iuramentum prodigiosum de iure iuratum sit validum?* Resp. Duplex in sensu resolvenda est præfata questio. Primum an iuramentum quidquam donandi meretrici ob copiam loco corporali validum? Secundo an iuramentum istud, quatenus prodigium, sit pariter invalidum? Ad primum quod attinet, omnes concedunt, promissionem iuramentum factam meretrici anteperegratum flagitium debere retinere, cum sit illicita; perpetrato vero delicto, implendam esse adiuramentum, eo quod tunc pretii licentia fit. Quod non contingit in donatione iurata fit, quæ semper illicita est, five ante, five post collisionem gradus ecclesiastici. Hęc omnia communia sunt. Eo tamen discreto, fornicatorum tenent ad dandum pretium meretrici post perpetratum crimen, non vi promissionis factæ ante perpetratum delictum, quam nullum dicerem, sicut & iuramentum; sed

sed vi iuris surgentis post patrimonem criminis. Res tamen tanti non est, ut contentions sinec decamur.

VI. Circa secundum plures Theologi docent, promissionem iuramentum que prodigia sit, valere pro illa parte qua iuris est, scilicet pro parte excessus, quo efficitur prodigia, scilicet & iuramentum. Molina *Tom. II. disp. cclxxi. & Sanchez Lib. III. cap. ix. n. 27.* docent, & promissionem iuramentum prodigiam integram valere secundum omnes partes: quia, licet culpam commiserit qui prodigia donare iuravit: ipsa tamen impletio promissionis iurata licita est. Hanc opinio mihi fallia est: nam promissio vere prodigia semper est culpabilis, non modo quando fit, sed etiam quando impletur. Prodigious namque vitium est. Ergo illius quoque executio peccatum erit. Igitur evidens est promissionem iuramentum, saltem prout est prodigia, nullam esse. Ceterum mihi absolute, & secundum omnes partes nulla est dicta promissio iurata, que vinculum iniquitatis esse nequit. Si itaque absolute prodigia est, absolute pariter nulla erit. Quare utramque opinionem ridicimus, nempe primam, que docet esse validam hanc promissionem pro ea parte que validam non est; & secundam, que integram promissionem validam defendit. Quoniam promissio absolute prodigia, tota vitiosa est: ergo tota nulla est. Nam verum est quod ait P. Sanchez, culpam committit, dum prodigia promittitur: scilicet dum executioni mandatur ipsa prodigia promissio. Fallum est hoc apertissime: quandoquidem prodigialium est absolute vitiosa. Ergo & quando promittitur, & quando impletur promissio, culpa contingit. Perperam vero adducitur exemplum mercedis que datur meretrici. Nam solario pretii ex iustitia meretrici debetur; nec quidquam malum in se involvit: licet maritum, licet actus culpabiles preestipulant.

CAPUT V.

De iuramento metu, & iniuria extortio.

IEX duplici metu oriri potest iuramentum, tunc, levi scilicet, & gravi. De iuramento ex metu levi proficiente nulla est difficultas, quia penes omnes validum est. Circa iuramentum ex metu gravi tota est questio, que agitari potest spectato iure naturali, canonico, & civili.

II. Prima sententia docet, nullam esse iuramenti gravi metu extorti obligationem sive in foro interno, sive externo. Et hanc sententiam docerunt plures Iuriste, Vincentius

Abbas, Alciatus, Felinus, Lopez, Rolandus, Flaminius, quos citat Sanchez *Lib. II. de matrimonio. disp. xi. n. 10. n. 3.* atque hanc opinionem esse probabilior.

III. Secunda opinio defendit, iuramentum metu gravi extortum validum quidem esse in foro conscientiarum, & obligare sub mortali; sed in foro iudiciali externo. Hanc defendit Valencia *disp. vi. quest. vii. pont. 4. §. 3. & Fachinus Lib. VIII. contr. cap. cii.*

IV. Tertia, que communis est penes omnes Theologos, potissimum ius naturale, & pontificium spectetur, docet, iuramentum gravi metu extortum absolute validum esse. Hanc expresse docet D. Thomas 2. 2. *quest. lxxxix. artic. 7.* Guertanus, & Sylvius *lib. Soto Lib. VIII. q. 2. artic. 7.* Navarrus *in Man. cap. xlii. n. 10.* Covarruvias *de spons. II. Part. cap. 111.* Molina *Tom. I. tractat. 11. disp. cclxx.* Sanchez *Lib. III. cap. xvi. n. 18.* Sanchez *Lib. III. in Decal. cap. xi. n. 10. n. 14.* Lessius *Lib. II. cap. xlii. dub. 6.* Guertanus *de iur. II. Part. cap. lxx. n. 18.* Diana *Part. VIII. tractat. viii. resp. 57.* Azorius *Lib. I. cap. xi. quest. xii. &* ut dixi, communiter omnes Theologi. Atque nec sermo est de metu per iniuriam illato: nam si iustus foret metus, nulla esset difficultas, Ratio evidens est: quia metus, est vis gravis, non tollit quia iuramentum illud fit voluntarium, & liberum. Validum ergo erit iure nature, iure quoque canonico validum est, ut colligitur ex cap. *Debitores*, ubi Alexander III. docuit nos qui iuraverant solutionem usurarum, cogendos esse ut Domino iuramentum exolvant. Hinc quoque pertinet quod docet Innocentius III. *cap. Ad audientiam, de his, que vi.* Quod confirmari potest ex Angelico. Hoc iuramentum committitur iustitia, & iudicium: Porto quicumque (inquit Anglicus) iuravit aliquid se facerem, obligatur ad id facerem, ad hoc quod iuravit impiose, & iniuste, & iniuria. Et in respon. ad quod dicitur, quod in iuramento quod quis coactus facit, duplex est obligatio. Una quidem quia obligatur communi, cui aliquid promittit: & talis obligatio tollitur per coactionem: quia ille qui iuravit iniuste, hoc meretur ut ei promissum non servetur. Alia autem est obligatio qua quis Deo obligatur, ut implet quod per nomen eius promittit: & talis obligatio non tollitur in sum conscientia: quia magis debet damnari temporale sustinere quam iuramentum violare. Potest tamen repetere in iudicio quod solvit, vel

vel Prælato denuntiare, non obstante quod contrarium iuravit: quia tale iuramentum vergit in deteriorem vitam: offer enim contra iustitiam publicam. Romanus autem Pontifex ab huiusmodi iuramentis homines abfolverunt, non quasi decernerent huiusmodi iuramenta non esse obligatoria, sed quasi huiusmodi obligationes ex iusta causa relaxantes.

V. Facile, quandoque solent esse Prælati in relaxandis huiusmodi iuramentis; prudentia tamen opus est. Nam, si ex dispensatione scandalum, vel iniuria religionis christiane immineret, ut si infideles reputarent nullam esse apud nos iuris iurandi religionem; tunc dispensatio concedenda non foret.

VI. Obiicit 3. Simplex promissio metu extorta non obligat: ergo neque iuramentum promissionem confirmans: accessorium enim legitur principale. Resp. Negatur consequentia. Promissio simplex, que iure nature valida est, iure positivo fit invalida ob coactionem. Sed nullum ius positivum canonicum invalidum declaravit iuramentum coactum. Nec exigitur pro istius valore quod excoctio fit licita. Immo in iuramentis coactis promissio minime consideratur (tantum abest ut sit quid principale, & iuramentum accessorium) sed ipsum iuramentum per se consideratur: nec extorquetur ad confirmandam promissionem, sed ad invocandum Deum in telum rei future asserta. Denique promissio fit homini, qui iniuria illam extorquet; iuramentum fit per Deum, & ob istius reverentiam servandum est.

VII. Obiicit 2. Votum metu extortum, sicut & matrimonium, invalida sunt: ergo & iuramentum. Item Pontifex in *cap. Quamvis de pactis in vi.* declarat pacta que non vi, aut dolo firmata sunt, servanda esse: ergo, si vi, aut dolo firmata fuissent, servanda non essent. Resp. Ad primum negatur consequentia, nam votum, & matrimonium coacta, declarata sunt positivo iure nulla: que aliqui iure nature, non secus ac iuramentum, valida forent, eo quod modo eodem libera sint, & voluntaria. Sed iuramentum nullo iure declaratum est nullum. Adde, matrimonium esse nullum, etiam si iuramentum firmatum fuisset; quia ad hoc ut quis actum iuratum exequi teneatur, debet actus ille (quod est magnopere attendendum) esse licitus; que autem sunt vestra, licita non sunt. Matrimonium coactum prohibuitur est: ideo iuramentum quo illud confirmatur, est nullum, quia est de actu vestro, & illicito. Ad

VIII. Quæst. II. *An iuramentum non prolatum aliquo artem, seu secretum, aliud sit, validum sit?* Resp. Hanc questionem proponit D. Thomas *quæst. lib. xii. art. 21.* responditque, absolute non communicare doctrinam, seu salubre remedium alicuius experientiam, esse contra caritatem. Quare simpliciter loquendo non tenetur, sed male fecit iurando. Et hoc iuramentum contra quærit illud quod est de honore honorum, est illicitum, & non servandum. Tamen in casu servare tenetur, puta si ille, vel alius sufficiens medicus presens esset, & paratus esset curare, & ut illo experimento in salutem corporalem aliorum. In primo argumento sibi obicit D. Thomas. *Videtur quod sic: quia sic obligatus non debet facere aliquid quod vergat in detrimentum illius quod dedit, vel deditur, hoc autem esset, si alius communicaret.* Sed oppositio evanescit ex sola doctrina data a D. Thoma in sua responsione. Dicit namque, quod illi abique communicatione teneat experimentum, possit bono publico, & infirmitati proximis iocundi, vel per alios remedia, vel quia ille qui secretum experimentum sub iuramento custodiendum dedit, paratus est, vel alius medicus aptus ad curandum infirmum, tunc iuramentum servandum foret; iccus, si bonum publicum ex custodia secreti damnus pateretur.

CAPUT VIII.

De iuramento confirmante contractum.

I. UT iuramenti promissoriæ vis, & obligatio bene intelligatur, semper per oculos habenda est D. Thomæ doctrina, quam ex 2. q. lxxxix. *art. 7.* ad 3. supra dedimus, duplicem videret reperiri posse in promissorio iuramento obligationem, alteram respectu hominis, cui fit promissio, alteram respectu Dei, cui fit iuramentum. Quando promissio facta homini sapere naturam nulla est, & ab ipso iuramento valorem non recipit, iuramentum appositum vocatur per se

flans; ut contingit in promissione facta usurario, vel latroni solvendi pecunias: quæ promissiones nulla sunt, nec ex iuramento valide efficiuntur. Si vero promissio homini facta invalida sit, vi tamen iuramenti reviviscat, sicutque valida, ita et promissarius vis acquirit adversus promittentem; tunc iuramentum appositum vocatur confirmans, roboratque ipsam promissionem: atque dupliciter inducit obligationem, alteram fidelitatis, & iustitiae, alteram religionis. Primum autem iuramentum, quod dicitur per se flans, solum pars obligationem religionis. Quomodo autem iuramentum valeat reddere efficacem promissionem quæ aliquotum inefficax est, & invalida, indicant Doctores communiter respondendo, hoc privilegium habere iuramentum vi tunc potest; sed ius positum in honorem iuramenti dare robur promissioni quæ aliquotum invalida erat, & nulla. Cuius autem generis promissiones, & contractus inefficaces, & invalidos iuramentum roborat, & confirmat, infra dicetur.

II. Principium effectus iuramenti confirmantis contractum est ius quod acquirit promissarius adversus iurantem. Siquidem, quando iuramentum est solum per se flans, nullo modo confirmat promissionem, sicuti est illud quod fit latroni, usurario, aliique, qui per iniuriam, aut metum extorquet promissionem; promissarii illi nullam acquirit actionem adversus promittentem, vi cuius diem illi dicere valeant.

III. Quando iuramentum firmat contractum, relaxationem serio alicui impetere valet, nisi creditor, in cuius favorem iuramentum datum fuit. Ille enim ius acquirit ex promissione sibi inrita; & propterea solus huius iuri cedere potest, iuramentum relaxando; ut pluribus docet Tiraque-*l. in esp. Si unquam cad. de reuocand. donat. verb. Revertatur no. 78. c. 70.* Verum utique est in contractibus iuramento confirmatis dari relaxationem a iudice, non tamen absolute; sed in eum tantum finem, ut iurans possit agere in iudicio pro contractus relictione: quod tunc contingit, quando dubitatio, & lites occurrunt, nam contractus validus sit, & robur accipiat nec ne a iuramento. Quapropter ex tali relaxatione nullo modo contractus rescinditur; sed solum aperitur via ad relictionem. Hinc est quod qui, causa falso allegata, impetrat iuramentum relaxationem, vel absolute, vel solum ad effectum agendi in iudicio, tali relaxatione uti non potest, quia nulla est; atque damnum.

nam quodcumque, & omnes expensas creditori relictore tenentur. Secus res se habet, quando iuramentum contractum non firmat; quia tunc licitum est dispensationem petere a quocumque legitimo superiore. Tunc enim cum nullum ius acquisiverit homo, cui iuramentum fuit, sed solum Deus, in cuius honorem factum fuit iuramentum, adeo Prælati, qui Dei vires gerunt, possunt similia iuramenta relaxare. Et hæc ratio evincit, fœdus communis habet sententia, Prælatos relaxationem hæc concedere posse, non tantum in iuramentis per iniuriam, aut metum extortis, in quibus turpitudine maxima ex parte promissarii reperitur, ut in iuramentis solvendi pecunias usurariis, latronibus, & piratis; verum etiam in iuramentis in quibus nulla est turpitudine ex parte recipientis, ut in iuramento solvendi pecuniam in ludo amissam, die creca, seu solutione dilata: qui contractus iure quidem positivo irriti sunt, nullam tamen in us apertis committunt. Ad hoc turpitudinem ex parte recipientis. Porro, iure civili inspecto, cum nullum ius acquirit creditor ex tali iuramento, solaque obligatio fit ex parte Dei; poterit Prælatos hæc obligationem remittere, iuramentum relaxando, ne homines tam facile prodigant bona sua. Quæ ratio li satis fuit ut lex rearet irritans contractum, satis itidem esse debet ut iuramenti relaxatio imperiri licite possit. Quod si iurans relaxationem petere nolerit, momentanea solutione peracta, eandem litam repetere poterit: eo quod promissarius nullam acquisivisset vi, cuius solutio facta fuerit, sine unica ratio que iurantem movit ad eam solutionem, fuerit iurandi honor, & reverentia. Porro, si de non repetenda pecunia præcesserit iuramentum, tunc relaxationis beneficio uti licebit. Denique iuramentum per se flans cum iurante occidit: iuramentum confirmans ad heredes transit, non vi iuramenti, quod personale est, sed vi contractus confirmati. Hæc communis sunt penes Auctores. *Legæ Gutierrez de iuram. l. part. cap. lxxi. Covarruvias de pact. l. part. c. 3. no. 2. Molina Tom. II. de iust. disp. cl. Valquez opuscul. de testam. cap. 111. dub. 2. num. 27. Sanchez Lib. III. cap. xxxi.*

IV. Quæst. I. *An iuramentum confirmet contractus invalidos?* Resp. Celeberrima est controversia hæc apud Iuristas, Canonistas, & Theologos. Pro clariore eisdem intelligentia notandum primo est, nullos contractus iure naturæ, aut divino, aut canonico prohibitos confirmari iuramento posse, ut o-

Quæst. Theol. Tom. IV.

mnnes faterentur. Difficultas est de contractibus iure civili tum invalidis, tum inefficacibus. Contractus inefficaces vocantur illi qui, vel ipso civili iure validi sunt, sed infirmi, eo quod possint rescindi, & ita sic contra eorum reclamare. Huius generis sunt contractus quos minor cum sui tutoris auctoritate celebrat, & cum iudicis decreto, si de rebus immobilibus fiant. Contractus illi validi sunt; sed inefficaces, & infirmi appellantur, eo quod minor iustus reclamare valeat, & relictionem eorumdem petere. Contractus invalidi sunt qui iure civili vetantur, sicutque secundum iudicium ius post celebrationem nulli. Illius generis sunt contractus quos minores celebrant alienando fundos dotales. His positis.

V. Dux sunt super hæc controversia extrema sententia. Prima sustinet, nullos contractum, sive invalidum, sive inefficacem confirmari iuramento, ut vi istius consurgat ius iustitiae, nequeque iurans, etiam relaxatione iuramenti impetrata, reclamare. E. g. uxor alienavit fundum dotale: hic contractus est iure civili invalidus. Si iuramentum uxor addat, contractus non evadit validus in linea iustitiae; ita ut eruptor fundi dotalis ius acquirit adversus iurantem; sed solum consurgit obligatio religionis, vi cuius, nisi aliud obicit, propter reverentiam iuramenti uxor stare contracti debet. Paucis, iuramentum appositum præfato contractui addit debitum religionis, nullum vero iustitiae; sed ad iustitiam quod attinet, reliquit illum in ius naturalis status.

VI. Secunda sententia e contrario docet, iuramentum confirmare contractus iure civili invalidos, aut inefficaces; ita ut in eiusmodi contractibus iuramento firmatis duplex obligatio reperitur, altera religionis, altera iustitiae. Uxor alienavit fundum dotalem: iuramentum appositum se non revocatur talem contractum; istius iuramenti relaxationem a superiore ecclesiastico impetrata; adhuc stare contracti debet ex iustitia. Regulam quocumque generalem hæc sententia assignat dignoscendi, quando iuramentum confirmet contractum, & quando non confirmet. Tunc iuramentum, inquit, confirmat contractum, quando illud servando nec iurans, nec exigens iuramentum peccat; focus vero, quoties aut iurans, aut qui iuramentum recipit, peccat; ut contingit in promissione iurata solvendi pecunias latroni, vel usurario, qui exigendo, & recipiendo pecunias iuratas peccat, quamquam non peccet iurans.

VII. Hæc secunda communis valde est pe-

nes Canonistas, & Theologos. Prolixum est-
talogum Iuristarum, & Theologorum textu
Sanchez Lib. III. cap. xii. num. vi. laudat
namque Glossam Bartholomaei, Iacobum de
Sancto Gregorio, Bartholomaeum, Iacobum de
Sancto Gregorio, Albericum, Cornueum,
Humbertum de Bonone, Fulgiosum, Mo-
nachum, Archidiaconum, Dominicum, An-
tharum, Federicum, Paulum, Anselmum,
Cardinalem, Imolanum, Alexandrum de Ne-
vo, Alciarum, Gozadinum, Campesium,
Curtium Seniore, Arcium, Marinum,
Socinum, Corletum, Cottam, Guillelmum,
Benedictum, Raynium, Angelum in Spina,
Sylvellum, Covarruviam, Gregorium
Lopez, Antonium Gomez, Minchacum,
Antonium de Petrubia, Riminaldum, Orosium,
Seraphinum, Peccium, Fachineum,
Barbolum, Cephalum, Hondium, Hieronymum
Gabrielem, Cortierem, Peregrinum,
Mollanum, Rebellum, Emanuelem Sa, Ca-
nedum, Mandosium, quorum opinionem &
iple defendit. His addi possunt Suarez Lib. II.
cap. xxix. Azorius Lib. XI. cap. vii.
Onatus Tom. II. de contract. tract. xi. disp.
xi. sect. 6. n. 130. Castropalaus tract. xiv.
disp. vi. quest. 9. §. 4. num. 4. Laurentius
Lib. II. tit. xxiv. q. de xxxvii. Romaglia
tract. viii. cap. iii. quest. v. Laymanus
Lib. V. tract. iii. cap. viii.

VIII. Plures ex praefatis Auctoribus non
absolute distant sententiam defendunt; sed
distinctione utuntur. Inquit enim, iura-
mentum confirmare eos duntaxat contractus
quos leges civiles ob privatum tantummodo
subditorum commodum, & utilitatem irritos
tunc, aut rescindibiles declarant; nullo vero
modo confirmare contractus ob bonum com-
mune irritos ab eisdem legibus declarant.

IX. Quaesit. II. *Quomodo ex his duabus opi-
nionibus probabilior sit?* Resp. Si auctori-
tatem extrinsecam, multitudine videlicet
Auctorum, spectes; secunda probabilior ap-
paret. Si rationes; si textus legum confide-
rez, prior praefata est. Nos ergo priorem
sententiam tanquam probabiliorum eligimus.
Hanc valde probabilem appellat Suarez: in
eamdem maxime propendebat Castropalaus;
eamque defendit Tamburinus Lib. III. cap.
11. §. 6. num. 7. cui adhaeret Sporer tract.
III. in 2. praecip. cap. 1. ser. 2. regul. 3. n.
33. Rationes pro hac sententia nihil validius
sunt. Enim vero iuramentum suapte
natura iustitiae robur contractui conferre mi-
nime valet. Sunt quippe diversi omnino ge-
netis: illud ad religionem, hic ad iustitiam

attinet. Neque hanc propositionem in con-
traferant vocant adverteri, latentibus om-
nibus iuramentum per se relinquere con-
tractum in suo statu, esse solum admittere
religionis vinculum. Videndum ergo imper-
et, nem ex iure positivo hanc habeat iura-
mentum efficaciam, confirmandi licet con-
tractus etiam invalidos, eoque validos, fir-
mosque in genere iustitiae constituentes. Tex-
tus quos adverteri producant, sunt sequen-
tes. Cap. Contingat de iurando, cap. Licet
mulieres eodem tit. in vi. & cap. Quam-
vis pactum de pactis. videlicet Lib. in authentica
Sacramentum puberum, eod. Si ad verus ven-
ditionem, cap. Debitores de usuris. Atqui
in his textibus nec verbum habetur, quod de-
claratur, contractum iure civili irritum per
iuramentum validum evadere, & firmum.
Quod ut evincatur, ipsorum textuum verba
transcribenda sunt. Innocentius III. in cap.
Cum contingat de iure. decrevit, *ex via
paritatis oportet, talem iuramentum sine vi,
& dolo praestitum servari debere.* Quod confir-
maturum est in cap. Licet mulieres de iura-
iurando in vi. In authentica hac habentur.
Sacramento puberum, *sponte facta super con-
tractibus rerum suarum non retractantur, in-
violabiliter custodiantur. In capite Quamvis
pactum de pactis in vi. haec praecipit Ponti-
fex: Quamvis pactum patri factum a filia,
dum nuptus tradebatur, ut dote contenta, nul-
lum ad bona paterna regressum haberet, im-
probet lex civilis; si tamen iuramentum est,
nec dolo praestitum fuerit, ad eadem
omnino servari debet; cum non vergat in
altera salutis dispensationem, nec reducat in
alterius detrimentum. In recitatis textibus so-
lum habetur, iuramentum servandum esse,
uti omnes fatentur. Ceterum contractus pra-
efatos, alienationem fundi dotalis, & renun-
tiationis legitime, improbat a iure civili,
modo asseritur. Si laudati textus dicerent, em-
ptorem fundi dotalis, patrem acceptantem
renuntiationem filiae, aut filiorum super legiti-
ma, ius acquirere vi talium contractuum
ratione iuramenti: tunc evincerent intentum.
Sed quod iubeant iuramenta inviolabiliter ser-
vanda esse, non decernant dispensatione iura-
menti impetrata, praefatos contractus re-
scindi neque; non decernant dispensationem
impertiri non posse, quia cederet in detrimentum
tertii. Ergo ex aduersis textibus non evin-
citur, contractus iure civili irritos in linea
contractus, seu iustitiae, vi iuramenti validos
effici.*

X. Alia

X. Alia ratione evincitur sententia nostra.
Communitur tum Theologi, tum Canonistae
fatentur, magistratum, non solum ecclesiasti-
cum, sed etiam civilem supremum, tali fa-
cultate polere irritandi contractum, bonis
moribus & civili iuri adversum, ut neque
iuramenti accessione validus fiat. Quomam
Principatus est intrinseus sui potestate neces-
sarium est quae valeat abrogare ea omnia quae
bono communi repugnant. At, semel admis-
sum quod contractus per leges civiles antiqua-
ti, validi fuerint virtute iuramentorum, leges
istae civiles vanae essent, & Principatus re-
cepta delinunt reperire potestate irritandi
contractus bono communi infestos: quando-
quidem subditi per iuramentum validum con-
firmerent contractum quem Princeps nullum
decretasset per legem; atque ita Principis
potestas elusa prorsus remaneret. Quid, quo-
lo, subditis noceret prohibitionis talium con-
tractuum, quando possent alia via, nempe
adhibito iuramento, adsequi quod directa via
pacti, seu contractus obtinere nequunt? Ne-
que contractus irritare directae
iuramenta, quae sibi potestate spirituali iurabi-
cent, sed tantum indirectae, taliter scilicet iri-
tando contractus, ut neque accedente iura-
mento validi constituerent.

XI. Hinc restititur sententia quam restitimus
n. 7. nempe quae statuit, iuramentum
confirmare contractus antiquatos per eas leges
quae ob privatum subditorum bonum latae sunt;
sicut contractus illos qui per leges ob bonum
publicum rogatas irriti declarantur. Haec e-
nim distinctionem, ut alias fecimus, inanem
reputamus: quoniam omnes leges quae vere
leges sunt, ob bonum commune conditae sunt;
licet quandoque immediate bonum peculiare
subditorum inspiciant, ut supra probatum est.

XII. Obvius in favorem contrariae sen-
tentiae. Ideo contractus inefficaces, seu re-
scindibiles possunt, licet validi sint, rescindi,
quia lex ad rescissionem eorum actionem con-
cedit. Sed, accedente iuramento, hanc actionem
non conceditur. Ergo per iuramentum
istiusmodi contractus confirmantur. Eadem
ratio, quando contractus sunt iure civili
invalidi, ius canonicum decernit, eos validos
ac firmos per iuramentum constituit. Id confir-
matur ex eo quod promissiones iuratas,
sine gravi extortae a latrone, leges decernunt
servandas esse, saltem momentanea so-
lutione; contractus vero liberos, ut aliena-
tionem fundi dotalis, eadem leges statunt
absolute exequendas esse. Resp. Quare iura-
mentum ad heredes nullo modo transit. Ratio

nem non concedit ad rescissionem contractus
iurati, quia, quando alia non obstant, vult
illum contractum ob vinculum religionis ser-
vare; minime vero ob iustitiae titulum, ut
in probatione nostra sententia dictum est.
Ad confirmationem dico, leges decernere,
contractus eadmodum servandos esse inmomentanea
solutione: quia eo ipso quod sunt coacti, se-
cum deserunt causam relaxationis, & dispensa-
tionis, iniuriam nempe; & merum: quae
sicuti fuerunt causa contractuum, ita sunt
manifesta causa relaxationis concedendae. At,
quando iuramenta spontanea sunt, & libera;
nulla in ipsis apparet iniuria, nulla coactio,
nulla iniustitia, & consequenter nulla dis-
pensationis causa: ideoque absolute vi reli-
gionis observanda sunt, donec ex alio capite
obviandatur, cuiusmodi iuramenta relaxanda fore-
re, & subinde ipsos contractus rescindibiles,
aut nullos esse. Nullum itaque iuramentum
aliquam inducit obligationem iustitiae, necus
ius conferri illi in cuius favorem factus est
contractus, ut valeat abrogare iuramentum ad
contractum servandum; sed tantum suapte
natura vinculum religionis inducit, ex ratio-
nabili causa a superiore dissolvendum.

CAPUT IX.

Utrum obligatio iuramenti ita iurantem affi-
ciat, & in illo subsistat, ut nullo modo
transit ad heredes; & an per prole-
ratorem praestari valeat; & a quo impediti pos-
sit illius obligatio, antequam praestetur.

I. Iuramentum aut in honorem solius Dei
fieri potest, & ita cum voto coincidit,
de quo libro superiore; aut in hominis fa-
vorem, & de hoc praesentis sermo est.

II. Quaesit. I. *An iuramentum factum in
favorem hominis sit personale, ut nullam
partem in successibus, seu hereditibus obligati-
onem?* Resp. De Thomas 2. 2. q. xcviij.
art. 2. ad 4. Dicendum, quod quia iuramentum
est actio personalis, illo qui de novo sit civilis
aliquis civitatis, non obligatur quasi iuramen-
to ad observanda illa quae civitas se servatam
iuravit; tamen tenetur ex quadam fidelitate,
ex qua obligatur ut fiat sit factus honorum
civitatis, ita etiam fiat particeps eorum.
Duplex itaque in quantumque promissione iura-
ta homini obligatio distinguitur: est altera
iustitiae, & fidelitatis; altera religionis.
Prima ad heredes transire potest; sicut secunda
a, quae propria est iuramento. Quare iura-
mentum ad heredes nullo modo transit. Ratio

evidens est: quia iuramentum esse nequit abique intentione & voluntate iurandi. Sed heredes iurantis hanc intentionem, & voluntatem iurandi non habuerunt. Ergo obligatio iuramenti vi iuramenti ad heredes nullo modo descendit, sed non sinit in ipso iurante. Obligatio vero promissoria, que subsistit iuramento, ad heredes extendi valet, non vi iuramenti, sed ratione iustitiæ, seu iuris, quod pars in eum iuramentum factum est iuramento, acquiritur. Ita omnes.

III. Iure colligitur, si Petrus campum sub iuramento Paulo acceptanti vendiderit, & ante traditionem mortuus fuerit, Franciscus heres Petri tenetur exequi contractum, non vi iuramenti, quia ipse non iuravit, sed vi contractus venditionis. Pariter obligatio iuramenti promissoria transire ad heredes potest ratione alicuius statuti seu legis, que etiam ius iuramento obligat: e. g. si tu iuras solvere tributum Principi, aut civitati, te defuncto, non tenentur heredes solveere tributa vi iuramenti tui, sed vi statuti, seu legis obligantis ad tributum solvendum. Tandem obligatio iustitiæ firmata per iuramentum ad heredes transiret: obligatio religionis, que sola propria est iuramenti, ita afficit iuramentum, ut ultra non proficiat: Quia de causa licet quis iuret pro se & successoribus, non propterea successores tenentur vi iuramenti, sed tantum vi facti.

IV. Quæst. II. An, dum quis admittitur ad aliquem gradum, seu dignitatem, in cuius susceptione iurare omnes solent, tenetur vinculo iuramenti, si ipse non iuraverit? Resp. Responsio negativa est. Quare Doctores, Canonici, Episcopi, Reges, ceterique omnes qui non iurant servare statuta que communiunt ab omnibus solent iurare, vi iuramenti non tenentur ad ea servanda: tenentur tamen sepe vi facti, seu legis, ut dicit D. Thomas de iis civibus qui, iuramentibus alii eisdem communitatis, iurans non iuravit. Possunt tamen, iusta occurrente causa, ad iurandum cum ceteris obstringi. Sed quoad que non iuraverint, vi iuramenti non adstringuntur.

V. Quæst. III. An, si quis iuraverit Deo, se elegerit in pauperi supponere centum annorum, eo defuncto, tenetur illius heres hoc iuramentum implere? Resp. Heres tenetur, non vi iuramenti defuncti, sed vi iustitiæ: quia leges tunc canonicæ, tum civiles præcipiunt ut heres nequeat adire hereditatem, nisi sub conditione implendi iuramenta, & vota que realia nuncupantur ipsius defuncti. Ar-

gum, cap. Licet de votis, & cap. Si heredes de testam. ex cap. Ex parte de censibus, & ex leg. 2. ff. de postulationibus, ubi hæc habetur: Qui ad iuramentum tenentur, ubi hæc habetur: si desierit ante solutionem, heredes illius hereditatis nomine dicimus obligationem esse. Facti enim obligationum ad heredes transire consuevit.

VI. Quæst. IV. An obligatio iuramenti promissoria transire ad heredes alius cui iuramentum est? Resp. Adfirmantur respondent communitur omnes: idque colligitur ex cap. Veritas de iuramento, & ex leg. Si pactum 10. ff. de probationibus, ubi statuitur, iuramentum fidelitatis extendi ad successores, quamquam nulla fuerit eorum facta mentio. Sic vasallus qui iuravit fidelitatem, aut inobedientiam suo superiori, hoc mortuo, sine novo iuramento, eandem præstare debet illius successoribus: licet eorum expressa recordatio non præcesserit. Quod intelligitur, dum iuramentum factum fuit superiori ut superiori est, ratione scilicet dignitatis seu officii. Frequentur tamen, mortuo eo cui factum est iuramentum, ob maiorem solemnitatem successores præstare iuramentum renovari volunt. Contra heres, vasallus, cum intellexit, novum fidelitatis iuramentum obstringitur dare: quia vi iuramenti præstiti a decessore suis non obligatur. Quapropter etiam solet, iuramentum ex parte eius cui iuratur, iuramentum transiens ad heredes, ex parte vero iurantis esse personale.

VII. Quæst. V. An iuramentum per procuratorem præstari possit? Resp. Repetitur adfirmans communissima est. Hoc habetur in cap. ut de iuram. calum. in vi. cap. unic. §. Verum de statu Regul. in vi. Nam potest quis per alium facere quod potest per se ipsum. Regul. 68. in vi. Ad rationem iuramenti non aliud requiritur quam invocatio divini nominis vi veritatis sive presentis, sive præterite, sive future confirmationem. Atqui Deum invocare in talium quis potest sine propria ore, sive ore alterius, scriptura aut propria, aut aliena manu exarata. Neg officit, iurationem actionem personalem esse: quia procurator nomine refert personam sui principalis, cuiusque nomine iurat; nec in iuramento præstando aliam a iurante personam ingerit. Et hæc ratione matrimonium, quod non minus ac iuramentum, personale est, per procuratorem valide contrahitur. Hinc, si procurator saltem iurat, peritius potissimum est dominus, qui ore sui procuratoris peccat: si procurator scienter, aut dubius

saltem iurat, non evadit peritius, cuiusque libere abique; secus, si bona fide iuraverit. VIII. Quæst. VI. Quid requiritur ut procurator nomine alterius iuret? Resp. Procurator pecuniarie mandatum habere debet ad iurandum in tali vel in tali definita materia; nec satis est mandatum generale ad iurandum in quacunque materia indefinita: quantum iuramenti materia veritas est, sive presentis, ut in alicuiore, sive futura, ut in promissorio. Hanc veritatem alterius nomine telluri nequit procurator, nisi sibi constiterit certo mandatum principale inferat ecclesiasticæ: etique communis optatio penes omnes. Licet enim aliq. docuerit, sufficere procuratori ad iuramentum de calumnia præstandum, ut habeat mandatum generale pro omnibus causis, & speciale ad iurandum de calumnia, tamen causa super qua iurandum est, expressa non sit; nihilominus communitur tum Canonice, tum Theologi id negant. Quare, si procurator vi solius mandati generalis, & non peculiaris, in hac vel illa causa iuramentum præstet, graviter peccat; neque huic iuramento obnoxius est dominus, cum non fuerit præstitum ex eius consensu. Si vero concesserit facultatem universalem ad celebrandos quosque contractus, hic stare dominus tenetur, si firmi sint, & validi abique iuramento.

IX. Quæst. VII. An obligatio iuramenti impeditur possit, antequam præstetur? Resp. Primo nulli dubium est, potestatem ecclesiasticam posse impedire, seu prohibere ne iuramentum in tali aut tali materia præstetur: quia ipsa Synodus Tridentina sess. xxv. cap. xxvi. de Regul. irritum esse decernit iuramentum quod adhiberet Novitiam renuntiationis factæ ante huiusmodi antecessores professionem. De sola civili potestate difficultas esse potest. Sed ex his que diximus cap. vii. facile resolvitur.

X. Que omnes concedunt, præmittenda sunt. Iudex civilis potest cogere subditos ad remittendam obligationem iuram. meti, aut iniuria extortam, quando manifestum est eum promissionem, tum iuramentum fuisse per vim extortum. Secundo potestas civilis remittere valet iuramentum præstitum homini in materia sibi subiecta. Quare relaxare potest iuramentum factum a subdito non acceptandi talem magistratum, aut dignitatem. Iuramentum quoque in materia civilis fort quomodo intelligendum sit, interpretari potest. Nullitatem quoque relaxati iuramenti per potestatem ecclesiasticam recognoscere po-

test, quando evidenter apparer relaxatio nulli, & iniqua; ut docet Sanchez Lib. III. cap. xxv. num. 4. ubi citat Felinum, & Ancharanum.

XI. Quæstio ergo est, num potestas civilis valeat decernere, iuramentum tali aut tali contractui oppositum nullam habere vim, seu obligacionem. Negant aliqui. Sed communis sententia sustinet, Principem facultatem hæc frai sentiare: eo quod necessitas sit hæc potestas non boni publici conservationem, neque privitium quidem inferat ecclesiasticæ jurisdictioni. Nam, dum Princeps intendit decernit, talem contractum irritum esse, nulloque iuramento confirmari posse; nil aliud intendit, nisi impedire inutilitatem quam in tali contractu prehendit, ut contrarium bono communi sui status. Idque ut validus adsequatur effectum, irritum iuramentum quod subdit, ut legem civilem eluderent, adhibere possent, nullam habere vim confirmandi talem contractum.

XII. Sed hic difficultatem movent non patet circa modum quo lex civilis impedire valeat ne iuramentum, antequam præstetur, obligationem inducat. Nam aliqui volunt, Principem posse impedire ne contractus iuramento confirmatus esse, donec relaxetur: quia iuramentum spirituale subiectum, Relaxandum ergo ab Episcopo docent. Alii sustinent, Principis prohibitionem operari dumtaxat ne contractus iuramento firmatus in foro iuris civilis validus sit. Ceterum habere vult talem contractum firmitatem vi iuris gentium, & canonici. Alii tandem dicunt, legem civilem prohibentem iuramentum apponi contractui, obligare subditos ad culpam; ac proinde eos, dum iurant, peccare: quia culpa in iurando contracta, iuramentum nullum evadere inferunt. Hæc ratio nulla esse iurando, non raro contingit homines peccare in iurando, & nihilominus iuramentum obligare: ut quis tenetur iuramentum implere, satis est ut possit abique peccato illud executioni mandare.

XIII. Sententia que mihi probabilior est, sustinet, Principem ob finem boni communis servandi posse legem condere qua declaratur irritum esse iuramentum oppositum tali contractui a lato sibi subdito; seu posse Principem impedire, antequam præstetur, iuramentum, ne vim habeat, & obligationem inducat. Quoniamque, sicut Ecclesia, licet nequeat directe matrimonium clandestinum

qua Sacramentum est, irritare: cum id solus Christus sacramentorum auctor præstare valeat; potest tamen indirecte, quatenus declarare potest contractum humanum nullum, qui sacramenti dignitate donandus erat; & hoc contractu abrogato, sacramentum sine hoc fundamento consistere nequit, sed irritum remanet; simili modo Princeps supremus secularis, quantum facultatem maxime habeat irritandi directe iuramentum, quod spirituale cum sit, indirectè spirituali subiacet; valet nihilominus indirecte illud irritare: quatenus declarare valet nullum contractum, antequam inatur: quo destructo,

DISSERTATIO VII.

DE IIS QUI IURARE VALENT

tam extra, quam intra iudicium: & quando licitum sit iuramentum exigere: tandem de iurandi consuetudine.

CAPUT I.

Omnes ratione præditi extra iudicium iurare licite possunt, etiam per procuratorem.

I. OMNES rationis compotes extra iudicium iurare posse, certissimum est: quod omnium personarum genera recitendo, probatur. Atque prima Deus, rationis fons & origo, frequenter in Scriptura iuravit. *Iuravit Dominus, & non penitebit eum: Plal. cix. Ecce ego iuravi in nomine meo magno: Jerem. xiv. vers. 26. Per me iuravi iuravi, dicit Dominus: Gen. xxii. vers. 16. Illud tamen sciendum, eiusmodi iuramenta, si preste accipiuntur, non esse vera iuramenta. Iuramentum quippe religionis est actus, quo inferior alterum superiori respicit: cuius Deus omnium supremus auctor capax habet est. Neque eius dicta confirmatione aliqui indigent. Iuramenta ergo que Deus protulit, metaphorica appellamus: que iudico adhibent, ut attentionem nostram magis excitarent, atque consiliorum ipsorum immutabilitatem abundantius ostenderent. Ita inquit Apostolus ad Hebræos vi. vers. 17. *In quibus abundantius videtur Deus ostendere pollicitationis hereditatis immutabilitatem consilio sui, interposuit iurandum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, certissimum solacium habeamus qui conjugamus ad**

necessario consequitur iuramentum ad effectum confirmandi talem contractum, irritum profus esse, ac nullum. Nec enim iuramentum confirmare potest quod non est: aut constituere contractum qui, lege civili inspecta, nullus est; sed solummodo iuramentum confirmare, & roborare videt contractum qui præsupponatur validus. Hanc sententiam defendit Sanchez *Lib. III. cap. xxii. numer. 10. Molina Tom. I. de iur. disp. clix. Lellius Lib. II. cap. xlii. lib. 12. n. 55. Bonacina disp. 18. q. 1. punct. 17. Gutierrez in authentica Sacramenta puberum, Callropalaus tract. xiv. disp. 11. punct. 13.*

tenendam præpositam spem. Quærit etiam solet, num Deus per execrationem, motum per suspensum attestacionem, iurare valeat. Sed eiusmodi quæsitæ tantum in Scripturis reperitur Deum visum fuisse formulis execratoris, dum iuravit.

II. Christus Dominus, qui, ut homo, Deo inferior erat, iurare proprie valebat: & aliquando ipsum iurasse, docent Origenes in *Matth. xxv. Innocentius cap. Esti Christus de iurandis: quod probable indicat Suarez Lib. I. de iuram. cap. xiv. n. 9. eo quod sepe adhibuit eiusmodi phrasim, Amen, amen dico vobis. Sed probabiliss est, præstata verba non habere vim iuramenti, cum folium significent *veræ, & veræ. Neque credibile est futurum fuisse ut tam frequenter eisdem verbis iuteretur Christus Dominus, si formaliter prohiberent frequentem iuramentorum usum. Talem loquendi formulam adhibuit, ut palam faceret se ex certa scientia loqui.**

III. Antelox non modo iurare posse, sed reipsa iurare hominibus loquentes, constat ex Apocalyp. cap. vi. vers. 6. *Et iuravit per eundem locuti facti sunt.* Secus dicendum, quando invicem se in alloquuntur: quod Angelorum quilibet certo scit, alium Angelum mentiri non posse. Superfluum ergo, & otiosus esset iurandi actus. Porro quod

quod otium, ac vitium sapit, sanctis Angelis repugnat. Angelos tames malos ex pravo sine iuræ posse, non videtur negandum. Ne tamen honorem iuræ Deo, etiamdemque confirmationem indigere, ac illius superiorum agnoscere videatur, peccato eor iurare credendum est. Idem dicitur hominibus beatis, & damnatis, ac de Angelis bonis, & malis dicere convenit.

IV. Ex hominibus victoribus illi tantum vere iurant qui ratione instructi verum Deum cognoscunt. Hinc pueri ante rationis ulum, amentes, furiosi, omnes denique ratione carentes iuramentum sunt incapaces. Pagani, Athei, qui nullum Deum agnoscunt, verum iuramentum emittere nequeunt: quia nullum habent, quem valeant invocare, Deum. Idem de Ethnicis dicendum, qui verum Deum non agnoscunt; falsos tamen colunt deos, & per eosdem iurant. Ibi ex conscientia erronea adstringuntur obviare similia iuramenta, que in se vana, & nulla sunt; quæve, errore lubnitate per veræ fidei susceptionem, profus evanescunt, minimeque servanda forent. Iudei, Turci, ceterique omnes qui verum Deum agnoscunt, tamen satis imperfecto modo, vinculo iuramenti tenentur: quia revera isti invocant verum unicum Deum in testimonium veritatis, quamvis ipsi hunc verum Deum eo quo decet modo non percipiant.

CAPUT II.

Qui in iudicio iurare vult, potest.

I. Iure naturæ spectato omnes qui iurare valent extra iudicium, possunt eundem in iudicio. Sed, quia iure positivo non omnes qui absolute iurare valent, ad iurandum in iudicio admittuntur, ideo que personæ a iuramento iudiciali excludantur, quæve recipiantur, hoc in capite explicandum est. Quod antequam præsto, temperate mihi non possum qui istorum temporum facilitatem iurandi deponere. Tanta erat apud Ethnicos iurandi reverentia, ut solis ingentis, & nobilissimis viris potestas heret iurandi. Iis solis iuramentum loco atrocis tormenti erat ad veritatis promittendam confessionem. Plutarchus inter problemata narrat, quod Ierix, & mancipis nunquam iuramentum deferebantur, sed ad equitatem rapiebantur, & atroci questione tortas ab illis extorquebatur. Libris vero & nobilibus, quos torquere non licebat, deferebatur iuramentum: quod non minor poena illis erat quam servis tormentum.

Neque Flamini Diali, neque aliis Sacerdotibus iurare licebat. Sola eorum aliorum simplex pro iureturando habebatur. Si cum tanta iuratoriæ religionis sanctitate confertis nolite iurare abstinere, lacrymas compelleret hauri poteris. Vei ipsa vilissima gens sine delectu, & cuiusque tortis homines, bubuli, agalones, basili, Hebræi, & helliones iurare prelosum, Sed ad rem accedamus.

II. Pueri, & puella ante annos pubertatis non admittuntur ad iuramentum iudiciale: quia (inquit D. Thomas 2. 2. q. lxxxix. art. 10.) nondum habent prædictum usum rationis, quo possunt cum reverentia debita iuramentum præstare. Quid, si consiliter in ipsis peculiariter modo emicare rationis lumen, & sponte ad iurandum se se offerent? In hac positione satis probabile mihi videtur admittendos esse. Nec iura obstant, que solum prohibent cogere, ut etiam advertit Angelus hoc. sic. pueros ad iurandum. Et citare habetur in cap. Pueri xxxi. q. 1. n. 5. Contraria plures habet Auctores, Sanchez, Palaus, Bonacina, Valentiam, Azorium, Fagundes, Leandrum, & alios. Communis tamen opinio est, si admittantur ante pubertatem, id est annum quatuordecimum, ad iurandum in iudicio, eorum iuramentum non facere plenam probationem, sed gravem tantum præsumptionem.

III. Eadem ætas quo sufficit in foro civili, non satis est in criminali: nam in illa ætas quatuordecim, in hoc viginti annorum requiritur, ut constat ex leg. Invi. ff. de testibus l. In testimonium, & c. Si testes, §. Item in testimonium 1v. quest. 111. Et communis est inter Theologos, ac Iuristas sententia. Rationem differimus assignare: quia, cum malus in criminalibus quam in civilibus causis præiudicium afferri solet; & iudicio magis etiam idonei testes ad probanda crimina quam ad testificanda facta civilia merito requiruntur. Excipiuntur tamen aliqua causarum genera. Nam in læsæ maiestatis crimine omnes admitti solent qui rationis sunt particeps; ut patet ex leg. de minoribus ff. de quest. & docet communiter Jusse. Item ad detegendam veritatem occisi domini omnes de familia etiam impuberes admittuntur. Farnacius in criminalibus Auctor gravis de testibus quest. lxxv. numer. 29. & Decianus Lib. IX. criminal. cap. xiv. n. 7. referunt, duos pueros ad evincendum delictum uxoricidii satis fuisse. Ratio est, ne deli-

qua Sacramentum est, irritare: cum id solus Christus Sacramentorum auctor præstare valeat; potest tamen indirecte, quatenus declarare potest contractum humanum nullum, qui sacramenti dignitate donandus erat; & hoc contractu abrogato, sacramentum sine hoc fundamento consistere nequit; sed irritum remanet; simili modo Princeps supremus secularis, quantum facultatem maxime habeat irritandi directe iuramentum, quod spirituale cum sit, indirectè spirituali subiacet; valet nihilominus indirecte illud irritare: quatenus declarare valet nullum contractum, antequam inatur: quo destructo,

DISSERTATIO VII.

DE IIS QUI IURARE VALENT

tam extra, quam intra iudicium: & quando licitum sit iuramentum exigere: tandem de iurandi consuetudine.

CAPUT I.

Omnes ratione præditi extra iudicium iurare licite possunt, etiam per procuratorem.

I. OMNES rationis compotes extra iudicium iurare posse, certissimum est: quod omnium personarum genera recitendo, probatur. Atque prima Deus, rationis fons & origo, frequenter in Scriptura iuravit. *Iuravit Dominus, & non penitebit eum: Plal. cix. Ecce ego iuravi in nomine meo magno: Jerem. xiv. vers. 26. Per me iuravi iuravi, dicit Dominus: Gen. xxii. vers. 16. Illud tamen sciendum, eiusmodi iuramenta, si preste accipiuntur, non esse vera iuramenta. Iuramentum quippe religionis est actus, quo inferior alterum superiori respicit: cuius Deus omnium supremus auctor capax habet est. Neque eius dicta confirmatione aliqui indigent. Iuramenta ergo quæ Deus protulit, metaphorica appellamus: quæ iudico adhibent, ut attentionem nostram magis excitarent, atque consiliorum ipsorum immutabilitatem abundantius ostenderent. Ita inquit Apostolus ad Hebræos vi. vers. 17. *In quæ adiurandis vultus Deus ostendere sollicitudinis hereditatis immutabilitatem consilii sui, interfuit iurandum: ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, sanctissimum solatium habeamus qui coniugimus ad**

necessario consequitur iuramentum ad effectum confirmandi talem contractum, irritum profus esse, ac nullum. Nec enim iuramentum confirmare potest quod non est: aut constituere contractum qui, lege civili inspecta, nullus est; sed solummodo iuramentum confirmare, & roborare videt contractum qui præsupponatur validus. Hanc sententiam defendit Sanchez *Lib. III. cap. xxii. numer. 10. Molina Tom. I. de iur. disp. clix. Lellius Lib. II. cap. xlii. lib. 12. n. 55. Bonacina disp. 18. q. 1. punct. 17. Gutierrez in authentica Sacramenta puberum, Callropalaus tract. xiv. disp. 11. punct. 13.*

tenendam præpositam spem. Quærit etiam solet, num Deus per execrationem, motum per suspensum attestacionem, iurare valeat. Sed eiusmodi quæsitæ tantum in Scripturis reperitur Deum visum fuisse formulis execratoris, dum iuravit.

II. Christus Dominus, qui, ut homo, Deo inferior erat, iurare proprie valebat: & aliquando ipsum iurasse, docent Origenes in *Matth. xxv. Innocentius cap. Esti Christus de iurandis: quod probable indicat Suarez Lib. I. de iuram. cap. xiv. n. 9. eo quod sepe adhibuit eiusmodi phrasim, Amen, amen dico vobis. Sed probabiliss est, præstata verba non habere vim iuramenti, cum folium insignificet *vere, & certe. Neque credibile est futurum fuisse ut tam frequenter eisdem verbis iuteretur Christus Dominus, si formaliter iurandi contineret; & cum adeo leve nobis rursus contineret: quod iuramentum ipsum. Talem loquendi formulam adhibuit, ut palam faceret se ex certa scientia loqui.**

III. Antelox non modo iurare potest, sed reipsa iurale locutionibus loquentes, consistat ex Apocalyp. cap. xi. vers. 6. *Et iuravit per eundem locutus sacerdos. Secus dicendum, quando invicem se in alloquuntur: quæ Angelorum quilibet certo tenet, alium Angelum mentiri non posse. Superfluum ergo, & otiosum esset iurandi actus. Porro omnes id quod*

quod otium, ac vitium sapit, sanctis Angelis repugnat. Angelos tames malos ex pravo sine iuræ posse, non videtur negandum. Ne tamen honorem iuræ Deo, etiamdemque confirmationem iuræ, ac illius superiorum asserationem indigeret, ac illius superiorum asserationem videretur, peritior eorum iurare credendum est. Idem dicitur hominibus beatis, & damnatis, ac de Angelis bonis, & malis dicere convenit.

IV. Ex hominibus victoribus illi tantum vere iurant qui ratione instructi verum Deum cognoscunt. Hinc pueri ante rationis ulum, amentes, furiosi, omnes denique ratione carentes iuramentum sunt incapaces. Pagani, Athei, qui nullum Deum agnoscunt, verum iuramentum emittere nequeunt: quia nullum habent, quem valeant invocare, Deum. Idem de Ethnicis dicendum, qui verum Deum non agnoscunt; falsos tamen colunt deos, & per eosdem iurant. Ibi ex conscientia erronea adstringuntur obviare similia iuramenta, quæ in se vana, & nulla sunt; quæve, errore lubnolunt, minimeque servanda forent. Iudei, Turci, ceterique omnes qui verum Deum agnoscunt, tamen factis imperfecto modo, vinculo iuramenti tenentur: quia revera illi invocant verum unicum Deum in testimonium veritatis, quamvis ipsi hunc verum Deum eo quo decet modo non percipiant.

CAPUT II.

Qui in iudicio iurare vult, potest.

I. Iure naturæ spectato omnes qui iurare valent extra iudicium, possunt eundem in iudicio. Sed, quia iure positivo non omnes qui absolute iurare valent, ad iurandum in iudicio admittuntur, ideo quæ personæ a iuramento iudiciali excludantur, quæve recipiantur, hoc in capite explicandum est. Quod antequam præsto, temperate mihi non possum qui istorum temporum facilitatem iurandi deponere. Tanta erat apud Ethnicos iurandi reverentia, ut solis ingentis, & nobilissimis viris potestas heret iurandi. Iis solis iuramentum loco atrocis tormenti erat ad veritatis promittendam confessionem. Plutarchus inter problemata narrat, quod Ierix, & mancipis nunquam iuramentum deferebantur; sed ad equitatem iuramentum deferebantur. Farnacius in criminalibus Auditor gravius testibus quæst. lxxv. numer. 29. & Decianus *Lib. IX. criminal. cap. xiv. n. 7.* referunt, duos pueros ad evincendum delictum uxoricidii factis fuisse. Ratio est, ne deli-

Neque Flamini Diali, neque aliis Sacerdotibus iurare licitum. Sola eorum aliorum simplex pro iuramento habebatur. Si cum tanta iuratoriæ religionis sanctitate confertis nolite testis absum; lacrymas compelleret hauri poteris. Vei ipsa vilissima gens sine delectu, & cuiusque toris homines, bubuli, agalones, basili, Hebræi, & helliones iurare prelosum. Sed ad rem accedamus.

II. Pueri, & puella ante annos pubertatis non admittuntur ad iuramentum iudiciale: quia (inquit D. Thomas 2. 2. q. lxxxix. art. 10.) nondum habent prædictum usum rationis, quo possunt cum reverentia debita iuramentum præstare. Quid, si consiliet in ipsis peculiariter modo emicare rationis lumen, & sponte ad iurandum se le offerent? In hac positione satis probabile mihi videtur admittendos esse. Nec iura obstant, quæ solum prohibent cogere, ut etiam advertit Angelus hoc. *vic. pueros ad iurandum. Et clare habetur in cap. Pueri xxxi. q. 1. art. 10. Suarez Lib. I. cap. xiv. n. 5.* Contraria plures habet Auctores, Sanchez, Palaus, Bonaciam, Valentiam, Azorium, Fagundez, Leandrum, & alios. Communis tamen opinio est, si admittantur ante pubertatem, idell' annum quatuordecimum, ad iurandum in iudicio, eorum iuramentum non facere plenam probationem, sed gravem tantum præsumptionem.

III. Eadem ætas quo sufficit in foro civili, non satis est in criminali: nam in illa ætas quatuordecim, in hoc viginti annorum requiritur, ut constat ex *leg. Invi. ff. de testibus l. in testimonium, & c. Si testes, §. Item in testimonium 1v. quæst. 111.* Et communis est inter Theologos, ac Iuristas sententia. Rationem differimus assignare: quia, cum malis in criminalibus quam in civilibus causis præiudicium afferri solet; & iudicio magis etiam idonei testes ad probanda crimina quam ad testificanda facta civilia merito requiruntur. Excipiuntur tamen aliqua causarum genera. Nam in læsæ maiestatis crimine omnes admitti solent qui rationis sunt particeps; ut patet ex *leg. de minoribus ff. de quæst. & docet communiter Jusse. Item ad detegendam veritatem occisi domini omnes de familia etiam impuberes admittuntur. Farnacius in criminalibus Auditor gravius testibus quæst. lxxv. numer. 29. & Decianus *Lib. IX. criminal. cap. xiv. n. 7.* referunt, duos pueros ad evincendum delictum uxoricidii factis fuisse. Ratio est, ne deli-*

delicta enormia impunita remaneant. Ethac ratione crimina nefanda, que difficillime sunt probatigis, probari possunt per testes minores anno vicesimo.

IV. Mulieres, iure civili inspecto, ad omnes causas sine civilibus, iudicialibus, testimonio excepto, admittuntur, ut testimonium iuratum dicere possint, quemadmodum patet l. Ex eo, ff. de testibus, et communis sententia. Ius tamen canonicum eadem repellit a testificando in causis criminalibus propter fragilitatem sexus, & ingenii mutabilitatem; solamque eas admittit in illis causis in quibus admittuntur personas infames. A dicendo tamen testimonio in civili causa, etiam adversus Clericum, non repelluntur. cap. Quoniam, cap. Iam litis, de testibus &c.

V. Excluditur a iuramento iudiciali inimicus illius contra quem testimonium ferendum est: quia presumitur inimicus cogitare malum de suo inimico, ut descriptum est in cap. Accusatores, in cap. Omnes, tit. q. v. c. l. 3. ff. de testibus. Excipiuntur tamen crimina læta maiestatis, heresie, & simonia. Porro non quoque inimicitia læta est ad constituendum inimicum telem ineptum; sed iuxta communem sententiam requiritur inimicitia gravis, seu capitalis. Quamvis autem dicenda sit inimicitia gravis & capitalis, nequit absolute desiniri. Ex eo facile cognosci poterit, quod inter eos præcesserit gravis dissidium, illi magni momenti, iniuria enormis, & ex aliis circumstantiis eam indicantibus. Ceterum talis desidio iudicis arbitrio relinquenda est.

VI. Peritri quoque omnes repelluntur, tanquam testes incapaces. Difficultas solummodo est, quinam peritri a iuramento iudiciali acceptant. Nam alii appellantur peritri non *meritorie facti*, qui namque factio ipso produunt tanquam peritri; quia communiter peierant. Alii dicuntur peritri non *meritorie facti*, id est iudice sententia declarati tales. Et in hoc dissident Theologi. Alii eos solos peritros a iuramento iudiciali excludunt qui sunt per iudicem sententiam rei peritriorum damnati; contra alii fati esse debent ut sint factio ipso agniti tanquam peritri. Utraque opinio sua fruitur probabilitate. Hæc secunda mihi magis probatur. Nam, ut aliqua persona possit appellari infamis, sufficit ut eius infamia publice, seu rescripta communiter cognoscatur, hæc iudicis sententia non præcesserit. Hinc infames etiam tam infamia læta, tum infamia iuris, repelluntur a iuramento in iudicio ferendo solent.

VII. Criminosi socii non admittuntur ad iurandum in iudicis tum quod pronum sit desiderare socium in supplicio habere; tum quod sperare potest fore ut ei. Iuram poenas, atque impunitatis privilegium efficiturum, dum alium secutat cap. Veniamus, de testibus & l. fin. cod. de accusatoribus, etque communis. Plura tamen iure crimina excepta, ob quorum gravem maiestatem, qua bonam communitatem indidias directe lranant, probatur per testimonia iurata ipsorum criminis sociorum. Crimina isthuc sunt sequentia, hæresis, læta maiestatis, adulterationis moneta, sodomia, maleficia, & cetera id genus, que in detrimentum boni communis vergent. Socii testimonium sempiternam probationem facere plures volunt; ita ut, duobus locis crimen sub iuramento testantibus, possit iudex rema damnare. Verum concludendo opposita communitatem esse: proutde praxi tribunaliuam standum. Nisi alia adimicinia accedant, non videtur facti iuram in re prægravis reum damnare ob solam, & bonam sociorum attestantem. Ceterum, quando plures sunt socii, facillime alia occurrunt adimicinia, vi quorum iudex valeat reum damnare.

VIII. Personæ viles, & inopes, quas pecunia corrumpi facile posse, suspicari licet, a iuramento iudiciali excluduntur. Quando tamen persona inops honesta sit, & spectata virtutis, de qua prodens suspicio haberi non possit, habilis est ad ferendum iuratum testimonium in iudicio, ut communiter sententiam Auctores.

IX. Laici non admittuntur ad iurandum contra Clericos in iudicio, quando processus est criminalis, ut decernitur cap. De cetero de testibus, & cap. Ipsi Apostoli, & cap. Testes, in quibus, ubi si omnes qui Sacerdotes nequeunt fieri, a ferendo testimonio adversus Sacerdotes repelluntur. Contra, si processus civilis sit, admittuntur, ut traditur cap. Quoniam de testibus. Admittuntur quoque in exceptis criminibus, que supra recensuimus.

X. Sacerdotes in iudicio iurare non debent, nisi ob gravem necessitatem: quia eorum dignitas tanta est, ut non permittat facilem dubitationem de iis que asserunt. Ea autem solum confirmari iuramento possunt quorum veritas in dubium venit, ut optime docet D. Thomas 2. 2. q. 133. art. 10. Non enim videtur dictum dominis confirmatione, nisi quia de eo dubitatur. Hoc autem derogat dignitati persona ut dubitatur de ve-

de veritate eorum qua dicit. Et ideo personæ magis dignitatis non conveniunt iurare. Propter quod dicitur 11. quæst. 19. cap. Signi Presbyter, quod Sacerdotes ex levi causa iurare non debent. Tamen pro aliqua necessitate, vel magna utilitate licitum est eis iurare, & præcipue pro spiritualibus negotiis, pro quibus etiam iuramenta competunt præstare solemnibus diebus, quibus est spiritualibus rebus vacandum. Non autem tunc iuramenta præstanda pro rebus temporalibus, nisi forte ex magna necessitate. Causæ autem pro quibus potissimum Sacerdotes iurare valent, sunt in his verbis, quos refert Glossa vest. Necessitate cap. i. de feris, contentæ.

Pax, & fides, reverentia, cautio dantur.

VI. Quid dicendum de pæpene fictio, qui, contestato Christi nomine, divitem impellit ad sibi erogandum eleemosynam? In primis certum est, non solum adiuratorem debere animo sincero Deum contestari; sed insuper oportere ut causa illius contestationis vera sit. Quapropter P. Suarez *Lib. 10. cap. 15. numer. 7.* iustinet, præfatum pæpene peccare mortaliter dum fingit necessitatem, & nomen Dei assumit, ut sine fictioni pondus credibilitatis adiciat, seu ut facilius, quod sicte querit, assequatur. Addit tamen, cum culpam gravem tunc solum perpetrari, cum fictio gravis est, seu dum in gravi fictio adhibetur, facti in re lævi. Quin probabile subdit esse, eiusmodi circumstantiam adiurationis non addere malitiam gravem, specie distinctam ab ipsa fictionis iniustitia. Manifestum namque est, iniustitiam committere hominem qui nulla indigna pæpene fingit le pauperem, ut proximo inducat ad erogandum sibi eleemosynam; quod ut facilius assequatur, adiurationem suæ petitioni adicit. Quare falso Leander *tract. 12. disp. v. quest. v. Caltopalans tract. 22. disp. v. punct. 1. numer. 5.* citant P. Suarez tanquam absolute docentem, eiusmodi pæpene peccare mortaliter contra religionem, cum sollicitudo dubitatur, & in utraque partem probabiliter disputat. Citatur vero Caltopalans absolute contemdit, pæpene hunc peccare mortaliter. Sanchez *lib. 10. cap. 12. §. 1. §. 1. §. 1. §. 1. §. 1.* Ioham culpam venialem esse proponit. Idem docet Leander *loc. cit.* & alii. Quod minus probabilis videtur, est, eum qui ex professo le le pauperem fingit, ut abundantes eleemosynas conquirat, & in hunc finem ex animi sententia Deum obſtatur, & continis adiurationibus proximum nget ad eleemosynas, ultra peccatum iniustitiam, committere peccatum adversus religionem. Divinam namque maiestatem, & auctoritatem graviter contemnit; eaque eum instrumentum adhibetur ad iniustitissimas suas petitiones executioni mandandas. Nec obſtat ratio P. Sanchez, quod eleemosyna, ut a divite procedit, bona sit: quoniam adiuratio adhibetur ad firmandam, vel roborandam petitionem iniquam.

CAPUT II.

Qui adiuratores, quare adiurati esse possunt.

I. Deus, Angeli, & creature rationales omnes adiurare valent, si de adiuratione privata sermo sit. Et primo Deus per sui amoris contestationem creaturas ad agendum allicere potest, Angeli quosque, sive boni, sive mali, & homines possunt Dei nomine obſtaturi, vel Sanctorum merita proponere, ut amore, vel timore illorum ad postulata exequenda quempiam inducant. Adiurare ergo valent, cum in hac obſtatione adiuratio sit licita.

II. Adiurare solemniter, secundum præscriptas ab Ecclesia formulas, solis ministris ab Ecclesia consecratis convenit, quales sunt insigni gradu Exorcisti. Alii enim fideles valent demones adiurare privatim, non publice, & solemniter. Hanc potestatem concessisse Deum fidelibus suis, clare colligitur ex Marc. xvi. ver. 17. *Quis autem eos qui crediderint, hoc sequentur.* In nomine meo omnia vincit. &c. Idem Christi discipuli expressè cepit tuere, dum dixerunt: *Domine, etiam demonia obſtatur nobis in nomine tuo.* Quibus ipsemet Christus respondit Luc. x. ver. 19. *Eccidit vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnia venientium inimici: & nihil vobis nocbit.* Hinc inferitur, Christum fidelibus suis privilegium impartisse expellendi in fide nominis sui demonia ab eorum mensis. Ex his vero fidelibus Ecclesia quosdam consecrat, & delinat ad publice, & solemniter hanc adiurationem exercendam, qui adeo Exorcisti nuncupantur.

III. Quis. *Quis hæc potestas sit in omnibus equalis?* Respon. Potestas que vi ordinis Exorcistatus habetur, æqualis in omnibus est, quemadmodum potestas consecrati; que habetur vi Presbyteratus, in omnibus æqualis est. Potestas vero que inter gratias gratis datas recensetur, inæqualis est, ut experientia constat; eaque Spiritus sanctus, prout vult, & cui vult, distribuit. Hinc oculis conspicimus Exorcistarum alios efficacius, alios inefficacius, alios tardius, alios celerius energumenos liberare. Neque hæc excellentia a maiore conscientie puritate absolute pendet: nam scimus gravissimos peccatores prophetales, ut Carphas, & futura reveleat, ut Balaam. Quapropter dicitur Matth. vii. ver. 22. *Multis dicunt in die illa: Domine,*

Domine, nomine in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc respondebit illis: Quia nunquam vici vos: discedite a me qui operamini iniquitatem. Idque ex pluribus aliis Scripturæ sacre locis colligitur. Nunquam vero hoc absolute valet, committere tamen vitæ sanctitatis plurimum ad exorcizandum demones valet, & potissimum virtutum theologiarum excellentiam ad hanc conferit expulsiorem, fides nempe viva, & firma, sive conlans, caritas ardens. Quia de causa heretici potestatis pellendi demones delituti sunt: & licet Lutherus, Calvinus, & eorumque gregales id sepius tentaverint, nunquam tamen sunt assecuti. Patrio namque miraculorum in veritatis confirmationem tendit. Hæretici autem hortes sunt veritatis. Quare committere Doctores in Exorcistis plures requiri prærogativas docent. Præcipue autem sunt conscientie puritas, quam Exorcista sacramento penitentiae comparare fibi debet, antequam adiurationis ritibus abeat, orationis ferventis assiduitas, sententia, & animi caligatio lenitas, alique laboriosus operibus, profunda animi demissio, firma pax: victoria a solo Deo auxilio expectanda. His præstibus munus poterit Exorcisti manus cum hote conferere.

IV. Omnis, & sola creatura intellectualis adiurari potest. Item Deus ipse potest aditari & per seipsum, & per Sanctos suos. Quamvis enim Deus a tempesto distinctus non sit, nihil tamen impedit quominus a representatione sue bonitatis validius moveri possit. Quod vero a nobis adiurari, adiurationem quidem deprecative, valet, res certissima est, ut cum D. Th. committitur docent Theologi: & Ecclesia quosdam, præsertim Christi meritis, arguit iustus Deo infinita clementia, ipsam ad postulata concedenda movere intendit.

V. Quod vero omnes, & solæ creature intellectuales adiurati possunt, certum patet est. Et in primis de Angelis bonis, & hominibus per le patet: quia omnes homines, tanquam Angeli Dei contestatione permoveri possunt ad aliterendum postulata, eaque implenda. Adiurari ergo possunt adiuratione deprecative. Demones vero adiurari possunt non deprecative, sed imperativa adiuratione. Licet enim ratione nature superiores totis sit: ratione tamen obſtaturate illorum rebellioris erga Deum, subduntur nobis, non absolute, sed ob auxilium divinum, per Christi merita nobis collatum ad ascendendos homin-

mundos spiritus, ne nobis noceant, ut docet Angelicus 2. 2. quæst. xc. art. 2. *Postquam ergo demones adiuvantur per virtutem divini nominis, tanquam inimicos repellere, ut nobis noceant spiritualiter, vel corporaliter, secundum potestatem divinam datam a Christo, secundum aliquid Luc. xi. Ecce dedit vobis &c. Non licet tamen eos adjuvare adjuvacione precatorum, vel ad aliquid perdicendum; aut obtinendum ab eis, vel eorum ministerio. Omnis enimque adiuvatio quæ aliquam locutionem, seu commutacionem cum illis præfert, illicita est, ut subdit idem Angelicus ibidem. Non tamen licitum est eos adjuvare ad aliquid ab eis addiscendum, vel etiam ad aliquid per eos obtinendum: quia hoc pertinet ad aliquam societatem cum ipis, vel eorum ministerio. Speciali insignitum, vel revelatione divina aliqui Sancti ad aliquos effectus divinum operatione utantur; sicut legitur de beato Iacobo, quod per demones fecit Heremogenem ad se adduci.*

VI. Quod autem sole creaturæ intellectualis adjuvari valeant, non indiget probatione: quia ille sole creaturæ adjuvari possunt que verba percipiunt adjuvacionis. Porro sole creaturæ ratione præditæ valent adjuvacionis verba percipere. Nec obest quod Ecclesia exorcismos adhibeat contra bruchum, locustas, granitias, & alique brutæ ratione destituta: quia saltem est eorum modi animalia, seu irrationalis creaturæ directæ adjuvari, sed spiritus invivibiles, seu demones, qui eiusmodi creaturæ movere solent ad hominum nocivamentum, adjuvatur. Hæc omnia tradit Angelicus 2. 2. quæst. ix. art. 3. *Adjuvatio que quis utitur ad irrationalia creaturam, potest intelligi dupliciter. Uno modo ut adjuvatur referatur ad ipsam irrationalia creaturam secundum se; & sic vanum esset irrationalibus creaturam adjuvare.... Alio modo per modum compulsivum, que referatur ad diabolum, qui in nocivamentum nostrum utitur irrationalibus creaturæ: & talis est modus adjuvandi in Ecclesia exorcismis, per quos demones potestas excluditur ab irrationalibus creaturæ.*

CAPUT III.

Exorcismorum usus semper fuit in Ecclesia. Eorundem efficacitas ad expellendos demones: & cum res inanimas virtute pellant in eosdem demones.

Quoniam frequens est in Ecclesia exorcismorum usus, lubet et omnia breviter perstringere que necessaria sunt

ad Exorcismi officium peragendum. Quamvis enim solo calamo plures materiam hæc tractaverint, non propterea supervacaneum erit que præcipua sunt explanare.

II. Antiquissimus est in Ecclesia exorcismorum usus: Vario tamen ritu per temporum diversitate Exorcismi demones pellebant. Nam in veteri lege, teste sancto Epiphiano cap. iii. contra Hæreticos, nomine invocato TETRAGRAMMATON demones adjuvabant Iudæi. Eos siquidem exorcismos ad expellendos demones adhibuisse, colligitur ex ipso Christo Domino, qui Iudæis suis impropertantibus, in Beelzebub demonia eieceris respondit Luc. xi. *Si ego in Beelzebub inicio demonia, filii vestri in quo inicio? De Salmone quoque Iosephus Lib. III. Antio. cap. iv. refert, exorcismos contra demones illum exercivisse; quod D. Thomas qu. vi. de pot. art. 10. ad 3. supponit, dum ait: Si Salmone exorcismos suos eo tempore fecit quando erat in statu salutis, potuit esse in illis exorcismis vis cogendi demones ex virtute divina. Et ut breviter dicamus, quemadmodum in quocumque statu demones hostes semper fuerint humani generis, sic in quocumque statu homines potestate abigendi demones donati fuerit: quamquam, ut dixi, variis formis, & ritibus eandem exerceant. Christus ipse modo unam, modo alteram formam servavit in demonum expulsionem. Nam aliquando digitos immisit in aures surdis, & muti, ut illum sanaret. Marc. vii. ver. 32. *Adducunt et surdum, & mutum.... & comprehendens eum de turba sororum, misit digitos suos in auricular eius.... & ait illi, FPHPHETA, quod est adaperire; & statim aperte sunt aures eius. & solutum est vinculum lingue eius. In expulsiõne aliorum demonum sola locutione usus est. Apostoll nomen Christi Iesu invocabat. Act. xvii. ver. 18. *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. & exiit eadem hora.* Ecclesia Christi Iesu invocacionis alias preces adiecit, que in ritualibus libris habentur.**

III. De exorcismorum efficacitate fufe disputant Theologi. Alii ex opere operato; alii duntaxat figurative effectum operari contendunt. Ut inane subtilitates vitemus, dicimus cum D. Thoma, exorcismum reipta per modum imperacionis, seu moraliter, effectum expulsiõis demonum operari. Ita docet Angelicus III. Par. q. lxxi. art. 3. *Dicendum, quod quidam dicuntur, ea que in exorcismo aguntur, nihil efficere, sed solum significare. Sed hoc patet esse falsum per hoc quod*

quod Ecclesia in exorcismis imperativis verbis utitur ad expellendum demones potestatem: puta cum dicit: Ergo maledictus diabolus, exiit ab eo &c. Et ideo dicitur quod aliquid effectum habeat, differenter tamen ab ipso baptismo. Quemadmodum vero in baptismo, sic etiam extra, exorcismus suum effectum efficit.

IV. Quæres, an exorcismi semper, & infallibiliter ipsos producant effectum? Resp. Affirmat non panem, & potissimum Salmanticenses tract. xxiii. cap. ult. quæst. 3. n. 22. Quoniam eo ipso quod exorcismi ex opere operato tuum effectum operantur, inferunt illum semper, & infallibiliter producere. Et ad oppositam, manifestamque experientiam repugnant, quandoque totum, quandoque partem effectus exorcismos parere, seu vel expulsiõnem totalem, vel, ut ipsi aiunt, *videm*: & hac distinctione conciliare utramque sententiam contendunt. Sed clarius responderet, exorcismos non semper suum producere effectum, nempe espum bonum demonum, ut eadem, nempe ipsum demoniacum liberare, adhibitis exorcismis, nequiverunt, Matth. xii. & quoties videmus exorcismos, per ministrum Ecclesie adhibitos, tuos non parere effectus. Nec urget quod opponunt Salmanticenses, videlicet exorcismos producere effectum ex opere operato, argue adeo debere semper effectum parere, quemadmodum sacramenta, que semper, sublato obice, effectum producant, qui ex opere operato agunt. Non, inquam, hæc urgent: quoniam, quicumque sit significatus horum verborum ex opere operato, omnes concedent efficacitatem exorcismorum inferiorem esse efficacitatem sacramentorum: argue adeo narticos corrumpentiam. Dicamus ergo, exorcismos divina virtute loci parere effectum, quando, & quo modo divina placetur voluntati. Deus enim quandoque ob sua intratabilia iudicia, occultatque causas effectum suspendit exorcismorum. Deinde frequenter peccata ipsius Exorciste effectum impediunt: licet enim, ut dictum est, sanctitas ministri necessaria absolute non sit; attamen in praxi, & sæpe conducit ad finem, & sæpe illius defectus eundem finem remouat. Peccata quoque obestorum frequentissime in causa sunt cur exorcismi demones non expellant. Quod autem exorcismi, his impedimentis non obstantibus, producant expulsiõnem illam *videm*, quam assignant Salmanticenses, ut salvent exorcismos producere effectum ex opere operato; res arbitraria

est, nullo nisi fundamento. Nec res tanti est, nisi plura factanda sunt verba.

V. Neque tempore necessum est ipsos exorcismos secundum formulas ad Ecclesia præscriptas adhiberi, ut demones et corporibus pellantur; sed hæc expulsiõ fieri potest aliam remum aliis. Viximo possunt demones abigi sola nominis IESU invocacione: ut habetur Marc. xvi. In nomine suo demonia accidunt: & Luc. ix. Proceptor, vidimus quemdam in nomine tuo accidentem demonia, & prohibentem eum, quia non sequitur nobiscum. Secundum ex Christi instrumentum præcipuum est quo homines uti solent ad expellendos demones, qui ad signum crucis in fronte impellunt tremant, & horrent. Quoniam in eo conspicitur lux claret, & Christi victorie splendidissimum monumentum. Tertio religiosorum usus plurimum ad abigendos demones valet, ut ex ipis Apostolorum Adhuc cap. xix. ver. 11. & 12. colligitur. Virtute quoque non quilibet faciat Desceptermani Pauli; ita ut etiam super languidos deserentur a corpore eius Iudaria, & semivivifica, & resuscitentur ab eis languores, & spiritus nequam egrediantur. Tandem res laetæ, seu benedictæ, ut sunt agni, cerei, & aqua lustralis: quorum in fugandis demonibus usus pluribus exemplis probari potest. Ipsa Ecclesia, dum solemniter rita præstatam aquam benedicit, testatur eam potissimum ad fugandos demones, & pellendos morbos desinatam esse. Inquit enim in suis precibus: *Creaturæ suæ, mysteria tuis serventur, ad abigendos demones, morbosque pellendos, divina gratia sunt effectum.*

VI. Quod spectat ad res inanimas, plura oppositi solent documenta, que earundem virtutem ad expellendos demones prodere videntur. Nam I. Reg. cap. vi. David citharæ sonitu a corpore Saul maior spiritus abiecit. Tobie vi. narratur exorcis piscis lumus efficacem fuisse ad extricandum omne genus demoniorum. Iosephus Lib. IV. Antiq. rep. xi. refert se vidisse quemdam ludrum Eleazarum, Annaniam, præsentem Vespasiano, energumens, eorum naribus radicem in Salomone indicantem, ac intra annulum indolentem apellando. Plinius quoque Lib. XXVIII. *hisp. naturæ*, asserit, unam equi mixtam aqua vitæ demones expellere. Denique nonnulli eorumdem virtutem adscribunt pluribus herbis, nempe *salvia, ruta, barba Iovis, filius sambuci, pelagio*, aliisque. Idemque testatur de fumigationibus quibusdam; v. g. *cornu capri ni, Galbani, assa fœtida*.

VII. Verum hæc omnia nugæ sunt: nulla namque corpora res in spiritum agere quidquam suapte natura valet. Ut ad exempla addita congruam exhibeamus responsum, scias velim, demones dubios potissimum modis vexare energumens. Primum mediis quæ sitibus naturalibus, quibus applicando passivis, quibus evocando movetur. Secundo per se ipsos cor, viscera, fames, linguam, ceteraque corporis membra constanti, dilatando, torquendo plus minuste, prout Deus permittit. Si hoc secundo modo demones energumens agunt, nulla res sensibilibus quodcumque virtutis habet ad eorum insipientiam. Si primo modo demones humana corpora vexant, evocare potest ut quis adhibendo aliquod ex recentibus, sive herbarum, sive animalium similibus remediis naturalium, modis, humores corporis humani temperare, qualitates, quibus utuntur demones, expellere, & consequenter indirecte demones abigere valeat. Hinc est quod Tobias vi. dicitur, finium icteris illius piscis habuisse efficacitatem extricandi demonia, quatenus minuebat hypochondrii, bilis, ardorem, quam accendendo, Almondas sicut priores Sane viros occiderat. Quæ ratio est pro Iuliano illius icteris veneros ignes extinguere, & ad castitatem corpus aptari, dicebatur demones extricare. David quoque dicit harmonico citharæ sonitu minuebat Saul melancholiam, qua utebatur demon ad vexandum Saulem, dicebatur pellere spiritum nequam. Si plura cupis, consule Abulensis l. Reg. quæst. xii. cap. xvi. Quod spectat Salomonem, lege De Thomam quæst. x. de Pœno, art. to. ubi dicitur, quando vis deo fidei, virtute divina demonia abigere potuisse. Postquam vero a deo recessit, si demones expulsi, magica & superstitiosa arte id peregit. Idcirco insipientissima sunt que narrat Iosaphus de Iudæo Elenzato. Ad alia exempla referens patet, et si quis nam vel superstitio laborant facillime vel naturalibus modis naturali medicina curari fuisse. Hæc omnia obvia sunt apud omnes Auctores.

CAPUT IV.

Quomodo in energumens demones inhabitent, quomodo in membris, & quia potestatem dominantur in eos? Et an peccata quæ demones impulsu peccatorum energumens, illis impediunt.

V. Exitus fidei est demones aliquando in hominum corpora intrare, & ibi

dubitare: nam Matth. xvii. Luc. viii. ix. Marc. v. vii. & pluribus alim lucis legitur, Christum Dominum ob ostensis corporibus demones expulisse. Experientia pariter comprobatur est, energumens peregrinis linguo-que, quædam mirabilia operari: que cum humanæ virtute fieri nequeant, demonum virtutibus effici censentur et.

II. Porro ut demones aliantur inhabitare in homine, & habere arripantur, seu demones dicatur, tria requiruntur. Primum quod demon invadat, & ingrediatur corpus obfessi. Exterior namque assidua haud est obfessio ut energumens quis dicitur. Inquit conitit ex Evangelio: nam Marc. v. dicitur: *Evocatus spiritus invidiosus invocavit in peccator*. Secundo requiritur, ut ingressus ille sit invidiosus, seu ut demon non media aliqua re naturalis penneclia, vexet obfessum, morbos, & infirmitates inducens: atque in maloficiis docentur obfessi, quod saltem eis: led ipse demon per seipsum debet obfessum vexare ut demonia cum illum constituat. Tertio requiritur ut demon habeat potestatem manendi in corpore obfessi tam in domo, illudque torquendi tam interioris, tum exterioris: quæ potestatem cum non habere demon qui intravit in Iudam, hinc demones non potuit. Hæc omnia communia sunt, & obvia.

III. Disputant Theologi, per quam corporis partem demones in corpora intrant. Cum demones puri sint spiritus, per quamcumque partem ingredi in corpus valet: ut omnia corpora, & quæcumque corporis partes penetrare possunt. Que de causa nisi quod corporeum est, resistere spiritus potest. Verum tamen est quod communitur dicitur, nempe demones intrare in corpora peros, & nates. Hinc omnia est illa consuetudo que homines alicuius signo crucis os mununt, ut ingressum demones impediatur.

IV. In qua hominis obfessi parte demones resident, non una est doctrinam sententia. At cum quantumlibet corporis partem pervadere valeant spiritus immundi, consequitur in qualibet corporis parte, sive in capite, sive in digitis, sive in tibis, residere eos posse. Desinare autem quam præcite partem occupent, difficile est. Et electissimis quandoque id colligi potest. Si enim alicui membro, puta linguæ, brachio, pedi peculiariter molestiam inferant: ibi residere verosimile, non tamen certum est. Penes cor, quod est principium humanarum actionum, demones in energumens habitantes residere, com-

munior opinio est. Hic animadvertas veliam, diverso modo demones in energumens, & animas in corporibus residere. Anima namque, quoniam totum corpus vivificat, tota est in toto corpore, & tota in qualibet parte, & omnibus partibus coniuncta esse debet. Secus demones quia sunt in corpore tantumquam motores in loco, hinc pro hisito valet vel in qualibet parte, vel in toto corpore latere. Dicitur quoque residentia demonum in energumens ab assidua corpore custodiam: quia illi custodiunt corpora nostra, removendo exteriora impedimenta, & nos aperiendo vias: illi vero intra ipsius corporis quantum operantur.

V. In controversiam revocari solet, cuius ordinis sint demones qui homines, seu energumens vexant. Nam, sicut plures Angelorum bonorum, ita etiam malorum ordines sunt, eo quod singuli specie differant: sicut ex Scriptura colligitur: dicitur enim Matth. xxv. *qui paravit se diabolo, & angelis suis*. Volunt itaque aliqui, esse in toto tantum ordine esse demones intrantes in corpora humana. Ceterum communis sententia docet, cuiuscumque ordinis, infimi, medi, & superiores, demones corpora ingredi humana. Et hoc ex Scriptura deducitur: siquidem Apollolus Paulus inquit ad Ephesios vi. *Quoniam non est vobis colloquatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ*. Principes autem, & potestates ordinis sunt superiores. Qui autem difficilior est eorum expulsi, eo illos esse altioris ordinis volunt. Hinc demones illos de quibus Christus Matth. x. dicitur: *sic gens demoniavorum non eicitur nisi per orationem, & ieiunium*: superioris fuisse ordinis creditur. Verum conclusionis innotuitur opinionem illam.

VI. Non unus, led plures spiritus mali in uno eodemque homine inhabitare possunt, ut constat ex Luc. viii. vers. 30. *Intraerunt demonia multa in eum: & cap. xi. vers. 24. Cum immundus spiritus exiit de homine, ambulat per loca iniqua, & quærens requiem invenit eam, & assidit septem alios spiritus faciem nequiores se, & ingressi habitant ibi*. Idem colligitur ex Marc. xvi. Neque alicuius momenti sunt tria illæ ex Philologia petita, nempe non posse in eodem loco plures spiritus superioris, cum sint ibi per operationem: nam vel operantur circa diversis corporis partes, vel pariter agunt, vel eorum actiones specie differunt. Hinc te-

Cons. Theol. Tom. IV.

quar plus torqueri, & pari emerguntum pluribus demoniobus obfessum, quam si uno teneretur captivus. Verum quia nihil agere valet, nisi iuxta modum prædictorum ab infinita Dei sapientia: idcirco potest continere quod Deus uni demoni potestatem concedat ut lo solio plus torqueat energumens quam si plures in eodem habitarent. Communiter loquendo, quando plures in obfesso demones sunt, quilibet suum munus exercet ab altero distinctum: ita ut unus in uno, alter in alio ordine torqueat: quare uno expulsi, ceteri restant; novaque in eorum expulsiōne difficultas est superanda.

VII. Signa ex quibus arrepti, seu energumens, & demonia cogosci valet plura sunt. Primum, si peregrinis singulis loquantur: si sententias quas nunquam dicere, calcant. Secundum, si ocula revelent, & secreta que humana virtute sciri nequeant, aut aliud quod faciunt quod naturalium hominis facultatem excedit. Tertium est super omnium membrorum; quod tamen certum non est. Quartum, quod pariter certitudine caret, est terribilis & truculentus visus. Quintum, quod videm incruentus est, sunt ingentes vires, quæ humanas excedere videntur. Sextum, si voce insultata energumens loquantur: consuetum tamen non excedit. Septimum, dum renuit nomen IESU profere, Sanctos invocare, res sacras venerari. Octavum cum energumens conturbantur, agitantur, dum ministri adiurationes, seu exorcismos peragunt. Nam alii sub manu Sacerdotis tangentis caput energumens, extremum pariterum frigus, quod per humeros, remoue ceu ventus, percurrere solent. Alii cerorum collingit, alii insinuantur caput sentant. Alii insinuantur doloribus torqueantur, & alii facibus suffocant, ibi videntur, alii stomachi conflictibus, alii ventris inflatione laborant: que omnia gravissima sunt iudicia obfessionis. Duo tamen prima signa, si vera sint, certa quoque sunt argumenta, homines tales vere esse demonia. Cetera omnia urgentia utique, ut diximus, iudicia, secus certa argumenta sunt, corpora a demoniobus obfessi. Quos autem energumens tormenta spectat, plus aut minus suam demones in eorum corpora exercere transividem, & levitiam tunc ea ad terram assidendo, nunc in ignem precipitando, nunc speciem hominis immutando; nunc membra contrahendo, prout magis aut minus Deus ipse permittit. Que omnia quandoque se ipsis efficiunt aliquando mediis in-

H. I. I.

flammentis quibusdam. Neque enim fabulam, sed habenda sunt que de quibusdam emergentibus narrantur, videlicet, terminaspiritibus non semel exorcismorum vi, modo per pendula crumelle e corpore terras detriculatas, & in fragmenta divisas, clavos ferulatos, & in fragmenta divisos, triangulares, aduncos; modo per os acus, subulas, vermes feridos, hufones horribiles evomite. Vnifiquidem fide dicit narrant, se propriis oculis hæc conspexisse portenta, & alicubi ipsa instrumenta servarunt. Deus tamen, qui omnia pariter disponit, ita temperat demonum feritatem, ut supra vires emergentium eos torquere non sinat. Si enim liberi forent demones, omnes ad unum necarent, ac univerfum humanum genus de medio tollerent. Sed Deus ob sua inscrutabilia iudicia permittit utque demones in homines ferat, terminos tamen definit ultra quos procedere nequeunt.

VIII. De peccatis oblationum animadvertendum est, quod licet demones omnes sensus tum externos, tum internos hominum commovere, & agitare possint, nullam tamen in hominum voluntariis, aut intellectibus potestatem habent. Quando ergo demones per violentias compellunt linguam profere, vel inducunt eisdem ad alia mala perpetranda sensibus externis; ejusmodi peccata emergentibus non imputantur, quia deest liberum arbitrium. Item, quando demones ita perturbantphantasiam, & sensus internos, ut arreptitium iratum pro bono apprehendant, tunc etiam peccata non imputantur emergentibus, quia non sunt ab illis libere volita, quemadmodum neque falsas actiones pravæ adscribuntur. Quod si demones duntaxat suis oculibus, ac suggestibus, sanctorum vultibus, allicitant voluntatem, quum interius non sensus pervertant; tunc peccata emergentibus, ipsi imputantur, quia libere volita sunt. Sic peccavit Saul, dum tentavit lancea David congerere quia solum suggestione demonis, & alioquin ex deliberato invidioque animo illum occidere molitus est.

CAPUT V.

Ratio, quam in adiuvandis emergentibus debent servare Exorcistæ, quæ præcipere, quæve interrogare, & quam sibiim adhibere demones debeant.

I. Utile de hac proposita materia disputare Theologi solent, opus namque

ita arduum est, ut vix explicari valeat. Apostoli Luc. 2. vers. 17. exultantes dicebant: *Domine, etiam demones subiciuntur nobis in nomine tuo.* Ut autem rationem, modum, que exhibeam ab ecclesiasticis ministris servandum in demonum expulsiõne, primum omnium explore summa diligenter, & cautione debet Exorcista, num in corpore hominis demon inhabitet. Quod si obideri, a demone hominem sibi consulerit, atque quum consilium aggrediatur, arma iudicialia, quæ porrigit Apollonius Iulius Ephes. vi. vers. 11. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli.* Vers. 12. *Stare ergo succincti lumbos vestros in veritate, & subtuti loriceam iustitiæ.* Vers. 16. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis evadere tela nequissimi ignis extingueret.* Et *galeam salutis affluente, & gladium spiritus quod est verbum Dei.* Per omnem orationem, & obsecrationem tenentes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia. Quod paucioribus verbis Christus Dominus indicaverat Marc. 16. vers. 17. *Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione, & ieiunio.*

II. Primum omnium ergo vivæ fidei factio se se muniter maniat, deinde armaturam spiritus assumat, & postea sacramentali poenitentia de seipso conciliatioribus, caritatis ignem accendat, iugi oratione divinum imploret auxilium, atque severo ieiunio carnem comprimat, ceteraque subigat spiritus appetitiones. His eisdem armis emergentium munite studeat: in actibus fidei & spiritus continentem cum exerceat, atque sacramentalium poenitentiarum, tum eucharistiæ eundem roborat. His præditis solum, manus confert, & adversus spiritus nequissimi bellum intrepidè aggreditur. In hoc consilio animus omnino impavidus, & audens, omni abiectione timore, plurimum conducit ad victoriam.

III. Secundo præcipere minister demoni debet ut a torquendo desistat: deinde interrogare ea omnia que ad illius expulsiõnem conducere sibi vilia fuerint. Si enim Deus potestatem ministris suis concedit demones expellendi, consequenter illis concedit facultatem utendi iis omnibus que ad talem expulsiõnem finem viam servant. Caveat tamen ne quidquam quod necessarium non sit ad finem expulsiõnis, interroget. Si enim aliqua expolere que curiositatem sapientiarum, vel insperata forent, commercium cum demone habere præsumeretur; quod superstitionem redoleret. Tamquam ergo immanissimum

tum Dei, tum humani generis hostem in omni verbo cum tractare debet. Nihil deprecando, sed omnia in Dei virtute imperando, ab eo exigere debet. D. enim Paulus I. ad Cor. 5. omnem cum demonibus societatem vetat: *Nolo vos fieri socios demoniorum.* Præterquamquod, cum demon mendaciorum, & fallaciarum pater sit, nulla ei fides adhibenda: & si veritatem quandoque profert, id semper ob aliquam pravum finem præstat, vel ad infamandum, vel ad peccata inducendum. Hinc est quod Christus Dominus, audiens demones æternam illam veritatem proferentes, *Quia tu es Christus Filius Dei vivi,* iussit illos sileo, inquit D. Antoninus II. Part. tit. XII. c. 1. §. 6. *Ut doceret nos non inquirere veritatem a diabolo, nec multum curare, quando ipse de se convicit; præcipue cum habeamus testimonium Scripturarum, cui magis credendum est. A diabolo captivi tenentur qui, relicto Creatore, diaboli auxilia querunt.* xxxvi. q. v. Epilcopi. Sciendum tamen, quod aliud est invocare demonem ad aliquis sciendum, vel agendum ab eo, quod nunquam licet: aliud est ab ipso non invocato, ut occurrere aliquid inquirere propter utilitatem aliorum, & maxime quando virtute divina potest esse ad dicendum aliqua vera, sicut aliquando fecerunt Sancti. Caveat ergo Exorcista a quacunque vana, inepta, & curiosa interrogatione. Et quamquam non omnis interrogatio incauta, & imprudens, culpa gravis sit, propter vel imperfectam deliberationem actus, aut materię parvitatem; nihilominus, quia res est periculi plena ob hostis perfidiam, qui vel ipsas bonas interrogaciones in malum detorqueere conatur; summa vigilantia, & cautione, quoties cum illo bellum gerit Exorcista, utatur oportet. Caietanus 2. 2. q. xcv. art. 1. optime patet verbis rem omnem conficit. Dicit enim, nos tempore debere tractare demonem tamquam hostem, vel expulsiõnem, id est eum ab arreptitiis expellendo; vel compulsive, videlicet illam compellendo ad aliquis dicendum, vel faciendum, non tamquam spontaneum, sed ut captivum sub vinculo servitutis detentum. Concludit tandem Caietanus: *Cum his omnibus fiat quod per accidens licitum esse potest ab occurrente demone inquireres; & cum eo loqui propter aliorum utilitatem, ut auctor in allegata auctoritate dicit, si casus accidat, quasi testimonium ab hoste alio exigens; & tunc tamquam cum hoste habere agendum sunt.* Textus autem D. Thomæ, quem indicat Caietanus habetur q. xcvi. art.

1. ad 1. eique eiusmodi: *Inquirere aliquid a demone sponte occurrente... quatuor locis propter utilitatem aliorum, maxime quando divina virtute potest compelli ad vera dicenda.* Itaque qui longos vanosque sermones cum demone texeret, qui addicere mediis his interrogacionibus aliquid a demone contenderet, si periculum foret quod demon respondendo aliena crimina produceret; dubio procul graviter peccaret. Si vero crastine illi tum, tamquam hostem, adigeret ad aliquam responsonem inuisum, & vanam, non excederet culpam venialem.

IV. Eius hic constat licitum non esse precipere demoni superiori ut inferiores expellat. Quod tamen distinguendum venit. Si Exorcista peteret a demone hoc beneficium, expellendi scilicet demones inferiores; illicitum sane foret, & gravissimum peccatum: sicut peccaret, si a demone open peteret ad grandines propulsiõnas, aliique incommoda amovenda. Si vero Exorcista demoni fuisset præcipere, tamquam hosti, ut ipse tempore itam legionem foras duceret, atque cum omnibus suis locis e corpore exiret; nullum peccatum, sed actum licitum exerceat. Præceptum enim Exorcistæ tum in superiores, tum in inferiores demones virtute pollet, omneque tamquam hostes subigit. Superfluum ergo foret præceptum illud quod demonem superioriorem liberet inferiores expellere.

V. Tertio Exorcista compellere licite potest, & ipse debet demonem ad manifestandum proprium nomen: quod & fecisse Christum Dominum legitur Luc. VIII. *Quædâ nomine est?* & dicit ei, *Legio.* Deinde causam illius ingressus percontari debet, ut causa cognita removeret, & expulsiõ facilius evadere. Tum querat, num unus sit, vel plures in corpore obediens inhabitent, ut perfectum adiutor habeat numerum hostium quibuscumque pugare debet.

VI. Querere, an victimam sit petens a demone signum egressus sui e corpore, puta ut lucernam extinguat, ut vitrum frangat, & aliusmodi. Resp. Dominicus Soto Lib. VIII. de iust. q. 111. art. 2. in resp. ad 1. q. videtur negare id licere his verbis: *Superstitiosissimum putat, neque ulla modo ferendum petere a demone signum in testimonium loci inde venit, aut quod nunquam in habitum a quo expellitur, revertatur. Etenim simulacra, & patet mendacii: & illos neque habere agendum sunt. Textus autem D. Thomæ, quem indicat Caietanus habetur q. xcvi. art.*

in testimonium loci unde venit. Nam si locum indicant a quo demon profectus est, antequam corpus egerent ingrediaderet, opinio *Soci* vera esset; quoniam nihil ad expulsiōnem confert notitia loci unde diabolus discessit, ut corpus invaderet hominis. Contra, si indicant locum, id est corpus, e quo demon aditans recessit: opinio *Soci* falsa est, mirumque videtur virum doctissimum ad intelligentiam potuisse in re tam aperta aberrare. Quandoquidem Rituale Romanum hanc petitionem prescribit, illaque ad expulsiōnem conducit, quatenus tali signo certus redditur de expulsiōne ministris. Utrique mendaciorum pater demon est. Nil tamen impedit quominus cogatur vi exorcistorum veritatem vel invitum fateri. Alioquin si ratio *Soci* quidquam evinceret, nihil a demone Exorcista petere deberet.

VII. Quarto Exorcista permittere minime debet ut plura quam necessaria sint, demon legatur; quemadmodum supra exemplo Christi demonem increpans dictum est, & docet D. Thomas 2. 2. *quest.* xcv. *art.* 4. Quanto magis ergo locus, & magis verba impeditur intrinsecus? Ea ergo tantum que necessaria sunt ad demonis expulsiōnem, interrogare debet. Nec tamen illicitum est querere aliquid coactive quod ad gloriam Dei, & proximi utilitatem pertinet, ut supra ex D. Thomas *loc. cit.* ad 1. iam inquitur. Oportet tamen ut proximi utilitas, Deique gloria comperta sit. Sine enim urgenti causa similes interrogaciones, que necessaria non sunt ad expulsiōnem, omitti profus debent, nisi aliquis peculiaris instinctus oppositum iudicet, inquit Angelicus 2. 2. *qu.* xc. *art.* 2. *Nisi forte ex speciali instinctu, vel revelatione divina aliqui Sancti ad aliquos effectus demonum operatione utantur, sicut legitur de beato Iacobo, quod per demones sciti Hermagorem ad se adduxit.* Ratio autem clara est. Quando enim cum demone hostilitate agitur, nulla contrarietas societatis, nullumque fœdus, in adiurandis emergunt; Delusio, Simanca, Abulensis, & alii, eiusmodi superflitionem sapere docent. Sanchez, Palas, Trullenchus, Torre, atque Salmanticenses *tract.* xxii. *c. univ. punct.* 7. & 3. n. 76. docent, si prefata media adhibeantur ut vim habentia ad demonum expulsiōnem, superstitione laborare; locus, si in contemptiōnem eorumdem demonum exerceantur. Nam, inquit, D. Bernardus pectus concitavit emergentium. D. Benedictus, & S. Hubertus obsessos liberarunt alapis. Mul-

nepe censu baptizatorum, Sacerdotibus baptizatis, patriciorumque consilare, emergentium fuisse baptizatum, nulla profus fides demoni adhibenda esset. Nonne demon semper peracitum, ruinamque hominum intendit? Si hominem invalide baptizatum revelaret, eiusdem salutem procuraret quod a demone expectandum non est. Quid quod eiusmodi revelatio illam baptismi ministrum infamaret? Pontius namque emergentem inapte baptizatum fuisse externo ritu, solumque defectu intentionis ministrum baptizatum non posse; cuius intentionis carentia, nisi evidentiis signis evincatur, præsium nullo modo debet. Quis ergo demoni, mendaciorum patri, fidem adhibebit in hoc casu, in quo tot argumenta oppositum iudicant? Nec enim talis revelatio vel levem, nedum probabilem dubitationem inducere potest. Utrique vi exorcistorum cogitur quandoque ad veritatem consistendam; sed quemadmodum non semper demon paret Exorcista, non semper evaditur e corpore emergentem, licet omni studio Exorcista illum ad egressum compellat; sic non semper veritatem interrogatus faturus. Quando ergo aderit fundamentum adhibendi ei fidem in responsis datis interrogacionibus Exorciste? Cum ex que revelat, indifferencia sunt, nec infamant proximum, nec eorum executio ullam involvit periculum. Iteratio baptismi periculi plena est: quia & sacramentum profanationis, & ministrum baptizantem infamia expogit. Nulla ergo fides demoni in hac, aut simili responsione, que in dedecus proximi cedit, queve rem suggerit cuius executio periculo gravi obnoxia est. His circumstantiis sublati, poterit ei fides adhiberi; ut quando res omnino innocens, & indifferens referat. Et per hanc ad argumenta contrarie sententie responsio patet. Nec res tanti est ut prolixorem expositis orationem.

IX. Quid dicendum de alapis, flagellis, igni, quibus Exorcista quandoque uti solet in adiurandis emergentibus? Delusio, Simanca, Abulensis, & alii, eiusmodi superflitionem sapere docent. Sanchez, Palas, Trullenchus, Torre, atque Salmanticenses *tract.* xxii. *c. univ. punct.* 7. & 3. n. 76. docent, si prefata media adhibeantur ut vim habentia ad demonum expulsiōnem, superstitione laborare; locus, si in contemptiōnem eorumdem demonum exerceantur. Nam, inquit, D. Bernardus pectus concitavit emergentium. D. Benedictus, & S. Hubertus obsessos liberarunt alapis. Mul-

ta Sancti peregerunt que admiratione potius quam imitatione digna sint. Præterquamquod multa tunc occurrere circumstantiæ sic agendi, que silentur: quibuscumque sublati, ratio, & causa sic agendi subtrahitur. Verum quidquid de hac re sit, quod egolentio, est, plura alia suppetere quibus demones contemni possunt absque periculo imprudentiæ, & derisionis ipsius Exorciste. Alapis ergo, igni, flagella, & id genus similia prudentis Exorcista nunquam adhibeat; sed tantquam media gravitatis prudentiaque adverteat negligat; verborumque potius severitate, aut orationis, & imperii gravitate demones, tantquam vilissima mancipia, tractet. Similiter nobis inania ardent nonnulla alia quorum meminerunt Bonacina, Palas, Salmanticenses, & alii; necnomen demonis in patre inferno, deinde illud comburere in contumeliam signum. Puerilia hæc, & ministerii dignitati incongrua nobis videntur. Raderere vero pilos demoniaci ad illius liberationem superflitionem sapit. Usus herbarum medicinalium ad sanandos emergentem morbos ficitus est; dummodo absit periculum credendi, eiusmodi medicinis vim habere expellendi demones.

X. Locus in quo sacer minister manus suas exercere debet, communiter Ecclesia designatur, in qua sunt Sacramenta reliquis, crucis, imagine, & angustissimum Sacramentum: hæc etenim, & ipsius loci sanctitas ad demonum expulsiōnem conducunt, atque ministerio maiestatem conciliant. Quod quandoque ianus aperis fieri potest, tum ad roborandam fidelium fidem, tum quia aditantiū precibus demonum vires extenuantur, tum quia ministerium ipsam publicum est, tum denique quia impii interdum his occasione converuntur. Id insuper boni habet illius loci sanctitas, & publica actio, ut ad maiorem vigilantiam, cautionem, & ferietatem ministrum excitet. Quare summo opere conari debet minister, ne demoniaci curiosa, falsa, & vana loquantur, neque aditantiū crimina reveleat. Frequenter tamen variis datus adiurandi sunt emergentibus: curabitque minister ne pueri, adolescentes, & maxime mulieres adint; sed solum viri graves, & religiosi admittantur. Hæc sunt que communiter Exorcista servare debet. Ceterum quandoque & in locis privatis quibuscumque, & publicis in Ecclesia necessitas exorcizandi occurrere potest.

XI. De Moniali emergentia longe disputant & Theologi, & Canoniste, debeatne *Cons. Theol.* Tom. IV.

extra septa monasterii educi, ut 'adiuretur. Quidam aiunt; & communiter negant ceteri. Nos breviter dicimus certum omnino esse, debere illam in monasterio ad crates adiurari. Quæ enim adiuratio ex immediato contactu Exorciste pendet. Hæc resolutio ex Tridentino eruitur. Siquidem *sess.* xvi. *capit.* v. hæc habentur: *Nemini autem sacrosanctissimum licet post professionem exire e monasterio, etiam ad breve tempus, quovisquam pretextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo prout auctoritate iudicaverit, & privilegio non obstantibus.*

CAPUT VI.

De egressu demonum e corporibus obfessorum; quæc istius egressus signa. De sectis, & larvis, quæ loca, hominesque infestant, & terrent.

Ultimo loco de demonum egressu e corporibus pauca dicere oportet. Sunt qui quarant, an demones latentur, dum humana corpora invadunt. Et hæc quæstionem veriant Salmanticenses *tr.* xxii. *cap. univ. punct.* 7. ubi docent, demones latentiam aliquam experiri, dum hominum corpora ingrediuntur. Sed argumentum hoc nihil exite nobis videtur. Quamvis enim videntur demones latari, dum hominum perniciem exequuntur, dum illos torquent, & vesant; at tamen luctu isthæc, cum ardenti invidiæ, ac implacabilis odii partus sit, in eorumdem maiorem recidit damnationem, & poenam. Et ob hanc invidiam, & odium adeo difficultes exeunt e corporibus, & ex quia valent maiore vi resistunt huic egressui.

II. Omnes demones exorcismi admittantur resistere. Sunt tamen aliqui qui difficultius, sic Deo ob sua impervia arcana permittente, expelluntur, ut eruitur ex illo *Marc.* ix. *Hic quod in nullo possit exire, nisi in oratione, & ieiunio.* Neque hæc maior difficultas inde oritur quod demones expellendi sint ordinis impervia; sed unica illius difficultioris expulsiōnis causa est ipsa Dei voluntas, que maiorem in obsessos potestatem demonibus concedit; quemadmodum ex Dei voluntate pendet quod oratio, & ieiunium peculiariter virtute polleant ad eisdem abidendum.

III. Signa egressus demonum e corporibus obfessis varia sunt; nullam tamen certum est & infallibile. Signa autem hæc non
H 3

alunde petere, communis viæ inherendo, potissimum, nisi ab ipso demone obediēte imperio Exorcitæ. At, cum demon mendaciorum, illusionumque parens sit, plura signa sui egressus nobis exhibere potest, & nihilominus in eisdem corporibus latentem manere. Signum quod verissimiliter, probatissimè reputatur, est, stoblesus multos dies, & longum tempus, nempe mentes, & annos, nihil omnino patiatur incommodi. Possunt tamen demones in corpore latitare, sed eos diu ibi cito, quin aliqua molestia afficiant corpora oblieta, contingere vix potest. Alia signa sunt sequentia: aspectus hominis nigri, canis, hirci, mulæ, formicæ, aliorumque animalium; ingens vomitus, vel halitus fetidus; magni diolatus, clamores, resonantes, tumor insulatus, in terram collisus, ac desectio energumini; ut habetur Marc. ix. *Exclamans, & multam discerpens eum, exiit ab eo, & factus est factus mortuus.* Hoc signa æqualem ingerunt egressus probabilitatem; fallere tamen possunt. Demones plerumque egressus sui & corporibus signa aliqua produunt; exire tamen etiam sine signis nonnunquam solent. Parum ergo signis fidendum; sed potius diuturna sanitas obiecti spectanda; si diu ab omni molestia liber obiectus fuerit, probabile quoque erit demonem discessisse.

IV. Dum Exorcitæ signa egressus petunt, caveant ne quidem petant quod nocere energumeno possit. Extinctio candelæ, fractio vini, vas, vel quicquid simile solita sunt indicia qua petuntur. Cum vero demones petunt aliqua sibi concedi, antequam egrediantur ex corpore, puta ne relegantur in infernum, neve leventioribus cruciatibus afficiantur, nec semper eorum petitionibus indulgendum; nec semper resistendum. Nam si qua petunt, in dedecus Dei, aut proximi damnum quocumque modo cedunt: nunquam annuendum est. Si autem quicquam quod nec Deo iniuriosum est, nec hominibus ullo modo noxium petent; indulgeti eorum petitioni possent. Sed magna semper cautio opus est, eo quod cum hoste vaito, ac mendaci agendum sit.

V. Uno demone expulso, omnes simul expellantur, si vis exorcitorum consideretur. Quoniam Exorcitæ omnium demonum supremum in corpore residentem adunat, ut illum abire cogat, ceterique sumi ducem sequantur. Verum, cum efficacitas exorcitorum a divina temperetur voluntate, contingere potest ut quandoque præter confu-

tum ordinem, uno pulso, alii remaneant. Hæc omnia a divina voluntate pendunt; ideo potius veneratione suspicienda quam ratione investiganda sunt.

VI. De spectris, seu spiritibus malis, qui non modo homines oblidunt, sed loca, & domos infestant, pauca dedenda sunt. Et in primis experientia, ac testibus fide dignissimis compertum est, demones, seu malos genios, domos, & animalia ipsa infestare, dormitorumque habitatores vesare, & terrefcere. Plures reputant vana esse commenta que de locis, & domibus spectris infestis circumferuntur. Plurimi aut nimia credulitate atque facilitate eiusmodi loca spectris, seu larvis oblieta multiplicent. Porro, ut quisque æque cavere possit, id primum pro certo habeat, demones non modo posse, sed reipsum quandoque in domibus inhabitare, hominibusque habitatores vesare. Innumeri omnibus testibus quæ Augustinum producam, quæ inter miracula quæ, ut mundus crederet, facta sunt, recentest demonum tum & corporibus, tum & quibus expulsiorem Lib. XXII. de Civitate Dei cap. viii. Unam, aut alteram expulsiorem ab ipso narratam referam. *Vit. Tribuitus Hesperus* (inquit Augustinus) qui apud nos est, habet in Territorio Fossulensi fundum, Cubili appellatum, ubi cum afflictiore animalium, & ferorum suorum dominum suum spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogavit nostros, ne absente, Præbitero, ut aliquis eorum illo pergeret, consultationibus eaderet. *Peperit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi verum, quoniam petuit, ut cessaret illa vocatio. Sed postquam miserante deservit. Accepit autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis aliam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit; eamque suspenderit in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse patiretur. At, ubi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fecerit, cogitabat, quam dicitur in cubiculo suo reverentia causa habere molebat etc. Et paullo infra. Senari sunt istæ & alii, de quibus dicere longum est. Hipponeus quendam virginem se, cum se cleo paravisset, cui pro illa viræ Præbiter instillaverat lacrimas suas, nos a demone fuisse sanatum.*

VII. Non est ergo ambigendum de facto. Solum dilident Doctores, etiamiam naturæ sunt spiritus illi qui nocturno tempore strepitus magno edunt, catinus commovent absque ulla latione, chartis ludunt, atque fœnicas representationes peragunt. Itali istiusmodi

modi spiritus folles vocant, Latini *lemures*, & *larvæ*, Hispani *tristes*, Galli *loips*, & *gareus*. Injur aliqui contendunt, eiusmodi spectra esse animalia quædam irrationalia, & corporea, ex aere corrupto in renebricosis locis genita; quæ opinio attribuitur P. Fuente la Penna Cappucino. Sed hoc commentum committere exploditur tanquam vanum, & omni fundamento destitutum. Illud impugnat Salmanticensis tract. xxii. cap. unic. *psal. 9*. Verum adeo futile est ut superfluum sit tempus terere in eisdem consutatione. Sunt ergo eiusmodi larvæ, seu spectra veri demones, seu spiritus nequissimi, qui omnia peragunt ad hominum perniciem. Et hæc sententia opinio P. Antonii de Fuente la Penna censura plectenda est.

VIII. Cur eiusmodi larvæ quedam loca præ aliis infestent, nulla certa ratio asseri potest, præter divinam voluntatem se dispensantem. Frequantius commorantur in locis desertis, paludosis, specubus, cavernis, altis arcibus, & ubi homicidia perpetrata fuerunt. Quare aliqui dicunt, ideo in præfatis locis frequantius commorari quia de peccatis atque plurimis scelerosis hominibus latantur. Aliquando loca sacra infestant demones, ut

impediunt, aut interturbant opera pia, & sancta. Frequantius tamen infestant improbos, homicidas, hæreticos, pauperum oppressores, similesque. Nocturno potius quam interdiu loca infestant, quia tenebræ aptiores ipsis videntur ad terrefactiones hominum, & ad sua opera exercenda. Appellatur enim ab Apostolo Ephes. vi. vers. 12. *Mundi rectores tenebrarum harum*.

IX. Eodem modo adjuvantur demones domos & familia loca infestantes, ac demones vexantes, & oblidentes corpora. Usus quoque reliquiarum, crucis sanctæ signum, dulcissimi nominis *IESU*, & *Mariæ* invocatio, ieiunia, preces, & alia pia opera plurimum conducunt ad demones ex eiusmodi locis pellendos. Quare tanquam supersticiosa relictanda sunt remedia illa que, corporea cum sint, in spiritus agere nullo modo valent. Ethnici fabis nigris utebantur ad pellendos lemures, seu larvas. Hanc superstitionem narrat Alexander ad Alexandro Lib. III. *genialium dierum* cap. xii. & Ovidius Lib. 7. *Eglog.* Superstitionem pariter sapit, & Iulianus nullus armorum ad eiusmodi expulsiorem adhibuit, vel effusio sanguinis innocentem puerorum; quemadmodum peregrisse Hebræos, legitur *Psalm. cv.*

LIBER SEXTUS IN DECALOGUM, QUARTUM PRÆCEPTUM TRACTANS.

Honora patrem tuum, & matrem tuam: Exod. cap. xx. vers. 12.

DISSERTATIO UNICA.

PROŒMIUM.

Tertium Decalogi mandatum explicabimus in Libro de quinque Ecclesiæ præceptis. Quartum in præfens interpretari aggredimur. Tria prima Decalogi mandata Dei cultum spectant, & ad primam tabulam pertinent; hominibus inibunt, quæ ratione Deum colere, adorare, revereri, præcari debeant. Septem sequentia mutua hominum officia præferunt, & moderantur; que peragenda sunt, præcipiunt; retantque cavenda. Quoniam vero inter proximis primum locum parentes a quibus geniti sumus, tenent; ideo primum secundæ tabulæ mandatum parentum in filiis, illorumque in parentes officia imperat. Parentum nomine non modo carnales genitores, sed & parentes spirituales, ut Pastores, & ceteri superiores, ut Principes, Magistri, Domini, Torores, Curatores, hique similes veniunt. Materia facilis est, quam paucis perstringemus.

alunde petere, communis viæ inherendo, potissimum, nisi ab ipso demone obediēte imperio Exorcitæ. At, cum demon mendaciorum, illusionumque parens sit, plura signa sui egressus nobis exhibere potest, & nihilominus in eisdem corporibus latentem manere. Signum quod verissimiliter, probatissimè reputatur, est, stoblesus multos dies, & longum tempus, nempe mentes, & annos, nihil omnino patiatur incommodi. Possunt tamen demones in corpore latitare, sed eos diu ibi cito, quin aliqua molestia afficiant corpora oblieta, contingere vix potest. Alia signa sunt sequentia: aspectus hominis nigri, canis, hirci, mulæ, formicæ, aliorumque animalium; ingens vomitus, vel halitus fetidus; magni diolatus, clamores, resonantes, tumor inlatus; in terram collisus, ac desectio emergentium; ut habetur Marc. ix. *Exclamans, & multam discerpens eum, exiit ab eo, & factus est factus mortuus*. Hoc signa æqualem ingerunt egressus probabilitatem; fallere tamen possunt. Demones plerumque egressus sui & corporibus signa aliqua produunt; exire tamen etiam sine signis nonnunquam solent. Parum ergo signis fidendum; sed potius diuturna sanitas obiecti spectanda; si diu ab omni molestia liber obiectus fuerit, probabile quoque erit demonem discessisse.

IV. Dum Exorcitæ signa egressus petunt, caveant ne quidem petant quod nocere ingenio possit. Exinctio candelæ, fractio vini, vas, vel quicquid simile solita sunt indicia qua petuntur. Cum vero demones petunt aliqua sibi concedi, antequam egrediantur e corpore, puta ne relegantur in infernum, neve leventuribus enclatibus afficiantur, nec semper eorum petitionibus indulgendum; nec semper resistendum. Nam si qua petunt, in deductis Dei, aut proximi damnum quocumque modo cedunt: nunquam annuendum est. Si autem quicquam quod nec Deo iniuriosum est, nec hominibus ullo modo noxium petent; indulgeti eorum petitioni possent. Sed magna semper cautio opus est, eo quod cum hoste vaito, ac mendaci agendum sit.

V. Uno demone expulso, omnes simul expellantur, si vis exorcitorum consideretur. Quoniam Exorcitæ omnium demonum supremum in corpore residentem adunat, ut illum abire cogat, ceterique sumi ducem sequantur. Verum, cum efficacitas exorcitorum a divina temperetur voluntate, contingere potest ut quandoque præter confu-

tum ordinem, uno pulso, alii remaneant. Hæc omnia a divina voluntate pendunt; ideo potius veneratione suspicienda quam ratione investiganda sunt.

VI. De spectris, seu spiritibus malis, qui non modo homines oblidunt, sed loca, & domos infestant, pauca dicenda sunt. Et in primis experientia, ac testibus fide dignissimis compertum est, demones, seu malos genios, domos, & animalia ipsa infestare, dormitorumque habitatores vesare, & terrefcere. Plures reputant vana esse commenta que de locis, & domibus spectris infestis circumferuntur. Plurimi aut nimia credulitate atque facilitate eiusmodi loca spectris, seu larvis oblieta multiplicent. Porro, ut quisque æreque cavere possit, id primam pro certo habeat, demones non modo posse, sed reipsum quandoque in domibus inhabitare, hominibusque habitatores vesare. Innumeri omnibus testibus quæ Augustinum producam, quæ inter miracula quæ, ut mundus crederet, hæc sunt, recentest demonum tum e corporibus, tum e domibus expulsiōnem Lib. XXII. de Civitate Dei cap. viii. Unam, aut alteram expulsiōnem ab ipso narratam referam. *Vit. Tribuitus Hesperus* (inquit Augustinus) qui apud nos est, habet in Territorio Fossalensi fundum, Cubili appellatum, ubi cum assiduos animalium, & ferorum suorum dominum suum spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogavit nostros, ne absente, Præbitero, ut aliquis eorum illo pergeret, consultationibus eaderet. *Peperit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi verum, quoniam petuit, ut cessaret illa vocatio, sed petitus miserante deservit. Accepit autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis aliam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit; camque suspenderit in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse patiretur. At, ubi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fecerit, cogitabat, quam dicitur in cubiculo suo reverentia causa habere molebat etc. Et paullo infra. Senari sunt istæ, & alii, de quibus dicere longum esset. Hipponeus quondam virginem se, cum se cleo paravisset, cui pro illa viræ Præbiter instillaverat lacrimas suas, nos a demone fuisse liberatam.*

VII. Non est ergo ambigendum de facto. Solum dilident Doctores, encliam nature sine spiritus illi qui nocturno tempore spectris magno edunt, catinos commovent absque illa latione, chartis ludunt, atque fenicas representationes peragunt. Itali istiusmodi

modi spiritus folles vocant, Latini *lemures*, & *larvæ*, Hispani *tristes*, Galli *loups*, & *gareus*. Injur aliqui contendunt, eiusmodi spectra esse animalia quædam irrationalia, & corporea, ex aere corrupto in renebricosis locis genita; quæ opinio attribuitur P. Fuente la Penna Cappucino. Sed hoc commentum committere exploditur tanquam vanum, & omni fundamento destitutum. Illud impugnat Salmanticensis tract. xxii. cap. unic. *psal. 9*. Verum adeo futile est ut superfluum sit tempus terere in eisdem consutatione. Sunt ergo eiusmodi larvæ, seu spectra veri demones, seu spiritus nequissimi, qui omnia peragunt ad hominum perniciem. Et hæc sententia opinio P. Antonii de Fuente la Penna censura plectenda est.

VIII. Cur eiusmodi larvæ quedam loca præ aliis infestent, nulla certa ratio asseri potest, præter divinam voluntatem se dispensantem. Frequenter commorantur in locis desertis, paludosis, specubus, cavernis, altis arcibus, & ubi homicidia perpetrata fuerunt. Quare aliqui dicunt, ideo in præfatis locis frequenter commorari quia de peccatis atque plurimis scelerebus infestis committitur latantur. Aliquando loca sacra infestant demones, ut

impediunt, aut interturbant opera pia, & sancta. Frequenter tamen infestant improbos, homicidas, hæreticos, pauperum oppressores, similesque. Nocturno potius quam interdiu loca infestant, quia tenebræ aptiores ipsis videntur ad terrefactos homines, & ad sua opera exercenda. Appellatur enim ab Apostolo Ephes. vi. vers. 12. *Mundi rectores tenebrarum harum*.

IX. Eodem modo adjuvantur demones domos & familia loca infestantes, ac demones vexantes, & oblidentes corpora. Usus quoque reliquiarum, crucis sanctæ signum, dulcissimi nominis *IESU*, & *Mariæ* invocatio, ieiunia, preces, & alia pia opera plurimum conducunt ad demones ex eiusmodi locis pellendos. Quare tanquam supersticiosa relictanda sunt remedia illa que, corporea cum sint, in spiritus agere nullo modo valent. Ethnici fabis nigris utebantur ad pellendos lemures, seu larvas. Hanc superstitionem narrat Alexander ad Alexandro Lib. III. *genialium dierum* cap. xii. & Ovidius Lib. 7. *Eglog.* Superstitionem pariter sapit, & Iulianus nullus armorum ad eiusmodi expulsiōnem adhibuit, vel effusio sanguinis innocentum puerorum; quemadmodum peregrisse Hebræos, legitur *Psalm. cv.*

LIBER SEXTUS IN DECALOGUM, QUARTUM PRÆCEPTUM TRACTANS.

Honora patrem tuum, & matrem tuam: Exod. cap. xx. vers. 12.

DISSERTATIO UNICA.

PROŒMIUM.

Tertium Decalogi mandatum explicabimus in Libro de quinque Ecclesiæ præceptis. Quartum in præfens interpretari aggredimur. Tria prima Decalogi mandata Dei cultum spectant, & ad primam tabulam pertinent; hominibus inibunt, quæ ratione Deum colere, adorare, revereri, præcari debeant. Septem sequentia nutu hominum officia præferunt, & moderantur; que peragenda sunt, præcipiunt; retantque cavenda. Quoniam vero inter proximis primum locum parentes a quibus geniti sumus, tenent; ideo primum secundæ tabulæ mandatum parentum in filios, illorumque in parentes officia imperat. Parentum nomine non modo carnales genitores, sed & parentes spirituales, ut Pastores, & ceteri superiores, ut Principes, Magistri, Domini, Torores, Curatores, hique similes veniunt. Materia facilis est, quam paucis perstringemus.

CAPUT I.

Propositiones damnatae, & laxae aduersus quartum preceptum.

I. Superioribus Libris incredibilia vidimus commenta 2. quibusdam Probabilibus excogitata, ut prima tabula facta mandata humanis appetitionibus accommodarent. Bellum nunc mediantibus occurrit, quod primo secunda tabula mandato intentantur, ut sequentes declarabunt propositiones.

Propositiones damnatae.

II. Licet non est absolute desiderium mortem patris, non quidem ut nolum patris, sed ut bonum cupientis, quia nuncium ei obvenire est propter heredes. xiv. Innocentii XI.

III. Licet non est filio gaudere de patris mortem a se in christate patris propter ingratas devotas hinc ex hereditate consecutas. xv. Innocentii XI.

Propositiones laxae.

I. Filius ut eligat matrimonium statum, etiam conuolare parentes tenetur, nisi causa iusta illam excuset; non tamen tenetur eorum acquiescere consilio, etiam sine illa. Torcella Tom. 1. Sum. tract. 111. disp. 11. Sec. 120. 20. Fel. 248. Diana, & alii.

II. Esti parentes tenentur corrigere, & diligere filios, & domini seruos; non ita famulos suos. Torcella Tom. 1. Sum. tract. v. par. xi. cap. xiiii. num. 41. Fel. 699. Sanchez, & alii.

III. Alii contra affirmant, imminere esse tunc a culpa gravi illum qui parentibus suis luxa expulsa mortem ob bonum aliquid quod temporale ipsi indelecturum, nempe ut quamprius in hereditatem succedat, vel ut liberetur a dura eorum custodia. Quia huiusmodi desiderium de morte parentum tunc non tam est desiderium de malo illorum, quam de bono inde sequentur ergo non habet malitiam peccati, cum illum habere non possit; nisi finis illius malus sit; cum tota species actus inficitur ex fine deumatur. Leander a SS. Sacramento tract. 1. disp. vi. quae. 17. Casp. Palaus, & alii.

IV. Licet matri mortem filiarum optare, eo quod ob desolametur, vel inopiam non possit esse iuxta suum desiderium nupti radere. Et idem esse dicunt, si ob illarum causam male tractaretur a marito, posset illarum mortem optare, ut ab illo

damno liberaretur. Casp. Palaus Tom. 1. tractat. vi. disp. xv. punct. 1. num. 11.

V. An cum indignus possit filii licite contrahere, patre, vel genitrice dissentiente? Et sic. Encece probable esse ad eum quod possit. Tamburini Lib. v. in Decal. cap. 11. §. 3. num. 5.

CAPUT II.

De pietate filiorum in parentes.

PRIMUM omnium ob oculos exponendus honor est quo vi precepti filii colere parentes alitringuntur. Est autem eummodi. Impota patrem tuum, & matrem tuam, ut sit lingua tua super terram quam Dominus Deus tuus dedit tibi. Exod. xx. Qui non genuerunt, primi omnium, secundo Deum, patris nomen sibi vendicant. Post Pastores, & Sacerdotes, qui sacramentorum administratione ad vitam spirituales, aeternamque non regenerant, ut inquit Apollolus Paulus I. ad Cor. 17. Nam in Christo Iesu per Evangelium ego vos genui. Tum in succedenti civili regimine moderantur, & mutuum consensum ac fiduciam dirigitur, ut Principes, & Magistratus Republica administratores, quorum procreationi, & regimini res nostrae subsiste lunt, & a quibus nomen ipsi detur, patris prerogativam iure obtinent. Postremum seniores, qui non tam annorum multitudine, quam virtutis, & sapientie plenitudine fulgent; ut dicitur Sap. 17. Senectus venerabilis est, non ditutia, neque annorum numerus computata. Cui autem sunt senes hominis, & atax senectute vita immaculata. Haec omnia totidem fere verbis tradit Catechismus Concilii Tridentini part. III. num. 8.

II. Peculiaris porro virtus qua parentes honoramus, pietas est, quae continentis status personam ordine servato veneratur iuxta diversam excellentiam ipsarum. Libet exscribere doctrinam D. Thome, qui de mote principia prodit quibus hoc divinum mandatum nititur 2. 2. quae. c1. art. 1. Homo efficitur diversimode alius debitor, secundum eorum diversam excellentiam, & diversa beneficia ab eis suscepta. In utroque autem Deus iunximus obtemperare locum, qui & excellentissimus est, & est minor essentia, & gubernandi premium praecipuum. Secundario vero nostri esse, & obedientiam principia sunt parentes, & quibus, & in qua nati, & nutriti sumus. Et ideo post Deum est homo maxime debitor parenti.

venibus, & patris. Unde sicut ad religionem pertinet cultum Deo exhibere; ita secundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus, & patrie. In cultu autem parentum includitur cultus omnium consanguineorum: quia etiam consanguinei ex hoc dicuntur, quod ex officio parentibus potestatem, ut patet per Philosophum in VIII. Ethic. In cultu autem patrie intelligitur cultus omnium consanguineorum, & omnium patrie antecessorum. Et ideo ad hoc pietas principaliter se extendit.

III. Officia autem quae debentur parentibus, plura sunt. Primum, ut factum imitari possit Deum amore eos prosequamur. Imaginem huius amoris nobis refert Ioseph Aegypti proteges, qui suo patri Iacob advenienti in Aegyptum obviam iit. Inquit Ioseph contra suo, ascendit obviam patri suo ad eumdem locum: videsque eum teruit super collum eius, & inieritplexus flegit. Gen. xlv. Secundum officium honorem exhibet, cuius imaginem prodit Salomon, qui pariter advenienti matri affurrexit, eamque in folio ad dexteram suam ledere fecit. Surrexit Rex in occursum matri, adoravitque eam, & sedit super sinistram suam: postquam est thronum matri Regis, que sedit ad dexteram eius. III. Reg. cap. 11. Tertium officium est obedientiam, qua illorum mandata parere obstringimur, ut explicat D. Paulus ad Ephel. vi. Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sit lingua tua super terram. Item ad Coloss. III. Filii obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. In quavis iustitia nobis a natura sit haec in parentes reverentia; nihilominus voluit Redemptor noster quemadmodum aliter, ita & illius virtutum exemplum praebere: quippe non solum exco. Paulus ubi obsequia ad mortem facit, verum & hic in terris sanctissimum in parentum Mariae, & Ioseph mandata obsequatur. Ergo subditus illis. Rationum momenta quibus filiorum in parentes obsequia excitari valent, recenset D. Ambrosius Lib. II. in Lucam. Matri (inquit) debet pudoris inviviam, virginis dispensandum, partus periculum, matris longa sollicitudo, matris longa de seronina, cui nulli in ipsi extorquuntur in libit malis periculum est: & cum eliderit quod optavit, partu obsequatur, non timore. Quid autem patres leguntur pro filiorum iustitia, & multiplicatis aliis utilibus consistit, itaque agricola, semina posterorum atribus profutura? Nonne pro his obsequia

saltem oportet recipere? Quartum officium filiorum erga parentes preces spectat quas offerre Deo pro illorum incolomitate, & salute debent, ut transpillam illis Deus vitam impertiat, inque bonis tunc celestibus, tum terrenis solidum cumulet, ac in maxima gratia fiat, & honore apud homines; ut tandem Deo, ac Sanctis, qui in caelis sunt, commendatissimi fiant, inquit Catechismus Tridentini Concilii. Porro eum virtutum imitatio est etiam singulari honoris ornamentum. Quintum officium in eo frum est, ut filii parentum consilia, praesertim in gravioribus negotiis, exquirant, puta in matrimonio incedendo, vitare statu deligendo &c.

IV. Potissimum demique honoris filiorum erga parentes argumentum est supplicia illis ferre cum in spiritualibus, tum in temporalibus necessitatibus. Igitur, si in his quae ad filiorum spectant, ignorantis sint, instruendi sunt; si peccatis innoxii, si prave consuetudinibus ligamine alligati fuerint, summa reverentia, & dexterate curandum est, ut restituantur, ut instrumenta frequentent, ut ad solvendum se se recipiant frugum: si vero penuria; & rerum temporalium opes late laboraverint, inoleandi; & pro viribus adjuvandi sume: dum agrotant, illis inservendum est, ac incumbendum potissimum ad celestibus subsidiis inventum, ut divinis restituantur sacramenta, atque ut Religiosorum exhortationibus, & consiliis in ipem erigantur, & ad lucram invicem animo sustinendam continentur. Plurima hoc de argumento scribunt Patres. Pauci isthuc transcribam ex D. Ambrosio Lib. V. Hexameron. cap. xvi. ubi exemplo ciconiarum, filiorum languidam erga parentes pietatem redargit. Quam vero rationabilium non excedat pietatem ac prudentiam mater huius elementa, considerandum; plura praebet: quippe non solum exco. Paulus ubi obsequia ad mortem facit, verum & hic in terris sanctissimum in parentum Mariae, & Ioseph mandata obsequatur. Ergo subditus illis. Rationum momenta quibus filiorum in parentes obsequia excitari valent, recenset D. Ambrosius Lib. II. in Lucam. Matri (inquit) debet pudoris inviviam, virginis dispensandum, partus periculum, matris longa sollicitudo, matris longa de seronina, cui nulli in ipsi extorquuntur in libit malis periculum est: & cum eliderit quod optavit, partu obsequatur, non timore. Quid autem patres leguntur pro filiorum iustitia, & multiplicatis aliis utilibus consistit, itaque agricola, semina posterorum atribus profutura? Nonne pro his obsequia

vosum quod sequitur natura debito. Non recusat aces parere patrem, quod etiam prescripta que necessitate sub terrore panation pleque loquimur recusat. Aves non scripta, sed natura lex strigat. Aves ad hoc minus nulla precepta consentiunt, sed gratia naturalis officina. Aves non esse sunt reverendi sexis membra parare: est enim vestra pietatis: quod esse que frequenter reprehensione pererebit, ut congreget necesse est temperantiam inveniret. Nam Romanorum usque pro aces vocatur. Et quod vix ut Imperatoris Consulio Senatus delatum dicitur, hoc esse aces in commune meruerunt.

CAPUT III.

De natura precepti tum admodum honorandi, tum neganti non edito habenti parentis. Lectores quorumdam Casuistarum opinionem sequuntur.

I. HOC preceptum iuris naturalis est, & divini: omnia quippe precepta Decalogi ad sua natura, & divinum pertinent. Diximus, ad virtutem pietatis, mandatum illud pertinere: quod tamen hoc in sensu intelligendum est, dum nempe honoramus parentes, qui nos genuerunt, contingimusque, patriam, amicosque. Quando vero nomine parentum veniunt Patres Ecclesie, tunc honor est virtutis observantia, ut docet D. Thomas 2. 2. quæst. cxi. art. 1. Si vero sint superiores, preceptum spectat ad virtutem obedientie. Et si sint benefactores, mandatum exequitur virtute gratitudinis.

II. Hoc preceptum præterit dilectionem tum internam, tum externam, prohibetque odium. Adeo comperta sunt rationum momenta quod illius amoris debitum evincunt, ut imperperandum reputem illa proponere.

III. Quæst. II. Contra preceptum non habendi aces parentis peccant in filii, si quædam damnant ex odio parentibus adversentis Resp. Convenit peccare omnes, peccare mortaliter filios, qui parentibus ex odio mortem cupiunt, vel infamiam, bonorum direptionem, aliudve grave dampnum. Si enim letale crimen est eiusmodi mala cuique extraneorum exoptare; quanto gravius scelus erit, eadem parentibus a filijs, tot beneficiorum vinculis eidem obstrictis, desiderari? Impia hæc desideria naturam ipsam penitus contumeliant, & sacratissima societatis vincula infringunt.

IX. Quæst. II. Peccant ne filii, si obsequium quamquam utilem, adeoquæ summo benedictionem, merent parentibus exoptent? Resp. Negant Probabilissimum plures. Eiusmodi im-

pia desideria absolute puniuntur cum primis nature principijs latentur omnes; et unius particulæ additione recentiores aliqui Catholicæ iniquitatem omnem adiungunt vel manifestis flagitijs. Et ne ego ipsis invidiam, odiumque consilare pro libito videat, illorum verba transcribam. Leander a SS. Sacramento tract. 1. disput. 2. quæst. 1v. post sacramentum sententiam impietatis, hæc scribit. „ Alii contra affirmant, immensum esse tunc a culpa gravem, si illum qui parentibus suis exoptat mortem, ob peccatum aliquod temporale ipsi interdum fecerunt; nempe ut quamprimum in hereditatem hereditat, vel ut liberetur a dolo erant custodia; quia humani desiderium de morte parentum tunc non tam est desiderium de malo illorum quam de bona inde secuturo: ergo non habet mortalitatem peccati, cum illam habere non possit, nisi hinc illius malus sit; cum tota species actus inefficax esse sine desumatur. „ Sic tenet Caltrapalusa Tom. 1. tractat. vi. disput. 1v. de car. pœnit. 1. numer. 17. qui citat pro se Emmanuelem Sa verb. Par. numer. 8. Azorium 1. P. Lib. III. cap. xii. quæst. 17. Bonacium disput. 113. quæst. 2v. pœnit. ubi & Ioannem Sanchez disput. 11. numer. 9.

V. Expolitis his duabus oppositis sententijs, sic concludit P. Leander. „ Sed ego respondens dicendum, quod ex his duabus sententijs prima sit valde probabilis; secundum autem non minus: Quia favorabilior est paucitatis, illa in casu occurrenti, ne in peccatum ex fragilitate irruant, est eis CONSULENDUM, Ideoque dico, quod si quis ABSOLUTE desideret in hunc modum: Exopto, & cupio mortem patris mei, non ut malum patris mei est, sed ut bonum meum, seu ex causa mei boni, nuntium quia ex illius morte ego sum, nuntiatam adibo: tunc sic exoptant, minus peccat mortaliter: quia tale desiderium est de bono sine, non de malo. Sic lenit est de bono sine, non de malo. Sic lenit Thomas Tambanus secutus Palam Lib. 2. in Decal. cap. 1. §. 3. art. 31. & alii Doctores. „

VI. Hæc sunt monstra & portentosa omnium horrendissima, quæquam in universa Ethico-rum morali Philosophia nec leve vellegium occurrit. Et Probabilissimi abortivos fetus, eni inaudite laxitatis commenta. Audiamus eni inaudite laxitatis commenta. Audiamus quædam erroneam sententiam expudentem. Aliquando bona voluntate homo vult aliquid quod Deus non vult etiam ipse homo misse

multo amplius, multoque certius voluntate: nam illius mala voluntate esse nunquam potest. Tanquam si homo filius patrem vellet occidere, quomodo Deus bona voluntate vult mori. Et mensus fieri potest ut hoc vult homo mala voluntate quod Deus vult bona; vult si magis filius vult mori patrem, vult hoc etiam Deus. Nempe ille vult quod suo vult Deus; iste vero id vult quod vult Deus. Et tamen bona voluntate Dei pietas illius potius confoscat, quamque aliud voluntate, quam huius idem voluntate impietas. Tantum interit quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem suam quisque referat voluntatem, ut aut probetur, aut improbetur. Euchirid. cap. 61. Iure itaque ac merito illam dixit devotus Innocentius XI. in sequenti damnata propositione. Licetiam vult absolute desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia minus invidiosum est pinguis hereditas. Detestabilior insuper est Leandri, aiorumque doctrina, qua afferunt, licitum esse cupere parentis mortem, non modo admodum pinguis hereditas ergo, verum etiam vitandæ patris dant cupiditate, seu levitate concensionis, & discipulæ causa. Quod quam sit scelestum, quam inhumanum, quam monstruosum, nemo rationis compos non videt. Quoriam iniquus, tam acris declamatio? Ut hinc colligas, quanta sit his, acque similibus Theologis fides adhibenda. Qui enim præfatas opiniones in publicum obtrudere audent, qui eadem confutentur poenitentibus affirmant, digni ne sint ut magistratum loco in ammarum regimini habeantur? Si enim vel ipsa prima nature principia evellere, si vel iniusta naturæ humana tanta tenebrarum caligine obducere perenturam; inferas velim, que in obstrictis controuersis adhibentur. Alii ne sunt illi deijctissimi, qui sua audaciter probabiles efficiunt huius opinionem? Non ergo eo spectat oratio mea, ut illorum Theologorum integritati, illorumque proposito evangelicæ viæ asperitatem, rigoremque delinenda, atque humane infirmitati succurrendi, præiudicium inferam; sed ut lectorem errandi, & pererundi discernim tubudam. Eo pertinent verba hæc mea, ut te admoneam, ne in rebus dubijs ullam his Auctoribus fidem adhibeas, nec quidquam eorumdem auctoritati tribuas. Si enim in tanto nature lumine exsultant, & paradoxa adeo immania credere non erubescunt; nunquid in difficultissimis questionibus veritatem tibi pandent? At ergo ab his libris legendis

abstine; vel, si interdum eos legere contigerit, nihil sine examine, nihil absque leuissime critique ab illis suscipias velim, si tibi salus æterna cordi est. Hæc illis dumtaxat displicent quibus partium studio præoccupati non tam communi prodectu quam vanæ exhibitionis student. Cæterum ardebitur omnibus æquis tenent arbitris, qui æternam animarum salutem privatorem hominum quorundam iudicio, & saxe præferendam sciunt. Sed hæc factenus: plura namque dicturi sumus, dum de sexto precepto sermo erit, ubi similia Casuistarum commenta profligabimus. Duo hic notandum advertari. Primum quod dixerim: Hæc sunt monstra & portentosa quorum in universa Ethico-rum morali Philosophia nec leve vellegium occurrit. Cedo. An Cicero, an Plurarchus, an Seneca, an Plato, an aliquis Philosophus docuit licitum esse filijs desiderare mortem parentum, ut liberetur a dura eorum custodia, vel adiuuenda hereditatis causa? Quæ doctrina damnata ab Ecclesia est. Sed peiora sunt que sequuntur. Et hæc opinio quæ favorabilior est paucitatis, est ex consuetudine. Quis ethico-rum Philosophorum talia docuit? Alterum, me hic designare solentur. Teodor dum hæc esse immanissimum calumniam. Leander, quæstia docet, Trinitarius est, non Iesua. Sapientiores lectore Bellarminus, Palavicinus, Toletus, Comitolus, Viteliscus, Bianchi, Elizalde, Gonzalez, Camargo, Maniella, Antoine, & alii plures pro me sicut. Hæc summi præconis effero. Et quia sex, aut octo Casuistarum, Tamburini, Escobar, Palai, Lacroixii, Viva, & similia, (qui si conferantur cum primis, parvi sunt in Republica litterarum nominis) laxas quoddam opinione resello, Christiano que modo, ut ab eisdem opinionibus sibi caveant, adeo ne univertim lectores deligant? Oppositiores Iesuitæ extremam erant invidiam, quia quorundam privatorem Casuistarum laxas opinionis Iesuitæ absolute; & univertis Societati adscribant. Non alios ego deligam, nisi quos cito, & eorum Institutum sileo. Numquid Iesuitæ inchole Societatis contendentur spoliare tegere, & promovere fallas doctrinas? Aut enim falsæ sunt, & perniciose, opinionem, quæ hic & alij recentior, an Iesui. Si primum, cur lamentantur? cur clamant infamari Iustitiam? Si secundum, cur id non evincunt? Nulla hic evaderet rima.

VII. Non minus impia est altera recentiorum Probabiliorum sententia, que licitum

tum defendit gaudium de patricio patris in ebrietate patriam: quam etiam sententiam improbat Innocentius XI. in hac damnata propositione: *Licitum est filio gaudere de percussio patris a se in ebrietate perpetrata propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.*

VIII. Quæst. III. *Peccatne venialiter filii qui torvis sensu aspiciunt parentes, quosque extrinsecus nullum ipsi amoris signum exhibent?* Resp. Qui delibato animo torvis oculis parentem frequentat, & quasi contumeliter spectat, dubie procul peccat mortaliter, ut communis tenet sententia. Idemque dicendum, quoties eos alperetemper alloquitur: quoties preceptum honorandi parentes non modo interiori, verum etiam exteriori benevolentiam inbet. Hac autem blando oculorum alperit, laevi eloquio, gestu submissivo offendit. Violant ergo preceptum filii, dum hac exteriora amoris officia præbere parentibus recusant. Si vero semel aut iterum ex fortuito casu nimis amantem, obsequentes, & submissos parentibus se filii exhibent, non propter contumeliam continuo sunt graviores culpe rei. Antequam culpe damnetur, eorum modum cum parentibus vitæ ratio, morum consuetudo, ac modus agendi spectanda sunt, ut ex his omnibus colligi culpe gravitas, aut levitas possit.

IX. Qui parentes leviter percutiunt, graviter delinquant: quia licet percussio levitæ natura sua sit, inflicta tamen parentibus enormis evadit, ac impia: iniurie enim gravitatem omnes ex personæ dignitate metuunt. Porro nulla apud filios persona, post Deum, patriam dignior. Quin ad letalem culpam ista esse potest minax brachii elatio, quoniam & hac gravem contumeliam prodit, & iniuriam parentibus irrogat. Temperate ergo filii sibi debent ab alpera lectione, ab oculorum levitate aspectu, & a quolibet gestu minus submissivo, si velint præceptum honorandi parentes implere.

X. Licitum est filios a parentibus iniuste percussos, cum moderamine inculpate tutele se defendere. Si in ipsa defensione filii parentes percutiant, non peccant; nisi modum iustæ defensionis excedant. A peccato quoque Theologi communiter excusant filios qui parentes armatos in patriam percutiunt, occidunt: quia amor in patria præferendus est privato bono patriæ. Scelus vero perpetrarent filii qui parentes pœna capitali a Principe proscripto occiderent, nisi essent patriæ noxii.

XI. Peccant graviter filii qui parentibus delibato animo male dicunt; quod ex Scriptura colligitur: dicitur enim Lev. xx. *Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte morietur.* Porro pœna mortis non infigitur mortis culpam gravem. Si vero non ex animo, sed contumacia, & abique scandalo filii parentibus maledicant, venialiori culpam perierunt: Si scandalum autem occurrat, culpa est mortalis. Ex defectu quoque plene advertentis venialiter tantum peccata valent. Peccant vero letaliter filii qui verbis contumeliosis parentes contumunt, aut ad contumeliam graviter provocant, quod accidere potest, tametsi verba non sint inaspere natura graviter contumeliosa: sed necesse filii experientiam suam, talibus verbis vehementer ad iracundiam parentes provocat. Graviter quoque peccant filii, si parentes ex contemptu reconoscere nolint; secus, si id facerent ob aliquam honestam rationem, ob incommodum vitandam, ob erubescendum fugiendam, aliudve tale momentum.

XII. Filii peccant licite accusare parentes de aliquo crimine apud iudices, quia id cum lege verum est. Excipienda tamen sunt crimina hereseos, potissimum publica: de his enim non modo potest, verum etiam tenetur filius patrem accusare. Et colligitur ex ipsa Scriptura, in qua Deut. xxi. hæc habentur: *Si convenerit hominem non contumacem, & protervum, qui non audit patris, aut matris imperium, & convectus obediens non temperat; apprehendit eum, & ducit ad seniores civitatis illius, & ad patrem iudicis, dicentique ad eos: Filii noster iste protervus, & contumax est, munita officia analite contemnit, contestationibus vacat, & luxuriam, atque concubitus. Lapidibus eum obicit populus civitatis, & morietur.* Si pater licite accusare apud iudices filium valet, eodem iure videtur licere filio accusare patrem de criminibus saltem quæ religioni, & fidei adversantur. Bonum enim divinum, & universale prævalere bono particulari debet. Et hæc est Dodonæi communis opinio. Quid, si heresim occulta sit? Etiam tunc accusandus est pater: quia præceptum honorandi patrem celestem præstat præcepto honorandi patrem carnalem. Nec est quod opponas, rationem hanc evincere, accusandum fore patrem etiam de quolibet peccato mortali: quoniam cetera peccata directè non spectant destructionem religionis, neque natura sua alios inficiunt, ut flagitium heresim. Idque confirmari ex eo valet quod Ecclesia præcipit do-

num

nuntiationem hereticorum, secus aliorum delinquentium. Si tamen certo filius colliger, ab alii accusandus esse parentes hereticos, abstinere ab accusatione poterunt. Idem dicendum de criminibus in patriam, in Principem, vel eandem rationem. Princeps, & patria loco parentum, ut vidimus, habentur: & hæc universalis paternitas præferenda paternitati particulari est. Quætionem hanc proponit Marcus Tullius Lib. III. *offic. cap. ix.* his verbis. *Quid, si pater sena explet, concubitus agit in ædium? Iudices ne magistratibus filios? Nefas id quidem est: qui etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria præstat omnibus officio? Immo vero. Sed ipsi patria, conducti pio habere filios in parentes. Quid, si tyrannidem occupare, si patriam protere consuevit pater? Silebitne filius? Immo vero obsecrabit patrem ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam. Ad erubescendum, si ad prociem patriæ res spectabit, patria saltem anteponebat soluti patriæ. En quam enucleate Estipici nature, divinique legis mandatum explicant. Non illico ergo vel de his criminibus accusandus est pater, sed admonendus primùm, exorandusque. Si inutilis fuerit admonitio, & deprecatio, non solvendum silentium.*

CAPUT IV.

De obedientia filiorum parentibus debita.

Q. Uæst. I. *Tenentur ne filii obedire parentibus?* Resp. Nemo est qui id in controversiam vocet. Dubitatur solummodo, teneantur ne semper sub mortali. Cui quæstio communis etiam sententia respondet, hoc præceptum, quemadmodum cetera, non semper obligare sub gravi culpa. Spectanda sunt enim & gravitas materiæ, & voluntas imperantis. Requiritur autem quod materia sit gravis, quod scilicet patris imperio, & quod pater materia deliberatione præcipiat. Quare licet non peccare graviter videtur filius non obediens patri admonenti, & consulti aliquid boni operis, aut morum reformationem, præcepto contempto; letaliter vero peccant filii minime obtemperantes patri præcipienti morum emendationem, aut quodvis aliud opus grave quod ad mores, educationem honestam, domesticumque regimen pertinet. Et quævis negent aliqui, peccare graviter filium transgredientem mandatum patris in domus civili regimine; communior tamen, mihi que vera,

opinio est, peccare letaliter filium etiam in hoc casu. Siquidem in civili domus procreatione filii iure nature sublevari parentibus potestati. Quæ ergo ratio excusare eos a letali culpa valet, si in re gravi obedire parentibus recusat? Quare hæc sententiam defendunt ipsi benigniores Probabilistæ, Leander tract. i. disp. 111. quæst. v. Sanchez Lib. II. cap. xv. num. 22. Bonacina disp. vi. Tamburini Lib. V. cap. 11. §. 2. num. 18. Lessius Lib. II. cap. xi. dub. 8. num. 45. & alii plures.

II. Quæst. II. *Qua sunt precipua munia que præcipere filius parentibus valet? & in quibus filii parentibus obedire tenentur?* Resp. Potissima sunt, ut a peccatis generationis abstinent, ut ludus foris, & noxios evitent, ut prava contortia, & mala fugiant, ut a luxu, vanis pompis, a meretricibus, mulierumque frequenti, & familiari conversatione longius abint, ut noctu domo non exeant, ut artem, profectionemque exerceant, ut de bonis paternis oblique licentia non disponent. Hæc sunt generatim que præcipere parentes filius solent. Ceterum, ut iam diximus, & pater præcipere, & filius obedire patri tenentur in iis omnibus que ad animi cultum, aut civile regimen spectant. Antequam tamen damnetur filius letalis culpe, spectanda sunt plura, & materiæ gravitas, & patris delibatum mandatum, & plura alia.

III. In rebus pravis filii obedire parentibus nec debent, nec possunt. Inquit enim S. Lucas Act. v. *Obedire oportet Deo, magis quam hominibus;* & D. Mattheus cap. x. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est mi dignus.* Iure ergo filius resistere patri potest, & debet, si præcipere furum, homicidium, violationem præceptorum Ecclesie. Item matri suadenti invenum conversationem, accessum ad comedias, ludos, saltationes, resistere debent filie, illarumque mandata spernere, congrua semper servata modètia.

IV. Quæst. III. *Tenentur ne filius obedire patri vocanti ne assumat religionem statim?* Resp. D. Thomas respondet 2. 2. quæst. ex. art. 4. his verbis. *Ad peccatum pertinet obsequium, & cultum parentibus exhibere secundum debitum modum. Non autem est debitum melius ut plus homo tendat ad colendum patrem quam ad colendum Deum; sed, sicut Ambrosius dicit sup. Luc. necessarium generis divini religionis pietas antefertur. Si ergo cultus parentum abstrahat nos a cultu Dei, iam non est pietatis parentum sustinere cultus con-*

tra

ria Deum. Unde Hieronymus dicit in epistola ad Heliodorum: Per calcatum perge patrem, per calcatum perge matrem, ad vultum crevis evolae summum genus pietatis est in hoc re fruisse crudellem. Et ideo in tali casu dimittenda sunt officia pietatis in parentes propter divinum religionis cultum. Si vero exhibendo debita officia parentibus, non abstractio a divinis cultu, sed iam pertinet ad pietatem. Et sic non oportet propter pietatem religionem deserere.

Quæst. IV. Tenentur ne filii obediunt parentibus præcipientibus religionis ingressum? Resp. Communis sententia cum D. Thoma docet, filios minime subdi parentum mandatis in electione status. Quin, si vel ipsi parentes votum edidissent offerendi filios in Religionem aliquam, non propterea attingerentur filii Religionem ingredi. Igitur ad electionem status quod attinet, filii liberi omnino sunt, pubertatem egressi. Licite possunt, invitati etiam parentibus, Religionis statum suscipere, aut omittere, prom. divinus Spiritus ipsos permoverit. Excipit tamen calum, quo parentes, extrema egessat pressi, filiorum ope, auxilioque indigerent. Sic docet D. Thomas 2. 2. quæst. cxxxix. art. 6. Dicendum est, quod parentibus in necessitate existentibus, ita quod eis commode sciret quam per obsequium filiorum subveniri non possit, non licet filiis, prætermisso parentum obsequio, Religionem intrare. Si vero non sint in tali necessitate, ut filiorum obsequio multum indigant, possunt, prætermisso parentum obsequio, filii Religionem intrare etiam contra præceptum parentum, quia post annos pubertatis quilibet ingenium libertatem habet quantum ad ea que pertinent ad dispositionem sui status, præsertim in his que sunt divini obsequii: & magis est obtemperandum Patri spirituum, ut vivamus, quam parentibus carnis, ut Apostolus dicit ad Heb. xii. Unde Dominus, ut legitur Matth. viii. & Luca. ix. reprehendit discipulum qui volebat eum statim sequi invitatus paternam sepulture erant enim illi per quos illud opus impleri poterat, ut Obsequium dicit.

VI. Quæst. V. Possunt ne filii licite, invitati parentibus, matrimonia inire? Resp. Illius quæstionis solutio a pluribus pendet circumstantiis. Absolutè filii in electione status matrimonialis liberi sunt, quemadmodum in electione status religiosi, vel clericalis. Verum quia ad executionem matrimonii plurimum pendet familiarum regimen, & conservatio; ideo filii tenentur consulere pa-

rentes, antequam promissione aliqua fidem suam optineant sponte ducende, & contra. Diffidium inter Theologos est, tenentur ne filii sub letali culpa, an sub veniali, a parentibus consilium in hoc negotio poscere. Si sermo sit de sponsis eundem conditionis ac dignitatis, contendunt Salmasiacenses tract. xxiv. cap. 1. post. 1. num. Si peccare filios venialiter tantum; secus mortaliter, si invitati parentibus, & inconsultis, matrimonium inant. Quod satis docuerunt Tom. II. tract. xix. cap. vi. post. 2. Hanc opinionem defendunt alii plures. Ego eam, ut laxam, rejicio. Liberi filii in matrimonio contrahendo; at liberi haud sunt a præcepto colendi parentes. Matrimonium est maximum familiarum negotium; & in tanto negotio, inconsulto patre, poterit filius, quicquid sibi libere, eligere? Aliud est quod filius sit liber in matrimonio contrahendo; aliud longe diversum, quod exemptus sit ab honore, & cultu patri debito. Dico itaque, peccare mortaliter filios, absolute loquendo, contra præceptum honorandi parentum; si his inconsultis matrimonium contrahant; quia parentes continentur in re gravissima. At, inquis, liberi sunt in matrimonio contrahendo. Audio. Ideo ne immunes ab honore parentibus exhibendo? Ideo dicuntur filii liberi in matrimonio contrahendo, quia parentes nequeunt interdicare, neque eorum nuptias impedire. At non propterea amittunt ius obsequium submissivum exigendi a filiis. Peccant parentes, si ab honestis nuptiis retraherent filios, quia potestatis paternæ limites transissent. Filii vero qui in negotiis negligunt parentum consultationem, ledunt non potestatem, sed dignitatem paternam, quam revereri, & obsequio colere debent. Possunt utique recitare patris consilium, si minus consensum fit eorum honestæ deliberationi; quia, ad hoc quod attinet, paternæ potestatis non subduntur. Subditi tamen sunt eorum maiestati, si ita loqui fas est, subditi sunt legi honorandi parentes suos: qui honor potissimum elucet in manifestatione tanti negotii. Quis quod in tali momento contemnere sapientium consilia peccatum grave est? Quis inficias iuribus contractum matrimoniale negotium esse maximum omnium que homo peragere valet? Nil vero evidenter consistit de patria spontiditate, levitate, aut imprudentia, quis illo sapientium respectu filii æquari debet? Quis domesticæ regiminis peritor? Quis aut instructiones meliores, aut consilia prudentiora

fieri tum ad optimam familiæ gubernationem, tum ad eundem filii commodum exhibere potest? Peccant ergo filii, quod in re tanti momenti non bene consulant rebus suis, & parentum consilia negligant. Peccant, quod præceptum honorandi parentes in re maxima violant. Peccant, non ad verius obedientiam; a qua præstanda in hoc negotio exempti sunt; sed ad verius virtutem pietatis, que debetum honorem, & reverentiam parentibus offert. Quid quod vel ipsi adversarii docent, peccare filios venialiter, si inconsultis parentibus, matrimonia inant? Cur autem venialis tantum erit eorum culpa, si materia gravissima sit, & præceptum honorem exhibendi parentibus primum inter secundæ tabule mandata locum teneat? Si vero parentes nullam habeant dissidendi matrimonii causam, graviter filii peccant, qui, hac iusta dissualione contempta, matrimonium contrahunt.

VII. Quid, si filii indignam sponfam in matrimonio, inconsultis parentibus, ducant? Nec tunc eos peccare mortaliter, contendit P. Thomas Tamburinus Lib. 4. in Decal. cap. xi. §. 3. n. 5. c. 6. Verum laxissimam Theologi istius opinionem improbare communitur alii Theologi. Plures laudat, & sequitur vel ipse Leander tract. 1. de pot. tit. 9. xii. Res triptæ natura clara est. Tenentur enim filii parere genitoriibus præcipientibus ne rem inhonellam, & proprio statui indecoram peragant. Deducit autem magnopere indignam ducere sponfam, & eiusmodi matrimonia plura confecti scandala solent, iurgia, rixæ, dissidia, familiarumque gravissima incommoda. Verum plura de his in tractatu de matrimonio.

CAPUT V.

De subsistat a filiis parentibus exhibendo, spectatis tum animæ, tum corpori necessitatibus.

I. Iustis dilectionis fructus est precipuus subsidium spirituale parentibus præstandum, dum necessitate laborant. Filiorum itaque est curare ut genitores sacramenta frequentent, ut vitam christiano homine dignam traducant, ut peccandi pericula caveant; si viderint parentes his suppetis indigere. Et quamvis semper spirituali parentum egellati succurrere filii debeant, tamen infirmitatis tempore maiorem adhibere sollicitudinem debent, ut ægrotantes parentes sanctissimis Ecclesiæ sacramentis resuscitent, ut piis adhortationibus excitentur, & inflammentur ad ferventiores actus contritionis, & amoris divini.

II. Quæst. I. Peccant ne filii qui parentes abdicant, ne testamentum condant, & eiusmodi per largiantur? Resp. Admittantur communitur Theologi omnes. Quare letalis culpe rei filii proprii avertere parentes student, ne de bonis filiorum indultia partem tulerint, ne de bona legata pauperibus reliquant; excepto tamen casu quo parentes excederent, & ultra quam illorum patrimonium permittit, legata delinquerent. Sicut enim parentes peccant, si talio habito filiorum respectu, extranea patrimonialia sua distribuerent; ita delinquent filii, si impediunt quominus parentes congrua legata, & elemosinas distribuerent. Neque amplius, aut minoris distributionis iudices esse possunt filii: siquidem non raro accidit parentes debitis incertis obstrictos esse, ac multa debere, que restituere nequeverint veris dominiis. Ideo, moris periculo insante, ut meliori qua valent via precipiant filie consuetudine; & onera iustitiae necessaria, non libera caritatis officia impliant, plura bona sua pauperibus, aut piis locis legant. Id ad summum curare filii debent, ut parentes in testamentis condendis viros consulant prudentes, doctriam, & pietate instructos, atque ab omni cupiditatis specie, partiumque studio alienos.

III. Graviter peccant filii, si impediunt ne parentes bona male parata restituerent, aut debita solverent; item si debita solvenda sibi imposita negligenter, aut eorum differant solutionem. Peccant denique filii, si in iura mortuis parentibus non persolverent. Tenentur enim filii parentum cadavera congrua sepultura donare; funera ut Christianorum more celebrentur, & sacrificiorum oblationes fiant, curare debent.

IV. Quæst. II. Quid in necessitate corporali parentibus prestare filii debent? Resp. Primum filii alimenta exhibere parentibus gravi necessitate prestis adstringuntur: ad hoc enim natura lege tenentur. Et quamvis aliqui subconsilium iure dumtaxat gentium velint obligatos filios ad hoc obsequium peragendum; communis tamen tum Theologorum, tum Juristarum sententia docet, iure naturæ devinctos filios esse ad hoc onus implendum. Fortior quippe vinculo filii iunguntur parentibus, a quibus totum quod debent accipere, quam parentes filios. Porro, si parentes omnium sententia alere naturæ lege filios debent; potiori iure parentes indigentes sustentandi a filiis sunt. Quod confirmari belluarum exemplo potest. Ius siquidem naturæ illud dicitur cuius vetigium in beluis

3. respondet: Quia pater comparatur ad nos sicut habitudo principis, sicut Deus, ut patrem proprie pertinet ut ei a filio honor reddatur; ad filium autem ut eius utilitati a potestibus prolecat; quare in articulo necessitatis filius obligatus sit ex beneficiis suscipi ut parentibus maxime prolecat. Summa doctrina angelice hæc esse videtur. Proprium est filiorum honorare, revereri, & colere parentes; parentum vero providere filios, eosque alere, ita ut absolute, nulla positione facta, ad parentum propterea sit alimenta-filii providerent; at, urgente necessitate, maxime parentibus providendum est. Cur? quia parentes sunt priores veluti creditores. Prius filius debitum erga patrem quam erga filium contraxit. Postestus debitum primum non infringit. Beneficia quæ a patre filius recepit, antequod debitum quod in generatione filii contraxit. Prius ergo debiti solutio posterioris debiti solutionem antecedit oportet. Hæc mihi videtur & doctrina D. Thomæ, & rationi conformis opinio. Verum quia pater hoc accidit, ideo a severiori difficultate abstinere. Eorum hæc sunt in quibus quisque abundare in sensu suo valet, cum pro neutra parte evidens militet ratio.

XI. Quæst. V. Si creditores, & parentes sint in extrema necessitate, quibus providendum prius est? Resp. Præferendus creditor docet Navarrus in Manuali, cap. xviii, n. 66. Armilla verb. Ref. n. 27. Medina de rebus, q. 111. & alii. Ratio illius sententia est, quia creditor res debetur duplici titulo, & iustitia cum illis res sit, & caritatis, cum extrema necessitate laboret. Opposita sententia est probabilior, quam defendunt Salernitanenses loc. cit. num. 25. Ratio clara est. In extrema necessitate omnia sunt communia. Fallum ergo est quod titulo iustitiae in hac positione res creditori debeatur. Ex alia parte melior est conditio possidentis. Ergo filius tunc prior sibi, & parentibus quam creditori subvenire debet. Pro hæc sententia sunt Soranus Lib. II. de iustis, q. vii. art. 1. Caleranus 2. 2. quæst. lxxi. art. 5. ad 3. Azorinus Lib. XII. cap. viii. art. 1. & alii.

XII. Obligatio alicuius parentis non modo adstringit filium legitimum, verum etiam naturalem, & spurium; cum utriusque nature iuncti parentibus sint, & eadem pietatis ratio ambos urgeat. Alere filii debent non modo parentes, sed etiam avos, & proavos, qui nomine parentum respectu descendunt venire solent. Causæ, cur filii de-

negare alimenta parentibus possunt, eodem sermone sunt ac illæ ob quas exheredare filios parentes valent: videlicet prima, si parentes venena præberi filii conaverint: secunda, si pater agnoverit uxorem filii; aut mater cum marito filie rem habuerit; tertia, si a condendo testamento pater filium abaverit: quarta, si parentes filios cotate pater neglexerit: quinta, si veneno in alimentis habi filios aliquo modo tenaverit: sexta, si captivitas subducere filios parentes commiserit: septima, si parentes fuerint hæretici, & filii Catholicæ. Alimenta tamen necessaria ad vitam sustentationem nunquam sunt neganda parentibus, etiam hæreticis, nisi dum licitum est in eadem arma stringere; ut dum proderent patriam pertentant, aut heresi religionem pervertent, & Catholicos inficere.

CAPUT VI.

De officiis parentum in filios.

VII. Hæc tamen intelligenda sunt de filiis sub patria potestate versantibus; secus de filiis emancipatis, in sacris constitutis, aut conjugatis, qui sui iuris evalesunt, ut communiter colligitur. Audiret ex legibus civitatis. Patriam potestatem vendendi filios alibi extendunt etiam ad matrem, extrema tamen laborantem. Alii probabilius negant. Denique advertendum, quod si filius vendendus periculum lubret aut occisionis, aut mutilationis inferendæ ab empore, tunc non esset licita venditio. Nunquam enim licitum patri est vitam eripere filio, ut suam servet. Pater venditum filium redimere tenetur, simul ac ad meliorem sortem fuerit restitutus, seu cum primum potuerit; & emptor dimittente emptio liberatur, continuo ac pretium in emptione solummodo sibi oblatum fuerit. Filius quippe venditus a patre necessitate pressio non evadit servus absolute; sed servitendi tantummodo obligationem contrahit, donec re-

demptum vel a patre, vel a quopiam alio fuerit.

CAPUT VIII.

De obligatione parentum alendi filios legitimis; & utrum parentem, dum eis exponitur.

I. **I**ure nature tenetur pater filio alimenta pater. Dedit quippe ei vitam: ergo ei subministrare aliturgitur quæ sunt ad vitam servandam necessaria. Hæc tamen obligatio naturalis est in filios sub patria potestate constitutos; secus in filios sui iuris, qui propria industria alimenta comparare sibi valent. Si enim filii adulti, & extra patriam potestatem indigent, tunc caritatis, non nature lege iuvandi a patre sunt. Quare mortaliter peccat pater qui alimenta filio denegat: violat quippe hoc pacto legem aut naturalem, aut caritatis, ut canonicam. Quid si filii sint excommunicati, aut in exilium missi? Etiam tunc pater tenetur. Filium namque proscriptum non est minus filius; idcirco nature iure debet a patre alii. Si tamen filius proscriptus habeat unde vivat, poterit pater iustus de causis eidem alimenta lubrere. Pariter si filius excommunicatus perillat in excommunicatione, iuste pater eidem alimenta suspendit. Abioluit tamen etiam filio excommunicato indigentem tenetur pater alimenta præstare, potissimum si non habeat unde vivat, nec proprio labore valeat sibi victum comparare. Idem dicendum de filio hæretico, si extreme indigeat: quoniam per hæresim filii prærogativam non amittit. Si tamen victum acquirere sibi filius valeat, ad nihil pater tenetur.

II. Quæst. I. *Quid nomine alimentorum tenentur?* Resp. Potissimum victus, & vestitus, & habitatio. Sub victus nomine intelligitur cibis, potus corporique cultus, seu ea omnia quæ ad alendum corpus communiter homines adhibere solent. Vestitus comprehendit vestes laneas, lineas, sericas, iuxta status diversitatem, & secundum quod homines talis conditionis vestire consueverunt. Habitatio includit non solum domum, verum etiam congruam propinqualem pro cubiculo ad accendendum, iu quoque ad cibos coquendos.

III. Quæst. II. *Sub alimentis comprehenduntur ne medicina, expensæ in studiis, in funeribus?* Resp. Adfirmat communis opinio. De medicina pater: quia corpori infirmo necessarie sunt medicina, quemadmodum corpori sano cibus, proportione servata. Spectanda tamen est hominum conditio, etque me-

medicinæ exhibende quibus homines talis conditionis tri solent.

IV. De expensis quæ in studiis, vel artibus addicendis a filiis patre facere tenentur, eadem est sententia. Distinguitur tamen opus est. Distinguitur est, patrem debere curare ut filii in studiis in se discipulis que proprium statum decant. Plebeis imbuere filios debent in eis quæ decant plebeios homines, artifices in suis quæ artifices, & nobiles in suis quæ nobiles. Expensis igitur faciendis in addicendis artibus que proprio statui congruunt, sub nomine alimentorum veniunt. Porro, si pater plebeius non leves impensas faceret, ut filium aleret in studiorum universitate, ad eas comparandas scientias que excedunt illius conditionem, quasque minime addicere tali status iuvenes solent; tum pater ex mera liberalitate id aleret. Quare, si vellet has impensas computare inter portionem legitimam, possit. Si tamen pater decedat, nulla facta illarum impensarum mentione, veniunt eadem donative, nec in divisione hereditatis computande a fratribus sunt. Quod tunc maxime locum habet, cum filius superfluis facit impensas, invito & reclamante patre, qui sepe continet impensas ob humanum respectum, & ad peiora vitanda incommoda. Et quoniam tamen non est ut hinc ceteri fratres detrimentum pariatur. Ne multa. Pater impensas necessarias, & sponte factas, ut filius imbutur, & proficiat in scientiis, inter legitimam portionem supputare non debet. Quia quando sponte sub magistrorum cura illius constituit, eadem voluntate donare expensas censetur. Iure quippe filius reclamare possit, si minus aliquid perciperet in patrimonio bonorum distributione ob expensas huiusmodi sponte factas a patre. Superfluas autem expensas, vel quod plures quam necessum erat annos in addicendis disciplinis consumpserit filius, vel quod pecunias dilapidavit in ludis, in conviviis, & rebus aliis non necessariis, repetere iure pater valet, & quandoque debet, si hinc ceteri fratres detrimentum grave sentiant.

V. Vere funt impensis comprehenduntur sub nomine alimentorum, ut contendit Molina; sine secus, ut docet Bonacina; certum est penes omnes, ad has patrem tenentur. Si enim iure caritatis egrediat ad eas faciendas adhibitis esset, necessitate urgente; multo magis ad eas tenetur pater iure naturæ. Res clara est.

VI. Quæst. III. Tenetur ne pater alere filii uxorem? Resp. Si filius, consentiente

patre, uxorem duxerit, convenit penes omnes eum teneri ad alimenta præbenda etiam filii uxori. Distinguitur in utramque partem, tenetur ne pater hæc alimenta dare, si filius, invito patre, indignam uxorem duxerit. Adfirmant Leander *disp. viii. §. xiv. Sanchez Lib. IV. de matrim. disp. xxxi. n. 21. Tamborinus Lib. V. in Decal. cap. 1. §. 111. n. 3. & alii. Negant Ludovicius Lopez l. Par. infruct. cap. cxxiv. Covarruvias in Epistol. II. Par. cap. viii. §. 6. n. 55. Hæc secunda opinio mihi magis probatur. Peccat enim filius graviter, invito rationabiliter patre, matrimonium contrahens; gravissimè peccat, si præterea indignam ducat uxorem, cum insignem iniuriam inferat familiæ. In peccatum igitur æquissimam filii non tenetur pater uxori eius alimenta præbere. In hoc tamen casu legitimam filio dare debet. Quod si pater tenetur, alimenta impertienda essent. Alterutrum enim præter necessum est.*

VII. Quæst. IV. Sunt ne alimenta conferenda parentibus nature necessitatem, ac secundum personam legitimum? Resp. Si ius nature spectetur, primum alimenta conferenda sunt, prout sufficit ad vitam naturam, deinde que ad personam statum, & conditionem attinent; idque iure ipso politio confirmatur, prout colligitur ex cap. *Quibus habetur de eo qui Er. & ex l. Sed & si quid. §. Sufficiens ff. de usufructu.* Et sane hoc communi sensui congruere videtur. Decent non Principis filium alimenta quibus veluti rusticus solent? Quemadmodum ergo parentes in iis educare discipulis filios debent que illorum statui conveniunt; sic quocumque a alimentis illis præbere tenentur que congruant illorum conditioni. Quod si percontetur, quemam sit illorum alimentorum regula; respondendo, ea alimenta præter propter assignanda esse filio quibus communiter instrumenda parentum solent. Hæc alimenta in propria domo pater præbere filio debet; nec cogit pater spualiter extra propriam domum filium alere. Si enim filius a patre alimentum suscipere velit, illius labatur disciplina oportet. Si iure naturæ alere filium pater debet, eodem iure patris discipline filius subicitur: & quoties filius sponte, nulla urgente vera, & non ficta, necessitate, extra patrios lares habitare velit, toties pater liber est ab alimentorum onere. Quando autem extra domum iusta causa urgente versatur, alimenta pater præbere tenetur: inter que alimenta computari etiam provisiu alicuius domus debet, quam inhabitare filius pos-

possit. Si alimenta filius dilapidet, debet pater in dies singulos, & non plus, eidem alimentum conferre. Si & hæc dilapidet, non tenetur duplicata dare; quemadmodum, si legitimam dilapidaverit filius, non tenetur aliam partem dare; ut suo loco dicitur, quidquid alii in oppositum docent.

VIII. Quæst. V. Peccant ne parentes, si filios suos in hospitali exponant alendos? Resp. Si parentes alere filios suos possunt, licet illi peccant, eos hospitali tradentes nutriendos. Ex iis que dicta sunt, responsio patet. Iure quippe nature tenentur parentes nutrire filios. Peccant ergo, si hoc onus lubire reculant. Accedit quod ius civile id confirmat l. Necare *fi de lib. agniti.* ubi hæc habentur: *Necare videtur, non tantum is qui partum suffocavit, sed & is qui abiecit, & alimoniam denegavit, & is qui publicis locis miserabilis causa exposuit, quam ipse non habet.* Et hæc est communis Theologorum, ac Iuristarum sententia. Advenit tamen Sotus in *P. disp. xlv. q. viii. art. 4. con. 2. cum Caietano in Sim. verb. Adult.* & alii communitur, nullum contrahere peccatum parentes filios qui ne vitæ, vel infamie periculum timeant, filios in hospitali collocant. Idemque dicendum, si id præterea, eos quod pro nimia egestate filios alere nequeunt; tunc enim eos aut hospitali, aut divitum ianui expone licite valet, ut meliori quo possunt modo filiorum vitam consulant.

IX. Quæst. VI. Parentes divites qui ad curandam matris infamiam hospitali tradunt filios nutriendos, tenentur ne restituere expensas? Resp. Si hospitalis sit pauper, communitur assertunt Theologi contra Henriquez, tenentur parentes divites ad impensarum solutionem. Si vero dives sit, plures negant, ut Layman, Tamborinus *Lib. V. cap. 11. n. 5.* ubi citatur etiam Dicalillo. Verum probabilior mihi sententia est, tenentur parentes divites ad impensas solvendas, si pauper sit, si vero dives hospitalis. Quoniam mens rectorum in eiusmodi hospitalibus erigendis, aut ditandis, est pauperibus filius propiciere. Neque enim præsumi illa probabilis conjectura potest, pios-fideles suis legatis voluisse favere crudeli, atque impiæ parentum divitum avaritiæ. Accedit quod vis repetere est aliquod orphanotrophium ita opulentum, quamvis ingentibus amplique abundet redditibus, quod attenta pauperam gentiumque multitudine superflua habeat in alendis divites eroganda. Hanc sententiam defendunt Caietanus in *Sum. verb. Adult.* Navarrus cap. xvi. n. 48. Azorius III. *Part. Lib. V. cap. vi. quæst. v. Molina Tom.*

De tract. vii. disp. c. 111. Valquez de testam. cap. v. §. 1. n. 23. Lessius Lib. II. cap. xxx. dub. vi. Leander disp. viii. quæst. xxviii. & alii plures ab eodem citati.

X. Hinc hospitalis iure repetere expensas a parentibus valet, dum eæ restituerit: & hoc fieri Panorami fateur ipse Tamborinus loc. cit. Eadem quoque expensas repetere a parentibus divitibus queunt tum consanguinei, tum pii fideles qui expostor ad statum ianuarum filios alerunt. De consanguineis communis opinio est. Negant vero de piis fidelibus Leander, Sanchez, & alii plures; quibus inquam, præsumitur, pios fideles sumptus facile titulo pietatis, & amoris Dei. Utrique titulo pietatis, & amoris Dei expostitos filios alere, ne perant; at non proprietas immunes evadunt parentes divites ab onere restitutionis; nec fideles sui amittunt cogendam eisdem parentes ad impensas solvendas. Dives qui larva pauperis sumpta elemosinam quaerit, & accipit, ad restitutionem tenetur. Quod pauperibus filios fatuus sit. Expensus quod pauperibus filios fatuus sit, veris pauperibus distribuitur pii fideles, nisi avari parentes fraude obstituerint. Quare nunquam ab onere illarum expensarum eximerentur parentes divites; sed eos urgerent ut saltem tantumdem in veros pauperes distribuerent, posito quod pii fideles negligenter eisdem repetere expensas. Fatentur tamen vel ipsi devotiari, posse eisdem piis nutritores impensas repetere duobus in casibus: quando nempe qui nutrit filiam divitis parentis velit eam cum filio suo matrimonio iungere; & quando proleculari fuerit, si impensas a parentibus filii expostio repetiturum.

XI. Dominus qui servum suum infanitem exponit Ecclesie, aut alterius pii fideles ianuarum, ut alius peccat, si ipse habeat unde alere; secus, si pauper sit, importans ad illum nutriendum. Aliqui contendunt, tunc potius vendendum, aut donandum esse pecoram certum. Non repugno, si obvia sit occasio.

XII. Quæst. VII. Peccat ne contra iustitiam, aut caritatem in cuius ianua expostus fuerit, si alterius ianua illum exponat? Resp. Sanchez *Lib. I. consil. cap. v. dub. 5. n. 71.* contendit, hunc non peccare contra iustitiam, quia ex iustitia non tenetur eum alere. Verum non est adeo exploratum quod in quasi extrema necessitate non tenetur divites ex iustitia succurrere indigentibus. At, ut sit de hoc, certum est illum peccare contra caritatem: quia in tali necessitate cuique diviti sigillatim onus incumbit propiciendi pau-

CAPUT IX.

De obligatione parentum alendi filios illegitimos, & spurios.

pauperi. Nec plus ille quam hic astringitur. Ergo, cum aequale sit onus, ille qui primum occasione obata libid fabrico omittit, peccat. Advertendum tamen, quod si quis tantum expostus est filius, Hæbetyer fit, virgo, & edna, aut alia persona, cuius fama in suspicionem adduci potest, tunc non peccat, si alterius ianua puerum exponeret, eo sine ne reputaretur eisdem patri. Quandoquidem, si vera mater ad occultandum proprium crimen licite exponere filium valet, potiori iure id præstare innocens virgo, aut vidua potest, ut notam gravem infamiam evadat. Potest etiam eiusmodi periona tradere hospitali puerum nutriendum, quin contra iustitiam, aut caritatem peccet. Quia hæc loca pia sunt in hunc finem instituta. Si vero hæc decederent, tunc peccaret contra caritatem, si emitteret eum alere. Fallam reputo hæc in te opinionem Leandri, qui disp. viii. qn. xxxi. asserit, non peccare contra caritatem illum qui exponeret prælatum puerum alterius ianua, eo quod valde probabile sit, illo non subvenientem, alium futurum qui subveniat. Si hæc ratio consideret, vix unquam imparet præceptum caritatis. Eadem probabili præsumptione etiam aliter potest ad ianua teni, & tertius ad ianua quarti puerum exponere. In his casibus singuli divites sagillatim tenentur impere caritatis præceptum occasione data.

XIII. Quæst. VIII. Tenetur ne solus pater restituere hospitali alimentis subministrata filii spurii? Resp. Distingendum est. Alimenta triennio mater præbere filio tenetur, si absque dedecore possit. Si ad evitandum infamiam nequeat lactare filium, tunc pater tenetur. Expleto triennio, omnia alimenta solus pater conferre tenetur, ut communiter docent omnes. Si tamen pater pauper sit, mater vero dives, hæc hospitali, patre deficiente, solvere impensas alimentorum debet. Orphanus aut debent primum a parentum hæreditate, deinde a consanguineis, post ab hospitali, & postremo fidelium lipere.

XIV. Quæst. I. Tenetur ne solus pater privatum aereas qui exponit filios spurios liberi evadant, ut colligitur ex cap. Si a patre de infantibus, & longuiss, & docent Azorius II. Part. Lib. II. cap. xxvi. c. i. Leander disp. viii. quæst. xxv. & communiter omnes. Domini pariter exponentes infantes servos iure dominii privantur; servique evadunt liberi.

I. PRIMUM omnium varia filiorum generis distinguenda. Porro filiorum alii sunt naturales tantum; alii naturales, & legitimi; alii spurii; alii legitimi, & legitimi; alii spurii; alii legitimi, & non naturales. Filii naturales tantum si dicuntur quæta matrimonium ex viro & muliere solutis, sed tempore conceptionis nubere simul valentibus; peccati sunt. Naturales ideo vocantur, eo quod non coniugii honestas, sed maris & femine congressus, belluarum more, illos ediderit. Naturales, & legitimos honestas matrimonii procreat. Spuri ex damnato per leges concubitu, puta ex adulterio, ex incestu, ex sacrilegio nascuntur. Legitimi denique, & non naturales generatione quidem filii non sunt; sed legum prescripto filii censentur, quales sunt hi qui adoptione filii vocantur. Patres hic insunt quæstiones solvi, quinam nempe dicantur filii naturales secundum ius canonicum, quinam secundum ius civile. Verum hæc ego prætereo quæstiones, quæ præter regulas morum sunt.

II. Quæst. I. Tenetur ne pater alimenta dare filio naturali? Resp. Adhuc omnes; quia, cum natura filii sint, iure nature alere eis pater debet. Idque prescriptum est tum canonico, tum civili iure. Quare pater nequit in suo testamentum privare filios naturales necessariis alimentis ad vitam sustentandam.

III. Quæst. II. Pater qui filio legitime caret, valet ne heredes omnium bonorum filios naturales instituire? Resp. Nisi id peculiariter lege vetitum sit, planum est patrem omnia bona sua libera legare posse filio naturalibus, ea ratione quæ valet contra extraneos eadem bona, nulli overo, seu conditioni subiecta, donare. Secus vero, si filios legitimos habeat: tunc enim quodcumque tantum patrem potest naturalibus filio tribuere. Verum, ad hoc quod attinet, leges peculiariter cuiusque Principatus spectandæ sunt. Scindemus, si nullæ sint leges veteres, filii naturales incedunt pari ab intestato carenti filio legitimo naturalibus, aut legitimo iure adoptionis, vel Principum recepto legitimitas. Verum de hoc nihil ad nos, sed ad Iurisdictionem.

IV. Quæst. III. Tenetur pater alimenta præbere filio spurio? Resp. Varia spuriorum genera distinguuntur. Generatim spurii appellantur qui nascuntur ex parentibus tempore conceptionis ad matrimonium ineptis, nisi

nisi dispensatio pontificia accedat, quæ impedimentum tollat. Loco spuriorum habentur illi qui incerto patre geniti sunt, ut filii meretricis cum pluribus viris concubentibus. Spuri tandem sunt illi qui, ut dictum est, ex notario concubitu, nempe ex sacrilegio, adulterio, incestu, lapsu, nascuntur. De his plura apud Iurisdictionem.

V. Ad præpositam quæstionem communiter sententia est, adhibitum parentem esse alimenta præbere filio spurio. Hæc quippe spurii macula, & infamia non tollit quin reipse sint naturales: iure ergo nature alere eos debent, nisi aliqua peculiariter lege vetitum sit. Porro non modo prohibuit non est parentibus alimenta filio spurio dare, verum etiam præcipit istdem hoc onus subire, ut etiam præcipitur istdem ad eo qui de colligitur ex cap. Cum habere te eo qui de uxorem, & ex cap. Cum per venerabilis uxorem, & ex cap. Cum per venerabilis uxorem, qui filii non legitimi. Opponi solet S. Pii V. constitutio. Verum hæc solum aufert privilegium testandi in favorem spuriorum, quæ alicui legibus particularibus concessa erant. Alimenta tamen necessaria etiam lege testamentaria legare filio spurio pater valet, & tenetur ob rationem datam, quod iure nature filii sint: quæ aliventa danda sunt, & leganda iuxta persone conditionem. Si fundus legatur in testamento pro alimentis spuriorum, his defunctis, fundus redit ad heredes parentum spuriorum, non ad heredes eorumdem spuriorum. Quia pater iure & nature, & communiter alimenta tantum filio spurio præstare tenetur. Ergo, deficiente necessitate alimentorum, cessat obligatio. Hinc communiter sententia docet, alimentum non donatum, iustius habere fundi assignari pro eorumdem alimentis.

VI. Quæst. IV. Tenetur ne pater dotare filias spurias? Resp. Probabilior sententia mihi est quod sicut pater tenetur eas alere, sic adtingatur eisdem dotare. Doi quippe, & alimenta pro eodem accipi solent. Doi tamen debet esse iuxta limites prescriptos aut a lege, aut a iura congruentia.

VII. Quæst. V. Filii spurii Clericorum, vel Religiosorum sunt ne capaces respiciendi aliquam parte viadonatorum, aut testamenti? Resp. De hæc quæstio hinc disputat Dominicus Soto Lib. II. quæst. v. artic. 1. ad 3. & primo statuit, teneri patrem hunc filium spurium alere, quandoque vivit. Potest etiam illi vivens donare tantum unde vivat. Advertitur tamen, leges esse peculiarias, quæ absolute vetant parentibus ne quidquam testamentum filii cuiusmodi spurii relinquunt. Quæ

statuta obligare in conscientia, asserit Sotus, subdens, quod, si pater relinquat bona amico, hæc conditio ut filio spurio eadem parigat, donatio nulla fit. Circa hæc tamen considerandæ sunt leges cuiusque nationis. Nam, si ius nature spectetur, illi vetai quominus pater, nisi Sacerdos, si dominus capax sit, habeatque bona sua propria, valeat eadem donare spurio filio.

VIII. Quæst. VI. Tenetur ne mater, æque ac pater, filium spurium alere? Resp. Hoc onus primum incumbit patri, postea matri, excepto primo utrimo, in quo mater principaliter adstringitur filium lactare, & educare.

IX. Quæst. VII. Debent ne matres filios suos naturam imperfectam? Resp. Adfirmant omnes, non Christiani modo, verum etiam ipsi Ethnicis. Plutarchus apud, de educand. liberis, inquit: Ideo duo data sunt ubera materibus, ut, si mater suo partu generos edidisset, utique haberet sui alimentum fontem. Favoribus Philofohus apud A. Gellium Lib. XIII. Noct. Att. cap. 1. peracuit, & acriter invehitur in matres quæ, cum in utero aluerint fetum ignotum occultantem, renuant lactare filium quem vident, quem amplectuntur, quem osculantur. Et hoc (inquit) contra naturam imperfectum, quæ divitiarum materis genus, peperisset, ac statim ab se se abiecit: adhibe in utero sanguis sui vesicis quæ quod non videret: non alere manus lacte quod viderat iam viventem, iam hominem, iam matris officia imploratam? An tu quoque, inquit, putas naturam feminis mammarum libera, quæ quodiam maculas renouat, non liberorum alendorum, sed orandi petentis causa desisse? Sic enim, quod a nobis fessio abest, plerique istæ prodigiosa mulieres fontes illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem arefacere, & extrinere, cum periculo quoque aperiunt uterum: lactis laborant, tanquam pulcherrimam sibi insignis deventuræ... quarantur hinc alio, iam perfectam, iam gentem, iam filium, propriam, atque confectam, atque cæcitate frangit, quæ aliventa petentem? Sed nihil interest (hoc enim dicitur) dum alatur, & vivit, cuius illi lacte fit. Cum igitur iste qui hoc dicit, sit in capellulæ nature sensibus non obnoxius, non ita quoque nihil interesse putat, eum in corpore, cuiusque ex sanguine concretis hinc, & collata sit? An qui a spurio nullo, & colore realitatis, non idem sanguis est nisi in uberibus, quæ in utero sunt? Nouns hæc quoque in re solentis nature evidens est, quod postquam langvis ille episcopus in penetralibus suis

omne corpus hominis fixit, adveniente iam partu tempore, in superat se partes profert, & ad formam vite atque licet rudimenta profert, & miratur quod totum, & facultatem vitium effert? Quomodo non fœcunda creditur, & sicuti velut ad frigoris aëni, atque quædam similitudinem? & natura feminis, cum fecerit ad emendam vim, & lactis quæ ingentia, & proprietates valere. Neque in hominibus id idem, sed in pecudibus quoque animalia desunt. Nam, struam lacte habet, non caprarum agni steretur, constat fœtus in hœc locum daveron, in illis capillam genitorem. In arboribus etiam, & frugibus multo plerumque vitæ, & potestas est ad eorum inoleum vel detrectandam, vel augendam, agueram, atque terrarum que aboni, quam ipsius, quod tactur, hominis. Ac sepe videtur, atorem letem, & nitentem in locum alium transmissam, deterioris terre succo deperisse. Quæ, malum, legitur ratio est, nobilitatem sibi gati modo hominis, corpulenta & vitium benignè ingentis privandis inoleant, inficis, degenerique alimento lactis aleni corruptore? Perferunt, si ista, quam ad profectum hac tunc edibetis, aut ferat, aut ferat, & ut plerumque sicut, externe, atque barbara nationis, si improba, si reformis, si impudica, si tententia est. Nam plerumque sine discrimine, quæcumque id tempore lactans est, adhiberi solet. Paternæ ne legitur infentem hinc nostrum perniciositateque inspicit, & spiritum dicere in animam, atque in corpus suum ex corpore, & animo deterrere? Hæc enim est quæ Lepentium vitantur, quædam pulcherrimam mulierem liberam parentum suorum neque corporibus, neque animis similes existere. Quomodo videlicet in moribus inoleant magnam fere partem ingentium altricis, & natura lactis tenet: que tam a principio nobilitate paterni feminis coactione, ex matris etiam corpore, & animoretentem inoleant configurat. Præter hæc autem quæ illud etiam intelligere, aspernatur possit quod quæ hortus suis deservit, ablegantur est se se, & alia naturæ delictum, vitium illud, coagulatumque animi, atque amoris quæ parentis cum filii natura coactat, interstendunt, aut certe quidem illorum, deterruntque. Nam, ubi infantis aliosum dacti facta ex oculis amotio est, vigor ille maternæ fragrantie sensum, atque paulatim resinguntur, cumque impatientissime sollicitudine streptus consuecit. Neque multo minor amandam admittentiam aliam filii, quam morte amissæ, obvio est. Ipsius quoque infantis affectio

animi, amoris, consuetudinis, in ea sola, in deo alitur, occupatur. Et proximo (ut in opo-
fide affuerit) matris que genitrix, non sensum alium, neque desideria capis, de proprietas obliteratis, & ablutis neque pietatis alimentis, quidquid in eorum vitam unanep-
atque, atque matrem videtur, nequam fore potest nungquam naturalis illi unne est, sed ecclis, & opinabilis.

X. Hæc, licet paululum proluxa, ex Eshimo, Favorino, Philospho apud Gellium deterrere volui, ut hinc colligant Christiani, quantum inferant fidei profellioni delectoris, dum ab illis leibus delectantur quam obervantiam tanta rationum efficacitate, tanto acumine, & tot exemplis adeo obvis Ethnici indicant, tingentque. Pluræ adeo obvis Ethnici indicant, tingentque. Pluræ adeo obvis Ethnici indicant, tingentque. Pluræ adeo obvis Ethnici indicant, tingentque.

XI. Quæ. VIII. Nobilitas matris est ne causa sufficiens, ut excusetur a lactando filio ubertibus propriis. Resp. Admittantur committuntur rectoribus quæ, inquit, obvinet consuetudine ut nobilitas materis non proprio, sed nutritio ubere filios lactent. Quo viengente more, dedecus fibrent, si pueros suos lactarent. Ius nature, inquit Cætilanus P. II. g. xvi. cap. x. cum suo Boacina, apud quem legit alios Theologos, ut infrequentibus fatetur, solum præcipit ut filii alantur, non autem ut proprio ubere id fiat. Si loco autem dicitur, aut Tamburini legitur, non dico Gregorium, & Ambrosium, sed Platarchum, Macrobius, Favorinum, alioque Ethnicos; compellit docentes, matres teneri non modo alere infantem suos, fed etiam lactare ubere proprio. Pro citata opinione P. Leander disp. viii. quæst. lxxv. plures recentiores laudat.

XII. Si, quod ipsi sentio, promovere militet, hæc recentiorum sententia, non alio nititur momento quam confecto principio aptandi leges tum divinas, tum naturales hominum moribus. Quam, quæ, ra-

tione sola nobilitas causa legitima erit ut ab hac natura, contra solvendo libere sint nobiles feminæ? Natura præcipit, inquit nostri iuniores, ut pueri lactentur, locus a propria matre. Adversus tamen hoc inane contrarium clamat communis sensus. Si natura lactare dicitur præferit infantes; matres ergo omnes potest indifferenter alentis nutritibus filios alere? Ad id quod Leander cum aliis recentioribus opponit, nobiles feminas dedecere infantem lactare suos, ignominiamque contrahere, si id præsent; responde, immo rationem istam dedecere christianam profellionem, que mundo, vanique pompis renuntiandi onus imponit. Ignominiam contrahunt panes homines, tumalique mundanum factum, voluptatemque lactantes, fugientes incommoda a lecte vero apud christianæ legis cultores. D. Augulinus enarratione in Ps. lxx. advertit, Paulum Apostolum non propterea abstinuisse a lactandis parvulis in facte, eo quod mali homines detraherent. Hæc, inquit, non in medio vestrum, tanguntur matris fovens filios suos. Non matris nutritis filios aliosos, sed matris fovens filios suos. Sunt enim matres que, cum peccaverint, dant nutritibus. Ille qui peccaverant, non fovens filios suos, quia nutritio dicitur darent; & illæ autem que fovent, non suas fovent, sed alienas. Ille vero ipse peccaverat, ipse peccabat, nulli nutriti, quam peccatum parturio, dicitur Christus formetur in vobis. Fovebat ergo, & lactabat. Paulum ergo matris imitandum proponit Augulinus. Gregorius Magnus he. vi. cuius textus refertur a Gratiano cap. Ad hunc vero dist. v. hanc consuetudinem, tanquam vitiosam pravamque, reicit, inquit: Ad eius vero consuetudinem vir suus accedere non debet, quousque qui gignit, ab lactator. Prava autem consuetudo in contagionem nobilibus irrepsit, ut filios suos, quos gignunt, matre mulieres contemnerent, etiam ad videndum alios mulieribus trahant. Ambrosius Lib. III. de Abrahamo cap. vii. Provocatur femine manifeste dignitatis sue, & lactare filios suos: hæc enim matrum gratia, hic honos, quo se propriis commendat viris. Sed delectori bus non ducunt feminæ nobiles tumentem uterum prætere, novem mensium spatio embryonem, tetum, nefcio quid, lactare, qua fronte ignominie sibi vertent lactare infantem illum ob cuius partum pressore non mimerant pro-

pter gaudium? Nobilitatis excusatio est maioris criminis argumentum. Plebeis mulieres exculari possent ob labores aliosos, ob vitiosam inopiam, obque plura alia incommoda. Contra, nobiles lactantibus velentur epulis, a laboribus abluunt, quin otio turpiter distant. Quid ergo lactare infantem tenent? Ut venientes appareant, ut pompis, theatris, ledis indulgent; ut ad voluptatem, ad incontinentiam, ad libidinem se se validius ferrent? Assignent nobis iuniores nostri honestam aliquam rationem que feminæ solum nobilitatem immunes evadant a filis suis lactandis. Alia ne pro nobilibus, alia pro plebeis feminis naturalis lex, aliud Evangelium? Nullo ergo modo sine nobilitate, sive regie matres absolute ab hoc natura debito libere sint. Hanc nostram opinionem præter ethnicos Philosphos, sanctoque Ecclesiæ Patres dicit Covarruvias in Epitom. II. P. cap. vii. §. 6. num. 13. Traqueus in tract. Nobilit. cap. xxi. Harbona dno 3. q. 1. n. 3. Franciscus Genettus in a. præcep. cap. 117. & plures alii. Non me fugit, plures distatos: Numquid idcirco ad infernum detruas nobiles feminas omnes? Sed ego mugas illas, ore christiano indignas, contemno. Quid nature lex præcipiat, pando: arcanum damnationis Deo relinquo.

XIII. Illius pravæ consuetudinis, unde tor gravia & ingentia mala proficuntur, in causa sunt etiam Parochi, & Confessarii, qui assentuntur his matribus, & morem hunc, quantum innocuum, eisdem permittunt: cum eas debent reprehendere, & maiori christiana matris infamia exhortari ad officia declamant; si Confessarii compertat hæc vanas, & nitium a natura legis deficientes matres; ablutis hic non tam intransare. Verum quia matres Parochos, & Confessarii sibi faventes habent: quia Parochi, & Confessarii sub Castitatum patrocino consuecunt: idcirco corruptela ubique fere graalatur. Hinc consequitur quod matres, que ab lactandis infantem aliiis femipis, postea magistri, donec adoleverint, educandos tradunt, videntur matrimonium iniuste ad libidinem solum explendam; cum postquam, scilicet honestissimum coniugii onus, filiorum fœditur curam, libere detrectent. Exalant ergo, nisi peccata iure velint, vocem suam Parochi, Confessarii, & Concionatores, doceantque matres, quam grave sit onus istud, præteritum malis que ablutim huiusmodi consequantur, spectatis: & nobilibus feminis

identem ac sepe exponat gravissima rationum momenta vi quorum hoc onere laetandi infans suus adiminetur.

XIV. Quæst. IX. *Leveni ut, an gravem culpam committat femina adultera que renuat lactare filium suum? Que vero suis carnis ab omni culpa exoneretur?* Resp. Culpam committere eiusmodi matres, nisi certum est præsumptivo vero culpa gradum penitus ignorat, lesalem non esse, communis Theologorum sententia est. Inter venia vero criminis reparatur græve, potissimum ob ea que hinc proficiuntur incommoda. Causæ porro eximentes ab omni culpa sunt. I. Imbecillitas matris, que sine gravi detrimento nequit filium lactare. II. Paupertas, que cibo insufficientes ab hac producendum habere non permittit. III. mamillarum scicetas. IV. si infamiam mater contraheret, eo quod ignotus, infans esse eisdem filium, vel rationes addit ob quas indicare licet, revera eisdem non esse filium. Si venialis tantum culpa est, inquit multi, quod mater lactare filium negligat; non erat cur tam prolixè rem ageres. Ita ratiocinantur similes. Sed repono ego. Culpam committit, certo scio: culpæ gradum ignoro. Abstinendum autem a culpa omnibus Scriptura sacra imperat.

XV. Quæst. X. *Peccat ne graviter mater illa que ob aliquam ex necessitate causis nequit lactare filium, si negligit bonam quærens nutricem?* Resp. Adhuc vel ipsi benigniores Probabiliores. *Leander disp. 9. in lxxviii. Trullenchus lib. 10. in Decal. Bonuina in 2. præcep. disp. vi. quæst. nra. p. 66. et 67. n. 4. quibus præfert Navarrus in Man. cap. xvi. n. 17.* Ratio evidens est: quoniam ex male nutritis ubere grave detrimentum infans patitur. Gravis tamen negligentia, et ocliantia fit oportet, ut contra mortalis contrahatur.

XVI. Quæst. XI. *Quando mater impotens est filium lactare, tenetur ne patre impotens lactare in gratia nutrice?* Resp. Communis opinio docet, ad matrem hanc cum spectare. Obligatio enim lactandi filium personæ est. Legitima autem impotentia posita, mater impotens evadit; nec tenetur per nutricem lactare filium; sed opus illud ad patrem devolvitur; quemadmodum, transacto trionio, non mater, sed pater alimenta præstare debet. Tamen, si pater impotens sit, tunc mater adstringitur per nutricem lactare filium, etiam illegitimum.

XVII. Quæst. XII. *Tenetur ne pater dotare filiam que nubere velit?* Resp. Adhuc omnes: quia dos succedit loco alimen-

torum. Porro alimenta iure nature debentur: ergo & dos. Quin, tametsi filia dives esset, & alimentis non egeret; nec pater ea præstare teneretur, dotem tamen denegare non posset.

XVIII. Quæst. XIII. *Quid, si infans nubere velit, repugnantem patri? Si maior sit viginti quinque annorum, tenetur adhuc pater eam dotare, quia in mora fuit eam matrimonio tradendi. Quare culpe patris veritatem, quod indigno nubat. Si minor viginti quinque annorum sit, & indigno nubere velit, repugnantem patre, hic a dote danda liber est: nisi tanta sit paupertas filie, ut necessarii alimentis egeat. Tunc enim caritatis lege adstringitur pater, prospicere filie, ne fame pereat: sed, si habeat illa unde se alere queat.*

XIX. Quæst. XIV. *Occurrunt ne casus cur parentes alienata filie dote gerere valent?* Resp. Quas ob causas valet pater filios exheredare, ob eisdem etiam alimenta subtrahere eidem valet: alimenta, inquam, congrua statui: nam que sunt necessaria ad vitam sustentandam, nunquam detrahi licite possunt, quia nunquam licet homines necesse. Perirent autem filii necessario alimento sublati.

XX. Quæst. XV. *Que, & quot sunt causas ob quas exheredare filios parentes valent?* Resp. Quatuordecim assignantur. I. Si manus filium in patrem intenderit, excepta causa necessaria, ut esset defensus sui ipsius, vel patrie, vel proximi. II. Si verba proferat in patrem, iudicis arbitrio graviter iniuriola. III. Si in iudicio patrem, matremve accusaverit, dummodo crimen non fit contra patriam, vel Principem. IV. Si cum veneficus filius converteretur, aut veneficus fit. V. Si parentum vitæ iniurias fluxerit. VI. Si uxorem patris, aut eisdem concubinam agnovit. VII. Si delatione filii in iudicio facta grave dispendium pater expertus sit. VIII. Si pro persona, aut debito patris non fuerit fide iher. IX. Si patrem, ut matrem impeditur testamentum condere. X. Si filius societatem inierit cum inimicis, & arenariis, qui pacto pretio has artes exercent. XI. Si filia nubere, dotem præbente patre, recitaverit, ut luxuriosam vitam ducat. XII. Si patrem, aut matrem alimentum curare filius neglexerit. XIII. Si capere parentes redimere contempserit filius. XIV. Si filius a fide catholica deleverit. Hæc quatuordecim causas recitentur in *Authenticis Iulianis*.

CAPUT IX.

De obligatione mariti ergo uxorem.

I. A Deo arctum est coniugium vinculum, ut una caro uterque reputetur. D. Thomas 2. 2. q. xxvi. artic. 11. duplicem amoris inter coniuges rationem exponit his verbis. *Gravos dilectionis attendi possit & secundum rationem boni, & secundum constitutionem boni, quod est obiectum dilectionis, magis sibi diligendi pariter quam uxorem: quia diliguntur sub ratione principis, & continuationis eiusdem boni. Secundum autem rationem continuationis magis diligenda est uxor: quia uxor coniungitur viro, ut una caro existens, secundum illud Matth. xix. Inque unus non sunt duo, sed una caro. Et ideo magis diliguntur uxori. Sed maior reverentia est parentibus exhibenda. In sensum germanum in quo intelligendus est textus Genesis 11. *Unam rem reliquit homo patrem suam, & matrem, & adheret uxori sue: & erunt duo in carne una.* Ardens ergo, sincerus, & suavis sit oportet mariti amor in uxorem, quam ut sociam ex suo latere avulsam habere debet, secus ut servam. Subiecta mulier est marito in domus regimine; at in ceteris sociæ est. Valet eam maritus corripere, admonere, & post iterum admonitionem moderate verberare. *Leg. Rei iudic. ff. Solutio matrimonii.* Atrox tamen verberatio vetita est marito: quam fit in uxorem exerceret, peccat plus minuse iuxta maiorem aut minorem verberationem.*

II. Quæst. I. *Tenetur ne maritus alere uxorem?* Resp. Adhuc omnes: idque statutum est *l. dotis fructus ff. de iure dotali.* In controversiam vocant, nam alimenta præstare maritus debet uxori quam sine dote duxit. Cui quæstioni respondetur, distinctione opus est. Si maritus libere duxit uxorem, nulla petita dote, sibi in iurato debet quod dote careat. Interdum dos hæcæ pignus intelligitur, quando minorum uxore duxit: tunc enim quamvis expresse dos non petatur, recipit intelligitur: quia dos committitur uxorem, & maritus eam cogere poterat dote sibi constituit; atqueque alimenta denegare licite valet. Si uxor divitiis careat, quantum pater dives sit, non possunt denegari alimenta: etiam si pater præbere dote non recuset. Postremum, si uxor constitutam dote non solvere negligat, potest maritus alimenta denotare, donec solvat, si habeat unde solvat. Debitum tamen coniugale ob dotis de-

fectum negare nequit: quia redditio debet ex vinculo matrimoniali oriri; alimenta vero toto respondent.

III. Quæst. II. *Adstringitur ne maritus alimenta præbere uxori, nisi solvatur debita dote, ob obsequia ad eandem sibi præstata?* Resp. Opinio negans probabilior videtur. Si quidem duo mox præbere marito debet, nempe obsequium ratione societatis coniugalis; & dote ob vitam alendam: Solutio unius non supplet defectum alterius.

IV. Quæst. III. *Quando uxor a marito sine iusta causa recedit, exigere ne alimenta possit?* Resp. Negat communis opinio: quia vi fœderis coniugalis obsequi, & inservire marito debet. Porro qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. *L. si ex C. de condi. r. inserit.* Socus vero dicendum, si maritus in causa fuerit cur recedat. Causa nulla recessus esse potest: nimia verberatio, iustus moderata. Quare si uxor recederet a marito ob moderatam punitionem, alimenta fructum repeteret.

V. Quæst. IV. *Tenetur ne maritus alimenta præbere uxori adulteræ?* Resp. Multi diliguntur, amare maritum non posse denegare alimenta uxori adulteræ in foro exteriori, donec iudicis sententia uxorem adultera declarata sit; posse vero in foro interiori, quando certus esset eam esse adulteram; sicut in hoc casu a forti societate repellere eam potest. Et hæc videtur communis opinio. Uxor enim suo adulterio ius amittit ad dote, & ad alimenta; quoties certo confiteri videtur adulterium. Hæc tamen tali moderatione accipienda sunt, ut maritus, iure attento coniugii, id præstare valeat. Ceterum, inspecta caritatis leges, si uxor extrema fame laboraret cum periculo gravi periculi: tunc, quemadmodum ceteri fideles, quin potius trulo, maritus eisdem tantum alimentis præbere deberet, quantum sibi esset ad vitam sustentandam. Durum vero sine super dote factis ob adulterium ad tribunal delatum, maritum alimentis, & expensis in foro exteriori solvere tenetur, secus in foro interiori: quia quantum ad privatam separationem iudex, & domesticus maritus separatur, deprehensa uxore in manifesto adulterio: liciti & contrario uxor denegare debetum marito evidenter adulterio potest. Hæc tamen dicta sunt absque præiudicio eorum que alibi dictum filius de distinctione fori interius & exterioris. Quia hæc distinctio non adeo frequenter, ut non patet Theologi exilicant. Ob adulterium suspicandam suspendere nequit maritus alimenta; ut

propter oscula: quamvis sit graviter corripienda uxor; & nisi desistat, tunc alimenta subtrahenda sunt. Addiderim, spectandam esse oculorum, & amplexuum conditionem. Nam si fornicio quis, aut amicitia gratia uxorem alterius osculatus fuerit, prima vice prodest dissimulatio; & correptio iustitiae. At si oscula lasciva ex circumstantiis deprehensa fuerint, tunc alimenta denegare; & tota cohabitationem suspendere marito licitum erit. Quando autem uxor marito litem intendant, ut divorcium obtineat ob adulterium ab eodem perpetratum; convenit penes omnes, uxori subministranda a marito alimenta, & expensas, ne ob harum defectum causa cadat, & seque defendere nequeat.

V. Quæst. V. Maritus tenetur ne cum uxore cohabitare? Resp. Adfirmant omnes. Hæc quippe cohabitatio est unum ex precipuis matrimonii debitis, quod ut merito impendat conjugæ, patrem, & matrem deserere debent. In hunc quippe finem institutum matrimonium est, ut conjugæ sobole generent. Ad hanc vero generationem necessaria est cohabitatio. Gravis culpa proinde est hæc cohabitatio suspensio, nisi causa sublata, ut colligitur ex Matth. v. *Omnes qui diriserint uxorem suam, excepta fornicationis causa, faciunt eam fornicariam*. Hæc cohabitatio, non materialis in eadem domo, sed conjugalis in eodem toro sit oportet.

VII. Causæ legitimæ ob quas suspendi cohabitatio licite valet, sunt sequentes. I. Gæstio negotiorum familia. II. Exilium iudicis sententia prescriptum. III. Vitæ periculum. IV. Consensus mutuus ad continentiam servandam, remoto incontinentiæ periculo. V. Bellum Principis imperio succursum. VI. Brevis periclitatio: longam enim, repugnantem uxore sustineri nequit. Non tenetur secum in peregrinationem uxorem ducere, quia dedecet mulieres peregrinari.

VIII. Tandem, cum vir sit nihilis, caput, & rector curare debet ut uxore christiane professionis munia implet, & præceptor legis tum divine, tum ecclesiasticæ exequatur. Peccant mariti, dum ieiunia Ecclesiæ servari ab uxore non sinit, veriti ne graciliores evadant, minusque aptæ ad reddendum debitum, aut venustatem deperdant; quodvis in oppositum salubriter iunioribus Caluiste non pauci. Moderata quippe ieiunia ab Ecclesiâ prescripta nequaquam impediunt temperata matrimonii officia. Porro ob futurandam libidinem non sunt Ecclesiæ mandata negligenda. Quare, nisi adit peculiaris infirmitas,

vix evenire potest ut ob debitum reddendum sint negligenda ieiunia præcepta. Quid quod tempore ieiuniorum continentiam iuxta antiquam sanctamque disciplinam servare coniuges deberent?

CAPUT XI.

De obligatione uxoris erga maritum.

I. Honorem, & obedientiam debent maritis suis uxores. Legæ naturali mulier subdita viro est; iure vero divino uxores honoratæ, ac reverenti maritos, illique obedire tenentur. *Sub viro positæ eris, & ipse dominabitur tui*. Genes. cap. xxi. & D. Paulus ad Coloss. xxi. *Mulieres subdite estote viris, sicut oportet, in Domino*. & alibi *Quæ autem nupta est, sequatur quomodo placeat christo*. D. Petrus Epist. I. cap. xii. *Similiter & mulieres subdite sint viris suis, ut & si qui non credunt verbo, per mulierem conversationem vestri verbo lucrifaciant*. Modestæ & christiane uxorum conversationi tantam viam D. Petrus inibit, ut eam efficiorem reputet ad emolliendam maritorum corda quam ipsam Concionatorum eloquentiam. Vi contractus matrimonialis tenetur, nedum ut femina, uxorem etiam ut uxor, viro obedire in iis quæ regimen familie spectant. Si in rebus præriori momenti subici detrederet, letaliter peccat; secus, si res leves sint.

II. Quæst. I. Peccat ne graviter mulier quæ marito præcipienti ut abstinat a viciis, superfluisque indumentis, & a nobilibus minus compositis, obedire renuat? Resp. Negat Leander disp. xi. quæst. xxi. dummodo abstinence contemptus & contumacia: quia, inquit, quamvis præceptum sit iustum, non tamen uxor tenetur illi obedire sub tanta culpa ob materiam levitatem. Pro eadem opinione laudat *Nicæstrum, Sayrum, & Trullianum*. De more Leander laxiora defendit. In questione de peccato moralis semper præ oculis habenda D. Thomæ doctrinæ est, quod minimum alicuius prohibentis vana, superfluaque ornamenta, & incompositos mores, mandato refragantem. Quod opponunt, materiam humilmodi levem esse, facile est. Neque adfirmati, neque negati hoc absolute potest, sed ex circumstantiarum varietate colligi debet. Contingere valet maritum talis esse moralitatis, severitatis, & superfluitatis, ut honestum, & decentem ornatum uxori prohibere velit. Verum, cum mulieres ad vana pronæ naturæ sint,

sint, frequentius evenit ut eandem ornamenta, & viciates gravem exhibeant marito prohiberi materiam. Hinc frequentissime peccare uxores letaliter plerumque, dum maritis suis, qui hæc vetant, relictant.

IV. Quæst. II. Quandoquid uxor in domo uxoris mariti se se opponere licite potest? Resp. Quoties accidit ut maritus mala perpetret, toties uxor contra mariti præceptum licite potest mala omnia pro viribus impedire, sequeque mandatis eiusdem opponere. Puta, si maritus bona prodigat in ludos, comellationes, aliaque illicita; si necessaria item pro alienda familia subministrare maritus recuset, tunc uxor potest etiam accipere ex quæ revera requiruntur ad familiam regendam; & obistere ne maritus bona dilapidet. Cavendum tamen uxori est, ne maritum ad iram, ad blasphemias, ad rixas provocet. Peccare enim frequenter potest, si nimis sua loquacitate, turgoque animo didicisse se opponens mariti, illum iritet, & ad infirmitatem concitet.

V. Quæst. III. Quæ obsequia præstare uxor marito debet? Resp. Quod uxor tenetur in servitio mariti, omnes sententur: licet enim sit foca, est tamen quasi serva; atque adeo familie servitia exequi debet, ut condire cibos, domum veterere, pannos lavare, discissas vestes relaxare, & cetera id genus obsequia præstare. Potissimum vero agrotanti marito singulari affectu assilere debet. Disputant in utramque partem Theologi, utrum uxor nobilibus hæc vilia obsequia præstare debeat. Negant Salmantianenses tract. xxv. cap. univ. par. 3. §. 2. n. 56. Leander disp. xi. q. xvi. Sanchez, Fagandez, Rosella, alique penes eodem. Verum recentia ministeria haud sunt tam vilia, ut nobilem dedecent uxorem. An nobilitas turpis oculi causa erit? An nihil agere nobilitatis privilegium est? Regere familiam & gubernare domum maritus, & uxor debent: ille ut dominus, hæc quasi serva: ille imperando, & quæ pro victu, & vestitu necessaria sequendo. Maritus qui inferiora ministeria exequendo, Maritus qui domus negotia servitio peragenda committit, brevi familiam destruit. Uxor quæ famulibus domestica servitia rennitit, numeri suo minime satisfacit. Utraque tamen opinio conciliari potest, si dixerimus, uxorem nobilem, divitemque munus suum implere, si servis invigilet, si curet ut res domestica conservetur, & ea omnia fiat a servis quæ in domo utilitatem conferunt; ipsam vero

Cont. Theol. Tom. IV.

honestiora ministeria obeat. Etate hæc nobiliora uxores nobiles frequentissime peccant, quod otio distulant, quod rem domesticam prolixè negligant, ut vanitatis, pompis, ludis, oblectamentis, theatris indulgeant. Quare increpare eas Conciliorum debet; & nisi quæ sunt uxoris propria, status conditione spectata, exequi paratæ sint, ab altaribus arceantur. Sine a viribus servis exemptæ: ideo ne otiose manus licite eidem erant? Qui non laborat, non manducat, inquit D. Paulus: si necesse peccati pena omnes Adæ filios afficit. Si nobilitas divitis caret, ut nimirum servos conducere nequeat; latenter omnes tunc uxorem adstringi servorum officia peragere.

VI. Quæst. IV. Peccat ne uxor, si cohabitare cum marito, illi longe alio migrantem sequi renuat? Resp. Adfirmant omnes Theologi, tum ob redditionem debiti conjugalis, tum ob obsequia marito præstanda. Maritum alio commigrantem licet mulier adstringitur, ut habetur in cap. *Unaqueque* xxi. qu. 1. *Unaqueque mulier sequatur virum suum, sive in vita, sive in morte*. Quod tamen verum habet, nisi pactum præcelleret ante matrimonium contractum, non mutandi domicilium. Nec enim adeo ratio cur pactum aliud considerari non debeat, quando plena libertate & consensione mutas initium fuerit. Quin occurrere urgentia momenta possunt ob quæ mulier iubeat eundem adiciat pactum. Si tamen necesse operet mutandi domicilium, in hoc casu gravis detrimentum pactum amittere viri obsequia, probabilius est. Puta, si marito calis temperies sit minus salubris; si tale domicilium sit causa inimicitiarum, vel alterius scandali; si necessitas maioris emolumentum pro domus sustentatione, & alia id genus motiva occurrant; poterit certe maritus, nullo habito ad pactum respectu, alio transire: æquique tunc comitari uxor tenetur. Ob rem rationem, uxor non tenetur maritum sequi cum gravi lux sanitatis detrimento; sicut nec debuit cum reddere conjugale cum taret eum sequi, & multo minus debet eum sequi, si adesse sibi periculum peccandi. Quapropter maritum transeuntem ad regiones hæreticorum non debet sequi ob periculum amittende fidei.

VII. Quæst. V. Tenetur ne uxor sequi maritum uxorem, aut in exilium pulsum? Resp. Vagum virum non tenetur sequi uxor, quæ aut matrimonium sciebat illum non vagari, aut saltem ignorabat. Maritum in exilium missum sequi mulier debet; quemadmodum

mutare domicilium, cogente necessitate, illam debere, dictum est. His vicissitudinibus sese subicit mulier, dum matrimonium contrahit: iure quippe talis conditionis colabitur cum marito debet. Quoties ergo necessitate aut exiliis subeundi, aut vitæ alende, alio commigrare maritus cogitur, illum uxorem comitari debet.

sensus. Ex Historia Romana captivos illos transdugas punitos legitimus quia iuramento se obstrinxerant redeundi ad dominos suos. Ceterum nullibi legitimus aliquem captivorum damnatum, eo quod & servituti vinculis evaserit. Hanc secundam sententiam defendunt Dominicus Soto *Lib. II. de iust. qu. 11. art. 2.* Covarruvias *Reg. peccatorum p. II. §. 11. n. 5.* Angles in *ser. II. P. qu. de dom. disp. 2. art. 2.* Saloñ 2. 2. qu. III. de domo. art. 2. Bannez 2. 2. qu. xl. art. 1. *dub. penult. Ludovicus Lopez H. P. instruit. cap. III.* Sanchez *Lib. I. Consil. cap. 1. dub. 6. n. 3.* Valentia *Tom. III. disp. 113. qu. xvi. post. 3.* Cardinalis de Lugo *de iust. disp. vi. sect. 3. n. 21.* Lessius *Lib. II. cap. v. dub. 5. n. 24.* Prado *Tom. II. cap. xxi. qu. 11. de domo. n. 10.* Leander *disp. 1. qu. xv. & alii plures;* qui ad argumenta ipsorum sententiae respondent, captos in bello esse servos, sed hac conditione, ut fugere, si possint, eidem liceat. Ad hoc tamen, tunc solum licitum fugam esse, quando eo se recipere servi valent, ubi liberi sint, ut est propria patria, aut locus alius non subiectus hostium dominio. Alioquin ad dominos iustitiam, servique remanent, donec pertinerit vel ad domesticos lares, vel ad aliam Principatum ab hostium dominio exemptum. Idem dicendum de servis veracibus, illis servorum iusto bello captorum: quia non maius dominum habent viros in hos quam in eorumdem matres. Si ergo matribus licita fuga est, potiori iure licita erit illis. Fugere pariter licite possunt servi, si a dominis cogantur peccare contra propriam legem. Hinc consequitur peccato dominos, si servus in fuga deprehensus pedem amputari faciant in suam arripere penam.

VII. Quæst. II. *Iusta ne est servitus titulo venditoris?* Resp. Quiaque iure libertatis dominus est. Ergo eam vendere potest. Plura adducit possent exempla sanctorum hominum, ut S. Paulini, & aliorum, qui se vendentem in Deum, & proximum caritatem se vendiderunt. Hanc sententiam docent communiter omnes. Necessaria tamen est gravitas & urgens causa, ut licite quis se in servum vendere queat: alioquin peccat, si graviter, nullaque necessitate tantum bonum, ex genio, nullaque necessitate tantum bonum, neque libertas est, prodierit. Quapropter nemini licitum est legatum lucti causa vendere, ut locrum percipiat. Si autem extrema fame laboraret poter, tunc possit filium vendere, si minime vero mater: quia filius est sub patria potestate. Iure tamen Caesare nonnulli

conditiones adiectae sunt, ut licita & valida sit venditio. Scilicet primo, ut qui venditur, sit minor viginti annis. Secundo, ut qui venditur ab alio, particeps de pretio. Tertio, ut venditus sciat se liberum esse. Quarto, ut qui vendit alium, sciat eundem liberum esse. Sed hae conditiones non astringunt, ubi in Caesarem receptum non est.

VIII. Quæst. III. *Licitum ne est enecere eum qui exstitit causa se vendit?* Resp. Si vendens seipsum bona habeat, aut praesentia, aut futura, licita est emptio; locus, si nulla bona habeat. Si bonis omnibus destitutus, & in extrema necessitate reperitur, ita ut necandus a domino sit, nisi redimatur; tunc eodemque praecipitur urger, & gratis redimendus est.

IX. Quæst. IV. *Quia se, vel a parentibus legitime venditus est, potest ne licite fugere?* Resp. Negant omnes: quia servi facti sunt contractu legitimo, fauibilitatem ergo committerent, si contractum iustum violarent.

X. Quæst. V. *Nativitas est ne legitimus servitutis titulus?* Resp. Adfirmant omnes. Quando filius nascitur ex matre libera, etiam si liber pater sit, etiam si illegitimo matrimonio natus, servus efficitur: quia iustus sequitur conditionem ventris. Sic habetur in *I. Servus ff. de statu hom. Requiritur tamen ut conceptus, & partus sit servitus tempore. Alioquin, si conceptus a matre libera, aut ab eadem editus fuerit tempore libertatis, servus non efficitur. Quare Azorius p. II. Lib. II. cap. xxi. qu. 1. hae ex Paulo Iureconsulto addit. *Si servus conceptus, & postea manumissus peperit, liberum parit: id enim servus libertatis exposcit. Si libera conceptus, & ancilla facta peperit, liberum parit: id enim servus libertatis exposcit. Si ancilla conceptus, & medio tempore manumissa sit, & rursus facta ancilla peperit, liberum parit, medio aequum tempore libertati prodelle, non etiam necesse possunt. Ubi tamen nulla lex, aut consuetudo obtinet de proleservitute, satis est quod mater serva sit partus tempore, ut filius servus evadat.**

XI. Quæst. VI. *Quodnam crimen est servitutis iustus titulus?* Resp. Sicut leges ob gravia flagitia ultimo supplicio reos plectunt; ita eadem ratione ob certa crimina libertate reos privant. Ea porro delicta sufficiunt ad servitutem quae hinc sunt ad extremam sub eandem penam, aut perpetuam carcerem. Crimina vero quibus in iure servitus debetur, plura sunt. Nam cap. de iudicis, & Sarac. decernitur, Christianos deserentes arma ad

Turcas & infideles, servos fieri illorum Christianorum qui eosdem capiunt. Et in *esp. Eos qui disp. xxviii.* Principibus christianis potestas conceditur redigendi in servitutem eos qui matrimonium contraxerunt, cum essent in sacris ordinibus constituti. Et cap. Com. mult. xv. qu. vii. statuitur, filios ex eisdem delictis filios nuptiis natos, servos esse filios Ecclesiae cui additus inhiatus erat. Aliis legibus est sancitum, liberis servos fieri illis domini cui post manumissionem fuerant integrati. Item raptores virginis vim passae, sequuntur esse subiecti; statim r. Ibi autem qui ob flagitia iusta sententia sunt servus, necunt licite fugere. Addunt tamen aliqui Theologi licitum esse fugam, si servitus sit adeo severa, & dura, ut vita ipsa periculo gravi obnoxia sit: quemadmodum iuste damnatus ad tremes licite fugere potest. Si autem hae secunda quae licita sit, cur non & prima? Si iura absolute essentur, non occurrat ratio quae soadeat licitam esse fugam. Si porro quidam tacitus contentus Principum, & Reipublicae attendatur, probabiliter non caret laudata opinio.

XII. Quæst. VII. *Severorum iura, & mors est ne in dominorum arbitrio constituta?* Resp. Explicatis variis servitutis generibus, illud nunc in dispositionem venit, quomodo dominio potantur domini in servos suos. Ad propositam questionem communiter Theologi respondent, dominos nequaquam habere ius ad vitam, & neminem servorum: quoniam eisdem imperium ubi Deus relinquit, quia ipse solus vitæ, & mortis dominus est. Respublica publici iurisque concedere tale ius, si bonum publicum id exigit, & Romanis licitum erat servorum occidio. Verum, quia iustitiam ob causas dominum vitam servorum respiciant, legitime coercita fuit illorum potestas sub Antonino, & Iuliano Imperatoribus: ut colligitur *ff. de iustis de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Quare nonne non licet dominis vel militare, vel perna atrociter punire servos suos. Possunt tamen eos moderate punire ad correctionem. Si rimant illorum fugam, possunt eos in facie signare; dummodo moderamina adhibito id fiat. Valent eos in carcere clausos detinere, non fugant, & ut ob admitta gravia delicta puniantur. In exilium perpetuum nequeunt eos eiecere, quod hae perna suprema potestati reservata sit.

XIII. Quæst. VII. *Dominus occidens servum, tenetur ne aliquam restituere interfecti hereditas?* Resp. Negat Leander *disp. 11. q. xi.* ubi plures laudat pro sua sententia. Ra-

tio est, quia dominus occidens servum, licet peccet peccato homicidii, nulli tamen iniuriam facit, nisi sibi soli. Ergo nemini restituitur quodquam tenetur. Addunt Auctores illius sententiam, vitam ablatam terso reparari non posse. Pro homo autem reparabilis nulla fieri debet restitutio.

XIV. *Item si sententia illius probabilis absolute sit, ubi tamen facta est.* Convenit namque penes omnes, dominum proprietatem seu imperium non habere in servorum vitam, & necesse. Vita ergo servi est a domini iurisdictione exempta. Eius tantum vitæ, nempe labor, industria, fructusque illius, ut ita dicam, sunt ad dominum spectant. Vita bonorum est pretio summo dignum. Qui bonum hoc eripit, iure repugnante, iniuriam facit. Ergo ad compensationem tenetur.

Ratio Leandri, & aliorum, vitam nimium supereris ordinis bonum esse, atque adeo irreparabile, ut ego quidem arbitror, inepta est. Si reparari nequit ad æqualitatem, reparanda est eo quo potest meliori modo. Neque divina offensa, hic peccato gravi illata, reparari ad æqualitatem valet. Liber ne propterea erit puniens ab ea compensatione quam reddere valet? Accedit quod servus, quandoque vivit, capax est manumissionis. Potest enim ius præclaris gentis, potissimum si virum, animique pietus sit, adeo benemeriti de domino, ut manumittatur. Plures occurrere modi possunt acquirendi libertatem. At adempta vita, omnis spes corrumpitur. Præterea vitæ ereptione maximam iniuriam terso dominum irrogat, & afflictione lumina afficit eisdem consanguineis, & parentes. Hæc omnia adversus omnia iura dominus suo homicidii parit. Ergo ea compensare tenetur iuxta prudentium arbitrium. Ita ego sentio, meliora, & veriora libens audire. Qui vero alienum servum occidit, aut membrum eidem amputat, duplici restitutionis debito obligatur, & domino scilicet, & servo: quia utriusque iniuria intulit, & dampnum.

XV. *Quæst. IX. Tenetur ne dominus servum alimentis tam corporalis, tam spiritualia præbere?* Resp. Adfirmat omnes: idque leges statuunt de corporalis alimentis. Alimento nomine, ut dictum est alias, victus, vestitus, & habitatio veniunt. Nullus occurrere casus potest in quo dominus estimatur ab opere alendi servos.

XVI. Idem de alimento spirituali animæ dicendum. Quod si hoc seipsum præstare dominus nequeat, curare debent ut a probis ministris imbuantur sacrarum legum, religionis-

que notitia. Quare peccant dominus, si negligentes fuerint in servorum suorum educatione, meritisque formandis. Hæc est doctrina libere naturalis nota, quamque incalcant D. Paulus I. ad Titum. v. Si quis servum, & maxime domesticorum, curam non habet, fideles negavit, & est infidelis deterior. Quare peccant, & quidem lethaliter, domini, si præstare negligant ut servi christiani addiscant divinæ fidei rudimenta, si omittant eorum graves mores corrigere. Quod si pervertant servos respiciere nolint, eos demò peltero tenentur, ne domesticos alios nequeant. Servorum matrimonia impedire nequeant, ut colligitur ex cap. Si quis liber xxxix. q. 11. ubi decernitur, terros valide, & licite matrimonium inire, etiam invidis dominis, si consulti dare licentiam recitent.

XVII. *Quæst. XI. Tenetur ne dominus de servorum delictis, & contrahibus?* Resp. Si servi delinquant in his quæ domini iura peragunt, domini rationem reddere tenentur; sed, si peccent in aliis contra dominorum voluntatem. Similiter his servorum contrahibus obnoxii domini sunt quos nullo æquodam servi perficiunt, aut in æquodam utilitatem peragunt; licet, si servi contrahat aliquos inens in proprium commodum. Si domini cogendi sunt ut eos vendant.

XVIII. *Quæst. XI. Compensat ne servus adversus dominum alio crivili in suo exteriori?* Resp. Plures assignantur casus ob quos servi diem dicere dominis valent; ut si pecunia sua se redemerunt, si dominus tabulas imprefertit testamenti in quibus liberata eis datur, si servi manifestaverint dominorum crimina in patriam, in Principem.

XIX. *Quæst. XII. Quamvis est servorum erga dominos obligatio?* Resp. Honorare dominos, non modo probos, verum etiam improbos, servi debent, ut admonet S. Petrus I. Epist. cap. 11. *Servi sibi illi ubi in omni timore dominus, non tantum bonis & modestis, sed etiam discitis.* Eisdem obedire tenentur, quemadmodum filii parentibus, in omnibus quæ legi naturali, divinæ, vel ecclesiasticis quæ legi naturali, divinæ, vel ecclesiasticæ non repugnant. Aliquando tamen precepta Principum, aut Ecclesie non ita severe obligant, ut omitti nequeant ob obsequium præstandum dominis, quemadmodum in Libro de Ecclesiæ preceptis dicitur.

XX. *Quæst. XIII. Tenetur ne servus dominum comitari eorum ad faciendum?* Resp. Leander disp. 14. q. vii. adfirmat, si commode denegare servus nequit tale obsequium pro

pro qua sententia laudat P. Sanchez. Verum opinionem hanc, ut falsam nimiumque laxam, sibi reprobativam. Fatetur adversari, committitur hæc non solum esse, & vitiosum, & ipsorum contentum servorum commodo, & utilitate honestum, licitumque fieri. Quare ratio futilis est, & christiane Theologie adversaria. Sed, cum alibi hoc ostensum sit, acta iterum agenda non sunt.

XXI. *Quæst. XIV. Servi in extrema necessitate constituti tenentur ne se precario necessitate alimentis, ut dominis eadem necessitate pressis illud subministrant?* Resp. Adfirmat Navarrus: quia dominum quarumque rerum ad servos spectantium est penes dominum, Domini quippe servi capaces non sunt. Igitur, cum tempore res ad dominum suum clamet, consequitur alimenta præbenda esse domino extraneæ indigentis etiam si fame perire deberet servus.

XXII. *Contraria sententia nihil est prohibitorum.* In extrema necessitate iure nature bona communia sunt. Leges civiles, quæ servis dominum adimunt, minime obligant, dum ius nature aliud habet. Domini itaque alimentorum sunt servi, extrema laborantes famem idcirco prius sibi quam dominis prospiciendum. Si tamen dominus vir esset Reipublice valde utilis, si Rex esset, aut Princeps; tunc ordo caritatis postulare ut servus ob bonum commune præferret vitæ suæ domini vitam: quæ enim sunt altioris ordinis, anteponi sibi debent quæ inferiorum ordinem spectant. Bonum autem commune altioris est ordinis quam bonum privatum.

XXIII. *Debet etiam servi dominos suos defendere.* Nonquid cum periculo vitæ propriæ? Distingendum. Si domini temere pericula amittende vitæ lubeant, ad nihil servi tenentur. Si pericula sint necessaria, debent servi pugnare pro dominis. Verum, si gravissimum sit propriæ vitæ amittende periculum; tunc non videtur servus admittens iactare propriam vitæ, ut dominum servet, quia, ut dictum est, propria vita præferri debet vitæ alterius. Si tamen servus expresso pacto conductus esset ad defendendum dominum, etiam cum propriæ vitæ periculo; tunc famulus admittens esset exponere propriam vitam pro domini defensione. Opus tamen est ut defensio licita sit, & necessaria. Nam si licitari conducti a dominis ad inimicitias, & odiaque privata fovenda, ad vindictas, & homicidia perpetranda, gravissime peccant; atque tenentur iniça recidere, & ab illorum servitio recedere.

Caus. Theol. Tom. IV.

XXIV. *Quæst. XV. Tenentur ne servi res dominorum conservare?* Resp. Adfirmat omnes. Disputant solum de onere restitutionis. Plures in hoc distinguunt duo sanctorum genera. Primum est illorum quibus domus cura commissa est; ut litorum sanctorum, cubiculariorum, custodes valorum, pecuniarum &c. Hos ad restitutionem teneri adfirmant, si ob eorum gravem negligentiam bona dominorum furto sublata fuerint a furibus, tam domesticis, quam extraneis. Secundum genus est illorum qui ad invigilandum rebus domesticis non sunt conducti. Hi tenentur ad restitutionem, si cum possint, negligant impedire furta extraneorum; licet si non impediunt furta domesticorum.

XXV. *Restitutio onus gravissimum est: quod hominum cervicibus imponi non debet, nisi liquidum, exploratumque sit debitum.* Familii igitur quorum curatores bona domesticæ demandatur, dubio procul ad restitutionem tenentur, si negligant impedire furta committenda bonorum; qui committunt tali extremo periculo illis a dominis bonis traduntur. Alios vero famulos, qui ad extraneæ servitia conducti sunt, & quibus nulla bona familiarum custodienda traduntur, non video evidentem rationem cur tenentur ad restitutionem, nisi prædamtor aliqua pacta inter eisdem & dominos. Tamen peccarent gravissime contra caritatem, si valentes impedire furta, ipsam committerent.

XXVI. *Quæst. XVI. Peccant ne servi furantes bona dominorum suis, ut res cibarias &c.?* Resp. Si fuerint bona in quantitate gravi; dubio procul peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur. De fructibus distinctum distinguendum. Si dominus avarus sit, omittat quæ ministrare servis suis congrua alimenta; tunc servi non peccant, si tantum fuerint, quanta satis sit congrua ipsorum sustentationi. Idem de vestitu dicendum; si hunc quoque præbere dominus debeat, & præstare committit ob avaritiam. Contra, si fuerint, ut ingluviæ, comestitionibus, ludicre indulgentiæ, ut splendibus, quam ferat servorum conditio, se se induant tenentur. Item, & ad restitutionem tenentur, si hanc certam mensuram ciborum tribuant, si hac accepta, servi quoque ciborum fuerint, invidis dominis, peccant pro quantitate materię, & ad restitutionem adstringuntur. Circa quantitatē gravem furti alibi dicitur. Quod maior quantitas requiritur in furore servante ad peccandum lethaliter, ut plures contendunt.

L non

non est res certa. Admitto, frequenter in servis a latrone aliquarum rerum furtum non esse, quamvis id furtum esset in extraneo. At semel posito quod servi revera committant furtum res domini accipiendo, non video cur maior in illis quam in aliis quantitas requiratur ad constituendum peccatum mortale.

XXVII. *Quæst. XVII. Utrum quidquid acquirit servus, acquirit domino?* Resp. Dominico. Soto Lib. 17. de iust. quæst. 11. art. 2. cum aliis distinguat servos emptos, qui se vendiderunt, & servos bello iusto captos. Primum omnino dominum admittit, & quidquid accipiunt, sive ludo, sive donatione, sive alio titulo, domino eos acquirere docet. Secus secundi. Hæc distinctio arbitraria est, nulla lege scripta, immo legibus expresse contraria. Quare communis sententia statuit, servos, tam emptos, quam bello iusto captos, nihil petunt sibi, sed omnia acquirere dominis, id est, colligunt ex legibus tam civilibus, tam ecclesiasticis, quæ nulla facta servorum distinctione, omni de iure domino servos declarant. Monachis servos comparat Innocentius IV. cap. Cum sim 2. de Privilegiis, Servum, & Monachum in eo esse pares (inquit) quæ necesse aliter rei dominum habet. Monachum autem nullius domini capax esse constat. Ergo quemadmodum quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio, sic quidquid acquirit servus, acquirit domino. Accedit, servorum vitam esse sub iurisdictione dominorum quantum ad omnes operas, labores, & fructus. Porro qui est dominus solus, potiori iure dominus est eorum, quæ solum consequuntur. Bona quæ servi acquirunt, iure consecratorum, & ecclesiarum principalis sortis, seu vite eorum, in quantum dominum iure possunt. Ita docet D. Thomas 2. 2. q. 99. xxxii. art. 8. ad 3. Abulenſis cap. 31. in dist. quæst. 101. Sylvester verb. Donatio, Azorius II. Part. Lib. II. cap. xxxvi. Lugo Lib. I. de iust. disput. 11. sect. 3. n. 45. Salmanticenses tract. xlii. cap. unic. punct. 7. num. 121. aliique.

XXVIII. Animadvertendum tamen arbitror, servos non ita comparari Monachis in rerum dominio, ut sint omnino pares, sicut credunt non pauci Calistei, peritæ, tantum pecunie ludere, & expendere posse. Monachum, quantum servos: quod absit ad vero. Servi ergo in pluribus differunt a Monachis. Et primo aliquarum rerum servi dominium acquirere valent, nemine tere recitante. Nam, si a dominis mitterentur, atrociter peccantur, cognis alimentis de-

fraudentur, ius habent ut resarciantur; dominique tenentur prefata mala compensare. Ratio est, quia domini ius non habet in vitam, membra, aut famam servorum. Unde, si eos in his ludent, ad restitutionem tenentur. Si autem restitutioni adstricti domini sunt, ut communiter fatentur omnes: ergo servi ius habent ea recipiendi. Pariter si dominus aliquid servo donet, dominum rei datur in servum transire videtur. Potest dominus donare: potest servus accipere. Leges quæ declarant, dominio carere servos, in favore domini id faciunt. Ergo, quoties domini huic favori, & privilegio renuntiant, toties servi ius primum acquirunt. Nonne domini manumittere servos valent? Ergo, potiori iure eisdem aliquid donare, cum eisdem pacifici, & contractu iure possint. Non ita ergo leve de servorum, ac de Monachorum dominio sentiendum est. Lugo Thomam Hurtadum refutat. mor. part. 11. tract. 111. cap. 8. refut. 97. & apud ipsum Sanchez Molinam, & alios, qui in pluribus casibus servos dominum tribuant. Nec ipse repugnet quoniam leges civiles non ita rigide sunt interpretanda in conspectu iuris nature, vi cuius liber est quilibet homo a servitute alferjus. Quare nobis minime placet opinio Salmanticensium, Lugonis, & aliorum, qui servos Monachis omnino comparant in rerum dominio: hoc enim aperte fallum censemas. Nam certum est servum, consentiente domino, ludere, & acquirere sibi bona posse; sicut Monachum, etiam consentiente Prelato. Accedit servum, citatis Auctoribus fatentibus, acquirere pecuniam posse ad redimendum pluribus titulis, ut habetur l. i. ff. de officio Praefecti urbis, & l. ff. ff. de iudicibus. Primo, si servus dono pecuniam accipiat a conditione, ut se redimat. Deinde, si pecuniam dominus donet, eodem se redimere valet. Tertio, si restator aliquis heredi suo onus imponat, ut servum quempiam redimat. Tandem servi alimentorum, quæ desunt mensura a domino tribuntur, quidpiam parcius vendendo reservare sibi, & vendere possunt: atque tunc ius pretii domini sunt. Ex quibus omnibus inferitur, servos in pluribus a Monachis etiam quoad rerum dominium differre. Quæ hæcenus dicta sunt, defendunt Molina disput. xxxviii. Sanchez Lib. I. conf. cap. 1. dub. 1. n. 10. Lessius Lib. II. cap. 17. dub. 4. Fagundes Lib. II. in Decal. cap. xlii. num. 3. Leander disput. 14. qu. xxxviii. & plures alii penes ipsum.

XXIX. *Quæst. XVIII. An illa, eorum*

quæ

quæ recipit ab amico, acquirit ne dominium? Resp. Negat Auctores prioris sententiae ob rationes adductas. Sed contraria opinio probabilior est. Quoniam utriusque corporis mulieribus non cadit sub dominium domini: ergo quæ ancilla mulier tali utriusque, sibi, non domino, comparat. Ita docent Sanchez Lib. I. conf. cap. 1. dub. 1. num. 8. Leander disput. 11. quæst. xxxviii. & apud ipsum Rebellen, Malderez, Diana, Fagundes, & alii. Et vera est opinio.

XXX. *Quæst. XIX. Cuius sunt bona quæ habebat servus ante captivitatem, quæque post mortem reliquit?* Resp. Quæ ante captivitatem habebat servus in patria, aut alibi, servum remanent, eiusque hereditibus; quæ locum habebat, domini sunt. Qui enim in servitute redigitur, in dominum ius transit cum omnibus rebus quæ locum habet. Neque enim famulus corpus a victore capitur, sed corpus cum omnibus rebus eidem annexis. Ea bona vero quæ post mortem servus reliquit, si dominum illorum servus habebat, quia illa ius nullius, ut patrimonium, ludo, donatione, hereditate, acquisierat, non sunt domini, sed hereditum servi: atque de iis testari servus valet. Bona vero quorum usum revocabilem servi habebant, domini sunt.

CAPUT XVI.

De obligatione dominorum erga famulos, & ipsorum erga dominos.

I. **P**RETER servitutem civilem, & legalem, datur altera quæ, ut dictum est, appellatur *famulatus*. Hæc famulorum est qui ad certum tempus operas suas locant alicui, iusto pretio pacto. Vulgo etiam illi vocantur servi: sed absolute liberi sunt. Differunt ab operariis quia hi in dies labores suos locant ad certa opera peragenda; famuli autem obsequium, & servitium locant ad quodcumque operis genus. Verum hæc levia sunt.

II. *Quæst. I. Ut iustum salarium tribuere famulis domini debeant non satis, tum inferimus?* Resp. De cura dominorum in famulos, ex iis quæ dicta sunt de dominis in servos, patet. Salarium iustum laboribus respondens deberi famulis, adfirmant omnes. Disputant vero, num solvendum sit etiam famulis regrotantibus. Aitunt plures Iuriconsulti, sed negant communiter Theologi: quia in promissione absolutam excipiuntur casus fortuiti. Famulus locavit industriam suam ad annum integrum. Si infirmetur, per ipsum fiat, ta-

meti absque culpa, ne operam suam prædet. Ita docent Salmanticenses tract. xxiv. cap. unic. punct. 7. §. 3. num. 133. Leander disput. v. qu. 14. Azorius II. Part. Lib. II. cap. xxxix. q. vi. Bonacina de contract. disput. 111. q. xli. punct. 4. n. 13. aliique. Hinc sumptus quos dominus in curam agrorum famuli impendit, exigere ab eodem valet. Communiter tamen docent Auctores, dominum teneri lege caritatis ad ea alimenta præstantia famulo qui eidem præberet, si sanus esset. Potest etiam dominus ad hospitalia mittere famulum, ut curetur. Caritatis tamen lex urget ut famulis indigentibus potus quam aliis provideatur.

III. *Quæst. II. Si famulus qui locavit operas suas ad annum, expleto mense, sua sponte discedat, tenetur ne illi dominus dimidium anni mercedem solvere?* Resp. Negantem opinionem defendunt plures Iuriconsulti. Et quidem in foro exteriori reapse famuli qui abique dominorum culpa recedunt a servitio, petuntur mercedis privatione. In foro autem interiori Theologi distinguunt. Si dominus græve damnum patitur ob discessum famuli, liberum voluit a mercedis solutione. Si vero nullam grave detrimentum dominus subeat, Salmanticenses loc. cit. §. 3. num. 132. cum Azorio, aliique docent, non esse solvendam integram illius dimidiatum anni mercedem, sed paulo minore arbitrio prudentis viri.

IV. Probabilior nobis sententia est, dominos, dummodo notabile detrimentum passi non fuerint ex famuli discessu, debere integram, mediæ anni mercedem solvere, iure nature spectato. Quoniam integris lex mensuræ rævera famulos lucratus est mercedem suam; & dominus re ipsa commodum, atque utilitatem servitii præditi expertus est. Ergo vi iustitiae naturalis famulus habet ius ad mercedem ob labores exantillatos accipiendam; & dominus debito famulatus adtingitur ob commodum, & utilitatem perceptam. Forum externum aliquando ob præsumptionem malitiae famulorum, & ob civilis commercii, & societatis conservationem aliquas pœnas constituit, prout magis ad præstatum finem expediens iudicat. Non propterea tamen licet semper in foro interiori quod licet in foro exteriori, ut supra loco dicam. Hanc opinionem defendunt plures, Valquez opus. de rebus cap. 6. dub. 10. num. 57. Lugo de iust. Tom. II. disp. xxxix. sect. 3. Leander disput. v. quæst. xxx. & penes eundem Diana, Fagundes, Balfæus, Bonacina, Rebello, aliique.

V. *Quæst. III. Dominus debet ne solvere*

I. 2

Jul-

salarium famulo qui operas suas eidem locavit, nulla mercede pacta? Resp. Distinguitur Salmanticensis loc. cit. n. 135. Si dominus similes famulos conducere solet, teneat iustam consuetamque mercedem solvere; eoque non solvete, contentum famulum posse, nedum illam exigere, verum etiam occulte lele compensare. Secus vero, si domini non consueverint conducere famulos; ut accidit, quando Episcopi, & Nobiles pueros accipiunt impotentis parentum precibus ad proprium servitium, quibus viduum, vestitum, habitationemque tribuere, nulla mercede pacta, solent. Verum illi iuxta communem existimationem non habent rationem famulorum; nec isti communiter pro mercede interveniunt. Nunc autem sermo est de veris famulis, qui reipso locant operas suas, & ut veri famuli servitia, & obsequia prestant, nullo pacto salario. Omni igitur distinctione, & controversia seposita, ius nature spectandum est; & pro quantitate laboris, ac servitii prestanti tantumdem pretii recipiendum est.

VI. Quæst. IV. Est ne aliqua mensura iusta mercedis servitio famulis? Resp. Non alia mensura, seu regula iuste mercedis assignari potest, nisi communis praxis, & consuetudo, iuxta quam communiter illius loci famuli locant operas suas. Aequi contentum, iniustum esse pretium illud quod non sufficit ad victum, & vestitum famuli. Sed saltem omnino est regula illius. Quantitas mercedis maioris, aut minoris pendet potius a maiori, vel minori habitate famuli: qui quo plus laborat, maiusque commodum, & utilitatem affert domino, eo maiorem mereatur mercedem. Sed neque hæc maior stabilitas severe attendenda est: alioquin plura dissidia & lites occurrerent; & quisque se altero habitorem reputaret. Communis ergo praxis servanda, ad conscientiam quod attinet. Quod vero re domelicam spectat, quisque suppetere ratione potest, & colligere, quid sua intersit, an famulus capaxior, fortior, diligentior cum maiori mercede conducendus; an alter docendus minori pretio, sed minus quoque agens ad servitia prestantia.

VII. Quæst. V. Si dominus conducat minori mercede, quam iustam famulum, teneat ne ad restitutionem? Resp. Sicut in quolibet contractu servanda est mensura iusti pretii, ita quoque in contractu conductus famulorum. Tria distinguuntur pretia, supremum, medium, infimum. Hæc tria pretia iusta reputantur; iniusta vero illa que aut supremum excedunt, aut infimum non attingunt. Quan-

do ergo dominus taxat mercedem famulo conducto infra limites iusti pretii; absolute loquendo tenetur restituere quantum satis fit ad constituendam mercedem intra limites iusti pretii, saltem infimi. Spectanda tamen sunt circumstantiæ. Nam famulus potest, si velit, gratis intervenire domino. Potesit sponte & libere in mercedem infima minorem consentire, eamque in pactum deducere. Hæc absolute vera sunt. Ceterum, quia in praxi vis una inter famulos reperitur qui libere consentiant in mercedem minima inferiori; idcirco communiter domini ad restitutionem tenentur, dum mercedem famulo taxant iniustam, seu infima consuetam minorem. Nec valet excusatio, quod famuli libere contenterint in eiusmodi mercedem: quia eorum consensio libera iniuste est, sed coacta. Necessitate enim urgente paciscuntur famuli talem mercedem. Ex necessitate autem famulorum, commo-dum reportare licite nequeunt domini.

VIII. Quæst. VI. Dominus qui oblige iusta causa famulum, conductum ad aviam, ante completum annum expellit, teneat ne integram et mercedem solvere? Resp. Adfirmant omnes: quia tunc per famulum non fiat quin integro anno serviat, & ex tali expulsiōne grave nocuumtum patitur. Quid, si famulus continuo inveniat alium dominum, nihilque detrimenti subit? Semper dominus peccat in iustitia peccato, sine causa famulum expellendo. Et P. Molina disp. ccccvi. etiam in hoc casu adstrictum avertit dominum ad integram solvendam mercedem in penam peccati. Quin subdit, famulum iniuste pulsum minime obligatum esse ad reddendum, ut impleat prescriptum tempus. Sententia Molinae subficienti alii, qui leges adducunt id statuentes. Deciso absolute contra viæ assignari potest respectu restitutionis, & solutionis pretii. Circumstantiæ, & damna quibus famuli subiciuntur ex tali expulsiōne, insuper causæ ob quas famuli expelluntur, spectanda sunt. Si enim oblique illa rationali causa famuli eiciantur, non video cur absolvi ab integra mercede, & damnorum compensatione domini valeant. Præter Molinam laudatam opinionem docent Azorius III. Part. Lib. VIII. de locato cap. XIII. quæst. v. Rebellus Part. II. Lib. XIV. cap. xvii. num. 16. Fagundes Lib. II. cap. xvii. n. 30. Et cobatus tract. 111. num. 33. Lessius Lib. II. cap. xxiv. dub. 2. num. 8. Leander disput. univ. q. xxvii. Salmanticensis tract. xxiv. cap. univ. parit. 7. num. 151. & alii apud ipsos.

IX.

IX. Quæst. VII. Peccat ne dominus, si impediatur ne famuli matrimonium contrahant? Resp. Adfirmat omnes: quia ea que iure nature famulis competunt, nequeunt impediri a domino. Dissidium solum est, utrum servus, matrimonio contracto, teneatur potius satisfacere uxori quam domino. Nonnulli respondent, nulla facta distinctione, preferendum esse uxori dominum: idque colligunt ex cap. i. de coniug. servorum. Alii distinguunt. Aut matrimonium contractum est consentiente domino, aut secus. Si primum, tunc preferendam esse dominum uxorem aliter: quia dominus tunc consentia in famuli matrimonium cessit iuri suo. Si autem inficio, & invito domino famulus matrimonium contraxit, tunc uxori anteponendum dominum docent: quia ius domini in famulum prius est iure uxoris in maritum. Porro iuxta iuris regulam, qui prior est tempore, potior est iure. Hæc opinio est probabilior, eamque docet D. Th. in suppl. ad III. Part. quart. lit. art. 2. ad 3. Si servus, volente domino, matrimonium contraxerit, tunc debet prætermittere servitium domini imperantis, & reddere debitum uxori, quia per hoc quod dominus concessit ut matrimonium servus contraheret, intelligitur et concessisse omnia que matrimonium requirit. Si autem matrimonium, ignorante, vel contra iuram domino, est contractum, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire, si iuramque simul esse non possit. Sed tamen in his multa particularia considerari debent, sicut etiam in omnibus humanis actibus, scilicet periculum castitatis imminens uxori, & impedimentum quod ex redditione debiti servitio imperato generatur, & alia huiusmodi: quibus omnibus rite pensatis iudicari poterit, cui magis servus obedire tenetur, domino, vel uxori.

LIBER SEPTIMUS IN DECALOGUM.

QUINTUM PRÆCEPTUM TRACTANS,
NON OCCIDES.

DISSERTATIO UNICA.

PRO ÆMIUM.

VIX quisquam sibi in animo inducere poterit, ut credat, nonnullas recentiores Casuistas, qui passim clamant, divinam legem benignam, & suavem esse, tales potuisse evulgare opiniones, que levitiam præstarent, & feritatem. Sanctissima Christi lex perferre invidiam, & earumdem oblivisci, inimicis parere, bonâ pro malis rependere, mundanum honorem, & terrena omnia propter Dei gloriam contemnere suadet, hortatur, iubet. Nova benignitas a quibusdam Moralibus invecata, tanti & divitias, & humanam famam acclimat, ut pro solorum conversatione humani sanguinis effusionem licitam honestamque facillime propugnet. Quantum hæc recens benignitas cum evangelicæ caritatis suavitate & lenitate pugnet, sequentes propositiones declarabunt.

CAPUT I.

Recensentur propositiones tum que sunt ab Ecclesia damnatae, tum que laxa videntur.

Propositiones damnatae a duobus Pontificibus, Alexandro VII. & Innocentio XI.

I. VIR æquestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis Com. Theol. Tom. IV.

notam apud alios incurrat. 2. Alexandri VII. II. Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniosum gratia criminata de se, vel de sua Religione spargere iniquum occidere, quando alius modus defendendi non suppetat, ut suppetere non videtur, si calumniosus sit paratus vel ipsi Religioso, vel eius Religioni publicæ, & eorum gravissimis viris predictis impingere, nisi occidatur. 17. Alexandri VII.

L. 3. III

salarium famulo qui operas suas eidem locavit, nulla mercede pacta? Resp. Distinguitur Salmanticensis loc. cit. n. 135. Si dominus similes famulos conducere soleat, teneat illam consuetudinem mercedem solvere; eoque non solvete, contentum famulum posse, nedum illam exigere, verum etiam occulte lele compensare. Secus vero, si domini non consueverint conducere famulos; ut accidit, quando Episcopi, & Nobiles pueros accipiunt impotentis parentum precibus ad proprium servitium, quibus viduum, vestitum, habitationemque tribuere, nulla mercede pacta, solent. Verum illi iuxta communem existimationem non habent rationem famulorum; nec isti communiter pro mercede interviunt. Nunc autem sermo est de veris famulis, qui reipso locant operas suas, & ut veri famuli servitia, & obsequia prestant, nullo pacto salario. Omni igitur distinctione, & controversia seposita, ius nature spectandum est; & pro quantitate laboris, ac servitii prestanti tantumdem pretii recipiendum est.

VI. Quæst. IV. Est ne aliqua mensura iusta mercedis servitii famulis? Resp. Non alia mensura, seu regula iuste mercedis assignari potest, nisi communis praxis, & consuetudo, iuxta quam communiter illius loci famuli locant operas suas. Aequi contentum, iniustum esse pretium illud quod non sufficit ad victum, & vestitum famuli. Sed saltem omnino est regula illius. Quantitas mercedis maioris, aut minoris pendet potius a maiori, vel minori habitate famuli: qui quo plus laborat, maiusque commodum, & utilitatem affert domino, eo maiorem mereatur mercedem. Sed neque hæc maior stabilitas severe attendenda est: alioquin plura dissidia & lites occurrerent; & quisque se altero habiliorum reputaret. Communis ergo praxis servanda, ad conscientiam quod attinet. Quod vero re domelicam spectat, quisque suppetere rationes potest, & colligere, quid sua intersit, an famulus capaxior, fortior, diligentior cum maiori mercede conducendus; an alter docendus minori pretio, sed minus quoque agens ad servitia prestantia.

VII. Quæst. V. Si dominus conducat minori mercede, quam iustitia famulum, teneat ne ad restitutionem? Resp. Sicut in quolibet contractu servanda est mensura iusti pretii, ita quoque in contractu conductus famulorum. Tria distinguuntur pretia, supremum, medium, infimum. Hæc tria pretia iusta reputantur; iniusta vero illa que aut supremum excedunt, aut infimum non attingunt. Quan-

do ergo dominus taxat mercedem famulo conducto infra limites iusti pretii; absolute loquendo tenetur restituere quantum satis fit ad constituendam mercedem intra limites iusti pretii, saltem infimi. Spectanda tamen sunt circumstantiæ. Nam famulus potest, si velit, gratis interire domino. Potesit sponte & libere in mercedem infima minorem consentire, eamque in pactum deducere. Hæc absolute vera sunt. Ceterum, quia in praxi vis una inter famulos reperitur qui libere consentiant in mercedem minima inferiori; idcirco communiter domini ad restitutionem tenentur, dum mercedem famulo taxant iniustam, seu infima consuetam minorem. Nec valet excusatio, quod famuli libere contenterint in eiusmodi mercedem: quia eorum consensio libera iniuste est, sed coacta. Necessitate enim urgente paciscuntur famuli talem mercedem. Ex necessitate autem famulorum, commo-dum reportare licite nequeunt domini.

VIII. Quæst. VI. Dominus qui oblique iusta causa famulum, conductum ad aviam, ante completum annum expellit, tenetur ne integram et mercedem solvere? Resp. Adfirmant omnes: quia tunc per famulum non fiat quin integro anno serviat, & ex tali expulsiōne grave nocuumtum patitur. Quid, si famulus continuo inveniat alium dominum, nihilque detrimenti subiret? Semper dominus peccaret iniustitiam peccato, sine causa famulum expellendo. Et P. Molina disp. ccccvi. etiam in hoc casu adstrictum avertit dominum ad integram solvendam mercedem in penam peccati. Quin subdit, famulum iniuste pulsum minime obligatum esse ad reddendum, ut impleat prescriptum tempus. Sententia Molinae subficienti alii, qui leges adducunt id statuentes. Deciso absolute contra viæ assignari potest respectu restitutionis, & solutionis pretii. Circumstantiæ, & damna quibus famuli subiciuntur ex tali expulsiōne, insuper causæ ob quas famuli expelluntur, spectanda sunt. Si enim oblique iusta rationabili causa famuli eiciantur, non video cur absolvi ab integra mercede, & damnorum compensatione domini valeant. Præter Molinam laudatam opinionem docent Azorius III. Part. Lib. VIII. de locato cap. XIII. quæst. v. Rebellus Part. II. Lib. XIV. quæst. XIII. num. 16. Fagundes Lib. II. cap. XVI. n. 20. Et cobatius tract. III. num. 33. Lessius Lib. II. cap. xxiv. dub. 2. num. 8. Leander disput. univ. q. xxvii. Salmanticensis tract. xxiv. cap. univ. parit. 7. num. 151. & alii apud ipsos.

IX.

IX. Quæst. VII. Peccant ne domini, si impediunt ne famuli matrimonium contrahant? Resp. Adfirmat omnes: quia ea que iure nature famulis competunt, nequeunt impediri a domino. Dissidium solum est, utrum servus, matrimonio contracto, teneatur potius satisfacere uxori quam domino. Nonnulli respondent, nulla facta distinctione, preferendum esse uxori dominum: idque colligunt ex cap. i. de coniug. servorum. Alii distinguunt. Aut matrimonium contractum est consentiente domino, aut secus. Si primum, tunc preferendam esse dominum uxorem alicuius: quia dominus ius consensio in famuli matrimonium cessit iuri suo. Si autem inficio, & invito domino famulus matrimonium contraxit, tunc uxori anteponendum dominum docent: quia ius domini in famulum prius est iure uxoris in maritum. Porro iuxta iuris regulam, qui prior est tempore, potior est iure. Hæc opinio est probabilior, eamque docet D. Th. in suppl. ad III. Part. quæst. lxx. art. 2. ad 3. Si servus, volente domino, matrimonium contraxerit, tunc debet prætermittere servitium domini imperantis, & reddere debitum uxori, quia per hoc quod dominus concessit ut matrimonium servus contraheret, intelligitur et concessisse omnia que matrimonium requirit. Si autem matrimonium, ignorante, vel contra iuram domino, est contractum, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire, si iuramque simul esse non possit. Sed tamen in his multa particularia considerari debent, sicut videtur in omnibus humanis actibus, scilicet periculum castitatis imminere uxori, & impedimentum quod ex redditione debiti servitio imperato generatur, & alia huiusmodi: quibus omnibus rite pensatis iudicari poterit, cui magis servus obedire tenetur, domino, vel uxori.

LIBER SEPTIMUS IN DECALOGUM.

QUINTUM PRÆCEPTUM TRACTANS,
NON OCCIDES.

DISSERTATIO UNICA.

PROŒMIUM.

VIX quisquam sibi in animo inducere poterit, ut credat, nonnullas recentiores Casuistas, qui passim clamant, divinam legem benignam, & suavem esse, tales potuisse evulgare opiniones, que levitiam præstarent, & feritatem. Sanctissima Christi lex perferre inviduas, & earundem oblivisci, inimicis parere, bonâ pro malis rependere, mundanum honorem, & terrena omnia propter Dei gloriam contemnere suadet, hortatur, iubet. Nova benignitas a quibusdam Moralibus invecata, tanti & divitias, & humanam famam acclimat, ut pro solorum conversatione humani sanguinis effusionem licitam honestamque facillime propugnet. Quantum hæc recens benignitas cum evangelicæ caritatis suavitate & lenitate pugnet, sequentes propositiones declarabunt.

CAPUT I.

Recensentur propositiones tum que sunt ab Ecclesia damnatae, tum que laxa videntur.

Propositiones damnatae a duobus Pontificibus, Alexandro VII. & Innocentio XI.

I. VIR equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis Com. Theol. Tom. IV.

notam apud alios incurrat. 2. Alexandri VII. II. Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniosum gratia criminata de se, vel de sua Religione spargere iniquum occidere, quando alius modus defendendi non suppetat, ut suppetere non videtur, si calumniosus sit paratus vel ipsi Religioso, vel eius Religioni publicæ, & eorum gravissimis viris predictis impingere, nisi occidatur. 17. Alexandri VII.

L. 3. III

III. Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam iudicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnari evitare. 18. Alexandri VII.

IV. Non peccat mortuus occidens propria caritate uxorem in adulterio deprehensam. 19. Alexandri VII.

V. Fac est cum honorate occidere invasorem, qui vitium calumniam inferre, si aliter legumina vitari nequit. Idem quatenus dicitur, si quis impingat aliam, vel fuste percussit, & post impactum aliam, vel fustem fuisse fugiat. 20. Innocentii XI.

VI. Regulariter occidere possumus forem pro confessione unius avari. 31. Innocentii XI.

VII. Non solum licitum est defendere defensionem occisum quae acta possidemus, sed etiam ad quae nos inchoatum habemus, & quae nos possessores speramus. 32. Iohannes XI.

VIII. Licetum est tam heredi, quam legatario contra iniuste impendentem, ne vel hereditas adeatur, vel legata solvantur, se totius defendere, sicut & ius habenti in eadem, vel prebendam contra eorum possessionem iniuste impendentem. 33. Innocentii XI.

IX. Licet procurare abortum ante animationem fetus, ne puella deprehensa postea occidatur, aut infanetur. 34. Innocentii XI.

X. Videtur probabile omnem fecundum, quod in utero est, carere anima rationali, & tunc primum insequere commensuratum, cum paritur; & consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi. 35. Innocentii XI.

En benignitatis probabiliter sanguinari, truculentique fetus. En quam sanguinis humani effundendi liberalis sit novus opinandi modus a sancta caritatis lege maxime alienus.

S. II.

Propositiones calumniae nimium laxae.

I. Uisque penetrare confectaria valet quae ex his decem veteribus principibus proficiuntur. Paucis ex pluribus quae hoc in libro dicturus sum, hic praemitto.

II. Ubi est scripta expressa permissio a Deo, ut Reges, & Respublicae possint interficere nocentem An est in Scriptura? An in traditione? Est ne fidei articulus? Si solum lumine naturali eo docuitur, patere ex eodem lumine naturali iudicemus, quid quae pro privato licet in occidendo aggressore, non licet vitae, verum etiam honoris, &

rei. " Clerus Gallicanus anno 1700. in Comitiis generalibus hanc doctrinam damnabit, ut scandalosam, erroneam, & hereticam, Regibus, & Rebuspublicis iniuriosam, vanis rationibus, & regulis veterum hominum, & novorum decreta subvertentem.

III. An homo religiosus, qui fragilitate cedens feminam eilem cognovit, quae non dicens se prostituisse viro tanto, re enaratur, & eundem infamam, post illam occideret. Resp. *quod sentit*. " Carmel in *Urbis*, *fund. nom.* 1173. Hanc suspensum & hoc fat est ex Probabiliori doctrina colligatur id licere quia, quando lex est dubia, homo liber a lege est.

IV. Regulariter occidere possumus forem pro confessione unius avari. Propositio damnata solum vult, id non licere regulariter; si tunc in aliquibus circumstantiis possit id licere. " Dominica Viva in *Trat. in prop.* 19. *Alex. VII. nom.* 10.

V. Potest quidem vir nobilis volentem impingere aliam gladio impedire, & ut multi docent, etiam defensionem occisum se defendere. " Idem Viva in *prop. damn.* 17. & 18. *Alex. VII. nom.* 9.

VI. Vitae equitatis non tenetur fugere aggressorem cum suo dedecore; sed potest ab illo se defendere defensione occisiva. " Idem Viva in *prop. damn.* 17. *Alexand. VIII. n.* 5.

VII. Etiam ad honorem necessarium tuendum viro honorato licere occidere iniustum, ac contumeliosum aggressorem, docet DD. & sine dubio verissimum est in hac suppositione, quod honoratus in aliquo casu alter iniuriam, vel contumeliam alteri perire, honorisque tibi defendendo aggressorem tuum non possit, nisi occidendo aggressorem contumeliosum. " Patritius Sporer *tract. v. in 5. precep. Decalog. cap. 11. sect. 3. §. 4. num.* 159.

VIII. Licet ad honorem tuendum, in valorem post impactum aliam, fustem, vel vulnus suscipientem insequi, & occidere. Censio hanc intentionem esse probabilis, & tutam in praxi: quia, dum ad verianus sunt, & percussus insequitur, moraliter adhuc durat congressus. " Diana *Tom. VIII. coord. tract. v. resol. 7. n. 3. & 6. item resol. 8. num.* 2.

IX. An, si index desit, possit quis intrare in locum ubi rem furtivam in pacifica possessione reperit, & illum occidere cum moderamine &c. Respondeo affirmative. " Idem Diana *Tom. VIII. in stud. tract. v. resol. 31. & num.* 1.

X. Si

X. Si te accepta fugias, tunc possum insequi, & ferire; vel, si necesse sit, eum inuisu telo perire. Si invadas rem meas per famulum, vel arte magica per demonem, nec alia ratione quam necesse tu possit impediri; si conaraveris in mea damna; si impedias inique inaequos creditores, ne mihi satisfaciant; si falsa accusatione, vel falso testimonio me fortunis concernere verteres; nec alia ratio impediendi suspensatur. " P. Leonardus Lessius *Lib. II. de iust. cap. 11. dub. 11. n. 74. & 75.*

XI. Si Petes, an sit contra iustitiam, si res iudicium esse recuperabilis? Respondeatur, venari videri non esse. " Idem Lessius *loc. cit. n. 70. & 71.*

XII. An fas universum esse interficere eum qui non interficere decrevit, quando alter non patet via evadendi mortem, gratiore periculo mortis, quod nequitia illius ex eo decreto nobis imminet, live qui id ita decrevit, diceas dum iam aggressor sit, sine metu: id enim questio est de vocabulo. " Ludovicus Molina *de iust. Tom. I. tract. III. disp. 222. n. 2.*

XIII. Probabiliter respondeo licere, & absque metu irregularitatis, occidere occisum litigatorem, si conset aperte, & omnino certo, dictum litigatorem omnino iniuste, & per calumniam procedere, & etiam sit omnino certum quod innocens sua bona non irreperabiliter amissus est, nec aliud sibi remedium ab ea recuperanda suspensatur. " P. Leonardus a SS. Sacramento *Par. 2. re. 11. disp. 111. qn. 2.*

XIV. An post decretum Innocentii XI. licitum sit invasorem honoris cum moderamine inculpatae tutelae occidere? Probabilis multo respondeo, utiam post decretum SS. P. N. Innocentii XI. licitum esse. Quia ex propositione particularitatis universaliter non tenet consequentia, " Emanuel a Conceptione, seu continuator Leonardus a SS. Sacramento *Part. II. in ordin. IX. tract. 11. dist. 111. quest. VI.*

XV. An post dictum P. N. Innocentii decretum licitum sit occidere eum qui dicitur, *mentis*; aut contumeliam profertur periculis, ut in *ex infamam, male casta* &c. vel imperfecte, *ut ex infamam ... male gen.* ... si alter iniuria repellit non potest? Probabilis respondeo affirmative. " Idem Emanuel a Concept. *loc. cit. qn. 21.*

XVI. Qui invadit ab altero live armis, live contumelias, si potest fugere, & ma-

lum declinare, non tamen fugit, sed cum debita moderatione se defendit, & *alio non occidit*; non tenetur ad restitutionem. " P. Dominicus Viva in suo *Curso Theologico-Moralis Tom. 1. Part. III. de iust. quest. VII. art. 1. n. 1.*

XVII. Si rarissimo casu eo loco resista sit, ut miles in exercitu, vir equitatis in aula regia, officio, dignitate, Ducis, aut Principis favore, ob ignaviae suspicionem excidere debeat, nisi identidem provocanti se defendens, non audeo damnare eum qui male se defendens in gratia paruit. " Paulus Layman *Lib. III. de iust. tract. III. par. III. cap. III. n. 3.*

XXII. Hæc quoque opinio falsa, & improbabilius mihi est. Ad hoc ut licita sit invasoris occisio, sit oportet cum moderamine inculpatae tutelæ. Porro inter condiciones necessarias ad inculpatam tutelam, una est quod occisio illa sit necessaria ad defensionem, ut nulla prolix pateat via ad illam vitandam. Porro, si quis fugiendo declinare occisionem vellet, iam occisio non est absolute necessaria. Ergo fugæ se dare tenetur. At, si fugæ se committat, infamiam, & dedecus contrahit. Distinguo: infamiam, & dedecus vanum, commentitium, mundanorum hominum opinione nitum, verum habet. Sed hoc dedecus, hæc ignominia gloria est Christianorum, honoreque summus. Contrahit infamiam veram, ex actionis pravitate profluentem; nego. Responsio patet ex dictis. Quod autem inbatur, si alapa, vel fuisse percutiatur, diligenter pariter est. Si invasus certo est ira invasoris, & ex eius modo percussit, ferendi, aut mutandi prævidet se ab illo occidendum, si fugeret, eo quod audacior fieret invasor, tum postea se defendens, etiam ad usque necessarium defensionem lequeretur mors invasoris. Si vero fusa vitare posset invasorem mortem, tamen ex fuga subiret penes mundi inanimatis homines dedecus, & infamiam, arripere fugam debet: quia ad hoc urget lex christiana. Nec est quod opponas, te non posse divinare, quanta futura sit hominis ira, & quousque processurus sit in percussione. Quoniam nunc sermo est, facta politione quod prædicitur dicere valeas, fugam esse opportunam, & sufficientem ad mortem declinandam. Ceterum, si in ipso confusus accesserit, utrum fuga opportuna sit, subsistatque ad vitandam mortem: tum fortasse valet principium illud, *Melior est conditio invidentis.*

XXXIII. Hinc ergo colligas velim: quando fuga potest declinare mortem invasoris, sine verbis, & lingua te infamatum, sine alapis, aut fuisse te percussit; semper ad fugam adstringeris, si ve plebeus sis, si ve nobilis, si ve Eques, si ve Religiosus: quoniam unica est Evangelii lex, unus Christianismi spiritus. Distinctissime Probabilitatis in hac materia vanæ sunt.

XXIV.

XXIV. Iam nonnulla ex iis que latius disputavimus, concludaria colligamus. Primum, laudatam Evangelii sententiam non esse consilium, sed preceptum, quantum ad animi preparationem, ut ex Augustino supra dictum est. Secundo animadvertendum, non alunda citatas opiniones, seu honore defensionem, quam a superiora, proficisci. Hæc quippe omnium peccatorum radix est, quæ altiores in mortalium animis radices agit. Hæc vel ipsas sanctiores animas obediens, adorturque. Honor, gloria, nupta popularis sunt illius arma, quibus turbido animo aggreditur. Hinc capitali vicio humilitatis virtus adversatur. Christianus humilis pot nihil habet opprobria, & ignominiam sustinere: superbus et contrario honorem, gloriæque humanam anhelat, atque in eos trahit qui eandem illi lustrare, aut diminuere tentant. Hæc est res vindictarum, occisionum, & gravissimum malorum origo. Quicunque hunc mundi honorem, gloriamque magni facit, verus Christianus esse nequit, ut testatur Apostolus Paulus. Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

XXV. Lubet pauca documenta Patrum istius pertinentia recensere. D. Basilii in Reg. liter. reg. xxviii, hæc inquit. Reddere quidem, cui honoris, honoris iusti famam, quæque augeat honorem civitatis, tam Dominus dicitur habere. Quomodo, vos potestis credere, qui gloriam ab ipvicem accipitis, & gloriam que a solo Deo est, non queritis? Ex quibus intelligitur quod gloria ad hominum quæere manifestissimum est argumentum invidiarum, & animi avari a cultu Dei, cum Apostolus dicat: Si adhuc hominibus placerem.

XXVI. Summa consideratione digna sunt que scribit D. Augustinus episc. lxxv. nunc xxii. Honorum autem nobis mater superbia est. & hominum laudes aviditas, que etiam hypocritam sepe generat. Hinc non resistit, nisi certis circumstantiis liberam testimonio incutiatur timor, & caritas Dei, si tamen ille qui hoc agit, præbeat patientia, & humilitatis exemplum minus sibi assumendo quam offertur, sed tamen ab eo qui se honorant, nec totum, nec nihil accipiendo, & id quod accipitur laudis, aut honoris, non propter se, qui totus coram Deo esse debet, & humanam contemneret, sed propter illos accipitur quibus conferere non potest, si nimia devotione viscat. Ad hoc enim pertinet quod dictum est: Nemo juvenitum tuam contemnat: tam la-

ille dicitur qui alio loco ait: Si hominibus placere vellem, Christi servus non essem. Magnum est de honoribus, & laudibus hominum non letari, sed & omnia ponantur in unum procedat, & si quid aliud necessarium recinetur, id totum ad utilitatem contrahendum, solentemque conferre. Non enim frustra dictum est: Deus confringit ossa hominum placere volentium. Quid enim longitudo, quid tam sine stabilitate ac fortitudine, quod esse significant, quam homo quem nullo ingenium lingua debilitat, cum sciat fallacem esse dicentem? Quis rei dolor nullo modo animo viscera dilataret, si non amor laudis? Quis eius confringeret. Profusus de robore animi sui. Itaque ista que tecum confert, nisi de eo dignaris tamen credo necesse considerare, quam sint gravia, quam diffidit. Non enim huius possis vires sentiri, nisi qui bellum in dicitur: quia est cuiquam facile est laude carere, dum demeratur; difficile est ea non desiderare, non ostentare: & tamen tantummodo in Deum debet esse suspensus, ut si non merito laudetur, obrogatus eos quos possidens, non arbitrorum aut in nobis esse quod non est, aut nullum esse quod Dei est, aut ea laudent que, quomodo non desint nobis, aut etiam superflua, nequequam tamen sunt laudabilia; vel ut sint bona omnia que vel cum quantum laudibus committit, vel cum impio demeretur. Si autem merito laudamur, propter Deum quatenus sic quibus placet verum laudem, quatenus tenet nobis, qui placere laudibus; sed si eorum Deo tales sumus, quales nos esse credunt, & non tribuunt nobis, sed Deo, cuius dona sunt omnia que vere meritoque laudantur. Hæc mihi ipse tanta gratia, vel vitæ ille cuius salutaria precepta sunt, quæcumque sepe in divinis lectionibus invenimus, pro que interitus animo suscipitur, & tamen vehementer cum adversariis dimicant sepe ab eorum capis, cum delectationem oblatam sanctis mihi auferre non possunt.

XXVII. Viri sancti, evangelicam legem apprime calentes, atque christiano spiritu probe instructi, non modo auram popularum, honorique mundani vanitatem contemnebant, & execrabantur, sed vel ipsam oblatam laudem ab egregia facinora repellant, quia de illis delectari, nisi in Deo, piaculum existimabant. Quæ, amabo te, comparatio caluificæ doctrinæ cum hæcætorum Theologia? Illa ob vanum mundi honorem effundendam sanguinem humanum docet: hæc calcandam, ut inane spectrum, mundaniam famam, honoremque opinionum-

miam aium, inelamant; & ut parcatu calumiantibus, & persecutibus, suadet, præcipitque.

XXVIII. In hæc tamen materia, sicut in ceteris omnibus, extrema vitanda sunt, ommique prudentie freno moderanda. Repetenda memorat est distinctio supra indicata duplicis honoris. Honor humanus, insipientis mundi existimatione parvus & vultus, semper despicatur et habendus. Honor, & fama, qui viri probi feceruntur ab improbis, semper curanda, succedenda, & licitis viis ab iniquis maledicis propaganda. Nostra interest non solum Deo, sed & hominibus testimonium exhibere bonorum operum, iuxta illud Apostoli II. ad Cor. cap. viii. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus: Quod & ad Rom. cap. xii. inculcat: Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Hanc eandem suadet Christus Dominus Matth. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.

XXIX. Providentiam autem illi tenentur honorare, famamque propriam custodire, & defendere qui sint alicuius societatis membra, quorumque infamia in aliorum detrimentum cæderet. Similiter Ministri, Prælati, Superiores omnes, quorum dignitas, & regimen vilesceat ex bonæ famæ iactura. Omnibus denique licita est proprie famæ defensio. Immo quandoque ob aliquas circumstantias custodiendi, & servandæ famæ debentur urget. Lubet nonnulla ex Augustino hic pertinentia transcribere. Hæc quippe sanctus Doctor scribit Lib. de bon. vidit. cap. xxi. Nec audiendi sunt sive viri sancti, sive femine, quando reprensus in aliquo negligentia sua, per quam sit ut in malum veniant suspitionem, nisi suam vitam longe abesse sciunt, devent sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non imprudenter saluam, etiam etiam crudeliter contemneret; cum occidit animas aliorum, sive blasphemantiam vitam Dei, quibus fecundam suam suspensionem quasi turpis, que casta est, displicet vita sanctiorum, sive etiam cum executione instantum, non quod vultur, sed quod portat. Potestè autem in circumstantiis flagitiorum, atque facinororum vitam suam salvare, sibi hoc facti: quibus non etiam famam, & in alios miseretur est. Nobis etiam necessaria est vita vestra, aliis fama vestra: & utique etiam quod aliis ministrans miseretur ad salutem, ad nostram quoque re-

ducat utilitatem. Unde non frustra Apostolus, Providemus, inquit, bona, non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus: Item dicit: Placet omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non querens quod mihi utile, sed quod malis, ut salventur. In quadam etiam exhortatione dicit: De cetero fratres, quæcumque sunt vera, & quæcumque sancta, quæcumque iusta, quæcumque casta, quæcumque carissima, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus: hæc cogitate, que & dicitur, & accepit, & auditis, & vidistis in me. Certe, quemalmodum inter multas que exhortatione commovuit, non neglexit potestè quæcumque bonæ famæ, divinisque verbis cunctis consilioribus, ubi ait, Si qua virtus, si qua laus. Ad virtutem namque virtutis que antea memoravit bonæ famæ vero ad laudem. Puto quod non laudem hominum pro magno fundat. Apostolus, alio loco dicit: Mihi autem minimum est ut a vobis iudicet, aut ab hominibus dicitur: & alibi: Si hominibus placerem, Christi servus non essem: & iterum: Nam gloria nostra hæc est, testimonium consentite nostræ. Sed illorum dicitur, id est bonæ vitæ, & bonæ famæ, vel, quod breviter dicitur, virtutis, & laudis, unam propter se ipsum suspentionem retinet, alteram propter alios miseretur sibi providet. Sed quoniam generaliter humana cavet suspitionem malevolentissimas non potest ex parte vitæ, ubi pro existimatione nostræ, quidquid resti possumus, fecerimus: si aliqui de nobis vel male fingendo, vel male credendo, famam nostram deplorare cogitaverit, assisti consentite solutionem, planeque etiam gaudium, quod merces nostra magne est in cælis, etiam cum dicitur homines mala multa de nobis, pie ratione, iustique venientibus. Illa enim merces, tamquam stipendium est militatum per animam iustitiam, non solum dextera, verum etiam sinistra, per gloriam scilicet, & glorificationem, per infantiam, pro bonam famam. Agite itaque cursum vestrum, & perseveranter currite, ut comprehendatis, & exempli vici, exhortationisque sermone rapite in eandem cursum vestrum quoscumque poteritis.

XXX. Similiter scribit Hieronymus Lib. II. epist. xvi. Quod si dixerit: Mihi sufficit conscientia mea, Deum habeo iudicem, qui mea vitæ est testis: non curio quid loquatur homines autem Apostolus scribens: Providentes bona non tantum coram Deo, sed & coram omnibus hominibus. Plura ex aliis Patribus istius afferte possem, que brevitatis gratia mihi fisco.

XXXI. Ut magis adhuc pateat quam sit a SS. Patrum Theologia distans crudelis Cassianorum quorundam doctrina, lobet nonnulla alia lub illius paragraphi finem adducere ex P. Lessii, qui Lib. II. de iust. c. 9. dub. 12. sequentes refert opiniones. I. Si con- tumelias afficias, sive per verba, sive per signa, sic etiam est ius defensionis. Nam ex sententia omnium licet contumeliosum occidere, quando aliter ex iniuria (iniuria) arceri nequit, quamquam ipse armis non invadat, quando contumelias sunt atrociores, & alia ratione vitari nequeunt. II. Si filia aliquid alapa, celsus, vel etiam fugias, multi DD. content in hoc casu si vit nobis, vel honoratus humilium iniuria sit affectus, posse statim repercutere, vel si impotentem insequi, & tantum infligere verberum, vel vulnium, quantum putatur necessarium ad honorem recuperandum.

XXXII. Primam sententiam non admittit, secundam vero speculative probandum est hinc verbis: *Hae sententia est speculative probata; tamen in praxi non videtur facile probanda: primum ob periculum cuius de se, secundo ob periculum poguram, & tertium, num. 20.*

XXXIII. Hanc distinctionem probabilitatis practicae, & speculative, quatenus ad praesens attraxit institutum, ut tutius recedi Teat. I. Filii Probabilissus, & Rigorissimus, II. cap. 11. §. 5. Ibidem ostentum est, quod horrendum esse excusare homicidium speculative quam practice acceptum, siquidem, dum P. Lessius assentit, speculative licitum esse repercutere fugientem ad relatiendum honorem mundanum lesium, docet evangelice lesi non repugnare absolute, & speculative, idem considerata notione legis evangelicae, & idea repressivis, repercutere fugientem. Hanc, similitate actiones in praxi non facile permittit. Verum, attenda idea generali Christianissimi, & legis evangelicae absolute acceptae (hoc enim sonat id speculative) eiusmodi verberationes, & mutationes propter defensionem honoris licite sunt. Tandem, quocumque lesu accipiantur verba P. Lessii, esse lesum temper interit, facile non esse admittendum repressivum, & perniciosum fugientis honoris reparandi causa; ceterum in gravioribus casibus, & difficilibus id licitum erit, quod quam sit monstruosum, nemo non videt.

§. IV.

De occisione invasoris ob conservationem bonorum temporalium.

GRAVissimi Auctores negant, aliquo in casu licitum esse latronum occisionem ob servanda, aut recuperanda temporalia bona. Hanc defendunt sententiam Ioannes Brudus Lovaniensis, qui quodlib. vii. titulari anno 1570. communem huille penes Theologos, & Canonistas, Fagnanus ad caput Interfecti de homicidio, inquit: Secandum Canones in solute conditioe non, posse latronum sine peccato occidere spoliatorum. Henricus a S. Ignatio, qui hanc propugnat sententiam, pro eadem citat ex Theologis Alestem, Scotum, Summam Tabienam, Gesionem, Augulinum de Ancona, Testatum, Vulpen Scutellum, Merbellum, Genettum, Du-Hamel, Neeflem, Vad-Roy, Du-Bois, P. Antonius Diana Tom. VIII. de iust. tract. v. reph. 29. pro hac eadem sententia citat Accurtium, Panormitanum, Archidiaconum, subditque Felinum in cap. 11. de homic. ex communi sententia adfirmare, licitum non esse iure canonico occidere furem pro servandis rebus suis.

II. Hanc eandem sententiam tuetur Ioannes Pontas verb. Occidere cap. 11. laudatque praeter citatos Innocentium Papam IV. Iuxta cap. Si vero 111. de sent. excomm. item Alexandrum III. in cap. Sulcepimus xvi. de homic. voluntario. Argumenta quoque pro hac sententia afferuntur, gravis sunt, & legi christianae apprime consentanea. Est primum, mandatum Non occides absolutum est, & universale, a quo nemo eximitur. Homicidium ita severe vetitum est, ut nemo illud directe intendere valeat, nec in propria vi defensionem. Permittitur enim ad necessarium vitae defensionem, tamquam ex hoc propter intentionem consequens. Bona autem temporalia sunt ordinis longae inferioris. Quomodo modo occidendus est homo horum invasor bonorum.

III. Praeterea Christus Dominus Matth. vi. inquit: Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tonnam tuam vulnere, dimittit et c. bellum. Quod licet consilium absolute sit, si opus exortum spectetur, quantum tamen ad animi preparationem, ut de exhibenda altera maxilla dictum est, ad praecipuum pertinet. Idque confirmatur divino illo estato Eccl. xxxi. Perde pecuniam propter

fratrem. Ergo nunquam occidendus frater propter pecuniam. Dicit enim Deus Genes. 13. Quicumque fuerit hominum sanguinem, fundetur sanguis ipius. An imaginem quippe Dei factus est homo. Denique haec occitio rapientis divinitus repugnat impolito nobis mandato diligendi proximum sicut nosmetipsos. Hoc est praecipium meum, ut diligatis invicem, sicut ego dilexi vos. Christus autem hic non dilexit, ut animam suam pro nobis poneret. Idcirco infert Ioannes Epil. I. cap. 111. Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Quis vero dixerit, pro fratre animam ponere eum qui rapientem sibi bona in ipso delicto occideret, illumque in gehennam aeternam detruderet?

IV. Accedit Patrum auctoritas. Pro contraria quippe sententia nec unius Patris, aut antiquioris Theologi testimonium allegari potest. Pro hac vero sententia Patres committere apertum est. D. Augustinus vix permittit defensionem occisivam invadentis vitam ipsius: casus auctoritatem explicat D. Thomas, ut supra vidimus. Occisorem vero rapientis bona aperte improbat Lib. 1. de iud. arb. cap. v. Proponit enim sibi quaestioem his verbis. Primum mihi discutendum videtur, utrum vel hostis irruens, vel insidiator sicarius, sive pro vita, sive pro libertate, sive pro pudicitia sine ulla interficiatur libidine. Obinebat tum lex publica quae permittit occisionem sciariorum, ilupratorum &c. Hanc legem displicet Augustinus: & primum statuit, eos procul dubio lege abuti qui, dominante libidine, illam exequantur. Deinde non videre se tellatur quomodo homines inculpate ea lege uti possint. Quoniam lex non cogit, sed permittit occidere, lege inculpata quomodo inculpate esse queant, non videt. Non enim lex eos cogit occidere, sed relinquit in potestate. Liberam esse itaque est neminem necesse pro sic rebus quas inviti possunt amittere, & ob hoc amare non debent. Et post pauca sic concludit. Quapropter legem quidem non reprehendo, quae tales permittit interfici: sed quo pacto ipse defendam qui interficiunt, non invenio. Sanctus quoque Gregorius Magnus Lib. XXX. Moral. cap. viii. inquit: Plus ipis raptoribus debemus metuere ne semetipsos perdant, quam rebus irrationabilibus defendendis iniuriare. Plures alios Patres referre possem, quos praetereo. Hoc dumtaxat affirmare sufficiat, quod affirmare non dubito, neminem reperitum in qui afferat, occidendum furem, aut sciarium propter divitiarum custodiam.

Leges ipse civiles furis occisionem non permittunt, dum nullum subest vitae periculum, ut animadvertit doctissimus Iurconsultorum Cuiacius in tit. de iur. c. v. ad leg. 3. c. leg. 9. ff. eodem, §. Si quis hominem, ubi haec habentur: Si quis hominem occiderit, capitalem sententiam subeat, nisi probare possit quod vitam suam defendendo illum occiderit. Adde vero citatus Cuiacius: Licet repellere eum qui venit feriendi, non occidendi causa (quod ex genere telit cognoscitur, l. 1. §. Divus, ff. ad l. Cornel. de sicariis, ut advertit citatus Henricus a S. Ignatio) sed non licet occidere. Et eodem modo licet repellere eum qui venit eripienda possessiois gratia, sed non licet occidere.

V. Postremum. Haec sententia confirmari potest ex propositionibus quas advertit sententia Theologi docentium, quales Ecclesia damnavit. Sunt autem sequentes, quas in suo decreto recensit Innocentius XI. 31. Regulariter occidere possunt furem pro conservatione unius auri. 32. Non licitum est defendere defensionem occisiva quae alii possideat, sed etiam ad quae inchoatum habemus, & quae nos possessores sperimus. 33. Licitum est tam heredi, quam legatario contra iniuste impediendum se taliter defendere, sicut & ius habenti in Cathedrali, vel Praebendali contra eorum possessionem iniuste impediendum. Quis dixerit crudelem, tragem, sanguinariam quae non esse modum hunc opinandi, qui eiusmodi theorematum procedere non reformidavit? Et tamen benigniores Probabilitas non pauci minime cessant eandem proscriptas opiniones, variis dumtaxat fucis obteatas, & allicius vocis additione facta, pro obtinenda. D. Dominicus Viva, exponens primam ex tribus relatis opinionibus, advertit eam defendi a Molina, si furto addatur contumelia, ita ut furtum evadat rapina, & committatur adversus vitam nobilem, non plebeium. Et hoc in sentia eam defendit etiam Lugo, concludit Viva in propos. 171. Alexander III. num. 10. Eam demque adoptare videtur idem P. Viva. Videt? Furto unius auri addatur verbum contumeliosum, quod evadat rapina, & propositio damnata licita fit: atque sic vita hominis minoris estimatur quam unicus aureus verbo contumelioso coniunctus. Subdit P. Viva, quod si attingenda amissio unius auri foret alicui pauperi ingens damnum, ut si artificii tollatur instrumentum suae artis, quo subsistat, non possit suam, ac suorum vitam sustentare, tunc poterit illud defensionem occisiva custodire. Et ideo propositio damnata soluta vult, id

non licere REGULARITER, esse in aliquibus circumstantiis posse sic licere. Plurimum sine homines qui ingens damnum subeunt ex iactura unius auri, non secus ac artifex ex amissione instrumenti sui. Illi secundum P. Vivam poterunt occidere furem istius auri. Sator unquam habet agrum, qua consequendo veses sibi, familiarique comparat alimentis. Invenitur a raptore. Ne hoc suo instrumento privetur, raptorem occidit. Reus ne homicidii erit? Nequaquam, iuxta doctrinam P. Viva. Vita ergo hominis unius auri, aut alteri infirmi pretii instrumentum postposita ali-quando erit Regulariter non est occidendum fur ob iacturam unius auri, nimirum si privato auri non inferat grave detrimentum. Quin non solum ob amissionem unius auri, sed etiam quicunque instrumenti necessari ad panem comparandum, licita erit hominis occisio? Quid, si instrumenti istius valor minus admodum efficit, paucorum oboloretur? Hic omnium materialiter se habent, inveniunt docti iuniores. Necessitas & egestas spectanda est artificis, qui absque illa actu, aut fornice, aut alio instrumento nequit artem suam exercere. Quis non perhorrescat audiens licitum esse ob unicum vilissimum instrumentum effundere humanum sanguinem? Iuniores nostri existimant laxissime, & sanguinari doctrinam se satis cavere hoc futo necessitatis illius instrumenti ad vitam sustentandam. Sub hoc infani pigmento dilatant laxitatem, sanguinis plenam, exquisita subtilitate. Ubi nam gentium sumus? Si fur, aut scarius eriperet aliquid artificis (sue artis instrumentum): adeo ne difficile foret artificis reperire aliud instrumentum, quo artem suam exerceat? At P. Viva, inquit, loquitur in hypothesi quam nullum aliud instrumentum inveniri posset, & illud alioquin necessarium foret ad vitam sustentandam. Cavillationes iste sunt, & effugia, ut sic blandius laxitas diffundatur. Primum P. Viva constituit thesimum absolutum, quod si iactura unius auri inferat ingens damnum alicui pauperi, licita sit ipsi defensione occisiva: en ipsius verba: *Si aliquando amissionis auri foret alicui pauperi ingens damnum: post adiecit exemplum artificis: ut si artificis tollatur instrumentum sue artis &c. sine poterit illud defensione occisiva custodire.* Hanc doctrinam, ut ego quidem arbitror, parum, aut nihil differre a damnata propositione, & si ita loqui fas est, videtur censura digna: tum quod propter instrumentum exigui pretii occidendum furem doceat; tum quod propositionem damnatam eliquat duplici via. Statuit

enim primo, quod si furram unius auri grave non asserat domino detrimentum, tamen si fur, vidente domino, aureum unicum furripit, & verbum contumeliosum in somnium nobilem proferat, tunc sine culpa necatur fur. Pergit deinde, quod si fur modestus sit, nullumque verbum iniuriosum euntem, occidi nihilominus iure valet, si furram unius auri ingens damnum inferat pauperi, cui furripitur. Hanc doctrinam & absolute spectata falsa est, & relate ad praxim credibilis, homicidii, & humani sanguinis effusionis viam aperit lassissimam. Neque reponas, hanc absurdam, incommodam, & flagitia non ex doctrina, sed ex malitia hominum profusuram, quoniam ego respondeo, ex utroque principio, nempe & ex doctrina nimium laxa, atque ab Evangelio longe multumque abhorrente, & ex hominum iniquitate prelatam incommendam, & cedes proficili. Malitia quippe humana occasio est laxandi doctrinam; & doctrina laxa roborat, antequam hominum iniquitatem.

VII. Ex his que dicta sunt, colligi potest aliud argumentum adversus oppositam sententiam. Cur Ecclesia damnavit propositionem defendentem occisionem licitam furis ob conservationem unius auri? Quia scilicet unius auri comparate ad vitam humanam nihil reputatur. Requiretur ergo proportio inter vitam & pecuniam, ut ob pecuniam, qua eripitur, vita possit auferri. At, sicut certum est proportionem nullam esse inter pecuniam & vitam, quantumvis pecunia multiplicetur, qua vita bonum est valde melius & excellentius; ita fit consequens, namquam ob quantumvis pecuniam licite hominem occidi posse. Alioquin, semel admisso quod pro viginti, aut quinquaginta, aut centum aureis occidi possit; continuo inferatur, licitum quoque fore eundem occidere pro unico tantum auro: quia unius auri fortum minus detrimentum inferat pauperi quam asserat diviti centum, aut mille aureorum oblatio. Hinc etiam consequatur, eum duo contollaria fore necessaria, ut due propositiones ab Innocentio Pontifice damnate: altera nimirum, alferens licitum esse defendere defensionem occisiva non modo ea que actu possidentur, sed etiam ea ad que ius habetur; & altera, que occidendum etiam docet illos qui impediunt hereditas alicui, aut obstatent cathedra, vel prebenda. Eodem namque principio quod nititur adversa sententia principalis de furum occisione ob divitias servandas, reguntur quoque prelate due propositiones damnate. Siquidem non modo eorum que possi-

possidemus, verum etiam eorum ad que ius habemus, privato grave, & ingens incommodum adferre solet. Ergo si grave detrimentum quod patitur ex privatione presentium, factus est ad solam occisionem furum; consequitur necessario, grave detrimentum, quod resque percipitur ob impedimentum alleguendi ea ad que nobis ius inest, sufficientem fore licite defensionis occisiva rationem.

VII. Contraria sententia, que propugnat licitam furis occisionem ob conservationem bonorum que sint magis, non exigui valoris, quorumque recuperatio apud iudicem sperari nequeat, communitur est inter recentiores Theologos: quorum hac sunt argumenta. Exod. xxii. hac habentur: *Si effringens fur domum, seu sufficiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit; percellor non erit reus sanguinis.* Addunt verba Ciceronis in orat. pro Milon. *Iniquitatis: Hec lex, non scripta, sed naturalis, ut latronis, & infideliatoris unquam in defensione bonorum occidere possimus.* Accedunt leges canonice. Siquidem cap. Inter occulti 2. de homicidiis, eundem homicidam ignam suadent, non ut penitentia necessaria, sed ut salubre consilium. *Si autem sine tali meditatione te, tuoque liberando, huiusmodi diaboli membra interficisti; si aliquis levare volueris, lonum est tibi, & elemosinam suo largiter.* Item Innocentius IV. approbans interdictum latum ab Episcopo Pictaviensi adversus Ballivum bonorum Episcopi usurpatorem, hanc assignat rationem: *Cum omnes leges, omniaque iura vim vi repellere, cancellisque se defendere permittant; sicut utique ipsi Decano, si praedictus Ballivus eum bonis suis mundanis iniuriose expellere, vel ea violenter occupare presumpserit (ut lapsus est expressum) contra illius violentiam, iniuriamque se tueri. Hinc inferunt etiamque vel Religioso, & Sacerdoti licitam esse defensionem bonorum etiam occisivam.*

VIII. Ratione quoque arguunt hoc passio. Cui contraria est sua allegatio, permittitur quoque est ea procurare media que ad talem finem perducunt. Bona temporalia media sunt ad vitam humanam alendam, servandamque. Ergo qua ratione licitum est conlervare & tueri vitam propriam, etiam cum occisione invaloris, eadem licitum erit occidere raptorem bonorum temporalium. Accedit. Quoniam vita spiritalis proximi fit superioris ordinis; hoc tamen non oblat quominus licitum sit occidere invaloris vite corporalis. Ergo, licet bona temporalia sint inferioris ordinis, id non oblat quin li-

ceat auferre vitam furi rapienti eiusmodi bona. Tandem, si fures impune possent aliena bona furripere, omnia plena essent furis, & rapinis: quod profecto in detrimentum Republice, & communis tranquillitatis perturbacione cederet.

IX. Hec sunt prioris sententia ad eiusmodi argumenta responsa. Ad primum ex Scriptura facilius responso est. Sermo ibi est de fure nocturno, in quo non modo auferendi bona, verum etiam occidendi intentio colligitur. Idque ex immediato contextu colligitur. *Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur.* Homicidii igitur reus est qui furem diurnum occidit, penaque mortis plectendum. A reus enim valoris sunt bona, five diu, five noctu auferantur. Non ergo ob solam bonorum ablationem permittit esse nocturni furis occisio (alioquin etiam fur diurnus permitteretur occidi) sed ob presumptionem voluntatis in ipso committendi furum cum homicidio. P. Calmer in commentariis ad citatum textum hac animadvertit: *Licere nocturnum furem interficere, quod rationabiliter vereri possumus quod nobis vitam velit eripere.* Hec verum licitum licitum licitum vereri omnis hominibus communis, quod licebat ob acceptam iniuriam ulcisci, antequam populi suum in principum, ac magistratum manu deusolletur. Leges in hoc casu, quodam modo in privatorum manu collocant arma, ut queant interficere in perlocutionem qui eos noctu aggrediantur, non modo ob privatos inimicos, verum etiam publice que quis hostes; atque in hoc sensu aliter potest, eos nequaquam occidere privato auctoritate, sed legitima magistratum legitimeque auctoritate, que deputarunt iuris quod habet Deus super hominum vitam. Hec homicidiorum generum Ecclesia patitur, nec desunt Scholastici, atque Interpretes qui doceant, salva conscientia, furem intermisse posse, vel alium quempiam qui non aggressur vitam abrapsum, cum iactura illius alter nequaquam estagere. Sed Augustinus optime ait Lib. I. de lib. arb. cap. v. *Legem quidem nos respiciendo, que tales permittit interficere; sed quomodo ipsos qui interficent defendendam, non invenio.* Re quidem vera quoniam ulcisceri potest est hominem interficere, ut servet ea que religio nos spernari vult? Evangelium sententiam predicat, & Patres docere permittit, non licere quemquam interficere. Homicidium voluntarium generatim dam-

» manat, & sine ulla restrictione. "Hæc-
 nis P. Calmet. Iudicium meum in animad-
 versione sub finem *dist.* adicienda exponam.
 Ad textum allatum ex Cicerone respondent,
 Romanos tulisse leges, quæ privatis permit-
 tebant occisionem lumini qui simul vitæ in-
 sidia labantur. Patet ex *L. 6. ad legem Corne-
 liam. Furum nicturium si quis occiderit, ita
 demum impune ferret, si parere ei sine periculo
 suo non poterit.* Nihil ergo emolumentum hinc
 colligere adversarii valent. Immo ipse civiles
 leges improbandas occisiones latronum qui ab-
 que vitæ hominum periculo bona temporalia
 surripunt. Accedit, si premissis potellates le-
 gem condendi posse, quæ subditi licentiam faci-
 unt occidendi publicos Reipublicæ perturba-
 tores, & facinorosos homines qui civili com-
 mercio insidiantur. In qua potestate, non
 privata sed publica auctoritate latrones oc-
 ciduntur. Ad canonum testimonia facillè,
 & obvia respondit esse. Siquidem *cap. Inter-
 fecisti* ferro est de invalore, non bonorum
 modo, verum etiam vitæ dicitur enim *te,
 tuoque.* Distinctio, quam huic textui affigit
 Probabilis, arbitraria est. Quare perdoctus
 Fagnanus animadvertit, primam particulam
 illius textus, *interfecisti furum, vel latronem,*
 explicari debere per posteriorem, iuxta textum
 in *L. Quemadmodum*; ita ut sensus sit: si in-
 terfecisti furum, qui te, tuque invaserat,
 qui tamen comprehendi poterat absque occisione,
 age, penitentiam: si autem comprehendi
 minime poterat, & tu interfecisti, *te, & tua*
 liberando, penitentia non alligens, nisi
 ad castram, Aliud *capitulum* facillè ne-
 gotium. Quippe ibi sermo non est de occi-
 sione, sed de expulsiõne iniquitatis citra oc-
 cisionem. Quod adeo verum est, ut Ponti-
 ficem Decano Aurelianensi approbaverit utrum
 armorum spiritualium adverte præpotentem
 invalorem. Ut quid autem conspiceret De-
 canus ad excommunicationem, & interdi-
 ctum, si licitam existimasset corporalem oc-
 cisionem?

X. Ad primum argumentum a ratione pe-
 titum respondent, bona temporalia utique
 esse media ad vitam alendam, conservan-
 damque. Verum negant hæc a fure ita au-
 ferri posse omnia, quin sufficientia superint
 ad vitam sustentandam. Pauperes bonis ca-
 rent, sed patrimonium in divina providentia
 firmi habent. Argumentum istud ad immu-
 tum evinceret, tunc demtaxat licitam esse
 invalorem bonorum occisionem, quando hic
 omnia omnino bona auferret; ita ut nihil re-
 maneret spoliatum, quo vitam aleret. Porro

hic non sinit argumentum; sed occisionem
 valoris fur surripit, tamen pingue patrimo-
 nium superis invato, quo vitam sustentare
 commode valeat. Igitur vitæ utrumque eve-
 nienter ut latro ita spoliet hominem bonis tem-
 poralibus, ut hic interire cogatur ex bono-
 rum defectu. Quod si adversarii iure per-
 sistant hunc metaphysicam calum, tunc alia
 via planissima repelliendi sunt. Admissa enim
 difficillima hypothesis quod latro ita demul-
 te contenderet hominem bonis omnibus, ut
 his ablati necessario mortem opperire cogere-
 tur, tum eveniret quod canon laudaturnar-
 rat, nempe latronem *te, tuoque* invadere;
 atque adeo licitam esse defensionem occisionem
 ob vitæ propriam conservationem. Ergo argu-
 mentum factum aut nihil vincit, aut evin-
 cit, non propter bona, sed propter vitæ pro-
 priam custodiam occidendum latronem esse.

XI. Ad secundum argumentum respon-
 det, utique vitam spirituales latronis bonum
 esse in exteriori ordine, & vitam tempo-
 ralem aggressi esse bonum ordinis inferioris.
 Sed quid inde? Hinc inferi D. Thomas post
 ceteros Patres, licitum nunquam esse priva-
 ta auctoritate intendere mortem proximi;
 sed solum licitam esse intentionem quæ quis
 constituit defendere vitam propriam, licet ad
 istius vitæ defensionem præter intentionem
 sequatur occisio invaloris. Quare, si vix ob
 vitæ defensionem in praxi contingit aliquem
 inculpate occidere invalorem, ut dicitur
 de occidore invaloris bonorum? Vita
 humana inter bona creatura naturalia supre-
 mum locum tenet. Divitiæ autem infinitum
 locum habent inter naturalia bona creatura.
 Ergo fallax est argumentatio ab uno alium
 ordinem. Si bona divitiarum essent eisdem
 ordinis cum vita humana, tum argumentatio
 aliquid inferret; verum, cum sint alterius,
 & valde inferioris ordinis, argumentatio evi-
 denti labor fallacia. Conservatio vitæ pro-
 priæ a natura indita est: Lepissime annexa
 est vitæ spirituali. Si enim qui invaditur, in-
 quiritur sit noxa aliqua mortali, est eisdem
 iuris quia innocens respectu confictus, spe-
 rioris est conditionis ac invalor. Ne mirra
 Licet custodire vitam humanam, quæ est cui-
 que inter dona ordinis nature supremum bonum,
 etiam cum indirecta occasione invalo-
 ris. Ergo hæc ratione licitum quoque erit
 occidere invalorem bonorum temporalium,
 quæ sunt ordinis valde inferioris? Consequen-
 tia fallax est, non licet ac ista. In senten-
 tia adversariorum licitum est occidere in-

va

valorem rei magni momenti. Ergo licet oc-
 cidere invalorem pecuniæ exigui valoris. Pro-
 bõ consequentiam. Quamquam vita corpo-
 ralis sit exigui valoris relate ad vitam spiri-
 tualem; nihilominus licet occidere aggre-
 rem vitæ corporalis, etiam si sequatur iactura
 vitæ spiritualis eisdem. Ergo potiori iure,
 quamvis pecunia sit exigui valoris comparata
 ad millia aureos, fas erit interficere raptorem
 illius. Plus namque distat valor totius auri
 & argenti a pretio vitæ humanæ, quam
 distat valor unius oboli a valore ingentis
 telarii. Et tamen argumentatio non tenet.
 Licet autem occisio furis mille aureorum; ergo
 & occisio furis unius oboli. Igitur neque ar-
 gumentario ita consistit: Licet autem indirecta
 occisio invadentis vitam humanam; ergo
 licet quoque erit occisio invadentis bona.
 Quare potissimum argumentum cui impititur
 contraria sententia, mera fallacia est. Ad
 ultimum respondentur, nequaquam hoc mo-
 do aperiri viam latrociniis, & rapinis. Num-
 quid, quia Ecclesia prohibet adulterare de-
 prehensæ in ipso delicto occisionem, viam
 aperit adulteriis, vel adulatoribus efficit adul-
 teres? Penæ constituta in latrones sunt; &
 suprema potestates vigilant in eorumdem puni-
 tionem. Plura quippe sunt instituta supplicia
 ad furta impedienda. Ex adversa autem lan-
 guinaria opinione plurima sequuntur homici-
 dia cum publica tranquillitate perturbacione.

XII. Hæc sunt utriusque opinionis argu-
 menta. Si quod ipse sentio, exprimere volo
 prior sententia Evangelio, Patrum doctrine,
 spiritui Christianorum conformior videtur, mi-
 schique sane probabilior. Quod quid vel ipse
 suprema potestates neminem laqueo suspen-
 dunt ob lurtum decem aut viginti aureorum?
 Et christiani Theologi ob minusquam lurtum,
 si ingens damnum interat, homines morte
 peccatorum esse decernunt? Hæc proutque
 sequuntur, initiatum dogmata, tanquam o-
 minio laxa, scienda sunt.

XIII. Si licet vitam defendere, ita
 etiam bona externa, quæ vitæ sustentatio-
 nis, STATUS, HONORISQUE con-
 servationi deserviunt. Immo hoc etiam
 Clerici, ac Religiosi licitum est. "P.
 Viva in *Trinit. in prop. 17. Alexandri VII. n. 10.*
 Hæc opinio damnata est ab Illustrissimo
 Clero Gallicano anno 1700. tamquam *legi
 Dei, ordini caritatis divinitus instituto con-
 traria. & ut perniciosa, & erronea.*

XIV. Laxam quoque, & fallam censo
 sequentem doctrinam P. Lessii *Lib. II. de
 iust. cap. 18. dub. 11. n. 74. & 75.* Si re
 Cop. Theol. Tom. IV.

» accepta, fugias; tunc possunt insequi; &
 » ferire; vel si necesse sit, emittis telo pe-
 » te; si invadas res meas pro famulum,
 » vel arte magica per dormonem, nec alia
 » ratione quam necesse tua possit impediri;
 » coniuveris in mea damna; impedias ini-
 » que meos debitores, ne mihi satisfaciatur;
 » si falli accusatione, vel falso testimonio me
 » fornam coneris evadere, nec alia ratio im-
 » pedendi suppetat. "Hæc doctrina partim
 damnata est in rebus propositionibus, proferri-
 bus ab Innocentio XI. & partim vi recte
 ratiocinationis profertur insertur.

XV. Fallam quoque, & perniciosam repe-
 to sequentem sententiam, quam docet P. Lu-
 dovicius Molina *T. II. tract. 111. disp. XII. n. 2. de iust.* Arbitror fas universum esse
 » interficere eum qui nos interficere decre-
 » vit, quando aliter non patet via evadendi
 » mortem, graviter periculum mortis, quod
 » nequitia illius ex eo decreto nobis immi-
 » net, sive qui id ita decrevit, dicendus iam
 » aggressor sit, sive non: id enim questio est
 » de vocabulo.

XVI. Horraris plena est sequens senten-
 tia, quam defendit Leander a Ss. Sacramento
 P. *Tract. 11. disp. XII. quæ. xx. "An ex
 » eo solum quod aggressor veniat, & accedat
 » cum armis contra aliquem, venissimiliter
 » causa offendendi, possit aggressus licite,
 » & sine irregularitatis nota eum occidere?
 » Probabilis longe repositio, posse licite,
 » & sine periculo irregularitatis eum occide-
 » re; dummodo probabiliter, prudenterque
 » dicat ad ipsam offensendam causam, vel oc-
 » cidendi sententiam.*

XVII. Plures alias laxissimas opiniones bre-
 vitaris gratia omitto: tum quia plures relate
 fuerunt in isto disputacionis iura qua ex lit que
 dicta sunt, consistunt remanent.

XVIII. Disputant docti iuniores super
 quantitate bonorum necessaria ad licitam fu-
 ris occisionem. Convenit penes omnes non
 esse occidendum furem ob rem levioris mo-
 menti. Quæ, inquit Lessius *Lib. II. de iust.
 cap. 18. dub. 11. n. 68. pag. 7. pro re inima-
 » nam videtur concessum ius defensionis cum
 » tanto alterius malo. Est enim valde iniquum,
 » ut homo, vel etiam homo auro servando
 » privatus, nisi rem suam extorqueris, posses conari,
 » & si opus esset, etiam occidere iuxta Sotum;
 » tunc enim non tam rei, quam bonoris esset de-
 » fensio. Igitur, si vi tibi quippiam pomum,
 » vel aureum et maobus extorqueret perterret,
 » poteris resistere; & si opus fuerit, illum oc-*

cedere ob defensionem honoris, quem amittit in unius punit, vel auri violenta rapina. Vin' hanciorum probabilitatem? Hi sunt qui dicunt: *Ingen meum furare est.*

XIX. Admitti tamen, ad licentiam occisionem necesse esse ut spes dedit recuperandi rem furto sublata in iudicio. Si enim spes te foris recuperandi bona tua in iudicio, non potes tunc occidere. Dubit' tamen *U. Lellius loc. cit. n. 70. & 71.* occidendum esse furem, quando in iudicio non potest nisi magis nisi furem recuperari. Immo adhibet hoc quoddam. *Potes, an sit contra iustitiam, si furum procul fugantem occideris, quando res iudicio est recuperabilis? Resp. Verum videtur non esse, ut docet Cajetanus art. 7. & colligitur ex dictis, quia quilibet ius habet defendendi se a peccatione, etiam crucis, quando illi foren' laet in custodia. Hinc concolitur, quomocumque hominem esse supra potestate infortunatum. Si enim etiam tunc licet occidere invadentem iura aliena, hocque sapientem, cum via patet recuperandi eadem bona, apud legitimum iudicem, consequens est proculsi iustitia esse omnia iudicia, iuxta quippe hanc novam, & universi equitanti incognitam doctrinam, quippe iudice impuniti est vitæ, & meritis. Neque pluribus opus est, ut iam manifestam laxitatem habet factenus, qua licentiam propagatam quod est humane societati maxime perniciosum.*

XX. Sed adhuc integra manet inter recentiores Theologos controversia, quamvis videlicet quantitas necessaria sit ad licitam furis occisionem. Salmaticenses *tract. xxv. cap. 1. punct. 4. §. 4. n. 86.* recentior varias Theologorum sententias. Ludovicus Molina *Tom. III. tract. 115. disp. xvi. n. 6.* affirmat unum aureum, aut quod minus, si, relicto domino, furtivum. Nullum tribunal vel Ethnorum hominibus vitam admittit pro re adeo exco. Quare hanc opinio damnata fuit ab Innocentio XI. in hac propolitione *31. Regulatorie occidere possunt furem pro conversatione minus auro.* Alii assignant duos aureos, alii tres, alii quatuor, alii quinque. Vix unus benignitatem probabilissimam ad id dilatat, ut ad quantitatem decem aureorum pertingat. Laudat Salmaticensis *loc. cit. num. 87.* omnes te latas opiniones in probabiles reputant, excepta damnata ab Innocentio. Verum & hęc probabiliores reputantur, nisi damnata fuisset. Probabiliores tamen reputant sententiam *Soti,* allicentis non esse occidendum furem pro valore quatuor, aut quinque duratorum.

XX. Ego, ut dixi, vix concederem, casum reperiunt in quo licita esset furis occisio ob solam meranciam rerum defensionem. Tamen, admitta etiam hæc sententia, omnes relate opiniones nihil improbabiles, & falsæ sunt. Quodnam, quæro, tribunal ad mortem damnat furem ob simplex & parum furtum decem, aut viginti, aut quinquaginta, aut centum etiam aureorum? Lata ulique alicubi lex est adversus insidiosos, & protractores viarum, vulgo dictos *Assessini*, quos ob artem insulam, credulæque quam erant, ob furtum etiam parvum laqueo suspendendos decernit. Alii etiam ob tentis alicuius vitium propensæ ad furtum, & pecunia mortis consiliata est vel ob levia furtum propter boni communis considerationem. Ceterum tentis ipse communis hominum, præcisè peculiaribus circumstantiis, non permittit hominibus occisionem ob furtum minus pecunie quam præstat Theologi ad licitam occisionem. Quid ergo dicendum? Respondetur, in nullo pacto inchoari posse ut responsum licitum hominis occisionem ob solam pecuniarum abstractionem. Tamen, admissa etiam probabilitate adverse sententia, dicendum, nunquam licere homicidium ob furtum duorum quatuor, aut sex, aut decem aureorum. Quoniam homo facile sibi protegere potest, ut brevi talis furti iacturam laboribus, industria, aut alio licito modo compentit. Rigida hæc sunt, inquit. Dulcia hæc esse respondeo christiane legis documenta. Quid si via pauperis consilere haud possit, illa pecunia sublata? Iam diximus supra casum esse metaphysicum. Tamen, etiam eo admisso, tum non pro sola pecunia, sed pro vite defensionem, occisio licita dici possit. Revolve omnino Patrum opera, & vix inventies pro vite defensionem permittam ab ipsis invalorem occisionem. Nova autem Theologia eo devenit, ut pro sex, pro quatuor, aut pro duobus aureis homines occidendos doceat.

XXI. Itaque, si permittendum privatis hominibus homicidium ob rerum defensionem aliquando esset, tum locum licitum dicerem, cum fures domos expiant, viarioribus insidiantur, infamemque professionem exercent in gravissimum boni publici detrimentum. In his enim casibus, & contra ethnorum lætrogæ, & gratulæque exitimo a sapientibus, gratulæque legem recipi, sui verius expressis, latam esse, qua licitas singulari quemadmodum adversus banitos, impetrat occidendi similes latrones. Et tunc homicidium fiet non privata, sed publica auctoritate in

In his, similibusve casibus fortasse homicidia turum, & latronum licita erunt. Ceterum tecum serio animo reputa, christiane lector, quam sic moderna Theologia crudelis, & sanguinaria. Christianus frater tuus eodem infinito pretio redemptus, fame, penuria, necessitate urgente adactus, occasione oblata, sex nummos aureos tibi diviti furatur. Furtum istud tibi atque gravi est detrimento, minime tantum talis, ut in necessitatem te coniciat. Et tu ob servandos hos paucos nummos, non ad naturam, sed ad statum dumtaxat aliquantulum necessario effundere sanguinem fratris tui licite potes? Et ob hæc temporanea, fugacia, & vanaque bona, quæ lex christiana toties contemnenda inculcat, licita erit fratrum occisio? Dices, hæc esse pias, devotissimæ exclamations. Ego vero reponam, adversas opiniones redolere animorum non benignitatem, sed feram crudelitatem. Reponam eas esse novæ probabilitatis immania, irreligiosaque commenta, pupnata cum evangelicæ caritatis lege, & communis Patrum doctrina, ac traditione.

XXIII. Querit: *Quid si fur rem ablatam in tuto possidet? Licitum non esset vi tandem auferre, & nunquam resistens occidere?* Resp. Admittam plures Probabilitate, Valquez *de iustit. cap. v. §. 1. dub. 8. n. 44.* Lellius *Lib. II. de iust. cap. 10. dub. 11.* Lugo *de iust. Tom. I. disp. 2. sec. 9.* Leander *de iust. disp. XIII. ca. 11.* Tannerus, Diana, & alii.

XXIV. Contraria sententia vel pens ipsos Probabilitatis probabilior est, mihiq; vera. Si enim non licet occidere iniustum bonorum invalorem, multo minus licebit iniustum detentorem necare. Hanc sententiam docet conceptis verbis D. Thomas 2. 2. quæst. lxxv. art. 5. ad 3. *Qui furtim accipit rem suam apud alium iniuste detentam, peccat quidem, non quia gravet eum qui detinet (et ideo non tenet ad restituendum aliquid, vel ad recompensandum) sed peccat contra communitatem humanam, cum ipse sibi usurpat sine rei iudicio, iudic' vultus præmissis, & ideo tentare Deo satisfacere, & dare operam, ut scandalum proximorum, si vult, non inquit, fuerit, solent.* Si inquit rerum detentores licite occidi possent, plenus homicidiorum mundus esset: tribuna non superflua essent. Non enim hæc ereda sunt pro solis dubis super possessive rerum ortis, sed pro quibusque possessione transferenda ab uno in alium. Licet enim res ablata absolute sit domini, clameique ad dominum, quando tamen a fure possidetur, per solam iudicem revocari

ad dominum debet. Et quoniam hæc comperta sunt, non debent latius disputari.

§. V.

Licita ne sit occisio invadentis pudicitiam, vel sui ipsius ad vitandum peccati periculum.

I. Adfirmant communiter recentiores Theologi, led oppositum aperte docet Augustinus pluribus in locis, potissimum *Lib. I. de lib. art. cap. v.* ubi hæc habet. *Licita vero quis dubitaverit quin et si in ipso animo conspiciatur, quantoquidem vitiosus est? Unde a violento lupratoris cripi nec ipsa potest. Quidquid igitur exquirat esse ille qui occiditur, id totum in potestate nostra non est. Quare quemadmodum nostrum appellandum sit, non intelligit. Quapropter legem quidem non reprehendo qua tales permittit interfici; sed quo pacto istos defendam qui interficiunt, non incerto, item *Lib. I. de civit. Dei* pluribus capitulis improbat licitudinem ob peccatum futurum vitandum. *Cap. xviii.* improbat illorum sententiam qui permittunt feminas licite occidere, ne a violentis lupratoribus violentur. Quæ tenent, inquit, *vana mente putaverit se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua excecaverit, & expectat libidinis non sua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit. . . . Quæretur propositio animi permanent, nec quod etiam corpus sanctificari morat, nec ipsi corpore asert sanctitatem violentis libidinibus aliena, quam fecerit perfectæque continentia sua. Hinc cap. xix.* invenitur contra Lucretiam, quod se permittit ob illatum sibi furtum. Quoniam, inquit, illud licitudinem argumentum est eundem in adulterium conclusionem. Audiamus acutam illius argumentationem. *Permittentes, si forte ita est, falluntque est illud quod suo fuerit, & admissum unum dicitur, sed plures ambo adulterium committunt, una masculina iustitia, altera lævitate conclusionis, non se occidit voluntem, & ita potest a iustis etiam deservitibus dici non esse apud inferos, nec illis qui sibi letum innotuit esse peccati merito. Sed ita hæc causa ex utroque lævitate coarctatur, ut, si extenuat hancitatem, adulterium committens, si purgatur ad alterum, homicidium committit. Nec unum invenitur exitus, ubi desinat. Si ad altera, car' laudata? Si pudica, car' occisa?**

II. Cassitas ergo per vim contaminata nullam maculam irrogat innocenti virgini, quæ,

bent: aut severa penitentia, jejuniarum, sacramentorum, precum frequentia, abstinentia laborum sacrarum lesione, aliorumque remedium usque subigere appetitiones suas, carum domare, concupiscentiam cohibere, ut a culpis abſtinent; aut si hoc omnino inepta fuerint, artes ipsas delerere, quoties eadem causa proxima peccandi sint. Prudens opus est. Si relapsus in peccata sit, non artes, led fragilitatis causa; si non sit frequens, si penitentiam inserere utatur remediis praescriptis: licet in similibus casibus regula haec est, ut Confessarius disponat penitentiam ad absolutioem. Si experientia deprehenderit medicamentum prodelle, tunc ad sacramenta frequentanda inducat eiusmodi penitentes. Si contra deprehendat illos ex sacramentorum frequentia proficere nihil, tunc sacramenta eisdem arceat.

XXIV. Quæſt. XI. *Absolvenda ne hospita est, que quæſtus excipit hospites, non cum usum habeat?* Resp. Adfirmant Salmaprocentis tract. xxvi. cap. 11. punct. 2. §. 2. immo 40. Quia, inquit, cuiusmodi hospita habent diverſiora condita, carentque alio vivendi modo, & nequeunt sine magno incommodo hospites recipere. Proponere tamen hospita sumitur debet, ne nunquam cum ullo hospite solo in aliquo cubiculo collocantur, aut cum eodem ibidem commorantur. Citant pro hac opinione *Troldenium, Navarram, Thomam Hurtadum, Antonium a Spiritu Sancto, alioque*.

XXVI. Laxa & falsa mihi est sententia illi haec. Hospitum accessus sunt hospites occasio proxima, aut contra ipsa est hospitas causa peccandi proxima. Quia ergo peccati abſolutio potest, nisi prius occasioem, si peccandi occasio est, quod si hospites indifferenter sint fornicandi, aut adulterandi occasio; tum caupona dimittenda, aut a peccato abſtinentium. Sententia certa videtur. Incommodum, & detrimentum temporarium, quod hospita pareretur, debet hinc imputare. Ab eius voluntate pendet emendatio, si carissimus uti pharmaci velit, inaequale appetitiones cohibere. Nullo ergo modo audiendi sunt Theologi illi qui absolvendam hospitam talem aliterum ob detrimentum quod ex caupona dimissione pericperit. Sed evangelicum oraculum est attendendum: *Quid prodest homini, si converterit mundum laetetur, anime vero sua detrimentum patitur?* Matth. xvi.

XXVII. Oppido minus audiendus est Thomas Hurtado in hac materia laxissimus, qui

docet, absolvendam esse hospitam, que ancillas in caupona retinet male fame, queque advenientes hospites ad meretricandum sollicitant. Tam hospita que ancillas etiam modo non expellit, quam ancille ipse occasione reapse sunt a sacramentis, donec, occasione reapse dimissa, redeant ad meliorem frugem. Detrimentum autem temporale quod ex electione ancillarum hospita patitur, neque obstruunt ad excusandam hospitam, ut ex illi que dicta sunt, patet. Plures alias laxissimas opiniones confutabo dissertatione sequenti.

CAPUT VIII.

De panis latu in concubinariis laicis, & Clericis.

I. Pellicanus crimen est utriusque fori, ecclesiastici, & secularis. Quapropter ab utroque punitur iudice potest. Concilium Tridentinum sess. xxv. cap. vii. de reform. matr. decernit, concubinaris, si ter admoniti concubina non eiecerint, excommunicatione plendos esse. Quod si in concubinato per annum, centurios neglectis, permanserint, contra eos ab Ordinario severe pro qualitate criminis procedendum iuber.

II. Severiores sunt poena in Clericis concubinariorum constituta, quarum principales sunt depolitio, aut suspensio ab officio. Si concubinaris non respicit, potest seculari potestati ab Episcopo tradi, ad colliguntur ex cap. Presbyter dist. xvii. Ipso iure excommunicatus est, ut patet ex *Clémentina 1. de consang. & affinit. Verum, verus canonicus missis, recitanda sunt poena late in Concilio Tridentino sess. xxv. cap. xiv. de reform. Prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis ne concubinaris, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in dono, vel extra detinere, nec cum illis ullum conjugatorem habere audeant: aliquid panis, sacris canonicis, vel statutis Ecclesiarum inpositis puniantur. Quod si a Superioribus moniti ab his non se abstulerint, tertia parte fructuum, adventitiorum, & proventuum beneficiorum suorum quæſtioneque, & possessione ipso facto sine privati: quæſtione Ecclesie, aut aliter pio loco applicentur. Si vero in delicto eadem cum eadem, sed cum alia femina perseveraverint, fructus monitioni ad huc non parerint, non tantum fructus omnes, ac proventus suorum beneficiorum, & possessione in ipso amittant, qui praedictis locis applicentur, sed etiam*

iam a beneficiorum suorum administratione quoad Ordinarios, etiam uti Sæcis apostolica delegatus, arbitratibus, & suspensionibus. Et, si ita suspensus, nihilominus eorum expellunt, aut cum eis itam versentur, tunc beneficij, portionibus, & officij, & possessionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles, & indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficij, & officij in posterum redduntur; donec post manifestam vitam emendationem ab eorum Superioribus eandem in causa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas senel dimiserint, intermissum consuetum repetere, aut alias huiusmodi scandalos mulieres sibi adiungere ausi fuerint; praeter vitas poenas, excommunicationis gladio plebantur. Nec quavis appellatio, aut exemptio praedictam executionem impedit. Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut possessiones non habentes, iuxta delicti, & contumacie perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris poena, suspensionis, abſolutio, aliterve modis, iuxta sacros canones, puniantur. Episcopi quoque (quod nulli absit) si ab huiusmodi crimine non abstulerint, & a Synodo provinciali admittit, si non emendaverint; ipso facto sunt suspensi; & si perseveraverint, etiam ad sanctissimum Romanum Pontificem ab eodem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpa, etiam per privationem, si opus fuerit, in eos animaverit.

III. Quæſt. I. *Clericus qui semel cum muliere fornicatur, anitit ne beneficii fructus?* Resp. Adfirmat Navarros Tom. I. concil. de rebus. Cleric. & mulier. consil. 1. dummodo post superiores admonitionem, comitet iudicem de fornicatione commissis. Hinc sententia adhaeret Sayrus in *Clavi Regia Lib. VIII. cap. 11.*

IV. Oppolit sententia probatior videtur. Quoniam tam vetuli canones, quam Concilium Tridentinum loquuntur de Clericis concubinaris, seu concupiscentibus, & fornicationis reitibus. Porro qui senel fornicatur, & post superiores admonitionem, comitet iudicem non habet fornicandi, concubinaris dici nequit. Ergo ob unicum fornicationem fructus beneficii privandus non est.

V. Quæſt. II. *Quor nomine Clericorum comprehendit Concilium in suo decreto?* Resp. Communis sententia est, comprehendit omnes Clericos, etiam non insignitos ordine sacro. Ratio evidens est: quia id conceptis verbis docet Concilium ipsam Tridentinum: *Prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis* que-

que sane clausula omnes Clericos comprehendit, qui divino cultui sint additi.

VI. Quærit. III. In tertia pars fructuum, que iuxta Tridentinum personali sunt Clerici constituitur, comprehenduntur ne etiam quotidiana distributions? Resp. Probabilior mihi est sententia affirmans. Quia distributiones quotidianæ sunt revera beneficii proven-

tus. Ergo si tertia pars provenientium beneficii amittenda est, necessario consequitur in hac parte comprehendi etiam fructus distributionum quotidianarum. Hanc sententiam defendit Navarvus Lib. Consilior. de verb. signifi. consil. 6. Ledesma II. Part. tract. XXVII. cap. XXXVIII. concels. 1. diff. 2. Barbosa in cap. XIV. Trident. Council. & alii plures.

DISSERTATIO II.

DE MERETRICIO, MULIERUM ASPECTU,

CHOREIS, TACTIBUS, ALIISQUE

HUIUSMODI.

CAPUT I.

De meretricum permissioe.

I. Perdidicim questionem, quam in utramque partem Doctores veriant, exposui Tom. II. diff. de scandalis, & utriusque sententiae argumenta in medium attulii, parum de dicatione sollicitus, quod nulla fere subit profectus fiducia. Ubi constituto inveterato meretricum permittendi, vis concepti hoc ultra valet ut infiruetur. Tamen quia nunc argumentum de meretricibus tracto, operæ pretium existimavi pauca hic quoque alio sub aspectu addicere, ut controversia pleno in lumine collocetur.

II. Meretrix est, ut communi fertur definitione, cuius ventus est reptilium, seu que multorum libidini poter. Quare mulier que uni, aut alteri tantum corporis sui copiam facit, fornicaria est; sed meretrix proprie non dicitur. Communionis itaque sententia docet, illam vere appellari meretricem que pluribus quam duobus se prostituit, sive quibus, sive libidinis, aut amoris gratia. Id convenit pene omnes, minima permittenda mala, ut graviora impediantur. Eo ergo recidit quæstio, utrum publica meretricum permissioe graviora impediantur flagitia.

III. Adfirmans prima sententia, hisque argumentis innititur. D. Augustinus Lib. II. de carne cap. IV. Quia sedulius quid inanis decaris, & turpitudinis plenus meretricum, venobus, certissime hoc genus pestibus dici potest? Asser meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinis. Constitue matrimonium lege, ubi se dedecore delindesta-

vis. Eiusdem sententiae est D. Thomas 2. 2. quæst. X. art. II. Sic ergo & in regimini humano illi qui peccant, recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala peiora incurvantur; sicut Augustinus dicit in Lib. de ordine. Asser meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinis. Hanc eandem sententiam latius explicat D. Thomas opus. xx. de regim. Princ. Lib. IV. cap. XIV. Augustinus dicit, quod hoc facit meretrix in mundo quod sentine in navi, vel cloaca in palatio. Tolle cloacam, & tepes fetore palatium. Tolla meretrices de mundo, & replebis ipsum idomia. Propter quam causam idem Augustinus ait in XIII. Lib. de civi. Dei, quod terrena civitas utrum scortorum licitam turpitudinem fecit.

IV. Ratio unica qua hæc sententia futebitur, eiuusmodi est. Licita est minoris mali permissio, ut maiora mala vitentur. Meretricum permissio impedit graviora flagitia, nempe adulteria, stupra, sodomitium, mollicitem, idque genus similia, que certo grassantur, meretricibus sublatis. Ergo expedit meretrices permittere. Secunda propositio est humane nature corruptione colligitur. Nam, ut habetur Gen. VI. omnis caro corrupta est vniuersi super terram. Porro quo magis natura tendit in finem suum, eo corruptior, & ad scelera promptior evadit; quemadmodum rivulus ex longiori a fonte recalla turbulentiore fit. Homines inaspi libidinis actu ardent, pauci que tanta sunt virtute præditi, ut has extinguere flammæ valeant. Castitas quippe donum peculiare Dei est, adeo rarum, ut experientia telle, in paucissimis reperitur. Ad-

Admissa igitur hypothesi quod, attenta natura pravitae, homines nolint concupiscentiam cohibere, & inanime impetus concupiscentiam malum est quod fornicatione mere, minus malum est quod fornicatione cum meretricibus impuri ignis exstinguatur, cum autolegis, stupris, & vitis contra quam doleritis, divinis potestatis naturam. Potestas humana divinis potestatis naturam. Si Deus ipse, qui omnia mala impedire potest, multa permittit peccata; quidam tolerare eadem poterit potestas creata?

V. Alteram sententiam propugnans Navarvus in Manuali cap. XVII. num. 195. Ioannes Mariana Lib. de speculac. cap. XVI. Loquens in Deuter. cap. XXI. vers. 17. Gurieter in can. 99. Lib. II. cap. VII. n. 29. Clandius Spondeus Lib. III. de contin. cap. IV. Riccius tract. de person. que in statu reprobis versantur Lib. II. cap. VI. Cornelius Lapide in Janus Lib. propendit sententiam cap. XIX. in Ecclesiastici vers. 7. ubi loquens refert argumenta.

VI. Deus populo Israeliticum meretrices prohibuit. Deuter. XXXIII. vers. 17. Non erit meretrix in filiabus Israel, nec scortator de filia Israel. Idque repta observatum fuisse, testatur Origenes Lib. IV. contra Gellium. Natis facte meretrices in civitatibus, postea in romana Republica. Philo testatur Lib. I. de speculac. leg. capitale crimen fuisse apud Iudæos corpore quantum facere. Idemque adfirmat Clemens Lib. III. Strom. Quanto ergo levissimum expellit meretrices debent a Republica christiana, cuius sanctitas & excellentior est sanctitate Reipublice Iudæicæ.

VII. S. Hieronymus ad Oceanam inquit: Galarem, non Christianum, & paginatum, non Paulum viri impudicitia seorsu laxare, & Republica permittere. Lactantius Lib. VI. cap. XXXII. Iupanaria a demone inuenta docet: sed, ne quis poterit natio adly vestit alium, Iupanaria quoque venientes, & pudens Iustitiam multumque confortat, ut Audio-barberis tam eos qui faciunt, quam quas pati necesse est. D. Augustinus in opere de Civ. Dei, quod Iupanarium factus compoluit, Lib. XII. cap. XVIII. videtur Iupanaria improbare: Verum etiam in usu scortorum, quam terrena civitas licitam turpitudinem fecit, quamvis id agatur quod eius civitatis multa venditurus. Terrana inquit, civitas, id est malorum fontis, locus honorum, fororia permittere, seu licitam permissioem facit. Non enim de licito cultu, seu fornicatione loquitur: quoniam nec Romani fornicationem licitam agnoscebant. Iupanaria ergo a terrana, locus a christiana civitate permittit asserit.

VIII. Accedit sanctorum virorum exempla. Nam S. Ludovicus ex univerfa Gallia pesti meretrices præcepit, ut refert Amilius Lib. VII. Philippus IV. Rex Hispaniarum ex terra Hispania publica leges meretricibus pœit.

IX. Cuius alicet. sancti Pii V. Pontificis Iammi factum narrativimus celebratum; qui non Roma modo, verum etiam omnia lata ecclesiastico excedere intra quindecim dies meretrices omnes iussit, paucis Romæ manere permittit, eoque in loco separato, & remoto conclusis, levato interdicto, ne per urbem sire die, sive nocte discurrerent, scilicet inasper eidem erecto, in quo concionæ audirent. Ex revera, si ex qualibet urbe christiana extirpare dabent meretrices, quanto magis ab urbe illa sancta, Apostolorum Petri & Pauli, & inimitabilium Martyrum sanguine consecrata, quoque est sanctissime religionis nostræ sedes, & caput, abesse decet? Si ex univerfa urbe qui coniugii vinculo, & sacro castitatis voto devincti sunt, excipiantur, quorum intuitu nemo dixerit Iupanaria permitti licite posse; que & quantæ gens improprie ob quam permitti meretrices Romæ debeant?

X. Verum rationes afferendæ, que evincunt nulli permissas meretrices esse. Ex primo adverte sententia unicum fundamentum consistere minime videtur. Permissenda esse minora, ut graviora vitentur mala, neminem est qui inficietur. Verum, quod meretricum publicum idoneum fit gravioribus vitandis flagitiis, hoc est quod nec percipi, nec ulla laudari ratione valet. Omnes docent, ignem libidinis libidinis non extinguit, sed contra magis accendit. Idque verum habet in quolibet vitio, notandum in luxuria. Nunquid avaritie fides pecuniarum usque aut ambitu laxus, & fatius acellione sedatur? Insuper hoc peccatae luxurie est quod abundantia, & occasionalium fuga, respiciatur. Quo frequentius coritur, eo voracior, robustior, quoque libido fervet, idque omnium fornicationum experimentum consistit. Hi quippe semel hac vice inquinati, undique impuras exhalant flammæ quæ ut aliquo modo resingant, veluti furentes inses in luto voluntur, & ex uno in aliud se immergunt conant. Quo abundantius luxurians bibunt aquas, eo ardentius cruciantur colla. Nova addeunt cillernas, ut sitim expliant. Nulli tamen refrigerium comperunt, sed ubique ardor, ubique furor, & inlania. Et quemadmodum belionibus insipida sunt communes dapes; ita hæc libidinis, & scortationum mancipia, laxa-

luxuriam omni ex parte crepantia, falsidant, cuius a natura inhibitus, fornicationem simplicem nauesant; adeoque varios se pollentis modis, concubitus in nichilos, horrendosque erant, & temeritatem amplectuntur periti, in matris sunt, atque veluti egul, & multi, quibus non est intellectus, ea pererrant sine pudore ullo, quae scribere valde poterit. Haec omnia exprimit Salomon Prov. xxx. v. 15. *Sanguis & urina sunt infatigabiles, & quoties quod nunquam dicit, Sufficit. Infimus, & os pulvis, & terra, quae non fatiatur igni: ignis vero nunquam dicit, Sufficit.* Falsum ergo est, fornicationem frequentiam, & licentiam contubernio maiora evitare mala, vel in ipsis qui luxuria ardent.

XI. Quid porro quod luxuriam sicut innocentium invenimus loquetur? Quandoquidem non modo meretricis causa non sunt ut lae libidinis inquinati a peccatis contra naturam abstant; sed ipsi insuper peccata in sanam inventum effundunt. Quot iuvenes luxuriam occasione perent corpore, & anima? Comparant iuvenes civitatem a quibus exulant meretrices, cum iuvenibus civitatibus quae luxuriam permittunt. Continentiores lae ipsi quam illi. Rariora sunt adulteria, supra, incestus, molities ibi unde abstant, quam ibi ubi degunt meretrices. Id experientia locupletissima comparat est.

XII. Accedit luxuriam publica vili populo, gentioque plebea intervire. Divites, nobilitate, ut corpori famulati constant, honestas, & invicem querunt. Ad lumum cum meretricibus molities flagitia perpetrant. Accensa vero ex meretricibus commercio libidinis flamma palca selesiora pervadere fludent. Amisso cum meretricibus pudore, fronte fracta infantiories sunt invenes, & ad expugnandum honestatum mulierum castitatem audaciores.

XIII. Tantum abest praeterea meretricum permissione iactam rectam cultidiori pellaram, nuptiarumque castitatem, ut ipse meretricibus honestatum mulierum castitatem infunditur. Flore spondent inventus in luxuriam trancheo, ad senectutem vergentes, laes fiunt, & proxenetae, ut puellas, & uxores povertant. Amatorum epistolae delectant, impurorum amoris commercium fovent, flammis constant, lascivios accendunt ex utraque parte. Accendunt, inquit alibi Hieronymus, *ignis luxuriae flammis solum, id est suggestionem venturorum, quae sicut suffragium diaboli, ad accendendum ignem luxuriae.*

XIV. Tandem luxuriam hono publico, nempe humane propagationi, infusa sunt. Gravissima sunt matrimonii cura, si vives habeant meretrices, quibuscum concupiscentiam explent, a matrimonio abstinere, illud veluti falsidant, aut tandem illud contrahunt, postquam ipiritu, robur, & sanitatem ipsam cum meretricibus intulerunt. Utinam istorum omnium experientia deesset, sicut reapse communitur, deest is in urbibus a quibus exulant meretrices.

XV. Sed multa paucis complectamur. Nulla civitas est, nulla hominum simul & mulierum congregatio sine castitatis lesione, humane nature infirmate ipeata. Sine meretricibus, vel abstant a civitatibus, fornicationes, adulteria, molities, sodomitae ubique praesantur. Illud serio perpendendum, cum luxuriam publica permisso auceat, an immae flagitia haec. Augeri ex tali permissione, & rationum momenta, & compertissima experientia existunt. Illius contraria decilio potissimum ab advertari videtur. Hic potro evidenter advertari videtur meretricum permissionis. Nam experientiam esse continentiores esse civitates illas quae meretricibus carent. Novi ipse civitates meretricibus vacuas, quarum invenes plerumque libidinis, in quibus matrimonii iura sine violatione fidei servata. Invenit scortis, luxuria adeo super, sacrilegia, adulteria, & inordinati concubitus pluri. Meretrices ad irritandam, provocandamque libidinem cum honestis feminis exercendam delervunt: nefanda pollutiones, sodomitae, & horrenda scelera in luxuriam perpetrantur.

XVI. Quid ergo inferendum? Procul arceadas meretrices? Utinam id sperari pruderent possit. Illud saltem praesat sub gravissima culpa civitatum misgabatur debent, ut meretrices, quas ipsi praesantem permittunt, ad iustitiam scelerata praevenda, in locis a populi frequentia seculis veluti conclavia manant. Teneatur severissime prohibere ne five din, five nocte lupae iste plures, loca publica, tabernacula adeant ad capiendas animas. Teneatur severe punire quae effronte interditi violatitones inveniant. Hoc & Dei honor, & religionis decus, & publicum civitatis bonum, & proprie inventus salus animae corporisque depositi.

XVII. Advertit sententia argumenta quanti sint ponderis, quique percipere facie valet. Potissimum fundamentum maiora evi-

tandi mala ex his quae dicta sunt, constat quanti sit solidum.

XVIII. Auctoritas Augustini, & Thomae facillime negotium possit. At observandum est, obiter Augustinum laudato *Lib. de Ordine* de meretricum permissione loqui, & quod caput est, ibi non explicare, an in civitatibus Paganorum, vel Christianorum permissum meretricis sint. Fortasse minus malum meretricum permisso erit apud Ethnicos, fidei lumine, sacramentorum remediis, aliisque optimis ad recte vivendum videtur adhibitus. At oppositum docere videtur Augustinus *Lib. XV. de civitate Dei* cap. xviii. de civitatibus Christianorum, quae civitates caelestes sunt, Hierusalem caelestem referentes, laesles sunt, Ethnicorum, aut maiorum Civitates autem vocat. Porro terrenis civitatibus meretricum permissionem expedire aliter; scem civitatibus christianis, quarum interest sine genti sancta regale sacerdotium, genus electum, nisi Altissimi, sanctitatis baptematis ad dignum ordinem evechi, saluberrimis providis gratie divinae sacramentorumque muniti, roborati adversus concupiscentiae impetus. D. Thomas auctoritatem refert Augustini obiter, & aliud agens, in Summa. Liber vero *IV. de reg. princ.* non est D. Thomae; ad oque auctoritas ex illo adducta nullius ponderis est. Accedit hanc causam totam ad experientia pendere. Si minus malum est luxuriam permisso, licet meretrices permitti possunt, scem, immae sequantur scelera. Hoc pens omnes, iniora concilium est. Accidere autem potest aliqua concilium est. Accidere autem potest aliqua concilium est. Accidere autem potest aliqua concilium est. Accidere autem potest aliqua concilium est.

XIX. Quare? Licet non est, & meretricibus iustitiam et meretricum solvendum existit? Resp. Opus haud est multis ad ostendendum illius tribuit pravitatem, quoniam saepe natura horrorem ingerit. Scriptura laetitia eiusmodi veltat, ut scelus turpissimum, detellatur. Deut. xxiii. ver. 18. *Non offeres mercedem prostituti, nec pretium carnis in domo Domini: Domi tui, quiquid est illud quod veneris, quis alominatio est utramque apud Dominum Deum tuum.* Propheta Michias hoc idem tributum improbat cap. i. ver. 7. *Et omnia sculpilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia ista eius ponam in perditionem: quia*

de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur. Scandali ingentis plenum est eiusmodi tributum ex iniquo meretricis colloquio. Occasio quippe iustitiam occurrent, luxuriam permittit non ob vitanda graviora mala, sed ob colligenda pinguora tributa.

XX. Plurimas alias quinquinas, quae resolevande sorent, difficultas invenies supra *lib. ix. de scandalo*, ubi, ut iam admonui, haec eadem quaestio sub examen inducitur.

CAPUT II.

De aspectibus mulierum, rerumque turpium.

I. **Q**UA ratione in atce qualibet, ut ab hostium insidiis, & obfione facta castra servetur, valla, fossae, lanuae, & cetera omnia exteriora propagacula litrone defendenda sunt; eadem cultidiori oportet vigilantia summa sensus notius, qui arcis animae lanuae sunt, ut hostium insidie repellantur. Porro iuxta prima per quam animam nostram hostis invadit, oculi sunt. Hinc est quod Propheta, Evangelista, & Patres magis nostram hostis invadit, oculi sunt. Hinc est quod Propheta, Evangelista, & Patres magis nostram hostis invadit, oculi sunt. Hinc est quod Propheta, Evangelista, & Patres magis nostram hostis invadit, oculi sunt.

his potissimum oculis avertendos que nobis cariora sunt. Dexter vero oculus, & dextera manus personis nobis intime amicis, benevolis, amabileque prodant, cum vel communi proverbio dicatur: *Ille, & illa mihi oculus dexter est, manus mihi dextera est.* Non ergo, sequit S. Presul, mandat Dominus erenda esse oculorum, que abscidenda manuum membra; id enim si mandaret, a que sinistra, ac dextera membra comprehenderet in mandate suo: sed hoc emphasi loquitur, ut gravissimum exprimat necessitatem evitandi familiaris aspectus, & multo magis colloquia, & contubernia mulierum, ad quam natura propendit. Rem totam sequentibus questionibus declarabo.

II. *Quæst. I. Quomodo peccati contingat in mulierum aspectu?* Resp. Aspectus mulierum inaspere natura malitiae caret; quin in civilitate necessarius est. Nec noxius aspectus evadit ex eo quod mulier formosa sit, & pulchra, sed absolute æque deformes, ac speciosa spectari queunt. Næ culpa est quod libentes pulchre quam deformes videantur: quoniam omnes res create singulari pulchritudine ornate, natura sua maiorem impugnant spectatoribus oblectationem præ eis que sua deformitate, aut turpitudine eundem modo aspicientes relictum. Id solum considerandum hic est, pulchritudinem mulierum, ob humanæ nature aut qualitatem, aut infirmitatem, periculum adferre, ut in incontinentibus accendatur concupiscentia, exasperentur mores veneret. Uique dum delectatio in solo visu consistit, innocens est. Ceterum, si duritia fuerit, vix unquam immunis a culpa erit: vel quod homo hæc aspectus d'utrumque periculo se exponit peccandi; vel quod respice peccat aut delectatione venerea, aut curiositate carnali.

III. Innoxie ergo mulieres, five speciosæ, five deformes, spectantur urbanitatis, societatis civitatis, & necessitatis gratia. Præter has causas, pulchritudinem mulierum visus aut periculi, aut peccati plenus est. Porro ut in praxi sciatur, quando in hoc culpa contingat, quique expondere sermo debet propinque inclinationes. Nam, licet dicitur aspectus mulieris aspectus natura sua periculi plenus sit; tamen respectu unius poterit esse venialis, mortalis vero respectu alterius; iuxta cuiusque maiorem, aut minorem dominantem concupiscentiam propensionem. Omnes ergo tenentur cavere sibi a longiore mulierum obitu; sed singularis diligentia debito astringuntur illi qui, propriæ infirmitatis consensu, facilius in se accendi experiuntur libidinis i-

gnem, carnemque, & sensum adversus rationem insurgere. Quandonam culpa gravis licet nec ne, vix assignari regula generatis potest. Qui ex pulchre mulieris aspectu aut in modicam labitur delectationem, aut pollutionem experitur, aut vehementissime tentari, & urgeri se sentit; proculdubio moraliter peccat, nisi oculos, & cogitationes a tali mulieris aspectu diverterat. Peccant quoque letaliter omnes qui mulieres spectant ad eas concupiscentes, teste Evangelista Matthæo cap. v. *Omnes qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.* Neque de hoc difficultas aliqua est.

IV. *Quæst. II. Culpa an gravis est aspectus mulierum in speciem sine mulieris, sine vi?* Resp. Sanchez *Libr. IV. de matr. disput. 20. numer. 21.* Navarrus in *Manual. cap. xvi. numer. 11.* & alii negant tale aspectus ob spectandum delectationem sensivam noxiam graviter esse: quia aspectus tantæ officiositatis non sunt, ut inducant, sicut tactus, ad delectationem veneream. Alii distinguunt duplicem delectationem; alteram, que consistit ex vii qualitatum, proportionum, partiumque tali ordine dispositarum; & hæc vocant naturalem, & sensivam; alteram, sitam in visu rei turpis, prout ordinatæ ad copulam veneream; & hæc vocant carnalem, & noxiam. Tertiam etiam delectationem addunt, quam spirituales appellant, quia aspiciendo res creatas mens extollitur in Deum, ut habetur *Psal. xci. Quis delectabitur, Domine, in factura tua, & in scriptis manuum tuarum exultabo.*

X. Quis se commoveri non experitur, dum similes in Casibus offendit distinctiunculas, sane imprudentes? Eisdem absolute relictis; & dico, aspiciere deliberate verenda mulieris esse peccatum mortale, quia hæc, cum sint valde turpia, natura sua graviter ad venereum provocant. Idem de muliere, verenda vix spectante deliberato animo, dicendum. Explicendi autem sunt visus fortissimi, & indeliberati, aut qui necessitatis causa sunt; ut quando medici & chirurgi artem suam exercentes eisdemodi impiciunt. Quæ omnia potiori iure locum habent in aspectu concubitus viri cum femina. Peccatum quoque grave est deliberate spectare verenda alterius leve est deliberate spectare verenda alterius leve, veribus ita libellibus testis, ut oculis pateant: quia tum plus provocant, irritantque quam si omnino nulla paterent.

VI. Ab his que dicta sunt, aliqui casus excipiendi videntur. Primo, cum aspiciuntur puerorum ac puellarum infantissimi mem-

bra. Senes quoque excipi possunt, considerata tamen aspiciendum conditione. Nam accidere potest ut aspectus unius, secus alterius, culpa careat. Animus quoque, & sensus aspiciendum considerandus est. Aspiciere personam eiusdem cum vidente sensu, ut quædam homines narant, verendus nullo modo tactus, peccatum grave non est, precisi circumstantiis præver inclinationis, periculi consensu, aut nisi graviter veneret. Similiter culpa gravis delectationis veneream, etiam non est aspiciere bratorum verenda, etiam non est aspiciere eorumdem concubitus, subiacito, ut dixi, periculo delectationis veneream, eo quod hæc graviter suapte natura ad venereum non provocent. Hæc absolute vera censetur. Ceterum quis puritatis, & castitatis cultor oculos in eiusmodi concubitus deliberata figet, nisi aliqua necessitas, honestaque causa occurrat? Abstinendum ab eiusmodi aspectibus honestas, & pudor naturalis docet. Antequam tamen culpe magnitudo definiatur, ad intentionem, inclinationem, conditionemque persone videnti respiciendum est: nam sepe respicit unus culpa gravis erit quod non erit respectu alterius, qui nullam experitur commotionem, nullamque vel minimum tentationem. Vix tamen utramque aliquis a peccato saltem veniali carositate excusari poterit. Quare omnes ab eiusmodi aspectibus sibi prudenter caveant.

CAPUT III.

De choris, seu saltationibus promissis virorum ac mulierum.

I. NON levis momenti questio veranda suscipitur. Sed, antequam eam discutio, tria mihi sunt choreorum genera distinguenda. Primum est quod inter eisdem sexus, aut marium, aut seminarum, personas exercetur, omni impudico actu, gestu, verboque lenitio. Has choreas egit David ante arcam Domini *II. Reg. cap. vi.* in Decultum. Similes egit Maria Aarons *Ios. Exod. xv.* cum ceteris mulieribus, ab ipse maribus ad tollendam letitiam ob Pharaonis submergionem. Nulla mihi de his disputatio est. Patet liquidum choreas istas casualique culpe expertes esse. Secundum chorearum genus est, quod præva intentione, obicinis gædibus, turpiloquis, impudicis tactibus, livore mixtis, five separatis moribus feminisque paratur. Hoc omnium ignorantia reprobat: quia per se malum est. Tertium est, quod inter maris feminique honestas abique expressa

prava intentione exercetur. Hoc tertium chorearum genus nostræ lubricæ dicitur dicitur.

II. Ut quæstionibus sensu periculis pateat, initio recentiorum quorundam incauta scribendi ratio detegenda, & repellenda est. Capitulum chorearum patroni communiter precipii loco constitunt, choreas genere suo malas non esse. Sed quid, amabo te, five ad præsentem questionem, five ad res morales tractandas, Christianorumque mores formandos conferat hæc metaphysica chorearum natura innocens? Quis est qui in discrimen revocet hæc genericam chorearum innocentiam? Ex hæc metaphysica distinctio plura absurda Casibus inferunt. Choreæ sunt genere suo indifferentes. Ergo respice licite. Tactus mulierarum sunt genere suo indifferentes. Ergo liciti &c.

III. Illud in præfens quaeritur, sint ne hodiernæ choreæ, prout reapse aguntur, omnibus circumstantiis spectatis, inter virum & puellas, five maris & feminas, periculo gravi obnoxie. Quaeritur, an Christiani teneantur peccandi adeo grave, ut Christiani teneantur illud sub letali culpa evitare. Quare in ipso quæstionis limine aberrant non pauci Casuistæ, sic arguentes: Choreæ genere suo non sunt peccata: ergo licite. Licite genere suo sunt: ergo respice circumstantiis adhibitis? Negatur. Clarior igitur quæstionis statum expono. Non disputo, sint ne choreæ etiam inter homines & mulieres, prout nunc exercentur, absolute peccatum mortale: ita ut per se omnes, tam salutes, quam aspicientes, peccent ipso tacto letaliter. Sed illud est propositio disputationis argumentum, sint ne choreæ hodiernæ, omnibus circumstantiis spectatis, tanti periculi plene, & peccandi occasione adeo propinque, ut Christiani, communiter loquendo, & aliquo peculiari casu sublato, suo gravi culpa abstinere ab eisdem debeant.

IV. Negantem sententiam descendunt Moraliste non pauci. Salmancensis *tract. xxvi. cap. 112. quest. 2. ut. 18.* Azorius *III. Part. Libr. III. cap. xxvii. 18. quest. 9. numer. 24.* Filiucius *tract. xxix. cap. x. numer. 233.* Wigand *quest. vi. numer. 2. quest. 15. numer. 49.* Citari etiam solent Caetanus verbo *Choreæ*, Sylvester, Angelus, Tabiena. Sed falso. Nam Sylvester verbo *Ludus* hæc scribit. *Secundo est prohibitus (Ludus) ratione probabilis periculi anime sue, vel alterius.* *Hoc omnium ignorantia reprobat: quia per se malum est.* Tertium est, quod inter maris feminique honestas abique expressa

ptem conditiones requirit, ut licite exerceatur. Quibus explicatis sic concludit: *Et quia profata conditiones in choreis vestri temporis non reventur; ideo non video quomodo sine mortali peccato quis eas faciat ex consuetudine, sicut communitur sunt.* Utrum vero peccate mortaliter qui interdum, & raro choreas duceret, refert responsum Guillelmi Rodonensis Glossatoris S. Raymundi, quod est huiusmodi: *Choreare autem raro, & sine turpia intentione (sicut Rodonensis) non videtur ducere, quod fit peccatum mortale; sed non videtur talem hominem excusare a mortali; cum ingrediens se periculo alius peccandi ad libidinem; & exemplo suo alius ad similia fortitudo peccet.* Sic loquuntur Summi qui a se legari in chorearum favore solent. Ad Caietanium quod attinet, ipse Thomas Tamburinus Lib. III. in Decal. cap. viii. §. 7. interpretatur Caietanium loqui de choreis quibus exereat ruffici in suis maritalibus vespere post laborem ad levandum animum, & exultis feminis. *Hic, inquit Tamburinus, & non aliter, ad peccatum citat Bossius, permittit ruffici Caietanus.* Tabiena questionem non versat. Armilla improbat dictum Caietani verbo *Choreas sobdens: Non video impudenter aliquid saltari; immo bonum esset, si he choreas modernorum temporum possent amovitari.* Quoniam (inquit paulo ante) ut plurimum in his choreis ardeat peccata mortalia.

V. Hæc ex Summiis antiquioribus referre placuit, ut pateat quam immerito ad Antonium, & a Salmanticensibus pro choreis adducantur. Minus caute scribunt porro d. Salmanticenses tract. xxvi. cap. 114. punct. 1. num. 18. *Impudenter prohibentur ruffici in diebus festis choreare, tum ob dicta, tum quia, cum his choreis sint affecti, si ab eis arceantur, forte vacillant esse, rixis, aut alibi ludis, ex quibus Respublica turbabitur.* Tum dicitur quia, cum publico sunt, non datur occasio in eis turpiter saltandi. Notat, & bene Accorius, quod in istis publicis choreis possint mulieres prode elegantior ornate, & si mes se patriæ, minus aliquantulum peccentur. Utrum hæc calamo non excidissent perdocti viri. Laxa enim, & scandalosa plena sunt. Nec refert quod Azorius alia prius docuerit: quoniam immo multitudine patronorum perniciora evadunt, non laxitate amittunt.

VI. Peccatum luxurie, ut alias dixi, illud est quod maximam Christianorum multitudinem in infernum detrudit. Idcirco ea omnia severiori examine discutienda sunt que ad hoc

crimen perpetrandum inducunt. Nulla porro periculosior est luxurie occasio choreis que homines inter, & mulieres æque solent. Quare momenta ex Scripturis, ex Patribus, & ratione arcesita, que chorearum corruptelam, ut libidinis fomentum, improbant, promenda sunt sequentibus paragraphis.

§. I.

Scripturae divine, & Patres choreas damnant.

I. Plurima sunt divine Scripturae loca, in quibus choree damnantur. Ecclesiasticus cap. ix. vers. 4. *Cum saltationes afficiamus sit, nec audias illam, ne forte preas in effractione illius.*

II. Propheta Hæc cap. 111. vers. 16. feminas ad choreas se preparantes describere videtur his verbis: *Et dixit Dominus: Protes quod elevare sunt filie Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum idant, & plaudabant, & ambulabant pedibus suis, & compassio gradu incredebant: deturbabit Dominus verticem silarum Sion, & Dominus eriem eorum non dabit. Et erit pro factis odore factor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine calvitium.*

III. Sæntus Iob cap. xxi. vers. 11. *Egre dicitur, quasi greges, parvuli cervos, & insantes coram exultat lufibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudet ad sonitus organum. Docent in bonis diebus suos, & in potio ad inferna descendunt.*

IV. Ex Patribus aliqua transcribam. S. Ioannes Chrysostomus hom. xxxv. in Matth. de Herodiade hæc scribit: *Diabolus ista potentissimo pergit: ille enim affectu ipsa saltans placet, ille motum Herodiæ respicit. Ubi enim saltus læticus, ibi diabolus certe adest. Non enim ad tripudia peccat, nisi præbuit Deus, sed ut modestè necedat; non ut impudenter camelorum modo saltamus, sed ut in Angelorum choreis consistamus. Quod si eripus desorme fit impudenter saltando, quanto magis animam sicuti credendum est: ibi tripudius diabolus saltat, his a demonum ministris homines decipiuntur. Multa etiam mon eiusmodi symposia celebrantur, in quibus, est Ioannes non interficitur, Christi membra tamen dilantantur, multoque graviosa committuntur. Non enim caput Ioannis qui modeste respiciant, sed animas retrahuntur petunt.*

V. S. Ephrem Syrus homilia in qua ostendit Christianos debere a ludicris rebus abstinere, inquit: *Nobis errare: nullus servus potest diaboli dominis servire. Nemo potest Deo servi-*

servire, ac cum diabolo choreas ducere. Ad imaginem Dei facti sumus: non delectoremus imaginem Dei; sed tanquam vultus Christi illum sequamur, illi seruiamus. Noli hodie plures esse cum Angelis, & castius die in tripudiis esse cum demoniis. Noli hodie sacras lectiones audire, tanquam Christi dilectus auditor, & Christi amicus intensus esse, ut peccaveris, & exartitibus intensus esse, ut peccaveris. Et erat in perditionem tuam saltare in choreis.

VI. D. Ambrosius Lib. III. de Virginitibus cap. vi. Nemo, ut dixi quidam secularium Doctores, saltat febrilis, nisi infans. Quod si tanta sapientium cautio saltationis aut tumultus auctor est, aut amentia: quid dixerunt Scripturarum cautio potamus exemplum, cum Ioannes prevarius Christi, saltationis optime regulatus, exemplo sit, plus vocatissæ saltationis illecebam quam sacrilegi furoris amentiam?

VII. Item cap. vi. Regine filia, in nimis amandanda deceret, in conspectu viciorum saltatura producat. Quid potius de adultera desecere, nisi damnum pudoris? An quidquam est tam proum ad libidinem, quæ incedit libidinis ea que vel natura abscondit, vel dissimulatio velat, membrorum aperta nudare, sudare oculis, rotare cervicem, eodem spergere. Quis talis in iniuriam Divinitatis procedit. Quid enim ibi venerandæ potest esse, nisi saltans, strepitus, conceptus? Quid dicimus, quæ sancta femina? Videtis quid doceat, quid etiam doceat filias debeatis? Satis, sed adultera filia. Quæ vero publica, que casta est, filias suas religionem docet, non saltationem.

VIII. S. Augustinus in Plal. xxxii. conc. 1. *Observa diem sabbati, non carnaliter, non iudicis delictis, qui atq. obtinentur ad voluptatem. Melius tota die sederent quam tota die saltarent.* Plura brevitate gratia omitto.

IX. Concilium Laodicænum sub S. Sylvestro celebratum anno circiter 312. cap. 111. inquit: *Non oportet Christianamâ nuptiarum, vel ballare, vel saltare, sui casti recurre, vel gaudere, sicut consuevit Christianitas. Concilium Africanum cap. xxxvii. vocat saltationes sceleratissimas. Eisdem damnant Concilium Romanum sub Leone IV. cap. xxxv. Carthaginense cap. 1xi. Toletanum III. & alia que recensere non vacat.*

X. Ex recentioribus sanctis Doctores D. Antoninus longum habet de choreis sermonem II. P. tit. vi. cap. vi. Premittit, eas severioribus se non esse peccatum: sed in praxi pluribus de causis culpa inest esse, iudicis, adducta auctoritate Alexandri de Alex.

Cont. Theol. Tom. IV.

in 1^o, dist. xvi. Pauca ex multis afferam. Inquit ergo S. i. *De chorearibus potest moraliter exponi illud Plalmi xcvii. Inflammabit in circuitu inimicus eius ignis, sicut autem est ius diaboli. Ipse enim dicitur, I. P. v. v. Adversarius vestri diaboli circuit quarens quem devoret. Aut ego tripudiant, cum faciant ius diaboli, cum ego se respiciat in termino inferni.*

Non solum autem sequuntur tripudiantes iter diaboli, quinimo diabolus ipse insidians eis, ut effessor ego docet eis: quod placere ostendit Ioannes Apocryp. xi. ubi dicit, quod de puteo abyssi, quem vocat, ascendit fumus fornacis magna, & obcuratur eis Sol, & aer, & de primo fumo ascenderunt locuste super terram. Et harum similitudinem porro dicit, quod locustæ ista erant similes equis paratis ad prælium, & super capita eorum tanquam corone similes auro, & facies eorum tanquam facies hamulorum, & habebant capillos sicut capillos mulierum. Neque verba istęquæ signat mysteria. Locustæ istę sunt mulieres adornate. Puteus abyssi, unde ista ascendunt, est profunditas inferni, unde ista surgentur tale exercituum exercituum a demonibus. Fumus fornacis magna, cum quo exeat locustæ de puteo, est incontinentia, & signum magne concupiscentie, & læstie, unde ortum habent chorea, & cum quæstionis. Et hic fumus obcurat Solem, & aerem, id est concupiscentia obtenebrat viros, etiam sapientes, & doctores, & aerem, id est contemptum, & spirituales homines, ut patet in David, Salomone, & ceteris Patrum per plura exempla. Et ascendunt super terram, scilicet chorearum, ascendentes sicut locustę saltantes, & sicut locustæ regem non habent, ut dicitur Prevariorum penitentio, unde coordinate incedunt: ita tales rationem non habent, regentes suos, sed ut bruta animalia. Hinc inde lectite afferentur. Sicut homines utuntur, equis placere ad impugnandum inimicos, ita demones utuntur mulieribus bruta ad expugnandum sanctos Dei, qui sunt inimici demonum: & sicut equus odorat procul bellum Iob. xxxix. & appetit currere ad campum: ita vana mulieres inquirunt de locis, ubi possunt stantari, & currunt ad ista loca, in quibus diabolus delictat, & profertur multo gladio concupiscentie. Plurima alia ibidem teritur S. Antonius, qui missa facio.

XI. S. Carolus Borromeus in Libro Memoriali P. II. cap. vi. *Valent excoranda ille, publicaque saltationis, Christianorum castitati adeo extiora, rixarum, & iurgiorum, tumi-*

faciunt? Ex amore Dei? Nemo id dicitur. Ex honesta actione, quae hic & nunc Deum referi queat? Nequaquam. Interrogentur ipsi saltatores, num auderent Deo eiusmodi oblectamenta offerre? Numquid ex amore caritatis erga semetipsos, aut erga proximum choreas dicunt? Non dicunt neque quantum ad animam, quia qui diligit irregularitatem, edit animam suam; neque quantum ad corpus, quia qui fornicatur, in corpore suo peccat, inquit Paulus I. Cor. cap. vi. Corpora enim Christianorum sacris undis abluta, membra sunt Christi: dum libidine possuntur, membra sunt diaboli. Choreae autem libidinum feminarum sunt, aut libidinum irritamenta, & occasiones gravissimae. Quare qui saltationes frequentant, peccant in Deum, in ipsos, & in proximos. Quot puella, & adolescentes chorearum litibus in laqueos pertrahunt luxuriae? Audiamus iterum Chrysostrum in laudata homilia, xlviii. in Math. *Multa enim hoc vestra aetate celebrantur corrupta, multa choreae, & saltationes homicidae peraguntur: in quibus non tam sanctus Praeceptor interficitur, sed ipsa Christi Iesu membra immoventi quopiam modo, sanctaeque ingulatur. Non tam opportune in disco caput in saltationis pretium, sed abundantius plerique omnes sanctis bellum, quo voluptatibus impissione mancipantur: dum felliciter retinuntur erumpositis cupiditatibus, non abscessu cerebri caput, sed anima in Christo Domino renissa, iradetur emittuntur.*

V. Tertia ratio cur choreae vertice Christiani dicantur, est periculi, & occasione gravitate ardens. Quis infans iverit choreas occasiones esse? & irritamenta luxuriae? Ad quicquid Merbentis capta revocata libidinis occasiones quae choreas accipiuntur.

VI. Primum genus est recipere oculorum obtutus. Mulierum aspectus, Scriptura sacra teste, periculi plenus est. Aspectus ille prima est libidinis fax. Quis porro ignorat vim, efficaciamque summam quam eiusmodi aspectus ex saltantium vicinitate acquirit? Scintillae reciprocaculaculant, & motuo foventur. Dehantur oculi, puella lascivunt, & furas delignant libidines.

VII. Occasioni primae colorum accedit secunda non inferior occasio colloquii cum saltatricibus puellis, & mulieribus: quod vitandum, tamquam luxuriae incitamentum, Ecclesiasticus docet cap. 13. vers. 12. *Spectent mulieris sione multi admirati reprobi facti sunt: colloquium enim illius quasi ignis*

exardescit. Si ubique muliebre colloquium familiare plenum est periculi, in choreis exaltiale prope evadit. Mulieres illic accedunt omni exquisitorum, quoad fieri potest, ornatum. Choreae considerantur a feminis, cum mandata, quo delectant polichrudinem, & pompam, saltum, & quicquid est vanitatis, & lenocinii, deserunt. Quorum? Ut vel matrimonium invidis viam parat, vel ut amantium, & propria pulchritudinis idololatriarum turbam sibi comparant. Nullum ibi verbum, quo feminae veritatem ad captandam benevolentiam, emolliendolque adstantium animos non intendat. Paucis vim colloquii mulieris saltantis exprimit Salomon Proverb. cap. v. *Forsus dilipillans labia meretricis.* Quenadmodum enim in sero mellis, inquit Merbentis, duo sunt, mel nempe, & cera: ita in facie mulieris duo sunt, videlicet decor, & gratia, hoc est pulchritudo oris, & dulcedo sermonis. Cera accendit ignem, & dulcedo sermonis. Nisi haec omnia simul collecta sint gravissima luxurie irritamenta; nulla est in hoc munda occasio, nullum castitatis periculum.

VIII. Tertium occasioem genus suum est in cantibus, & musicis instrumentis, quae semper choreas comitantur. Musica autem suapte natura animos laxat, & reddit effrenatos. Quid porro, cum mulieribus ipse musicam agunt, cantiones concinunt, eaque gestu, oculis, motibus, & aliis associant? Quis hoc muliebre apparatus, his symphoniarum concentibus, & tot praestigiis fallacibus non emolliri se sentiat?

IX. Vicinitas, & contactus naturae saltantium quarum constituntur occasioem genus. De Hieronymus Lib. I. contra Iovinianum. *Mulieris tactus, inquit, quasi contigitus, & venustus, est vis significanda, non minus quem rabidissimus canis morsus.* Non minus contactus ille libidinem accendit ac ignis paleam. Numquid (ait Salomon Prov. vi.) *potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant; aut ambulare inoper prunas, ut non comburantur plene eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Accedit, contactus muliebris in choreis vim habere efficaciorum ex nimia familiaritate, ex mutua benevolentia.*

X. Quintum denique occasioem genus, quae ad luxuriam pertrahunt, comprehendit tempora diuturniora, & sepe loca recreatoria: item multitudinem saltantium, qui invicem

sibi animos faciunt, seque mutuo incitant, provocant, argenteque.

XI. Sextum quo addiderim occasioem genus, omnino gravissimum, quod ex quinque recentibus coalescit. Ubi, quicquid, in choreis recentibus coalescit, sine quo castitas omnis periculum est? Ubi vercundia? Ubi oculorum incitamentum? Ubi speciem christianitatis decoris? Ubi omnia professiois baptismalis? Sensus omnes laxatis habent circumvolant omnia, omnia frustrant. Quam formosam, sibi que carissimam mulierculam quis viderit: eam porrectam sibi deligit, ad se trahit. Quisne illum, puellam ad saltandam invitavit, Ne multum, Corporum agitatione, mutui tactus, & non raro pressus; familiaris colloquia, concentus harmonici, aspectus reciproci, & alia huiusmodi plura adeo accendunt libidinis ignem, ut vel constantior castitas periclitaretur. Nisi haec omnia simul collecta sint gravissima luxurie irritamenta; nulla est in hoc munda occasio, nullum castitatis periculum.

XII. Quis itaque admirari pro dignitate valet recentis illos castitatis a culpa hodiernae choreas exulare non erubescit? Et isti vocantur Doctores temporum, qui temporum casus resolvunt. Non ergo de choreis illis est sermo quas sola mente confingunt advertari; sed de choreis quas recipit haec tempestas peragunt mares, & mulierculae, non in Dei gloriam, sed in sensus oblectamenta. Fugite ergo effugium est dicere, choreas secundum se nihil mali praesere. Nam in praesens non disputatur de choreis secundam se; sed de choreis quae in praxi aguntur inter personas utriusque sexus. Ergo ferre animo repertans omnes chorearum circumstantias, quae omnibus obviae sunt, quoque plus minusve semper choreas comitantur, nunquam credidissim, hominem christiana ratione praeditam praefaras choreas a culpa purgare posse, atque nisi Castissimum libris propriis oculis legissem, citiusque narrat tenerem fidem praebere. Illic excutat P. Paulus *seque*, tamquam de choreis locuto absolute, & secundum se. Patres vero eadem omnino damnant, quia non aliter illas considerant quam ut in praxi exercentur. Dunt in aliis causis Patres allegamus, reponunt, Patres autem rethorice loquuntur, aut non versare casus temporum. Nunc contra respondent, de choreis defendere quos in Platonica Republica aguntur, secus quas Christiani exercent.

Auctoritate Eminentiissimi Lambertini Archiepiscopi Bononiensis, nunc BENEDICTI XII. choreas damnantur.

II. Quam grave sit adulteri crimen, ex Scriptura divina primùm colligitur. Nam Auctor Libri Ecclesiastici prole infamiam quam parit adulterium cap. xxxii. vers. 23. Delicias erit omnibus mulier omnis relinquentis virum suum, & hæc hæc hereditatem ex altero matrimonio. Primo enim in lege Altrifioni inenarrabilis fuit; secundo in veteri summo deliquit; tertio in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios habuit filia. Hæc in Ecclesiam adhaerens, & ex filios eius respicietur. . . . Dereliquit in maledictionem memoriam eius; & delicias illius non debentur. Item Levit. cap. xx. vers. 10. Si machatus quis fuerit cum uxore proximi sui, morte moriatur & machus, & adultera. Item Prov. vi. vers. 30. Non grandis est culpa, cum quis fuerit fur: furatur enim ut eversitatem impleat animam. . . . Qui autem adulter est, propter cordis inopiam predeit animam suam: turpitudinem, & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non debetur: quia zelus & furor viri non parcat in die vindicte. Tandem D. Paulus I. ad Cor. vi. Nolite irasci: neque fornicari; neque adulteri, neque molles regnum Dei possidebunt.

III. Heinc colligere fas est adulteri gravitatem. Fornicationis quippe malitie addit iniuriam adversus alterius coniugem, violat fidem matrimonii, bonam prole educandam destruit, atque filios legitimos cum ipsius confundit. Adulter ergo fornicatio peior est, & ingloria, cum arripit sibi ius quod habet unus coniugis in alterius corpus. Insuper violat, vel violare facit fidem, quam servare matro sibi coniuges debent, & fa-

cramento matrimonii gravem inferit iniuriam. Tandem plurimum malorum est causa, cum lege ex adulteris rixæ, dissidia, homicidia, & scandala consequuntur. Quare rixæ verbis exprimi istius criminis gravitas potest. Adversatur enim omni lege naturali, divinz, & humane. Brata ipsa adulterium hærent, ut innuunt probare exemplis possum in elephantibus, cicionis, columbis, turbutibus, aliisque, que suas habent coniuges, alius excludit. Ethnicis ipsi gravissimi poenis puniunt tantum flagitium. Egyptii adulteris natiom detrahebant. Germani adulteram nudam abscissis crinibus, & domo puliam publice verberabant. Romani adulteros castrabant. Lex divina adulteros lapidibus obruit predictis. Ius canonicum eisdem excommunicat. Poenas alias statuit ius civile: adulterum dote privat, æque adhaerent marito. Tandem adulteri amittunt ius petendi debitum.

IV. Quæst. II. Uxor committit ne adulterium, si marito consentiente, ab alio cognoscatur? Resp. Negant quidam recentiores Probabiliter. Carraulus in sua Theologia fundamentalis fundam. xxxv. cap. 111. numer. 537. quamvis hanc errorem opinionem expresse non doceat, aliam tamen errorem excogitavit. Contentid posse adulterum, primùm in confessione explicare simpliciter fornicationem; & deinde post alia manifestata crimina pandere inquisitionem eundem istam, tertia persona cooperante. Hæc sunt bella inventa que cogitantur aliqui docti iuniores. Iniuria adulteri peculiaris est, & specie distincta ab iniuria furti, homicidii, deractionis, percussus &c. Ergo dilucide explicanda est. Adulterium enim est unum peccatum individuum. Iuxta Carraulium inventum duo tunc adulter confiteretur peccata distincta. Neque adprobamus quod ex Layone, & Diana docet P. Dominicus Vius in propositione 50. Innocent. XI. numer. 1. minimum posse penitentem qui, voto castitatis desinit, in prima confessione manifestavit fornicationem, oblitus circumstantie voti, in altera confessione dicere: *Forsus votum in ve gravi*. Sed alterius debere peccatum sincere pandere, & iactationem contra castitatem manifestare. Eiusmodi enim estigma violat sinceritatem in reatione gravi necessitatem.

V. Ad propositam quaestionem respondemus. Sic deest prelarum adulterium perpetrare. Non declaravit Innocentium XI. qui hanc propositionem damnavit: *Contra cum coniugata, consentiente marito, non est adulterium.*

S 4

adeo

ad hoc sufficit in confessione dicere se esse fornicatorem: Fallitas propositionis ex his quæ dicta sunt, patet. Ius mariti in uxorem, & contra, non est absolutum, & illimitatum; sed legibus circumscriptum. Scopus principalis obligacionis uxoris non cognoscere alium virum; bonum proles educande respicit. Quæ tamen modo dedit iuri illi rati quod statum matrimonii spectat. Quemadmodum Clericus nequit renuntiare iuri, ne pernicetur. Et qui illius, etiam consentientem; percuteret, non evaderet poenas in percussores latas; Ius ergo mariti in uxorem est, ut ea orator in finem matrimonii; sicut ut ea abutatur contra leges iustitiæ, fidelitatis, pudicitie, aliarumque virtutum.

VI. Obiicit ex Augustino Lib. I. de serm. Domini in monte cap. XVI. antiqua editio ubi hæc habet. *Quamquam nonnullæ causæ possunt excusare, ubi & uxor mariti consensu pro ista marito hoc facere debere videtur, sicut Antiochia factum est postquam ante quinquagesimam ferme annos Constanti temporibus. Nam Antiochiano tunc Consuli, qui etiam Consul fuit, eam quemdam libere uxor debitorum scilicet excusare, necio unde commotus, quod plebsque in ista preestatis perniciosum est, quibus quædã libet, licet, aut & potius putare licere, comminatus est toras, & volentius affirmans, quod, si certo die, quem constituerat, memoratum autem non existeret, verideretur. Atque cum ille reuertitur in civitatem, nec se possit debito illo expedire, dies mœtendos immutare, & propinquare cepit. Et forte habebat uxorem pulcherrimam, sed nullius pecunie, qua subvenire posset viro. Cuius mulieris pulchritudine eum quidam dixerat esse accessus, & cognovisset maritum eius in isto discrimine constitutum, misit ad eam pollicens pro una nocte, si ei misceri vellet, se nisi libram daturum. Tunc illa, quæ se sciat non habere sui corporis potestatem, sed circumveniri, perculit ad eum dicens: paratum se esse pro marito id facere, si tamen ipse conjugatæ corporis dominus, cui tota illa castitas debetur, tanquam de re sua pro vita sua vellet id fieri. Egit ille gratias, & libido nulla, & magna mariti caritas, se habere, & volente, hęgitur. Venit mulier ad villem illius dicitur: fecit quod vult impudicus. Sed illa corpus non nisi marito dedit, non concubere, ut solet, sed vivere copienti. Ac-*

UNIVERSITATIS

UNIVERSITATIS

cepit aurum; sed ille qui dedit, fraude subtraxit quod dederat, & suspensus fuit lignamentum cum terra. Quod ubi mulier tam domi sue postea invenit, perstravit in publicum eadem mariti caritate clamavit, quæ fecerat, & hoc facere coacta est. Interpellat Prefectum, & intercedit, quam fraudem passæ esset, & turbidæ. Tunc vero Prefectus primo serenum, quod libentius ad id votum esset, pronuntiat, & tempus in alium sententiam dicens, ne detur illi tam tunc libram si se libenter illam uxorem dominam in eam terram, non pro quarta parte accepisset, induci. Nichil tamen pro quarta parte disparto; licet cuique estimare quod vult. Non enim de divinis autoritatibus deponere hęc ista est. Sed tamen narrat hoc factis, notat & ipsi hoc factis humanis, quæ in illa nocte, viro in-bente, commissum est, quemadmodum antea cum sua nullo exemplo res ipsa poterat, & narratur.

VII. Hinc quidam collegerunt, D. Augustinum dubium saltem super hac questione, non leu error extitisse. Verum Augustinus non de doctrina, sed de historia veritate se accipit ostendit, ut conceptis verbis ipse declarat. Nam, factis narratis, concludit: *Nihil hic in alteram partem disparto: licet cuique estimare quod vult: non enim de divinis autoritatibus deponere hęc ista est.* Vera ne, an falsi sit historia hæc, non disparto. Quisque suo abundant sentit. Hoc quoque, historiam hæc non esse ex Auctoribus divinis. Iste est D. Augustini germanus sensus. Quid vero ipse sentiat de veritate dogmaticæ, manifestat in prologo ad hæc ipsam historiam, inquit: *Sed tamen actum, quod ait Apostolus, Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: post in tantum valere, ut permittente uxore, quæ maritalis corporis potestatem habet, possit vir eam altera, quæ vero altera uxoris, sic & viro distincta, concubere? Sed non ita est estimandum, ne hoc etiam uxoris, viro permittente, facere posse videatur, quod omnino sensus excludit.* Deinde itatim atrox narrationem historię. *Quamquam nonnullæ causæ, quæ videntur adulteri deformitatem autem, dum uxor, consentiente viro, illud perpetrat, ut accidit narratur mulieri Antiochenæ; re ipsa tamen iuxta rectam rationem, & evangelicam legem crimen est; licet non adeo horridum, quemadmodum*

edidit,

Est, si ignorante viro illud perpetrasset. Sed tamen, inquit S. Doctor, narrata factis, non ita respicit hoc sensus humanus quod in illa historia, viro in-bente, commissum est, quemadmodum actus, & cum sine illo exemplo res ipsa poterat, & hoc factis, notat & ipsi hoc factis humanis, quæ in illa nocte, viro in-bente, commissum est, quemadmodum antea cum sua nullo exemplo res ipsa poterat, & narratur.

VIII. Quæst. III. *Adulter ne est qui rem dedit uxori, aliena, antequam matrimonium consummetur?* Resp. Quis super hac questione dubitare valet? Matrimonium ratum est verum, perfectumque matrimonium; & per ipsum coniuges statim mutuum ius acquiritur in propria corpora. Ergo quicumque extraneus ad talem uxorem accedit, ius maritalia violat, atque adeo adulterium committit.

IX. Quæst. IV. *Qui cognoscit mulierem desponsatam per verba de futuro, reus ne est adulteri?* Resp. Sententia negans communior est. Adulterium est violatio alieni tori. Qui accedit ad desponsatam de futuro, non violat alienum torum. Sponsalia enim tribuant ad matrimonium contrahendum, leu ad corpora sponsum, quod summe ius habet in alterum corpus. Quod si ius quoddam habent sponsi ad matrimonium, appellare vitium adulterium, adulterium imperfectum; licet erit de nomine. Certum autem est talem accedentem inducto adulterio malitię gravitatem, & iniuriam sponso gravem irrogare.

X. Quæst. V. *Coniux quæ copulam sodomiticam habet cum proprio marito, committit ne adulterium?* Resp. Adfirmat probabilior opinio. Copula sodomitica directe adversatur fidei, matrimonii Sacramento debite. Fides coniugis matrimonii coniuges adstringit castæ continentis vinculo, ut prolem generent. Matrimonium nullum ius præbet viro ut præterter uxorem cognoscat: alioquin matrimonium vinculum elidit iniquitatis. Copula ergo sodomitica omnia matrimonii iura pervertit, euincendo fidem destruit. Quamobrem qui uxorem sodomitice cognoscit, ad non suam accedit. Sua enim respectu propositæ & natura destituta minime sit.

XI. Obiicit. Adulterium est alieni tori violatio. Sed qui accedit ad propriam uxorem, nullum alienum torum violat. Ergo nemini iniuriam inferi; maxime quando utriusque consenti copula perficitur. Resp. Adulterium illud non est committitur, & præ-

teriam; sed sodomitica. Non violat alienum torum, quemadmodum contingit in adulterio naturali; sed violat torum propriam matrimonialia. Violatur alienum corpus; quia corpus mulieris non subicitur viro in illius privi us. Consensus utriusque coniugis in coitam sodomiticam non tollit quod violent sacramentum matrimonii, & propria copula.

XII. Quare qui propriam uxorem sodomitice cognoscit, teneat manifestare circumstantiam propriam uxoris. Nec satis est dicere in confessione, se sodomitice cognovisse uxorem, sed propriam exprimere coniugem debet; maxime cum hæc circumstantia occasionem proximam præferat necessario occidendum.

XIII. Coniugatus qui alienam uxorem agnoscit, duo perpetrat adulteria. Duplex quippe iniustitia reus est: alterius in propriam uxorem, alterius in maritum alienæ coniugis. Tandem adverte, quod licet adulterium uxoris & mariti theologice, & relate ad matrimonii sacramentum ipsomet, æquale sit; tamen, si damnæ que consequuntur, expensæque, si gravis est uxoris quam mariti adulterium. Uxor adulterium incertum ex parte patris prolem elicit; extraneum in hereditatis portionem ex parte filii adducit; infamiam maximam viri mariti, tum filii, ac univerſa familie inferi. Paucis demum, immicitia, lésionibus, rixis, & homicidia ex feminarum adulterio oritur.

XIV. Dispartandum hæc de restitutione est; cui obnoxia adultera est, quando partem adulterium consequitur; & qui prelatre ipsa debeat, ne filius ipsum cum legitime hereditatem dividat; aliæque plura forent dicenda, que ad tractatum de iustitia, & iure remittunt.

CAPUT X.

De incestu.

I. Quæst. I. *Qualis sit incestus?* Respond. Incestus quicumque coitum indubitum cum quacumque personæ cognata, aut affini habitum comprehendit. Contendant aliqui, qui Poetorum fabulis indulgent, incestum appellari a incestu, seu incestu, quæ Venus Martem allucinat, seu alienæ depicere mulieres. Quare incestum illud est coniugalis uxoris tumorem habebatur. Ex, hoc incestu iustitiam, deficiebat maritalis amor, succedebatque illegitimus coitus, qui dicebatur incestus, seu abhorrere

cin.

vingulo. Verum, peregrina, & antiquata significatio missa, communis definitio incestus hæc est, quæ colligitur ex D. Thoma 2. 2. quæst. civ. artic. 9. *Abusus conjugationis, vel affinitatis per copulam carnalem intra gradus ab Ecclesia prohibitos.* Gradus ab Ecclesia premissi sive conjugationis, sive affinitatis ex legitimo matrimonio contrahit I. sunt quatuor; ex fornicatione sunt duo. Qui ergo libidinose cognoscit personam intra istos gradus sibi iunctam aut conjugationis, aut affinitatis onus, præter peccatum luxurie admittit peccatum incestus, quod debet in confessione manifestari.

II. Rationes cur concubitus cum consanguinea, vel affini constituit speciem distinctam luxurie, quæ appellatur incestus, prædit D. Thomas loc. cit. in corp. his verbis. *In usu conjugationis, vel affinitatis inventum aliis quodammodo commixtionem venereæ, triplici ratione. Primo quidem quia naturaliter homo debet quendam honorificentiam parentibus, & per consequens aliis consanguineis, qui ex istisdem parentibus de propinquo originem trahunt; in tantum quod apud antiquos, ut Valerius Maximus refert, non erat fas filium suum cum patre baluare, ut scilicet se iocundum nudos conficerent. Manifestum est autem secundum prædicta quod in actibus venereis maxime consistit quædam turpitudine honorificentie contraria. Unde de his homines venerandantur. Et ideo incongruum est quod talis commixtio venereæ fiat, sicut in personarum ad invicem. . . . Secunda ratio est, quia personas sanguine coniunctis necesse est ad invicem sensus conversari. Unde, si homo nimis ardeatur a commixtione venereæ, nimia opportunitas daretur hominibus venereæ commixtionis, & sic animi humanum nimis emollesceret per luxuriam. . . . Tertia ratio est, quia per hoc impetratorum multiplicatio amicorum. Dum enim homo uxorem, extraneam accipit, iungatur sibi quædam specialis amicitia omnes consanguineos, ut, si esset eorum cognatus sui. . . . Adhuc etiam Aristoteles quartam rationem in II. Polit. quia, cum naturaliter homo consanguinitatem diligat, si adderetur amor qui est ex commixtione venereæ, fieret nimis ardor amoris, & maximum libidinis incentivum: quod colligitur ex hoc. Unde manifestum est quod incestus est determinata luxuria delicta.*

III. Rationes D. Thome de peccato incestus, & eiusdem gravitatem evincunt. Lex ipsa divina preteritum severitatem in incestus patefacit. Iacob benedicens filiis suis hæc adversus Ruben pronuntiavit Gen. xlix.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in domo, maior in imperio. Effusus es sicut aqua, non creveras: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Abhorrui interficere te, quod concubueris cum sorore Thamar. I. ad Cor. v. Ego quidem absens corpore, decessus autem spiritu, tam iudicari ut præsumis cum quis sic operatus est, in nomine Domini Iesu Christi, cum venisset Dominus nostri Iesu, tradere huiusmodi satanas in interitum carnis, & spiritus salvus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Tandem ipsum ius tum canonicum, tum civile severas constituit penas adversus incestuosos.

IV. Quæst. II. *Quenam sint persona quibuscumque incestus committitur?* Resp. Primum incestus gravissimum crimen est, si filius cum matre, aut pater cum filia concubuerit, aut frater cum sorore, quamvis ex parte vel ex matre tantum. Deinde qui peccat cum matertera, aut amica, aut nuru, filii sui uxore: qui cognoscit filiam filii sui, & filiam filie sue. Hi incestus, & plures alii, qui legi possunt Levit. xviii. & xx. in motaica lege peccata mortis peccabantur.

V. Quæst. III. *Sunt ne omnia incestus criminosa eiusdem speciei?* Resp. Adfirmant non pauci Theologi: quia incestus cum consanguinea, & affini est contra eandem reverentiam parentibus debitam. Sententia communior, & probabilior docet, incestus peccata inter conjugationes, & affinitas specie differere. Incestus item cum consanguinis lineæ rectæ differunt specie ab incestus cum consanguinis lineæ transversalis. Denique incestus in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ, & transversalis a ceteris incestibus eiusdem lineæ posteriorum graduum distinguuntur specie: & incestus in primo gradu affinitatis a ceteris eiusdem lineæ, specie discernuntur.

VI. Hanc sententiam docet D. Thomas opusc. xii. quæst. vi. De expresse autem persone cum qua aliquis peccavit, videtur mihi quod non sit in confessione sciendum, quando potest vitari. Primo quidem quia peccatum, quod maxime vitandum est in confessione, per quam quis quaerit præterita peccata delere. Secundo &c. . . . Et ideo, si potest scirem peccati confiteri, non innotescendo personam cum qua peccavi, peccat eam exprimendo; nisi forte salvato correctionis ordine, quem Dominus statuit. Si vero speciem peccati exprimeam

non

non possit, nisi exprimendo personam cum qua peccavit, quia si eam foris concubuit, necesse est ut exprimendo præteritæ speciem, exprimat personam. Sed, si fieri potest, debet quaerere talium Confessorum qui personam fororis peccatorum non cognoscit.

VII. Hanc eandem doctrinam confirmat 2. 2. qu. civ. artic. 9. ad 3. in commixtione personarum consanguinearum aliquid est secundum se indecent, & repugnans naturali rationi; sicut quod commixtio fiat inter parentes & filios, quorum est per se, & immediata cognatio. Nam filii naturaliter uxorem debent parentibus. Unde Philosophus dicit in XI. de animalibus, quod quidam equus, qui deceptus fuit, ut matri commiseretur, seipsum precipitavit quasi præ horrore, eo quod etiam animalibus aliquibus inest naturalis reverentia ad parentes. Alia vero persona, quæ non contingit inter secundum se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex se ipsi indecentiam; sed contraria hoc decernit, non indecentia secundum consuetudinem, & legem humanam, vel divinam.

VIII. Iamque itaque nature constat, concubitus cum matre, filia, aut sorore deformitatem peculiarem habere, quæ caret concubitus cum consobrina, cognatis, & affinis. Accessit enim ad matrem, vel ad filiam iure nature veritas est. Accedit, vinculum consanguinitatis profecti ex intimo nature nexu; extimam vero esse ligamen affinitatis. Quæ ergo ratione diversa sunt hæc ligamina, eadem ratione distincta specie evincuntur crimina quæ illa infringunt. Species ipsius incestus lubalterna est, quæ plures lub legetur continet, nimirum speciem consanguinitatis, & affinitatis; quæ duæ species variantur postea iuxta utriusque lineæ gradus.

IX. Obiicit. Incestus quicumque est contra eandem virtutem pietatis parentibus debite. Una est pietatis virtus. Ergo una incestus species. Resp. Una est pietatis species erga parentes, non infirma, sed lubalterna. Pietas debita foribus, affinis, ceterisque propinquis. Ergo varia quoque est eiusdem pietatis violatio. Heine soluta manet obiectio ex auctoritate D. Thome peccata. Quamquam enim Angelicus collocat incestum in una determinata specie; tamen nullibi asserit peccati hanc esse infirmam; quin ex altioribus speciebus aperte deducitur esse speciem lubalternam.

X. Colliges, in confessione exprimendo

esse incestus non solum in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis lineæ rectæ, & transversalis, sed etiam in posterioribus: quoniam quamvis illi posteriores specie non differant, tamen inter circumstantia valde aggravantes intra eandem speciem.

XI. Quæst. IV. *Incestus cum cognatis spiritualibus, & legalibus sicut ne specie distinguitur?* Resp. Spiritualis cognatio contrahitur in duobus sacramentis solemniter rite receptis, videlicet in baptismate, & confirmatione. Ita statuit Concilium Tridentinum sess. xiv. cap. 11. de cognitione spirituali his verbis. *Statuit (sancta Synodus) ut unus tantum, sive vir, sive mulier, iuxta sacrorum canonum iussuriam, vel ad summum usum, & non baptizatum de baptismo suscipiat: inter quos ad baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizatum, & baptizatum, baptizatum patrem ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahitur. . . . Ex quoque equatio quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non extenditur; omnibus inter alias personis huius spiritualis cognationis impediendis omnino subdit. Verum de his in tractatu de sacramentis.*

XII. Cognatio legalis est in extraneæ persone filium, aut nepotem, vel deinceps legitime assumptio. Appellatur adoptio, si fiat alicuius magistratus auctoritate. Si vero Principis præteritum accedat, rogatio dicitur. Ex utraque alie species dimanant. Prima est licentia inter adoptantem, & adoptatum. Altera in linea transversali inter filios carnales adoptantis, & adoptatum. Hæc posterior cognatio affinitas legalis est similit affinitatis carnalis, quæ afficit adoptantem, & uxorem adoptantis, & ipsum adoptatum, & uxorem adoptantis. Harum cognitionum species quælibet matrimonium dirimit.

XIII. Ex his clare colligitur, copulam cum cognata, seu cognato spirituali esse non solum incestum, verum etiam sacrilegium: quoniam violatur tum pietas debita cognatis spiritualibus, tum reverentia erga sacramenta baptismatis, & confirmationis. Et licet cognatio hæc spiritualis a cognatione carnalis specie differat: ita quoque incestus inter cognatos spiritualis specie distinguuntur. Quod cognationes hæc specie differant, probatione non eget; cum repleat ex principiis omnino diversis proficiantur. Quare explicandi sunt in confessione gradus cognationis adversus quos incestus crimina perpetrata sunt.

XIV.

XIV. Copula cum cognatis legalibus incestus est specie distinctus ad incestum cum consanguineis, affinis, & cognatis in similibus ob rationem datam, quod a diversis dimanet radice.

XV. Plura hic dicenda forent de cognatione spirituali Consecrationis inter se percipientem. Verum aubi propriam habent sedem.

CAPUT XL

De sacrilegio.

I. DE sacrilegio in praesens sermo est, prout species est luxuria; factus prout opponitur religionis virtuti, de quo loquitur deum est. Sacrilegium, prout est luxuria species, committitur debatur, quod sit violatio rei sacrae per alium carnalem. Quotiesque ergo res sacra, sive personae, sive loci, sive rei inanimatae, ut videlicet, calices, & alia instrumenta, divini cultui applicata, violentiam impediunt, sacrilegium committitur. Triplex ergo est sacrilegium illud. Primo in personam sacrati, ut quando aut vir, aut mulier est Deo voto consecrata. Secundo in locum sacratum, ut cum quis copulam exercet in loco divini cultui destinato. Tertio in rem sacratam, ut si quis sperma effunderet in calcem, in vestis heras &c.

II. Sacrilegium cum persona sacra triplex est. Primum, quando persona voto ligata peccat carnaliter cum persona libera a voto, vel per copulam, aut pollutionem, & tactus impudicos, vel desideria laetitia. Secundum, quando utraque persona quae committitur, est voto consecrata. Tertium, quando persona libera, seu non sacra peccat, aut peccare desiderat carnaliter cum persona sacra.

III. Quae. I. Quando utraque persona sacra committitur carnaliter, duplex ne, an unum sacrilegium committitur? Resp. Quidam secundum Probabilem tenent perperam sacrilegia committuntur, sed communis, & vera opinio duplex peccata sacrilegium docet: quoniam duo violantur vota, proprium, & alterius complex per cooperationem. Ergo duo sunt sacrilegia; quemadmodum copula coniugata cum coniugata duplex est adulterium.

IV. Quae. II. Regularis professio simul, & Sacerdos in aliquo luxuria crimen probens, duplex ne, an unum committit sacrilegium? Resp. Duplex super hac questione occurrit sententia: altera negans, altera affirmans. Priorem defendit Caltrapaizus Tom.

III. tract. 11. disp. 111. quae. 2. num. 16. Trubenchus in Decal. Lib. VI. cap. 1. dub. 7. Leander tract. v. de peccat. disp. 1111. q. 2. Salmanticenses Morales tract. xxvi. cap. vi. quae. 2. n. 7. Sanchez de Matrim. lib. VII. disp. xxvii. n. 28. Bonacina de Matrim. quae. 19. quae. ult. n. 28. Filiucius tract. xxx. cap. viii. n. 127. & alii plures. Quoniam, licet Religiosus peccet fornicando contra duo vota castitatis, alterum advenit profanum monasterii, alterum advenit ordinis sacri; tamen haec duo vota respiciunt eundem finem. Ergo qui eadem violat, non duo, sed unum peccatum committit; quemadmodum sane qui duo precepta eisdem rationis infringit, puta quadragesimae, & vigiliae altissimi Sacerdotis, non duo, sed unum peccatum committit, quia ambo precepta eundem finem spectant. Votum igitur castitatis, editum in susceptione ordinis religiosi, non adhibet novam obligationem castitatis, sed confirmat duratque votum castitatis Deo inuocatum in professione religiosa. Accedit quod votum fornicationis, inquit Salmanticenses loc. cit. est maiore excellentiae, & obligationis praeter cetera aliis votis. Ergo votum adveniens in susceptione ordinis sacri maiorem obligationem inducit. Haec ratio non firmat, sed potius convellit hanc sententiam. Si enim maiore excellentiae est solemnitas castitatis votum praeter voto castitatis annecto ordini ratio; ergo, ut minus, Religiosus peccans peccatum luxuria, exprimitur debet in confessione se esse Religiosum, & non satisfaciatur, si dixerit, se esse Diaconum, Sacerdotem &c. ut contendant laudati Salmanticenses.

V. Oppositam sententiam defendunt Salmanticenses Scholastici Tom. VIII. tract. xx. disp. 1. dub. 4. n. 60. Suarez in III. Part. Tom. II. de pecc. disp. xxxi. sect. 4. num. 1. Paludanus in I. distincti. xxxviii. Lessius lib. II. de iust. cap. 111. dub. 12. num. 89. Fagundes lib. II. de 2. prac. Eccl. cap. 141. n. 5. & alii. Quoniam ubi datur duplex sacrilegium, ubi datur duplex peccatum. At in proposita questione datur duplex sacrilegium. Ergo duplex peccatum reperitur. Probatur minor. Religiosus dicitur persona sacra si solemniter voti castitatis; Sacerdos vero persona sacra denominatur ob constitutionem Ecclesiae, quae obligat servare castitatem illius qui sacris institutus, itaque imponit Ecclesiae ex peculiari ratione, quae invidiosum reddit sacris institutos ad matrimonium contrahendum. Quare Sacerdos, praeter solemni voto

voto castitatis in professione monastica edito, vi specialis constitutionis Ecclesiae sacrilegium perpetrat, quoties peccatum luxuria committit.

VI. Neutra sententia, sicut mea praesertim opinio, argumenta prodit adeo gravia, ut una alteri praeseri debeat. Illud mihi in praesertim probabilius est, teneri Religiosum Sacerdotem pendere in confessione statum suum. Quoniam, ut ut res se habeat, sint ne, illud est manifestum, an unum solum, illud est manifestum, praeviozem malitiam esse, dum Religiosus simul & Sacerdos in luxuria crimen labitur, quam sit malitia simplicis Religiosi, non Sacerdotis, eisdem criminis labe polluit. Quare, cum haec circumstantia fit valde gravans, manifestari debet.

VII. Quae. III. Qui voto castitatis ligatus alium ad peccandum inducit, peccat ne contra proprium votum castitatis? Resp. Negant Sanchez lib. II. Sum. cap. vi. n. 11. D. Caillias de peccat. disp. v. n. 326. & alii. Contrariam sententiam communit, & vera est. Qui enim alium ad peccandum contra castitatem inducit, dubio procul peccat eo in genere in quo alium ad peccandum hortatur. Ergo peccat peccato luxuria: ergo violat proprium votum. Qui enim voto castitatis ligatus est, nequit se polluere malitia luxuria quam votum ipsum infringat.

VIII. Quae. IV. Committit ne sacrilegium Religiosus qui morose delictatur de aliquo luxuria flagitio? Resp. Adfirmat communis & vera sententia, quod in oppositum scribant recente quidam. Nam castitas non solent ab opere externo, verum etiam ab interioribus pravis cogitationibus abstinere. Votum autem castitatis non minus se extendit quam castitas ipsa. Ergo comprehendit non tantum opera externa, sed etiam interna vitanda.

IX. Quae. V. Qui voto castitatis ligatus alium tactibus polluit, quin ipse ulla modo delictetur, committit ne sacrilegium? Resp. Negant alii recentiores; sed haec opinio nimium laxa est, & scandalis plena. Et primum quomodo alium polluere quis valet, quin ipse de tali pollutione delictetur? Praeterea qui alium polluit, revera peccat peccato luxuria. Ergo votum violat. Omne enim uxoriae huiusmodi voto adversatur.

X. Quae. VI. Religiosus qui post solemne castitatis votum, committit votum aliud peccatare abstinere a pollutione, committit ne duplex sacrilegium, si se polluat? Resp. Sententia negans communis est. Quoniam secundum votum nisi novi addit, nullamque maiorem

obligationem inducit. Nam, quidquid promittitur in hoc secundo voto simpliciter, fortius & validius promittitur fuit in solemnitate votis voto. Ad summam erit circumstantia aggravans.

XI. Quae. VII. Coniuges, si in Ecclesia coeant, committunt ne sacrilegium? Resp. Sermo hic est de sacrilegio adverius locum sacratum. Porro omnia peccata externa, ut pollutio, fornicatio, tactus graviter impudici in loco sacro, sunt sacrilegia. Quare, ut leviorem opinionem reticimus illam quam docent Vasquez l. 2. disp. xxviii. num. 6. Navarrus, Toletus, Azorius, Coninch, & alii, afferentes, copulam fornicariam in Ecclesia non esse sacrilegium, si occulte exerceatur. Eiusmodi enim sacrilegium definitur, quod sit violatio loci sacri peccatum carnale. Sed, cum actus carnalis in coniugatis peccatum non sit, idcirco disputatur, sit ne copula coniugalis in Ecclesia peccata sacrilegium. Quidam absolute negant. Alii adfirmant, si publice: factus, si occulte habeatur. Tertia, quae communis est, sententia defendit, sacrilegium esse copulam hanc absque necessitate exercitam; sed, si premente necessitate fieret: ut quando coniuges tempore belli, aut obsidionis loci permanere in Ecclesia cogentur. Hanc secundam partem evincere coguntur hac ratione, quod precepta Ecclesiae in necessitatis casu non obligent; ut reputatur ille: quoniam longinquitate alii consistunt invidiosum, alii in viginti; alii in triginta diebus. Et, quando coniuges, inquit P. Thotus Sanchez lib. IX. de matrim. disp. xv. n. 12. praevident per mentem te manioris in Ecclesia, possunt sub initium statim copulari, & continuare toto illo tempore. Huius sententiae adherent Salmanticenses tract. ix. cap. xv. quae. 5. n. 62.

XII. Omnes praefatas sententias reticimus. Quoniam nulla addit vera necessitas hoc preceptum reverenter debere loco sacro violandi. Coniuges in Ecclesia inclusi, ut absterent, se reputare debent, & reapse abiant a loco civili, & profano; tuncque in loco Deo consecrato. Accedit quod, licet precepto Ecclesiae prohibeatur cap. xviii. de consecrat. Eccl. in vi. cap. de Eccl. de consecrat. dist. 1. in generalis, & seminis effusio in loco sacro, tamen hoc preceptum est veluti quidam expressio, & determinatio iuris divini. Iure enim divini domini Dei cultus & reverentia debentur. Quid quod cum tempore belli, & ob-

& oblationis Dei vindictam homines expectant, placare divine iustitiae furorem tunc coningant cum ceteris debent potius peccatis, leuissimis, corporis animique afflictionibus, quam in copula coniugali indulgere? Tantum abest igitur ut ex condicio temporis ipsos excusetur copulas habentes in loco sacro, quin calamitas temporum magis ipsorum coniugales copulas tedanauerit. Recentiores autem Probabilistae, qui talem copulam in his circumstantiis a sacris & profanatione purgant, concupiscentiae, non diuino censu favore videntur, ut ego quidem arbitror. Offensa vero, & amplexus inter coniugatos in mutuae benevolentiae testimonium tempore disturnae more in Ecclesia, si modeste, & abique scandalo herent, nec sacrilegii, nec peccati damnantur.

XIII. Quæst. VIII. *Ofcula, amplexus, verba turpia, aspectus impudicus in Ecclesia contrauectus sine sacrilegii malitiam?* Resp. Negant Leander, Sanchez, Diana, & alii non pauci: quia, inquit, præceptum Ecclesie prohibet dumtaxat sanguinis, seminique effusiones, lectus tactus, amplexus, verba turpia &c. Sed hæc opinio laxa est. Hinc enim sequeretur, sacrilegii reum non futurum qui verenda mulieris in Ecclesia deoscularetur, qui propria pudenda ostenderet: quoniam præcepto Ecclesie huiusmodi non veniunt. Dicendum est ergo, præfatas actiones flagitiosas in Ecclesia peccatas sacrilegia esse. Quoniam tactus grauius impudici peccati pollutionis exteriorum aduenit periculum pollutionis. Neque opus est ut peculiari præcepto Ecclesie ista veniant. Sunt enim natura sua contra reuerentiam loco sacro debitam. Immo ideo prohibentur ab Ecclesia, quin reapse repugnant reuerentiae erga Ecclesiam.

XIV. *Salmaticenses loc. cit. n. 23.* cum plurius aliis defendunt actus turpes, sed leuioris malitiae, ut actus leues manuum, pedum, verba aequaliter obicena, turpelicus aspectus in Ecclesia exercitos non contrahere sacrilegii malitiam. Quoniam, inquit, actus illi non inducunt pollutionis periculum. Verum ratio illuc infirma est. Preciso enim pollutionis periculo, præfate actiones irreuerentiam aduersus locum sacrum important. Dum inquit, actus illos esse leuiores malitiae, adfirmant simul esse peccata mortalia: ergo grauem afferant irreuerentiam. Utique maioris malitiae est otculari mulieris pudenda quam illius vultum, cum eadem publice fornicari in Ecclesia quam occulte. Nihilominus minus omnes actiones sunt sacrilegæ.

At durum est, reponunt isti, sacrilegii damnare tactus impudicos manuum, pedum, verba transeuntes obicena, aspectus lasciuos: quia sic infinita sacrilegia committerentur: & Confessarii tenerentur interrogare penitentes, num hæc peccata in loco sacro perpetraverint. En conuictum recentiorum principium, quo, ne peccata multiplicent, peccata negant esse peccata. Sic hæc essent sacrilegia, infinita essent sacrilegia: ergo non sunt sacrilegia dicenda? Næ hæc robora argumentatio. Dicendum potius est, ideo infinita sacrilegia perpetrari, quia Christiani, religionis sibi non dicunt in sancta Dei domo, & Theologi illos inuenerunt, & enormitatis sceleris, qua Deus in proprio velutissimo adortur, atque ibi illius oculis flagitia committunt, exaggerant, peccato atrocitate criminum perterrefacti, proles abstinent, aut saltem acrius conscientie aculeis cruciantur, dum reputant domum Dei se profanasse. Internis desiderijs contenti apud omnes sacrilegia committi: v. g. si quis desideret fornicari, se pollicere, & actiones grauius obicenas in Ecclesia exercere: quia tum Ecclesia indueret rationem obiecti, atque adeo tribueret actioni malitiam sacrilegii ob irreuerentiam sibi irrogatam. Desideria enim, & cogitationes eundem iuris speciei, ac actiones externæ, puta fornicatio, pollutio &c. Porro, si eiusmodi in Ecclesia exercerentur, sacrilegia sunt. Ergo & illorum desideria. Si vero quis in Ecclesia existens desideret fornicari extra Ecclesiam, contumendum non committit sacrilegium, eo quod Ecclesia se tenet ex parte subiecti. Verum, licet in hoc secundo casu non appareat sacrilegii malitia ita expressa ac in primo, tamen tutius est quod homines se se accuset de hac circumstantia. Nam latentur communitur Theologi, cogitationes, & desideria obicena in Ecclesia habita, tametsi sine intentione illa ibidem exequendi, indere quondam sacrilegii malitiam. Porro gradus illius malitiae sunt nobis occulti: ideo fatetur istis circumstantiam hanc explicare.

XV. Quæst. IX. *Quis sit proprius locus sacer?* Resp. Ille qui est deputatus aut in Ecclesiam consecratam, vel benedictam ad celebranda sacra mysteria, aut in fideliu sepulchrum. Spatium ergo illud quod pertinet, & tecto Ecclesie clauditur, & insuper locus pro cæmeterio deputatus nomine loci sacri venit. Confessionaria quoque, licet intra

tra parietes edificata, sunt partes Ecclesie; & chorus, in quo officia divina celebrantur. Loca subterranæ, in quibus aut sepeliuntur fideles, aut Missæ celebrantur, aut sacra Religiose asservantur, Ecclesie nomine veniunt. Sacramentum a loco sacro excipiunt communiter. At non video cur non debeat pars Ecclesie reputari; cum sit Ecclesie contigua loci pariete intermedio, cum vasa sacra, & sacra velles continet. Denique est paripius Ecclesie: & sæpius in eadem altare reperitur, in quo Missa celebratur, & sepulcra existunt fidelium. Quo in casu omnes latentur nomine Ecclesie venire, sicut & claustra Regularium, que pro sepulchris fidelium deputata sunt.

XVI. Si turris, in qua sunt campanæ, sit omnino, & ab Ecclesia, & a cæmeterio seorsuta, non est locus sacer; secus si in his locis sit edificata. Pariter, si quid supra terram Ecclesie esset constructum, locus sacer non esset, nec impleret infra pavimentum eundem: quia eiusmodi loca non constitunt locum unicum cum Ecclesia. Excipiunt a loco sacro Odeum, vulgo tribunus, ubi organa pulsiuntur, musici cantus aguntur, & sacra audiuntur. Verum, cum hæc sint intra Ecclesie parietes, ad eundem Ecclesie officia exerecenda destinata, non video cur a ratione loci sacri excipi debeant.

XVII. Disputant Theologi de Oratorijs, utrum debeant inter sacra loca computari. De Oratorijs publicis, destinatis ad celebranda sacra, ad que fideles indiscriminatum campanæ pulsus admoniti conueniunt, nulla est difficultas. Penes omnes conuenit, hæc Oratoria esse loca sacra. Negant vero communitur, Oratoria privata domorum computanda esse inter loca sacra; licet Episcopi, aut Pontificis auctoritate ibidem Missæ celebrentur. Quia, inquit, eiusmodi Oratoria non veniunt nomine Ecclesie; nec gaudent Ecclesie immunitate. Tandem privata auctoritate possunt in usus profanos redigi. Hæc tamen omnia non aliud eueniunt, nisi quod Oratoria privata tot privilegia non gaudeant quod fruuntur Ecclesie. Quamobrem non omnes fideles, audientes ibidem Missam, satisfaciunt præcepto; sed sola persone expræfate, & nominatè in privilegio concessionis. Ceterum, si missis sublimitatibus res ipsa spectentur, inter sacra loca hæc Oratoria computanda esse, validiores inuident rationes. Quoniam, amabo, est ratio potissima cur Ecclesia locus sacer habeatur? Quia scilicet ibi offertur incrementum sacrificium, quod est chri-

stianæ religionis inferiorum compendium; & illuc fideles conueniunt ad audiendam sacram Missam. Hæc in privatis etiam Oratorijs peraguntur, licet minori solemnitate, & apparatus. Cur ergo loca huiusmodi sacra reputanda non sunt? Accedit quod Oratoria a ceteris domus locis pro usus communibus, & profanis deputati, & veluti extra domus parietes eriguntur, & habentur veluti a locis profanis separata. Cur ergo sacra non sunt dicenda? Vix aliquem Christianorum reperire esset qui sacrilegium non reputaret fornicationem in his Oratorijs commissam.

XVIII. Monasteriorum loca, dormitoria, officina, cellæ, & cetera eiusmodi, licet loca sint benedicta, non tamen veniunt nomine loci sacri, quia non sunt destinata ad divina officia celebranda, aut fratrum sepulchras. Quare peccata luxurie ibidem commissa non forent sacrilegia.

XIX. Quæst. X. *Sacerdos, sacramentum Eucharistie gestans, committit ne sacrilegium, si aliquod lasciuia crimen sine interuallum, sine exteriorum peccatorum? Resp.* Tertium sacrilegii speciem diximus esse contra res sacras, puta velles sacerdotales, reliquias, calices &c. Verum, quia inter res sacras potissimum locum obtinent sacramenta, & inter hæc eminet sacrosancta Eucharistia; ideo de eadem primum quaeritur. Ad quod respondetur affirmatiue. Sancta enim iustæ tractanda sunt. Quia vero actionibus lasciuis pollicentur, dum Sancta Sacramentum pellant manibus, aut pectore, non sancte, sed scelerate sancta tractaret. Sacriligium ergo committeret. Sacriligis quoque esset qui itatim post assumptionem Eucharistie fornicaretur, aut pollueretur, vel qui indutus velibus sacris & paratus sacrificium offerre, pollutionem, aut fornicationem exerecet. Velles tamen sacre non polluerentur. Quoniam pollutio hæc ab Ecclesie decreto pendet, quod non adest.

XX. Quæst. XI. *Sacriligius ne foret qui gestans reliquias fornicationem committit?* Resp. Negant Salmaticenses tract. xxvi. resp. vi. punct. 14. num. 37. & penes illos Accorius. Quia, inquit, qui gestans reliquias fornicaretur, id non ageret in contemptum reliquiarum, sed ut ardorem libidinis extingueret. At reponi potest: Neque qui fornicatur in Ecclesia, in Ecclesie contemptum agit. Cur sacrilegus est qui gestans Eucharistiam polluitur luxurie culpa? Quia Eucharistia est sacramentum sanctissimum. Bene habet. At hinc solum sequitur quod impudicitia illius gestationis aduersa sit magno

pore graviori faciliorem quam sacrilegium illius qui reliquias deserit. Ergo aut negandum est peccatum Eucharistiam sacrilegium perpetrare, dum peccato luxurie peccat, aut concedendum aliqua profanatione sacrilegia inquirari etiam cum qui reliquias deserens in libidinibus culpam prolabitur.

XXI. Quid, si reliquiae darentur in pretium actus venerit? Tunc non sacrilegium modo, verum etiam simoniam crimen committeretur. Si vero gratis darentur, & in gratitudinis argumentum; nullum foret crimen. De sacrilegio alterius tempora sacra in tractatu de precepto sanctificandi festi disputabitur.

CAPUT XII.

De flagitiis contra naturam.

I. Omnia peccata sunt quodammodo contra naturam, quatenus naturali recte rationi advertantur. In praesentia sermo est de peccatis contra naturam, prout pervertunt primarium naturae ordinem, sive quae a natura praescripto repugnant. Finitis autem venerit actionis est prolis conceptio. Omnes ergo venerit actiones quae prolis conceptum impediunt, vitia sunt contra naturam. Quae generice haec vitia describi valent, quod sint inordinatus concubitorum usus prolis conceptionem impediens.

II. Quatuor sunt species. Pollutio, seu immundities, bestialitas, sodomia, concubitus inordinatus cum femina, impediens prolis conceptum. Haec omnia docet D. Thomas 2. 2. quae. cliv. art. 11. *ibi est determinata luxuria species ubi specialis ratio deformatitas occurrat, quae facit indecentem actionem venerit.* Quod quidem potest esse dupliciter. *Unus quidem modo quia repugnat rationi rectae, quae est communis in omni vitio luxurie. Alio modo quia etiam super hoc repugnat ipsi ordini naturali concubitorum actus, qui convenit humanae speciei, quod dicitur vitium contra naturam.* Quod quidem potest pluribus modis evenire. Unus quidem modo, si aliquid omni concubitu causa delectationis venerit pollicitio procuratur; quod pertinet ad peccatum immundities, quoniam quidem mollicitatem vocant. Alio modo, si fiat per concubitu ad rem non eundem species, quod vocatur bestialitas. Tertio, si fiat per concubitu ad non debitum sexum, puta masculi ad masculinum, vel feminae ad feminam, ut Apostolus dicit ad Rom. 1. quod dicitur sodomiticum vitium. Quarto, si non servetur naturalis modus concubendi

aut quantum ad instrumentum non debitum, aut quantum ad alios monstruosos, & bestiales concubendi modos.

III. Quae I. *Differunt ne species haec peccata contra naturam?* Resp. Negant peccatores Probabiliter non parvi. Caramel in Theol. Moral. Liber. IV. numero. 1607. Diana Part. VII. tractu. 211. resp. 23. Martinebellus tractat. de casib. referat. esp. XVII. Filliuscino tract. xxx. cap. VIII. q. 111. num. 141. probabiliter reputat opinionem. Trullenchio Tom. II. cap. 1. dub. 8. P. Dominicus VI. in propo. 24. Alexandri VII. mouet. Vi. pro hac eadem sententia laudat Melchiorum Canum, & Armilla. Causis nec verbum hac de se habet, quantum mihi colligere licuit. Armilla conceptis verbis oppositum docet. *Luxur. num. 5. ubi textum S. Tho. ex 2. 2. quae. cliv. art. 11. perstringit, deinde concludit. De huiusmodi specie considerat specifice. Armilla ergo cum S. Thoma, aliterque Theologus docet, vitium contra naturam habere in variis speciebus infinis.*

IV. Primita opinio damnata fuit ab Alexandro VII. in hac propositione, quae in ordine est 24. *Mollicitas, sodomia, & bestialitas sunt peccata eiusdem speciei in se, & idcirco seducti dicere in confessione se procurare pollutionem.* Falsitas huius propositionis evidens est. Nam quodlibet horum vitiorum peculiariter modo opponitur vitio caritatis; quod modus diversus efficit obiectum formaliter diversum. Ergo specie differunt inter se. Actiones enim speciem capiunt a suis obiectis. Unde, si specie differant obiecta, necesse est & actus ipsos, huc obiecta spectantes, specie distingui. Diversitas modi causae peccati patens est. Nam pollutio, seu mollicitas impedit conjunctionem maris, & feminae a natura praescriptam, ut habetur prolis conceptio. Natura item iubet quod mas & femina sint eiusdem speciei. Et hoc tollit bestialitas. Tertio ita ut natura lexum perfectum, nempe commixtio maris cum mare, aut feminam cum femina. Quarto praescribit vala congrua generationi. Et contra hoc facit sodomia imperfecta, seu innaturalis modus concubendi; ut quando mas & femina congressuntur, non servato instrumentum a natura instituto, ad generationem, si nempe vir cognoscit mulierem in vase praeposito. Alii autem modi monstruosi, & innaturalis, ut quando femina est incuba, & socubus homo, aut quando ex latere copia

lam

lam habent, non semper sunt peccata maritalia; cum aliquando necessitas urgeat recedentia; a consuetudo modo concubendi v. g. quando homo nimis obesus est, sicut que luxuria tollitur magis nequit, possunt ex latere se amovere; dummodo ab sit periculum effundendi seminis. Praeterea necessitate, etiam hi dendi seminis. Praeterea necessitate, etiam hi dendi seminis. Praeterea necessitate, etiam hi dendi seminis.

V. Quae II. *quodammodo ex his flagitiis scilicet sit?* Resp. Sermo est de vitio ubi intra praescriptam speciem luxuria inspectis. Nam dubium non est, aliquid ex istis vi alicuius circumstantiarum specie distinetur posse gravius fieri, ut si pollutio exercetur cum persona sacra, induit circumstantiam sacrilegiam, quemadmodum dictum est. Silendo ergo intra fines illarum specierum gravissimum omnium scilicet est bestialitas, deinde sodomia, post mollicitas, seu pollutio, tandem inordinatus concubitus. Ita docet D. Thomas 2. 2. quae. cliv. art. 12. ad 2. *Gravitas in peccato magis attenditur ex aspectu alicuius rei quam ex officio debiti usus.* Et ideo inter vitia quae sunt contra naturam, iniquissimus locus tenet peccatum immundities, quod consistit in sola non honeste concubitu ad alterum. Gravissimum autem est peccatum bestialitatis, quia non servatur debita species. Unde super illud Genes. xxviii. Accuravit fratres lucas de crimine pollutio, dicit Glossa, *quod cum peccatis suscipiantur, dicit Glossa, quod cum peccatis suscipiantur, cum his non servatur debitus sexus.* Post hoc autem est peccatum ex eo quod non servatur debitus modus concubendi. Magis autem si non sit debitum vas, quam si sit inordinatum secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus. Omnibus autem istis scelus horrendius est congressus cum damone.

CAPUT XIII.

De pollutione voluntaria, seu mollicitate.

I. Duplex pollutio. Altera voluntaria, quae est deliberata seminis effusio. Altera involuntaria, quae, repugnante voluntate, natura semen in vigilia, aut in somno effundit.

II. Pollutionem voluntariam esse peccatum gravissimum contra naturam certum de fide est. Inquit enim Apostolus Paulus I. ad Cor. vi. vers. 10. *Nullo errore neque fornicari, neque idcirco servitorem, neque mollem, neque quam Deo possidebitur.* Idem inculcat ad Gal. vi. vers. 10. *Manifesta sunt autem opera car-*

cent. Theol. Tom. IV.

nis, quae sunt fornicatio, immundities. Quae ista aequat regnum Dei non consequentur.

III. Ioannes Caramel Probabilitarum angelicanus in sua Theol. Mor. lib. I. n. 663. negavit pollutionem naturae esse peccatum mortale his verbis. *Mollicitas iure naturae prohibita non est. Unde si Deus eam non interdiceret, sepe esset bona; & aliquando obligatoria sub mortali.* Quam propositionem damnavit Innocentius XI. etique in ordine 49. Quod non iure tantum divina, verum etiam iure naturali, veritas pollutio sit, veritas est manifesta; cum sit contra ordinem a natura praescriptum: impedit enim prolis conceptionem, quae est finis primarius delectationis venerit. Quid quod vel ipsi Ethnici hanc agnoverit veritatem, ut patet ex Martiali epiz. 111.

Ipsum crede tibi naturam debere verum, ipsum quod legitis, Pontice, penite, homo est.

Quod opponit Caramel, futile est. Nam pollutio languinis, lactis, urinae, sudoris, nulli namque ordini repugnat; sed, debitis conditionibus huiusmodi, eidem congruit. Praesata enim ad quodlibet sanctorum ordinantur. Idcirco, quodvis sanitate congruere videtur, effunduntur. Semen vero humanum non nisi propter generationem, & propagationem humanae naturae effundi potest; cum hic sit unicus eiusdem finis.

IV. Quae I. *Differit ne pollutio propriis tactibus procurata, a pollutione excitata tactu mulieris dormientis, aut parvi doli incipit?* Resp. Convenit penes omnes, dum peccata committit, quando duo personae concurrunt ad pollutionem. Disputatur dumtaxat, quando una sola persona pollutur tangendo vel seminum dormientem, aut puerum doli incipacem.

VI. Doctrinam P. Comitollus defendunt plures tum recentiores, tum antiquiores, quos inter P. Dominicum Bannez 2. 2. qu. lxxv. art. 6. ubi asserit, nullam materiam esse gravem in furto, nisi que grave nocentum infert proximo in bonis temporalibus. Ex qua doctrina hoc deducit comitollus: Si aliquis privatus Regis, qui committit distillimam multorum milliarum ducatorum, artibus sibi contentum, vel ducatos, non esset peccatum mortale. Ratio est, quia Rex non est rationalis bestia inveni in ordine ad talem vicissitudinem. Taxillimam hanc opinionem non idcirco reulit, ut ipsam arguimus, & diuina consuetudine convellerem (nequa quippe corrupta) sed ut intelligant omnes, ne a partium studio penitus abhorere, & non minus in do-

mediis, quam in extraneis illa refellere que tenuitati more aut falsa, aut laxa videntur. Et quia laxitatis plenam repto hinc P. Banneus, Theologi alioquin gravissimi, doctrinam, propterea diffimulandam illam non dixi, sed indicandam censui, ut ab eadem sibi lectio cavere; tametsi opera P. Banneus in vulgus manet, ut illa Diane, Tamburini, Calliopasii, aliorumque pervenirent.

VII. Ut itaque primam regulam explicem, continentiam est bonorum summa que absolute, & respectu omnium quacumque precisione facta, sit gravis, & que absolute, ac ad omnes personas relata sit parva. Terminum moderandis respectu omnium, etiam Regum, & Principum, erit v. g. unus aureus. Quoniam quoniam aureus iuxta prudentiam sententiam bonum est gravi pretio estimabile. Furtum autem non personam sed bona externa respicit. Ergo, quoties bona in pretium existimatione gravis valoris auferuntur, toties perpetrat furtum grave. Materia parva respectu omnium erit unus, & alter solidus. Hec namque pecunie quantitas absolute bonum leve est, atque adeo furtum leve constituit. Et sicut in primo casu, quod Rex ditissimus non sentiat incommodum ex ablatione unius aurei, non tollit quod furtum in peccatum mortale; ita in secundo casu, quod aliquis pauper sentiat grave damnum ex ablatione unius vel alterius solidi, non efficit quod unus & alter solidus non sit bonum parvum in prudentiam estimatione. Quare, si peccatum grave non accidit ob grave nocendum illatum, non erit grave in genere furti proprie dicti, sed gravis culpa erit ob damnum illatum. Aliqui illud vocant furtum damnificativum.

VIII. Dices. Materia gravis, etiam respectu Regis ditissimi, est iuxta plures unum ducatus, immo iuxta aliquos sunt duo insuli. Ergo non potest designari materia certa absolute gravis respectu omnium, ita ut nec minor sufficiat, nec maior requiratur. Resp. Verum habet, si sermo sit de designatione arithmetica, & individua; secus, si iuxta prudentiam existimationem res expendatur. Neque enim diximus, unum aureum ita grave esse furti materiam, ut minor iuxta plures non sufficiat, sed quod maior non requiratur. Semper ergo illi, respectu etiam ditissimi Regis aureum ita esse in materiam gravem, ut plus non requiratur, iuxta prudentiam estimationem. Minorem vero iussere plures docent, nec ipse repugno. Nam medius aureus latis est ad alendum per diem quem-

cumque Principem. Ablatio vero alimentum, quod per diem sufficit personam, cui res auferitur, videtur esse materia gravis, furtum reddens mortiferum.

IX. Regula secunda. Communiter furtum grave, aut leve dicitur relate ad personas. Hec potro regula priori minime adversatur. In illa quippe generatur statutum fuit, iuriam aliquam esse que mortiferum furtum efficit; & aliquam item que per se veniale constituit, nullo spectato personarum statu. In hac secunda regula declaratur, alia esse furti respectiva, que pro qualitate eorum quibus bona surripuntur, gravis, aut levis censentur. Tres personarum status distingui communiter solent, ditissimi, divites, pauperes. P. Thomas Tamburinus Lib. VIII. tract. 12. cap. 11. num. 3. inquit: *Furtum, si ditissimo Principe, nisi duos, aut tres aureos fueris, fortasse te non peccatum mortaliter. Quantitas hac dubio proci gravis est. At ea etiam minor, puta unus aureus, latis est ad efficiendum furtum grave, ut communis fere sententia, ob rationem adducam: quia leve hoc ablatio grave infert Principi nocendum, sive secus, privet Principem iure quo possidet in re gravi pretio estimabilem. Ad que verum indicant etiam Theologi illi qui materiam furti quilibet respectivam esse contendunt. Falsam censio sententiam peculiariter Francisci Sylvi in 2. 2. quest. lxxi. docentis, te peccare mortaliter, si a Rege auferas duos iulios. Hac quippe pecunia respectu Regum, Principumque iuxta communem existimationem leve est. Si, quod ipse sentio in hac involuta causa, proferte mihi licet, existimationem decem iulios esse absolute respectu etiam Principis ditissimi materiam gravem: quia & hac quantitas prudentium iudicio gravis videtur, ordinemque iustitiae pervertit illius surreptio. Fateor, grave damnum ex tali furto divitem Regem non experiri: quod damnum forsitan non sentiret, etiam si decem, aut viginti aurei auferentur. At propterea, ne furtum decem aureorum non erit letale? Si divitibus privati tres iulios, seu tres libellas Venetas, surripes, crederem te peccare mortaliter. Si a personis inferioribus, puta mercatoribus, ab artificibus neque pauperibus, neque divitibus, sed sua industria commode vitam transigentibus, duos aureos iulios, forte gravem culpam non evades.*

X. Regula tertia. Vera aliquo in sensu doctrina illa est qua statuitur, materiam eandem que respectu divitis leve est, respectu

pauperum, artificum, mercenariorum gravem fieri posse. Quot sunt artifices, & operarii, fieri per totum diem laborantes, nec iulium lucrantur in laboris pretium? Quare vix ambigendum videtur, graviter peccatum eum qui hanc pecuniam quantitatem eiusmodi personis surripere. Distingunt hic Theologi materiam quam vocant *damnificativam a furcivam*. Materia que rei furcivae leve est, rei *damnificativae* gravis esse potest; ut acer, fobola, & id genus instrumenta sunt absolute, & etiam relate ad personas quilibet, furti materia leve. Dilectum est enim est, dari materiam natura sua, & absolute levem respectu omnium personarum, quemadmodum & gravem. At si a furto acum, a fureto subtraham accipis, sine quibus instrumentis nequeant illi ea die laborare, ut victum sibi comparent, materia hac, ut graviter *damnificativa*, gravis reputatur. Si tamen lata in furtum excommunicatio esset, eiusmodi fures eidem non haberent obnoxii: quia furtum mortiferum revera non perpetrasset; quamvis letale peccatum admittisset ob grave damnum pauperibus irrogatum. Excommunicatio autem in fores, non in damnificatores, lata suspensorius. Hoc item accidit ratione vocis sit, prater materiam gravem, exigat rationabilem domini repugnantiam, eo quod debet esse *invento domino*. Non raro dominus est graviter invitus ob ablationem rei leveis, cuius vehementer tenetur affectu; & graviter ob evidens privationem trullatur. Tum furtum leve respice foret ob materiam parviteriam; at gravis posset esse culpa, si quis rem tenentem surripere contentus trulliret, & molestie, quam domino afferret. Ob oppositam rationem furtum unius aurei, licet grave sit, materia quantitate spectata, leve sub hoc secundo respectu fieri potest, eo quod dominus non sit valde invitus; aut, si invitus est quantum ad moliam, invitus non sit quantum ad substantiam; ut contingere interdum in filio potest, qui patri surripit unum aureum. Mortiferum quoque fieri valet furtum ratione scandali, licet materia sublata leve sit; ut, si pravideas dominum blaspheमतurum, aut innocenter grave damnum incutierum ob rem levem quam surripit.

XI. Regula quarta. Hinc colligere velim, quanto iustio cavendum a furto sit. Varia Theologorum placita vigilem, non legem te reddere debent. Nec qui laxa, nec qui eno aeternae salutis studio sincero tangeris.

innocens a qualibet re manus debet servare. Dum ad ardos cancellos daorum aut trium iuliorum gravem furti materiam restringere audis, diabolo studeente clamans: Numquid gravissima Christi lex ob paucos denarios in contemptum proliet animas, quos tanto sibi comparavit pretio? Hoc pacto ratiocinabatur Parv, antequam furtum committeret. Numquid ob unius potius surreptionem mortem insulget Deus? Nequaquam moriemini, reponebat serpens. Hac decepti illusione furtum perpetrarunt ineluctes parentes, & mortis suspicio militari fuerunt. Furtum enim hoc fuisse S. Leo Papa cum pluribus aliis adfirmat *epist. lxxvi. ad Nicetam Aquileiensem* Episcopum. *Furtum reperitur in peccato Adami, quia prohibitus usurpatus est cibus; & curritia, quia plus quam sufficere illi debebat, appetitur.* Plantam illam sibi Deus servaverat, vetuit ne ex eadem fructum quempiam acciperent parentes nostri. Adam, & Eva, domini universorum constituti, minime contulerunt fuerunt, ex aliena planta potum surripere ausi sunt. Quot sunt qui iurum vinearum, prediorumque fructibus minime fruantur, alienas in vadunt vineas, praediorumque dependunt fructus? Deinde cum serpente clamant: Numquid ob vix tecumum, ob paucos fructus aeternum Deus animas damnabit? Mirre hac diaboli illusionem, & ad Dei mandatum, *Non furaberis*, animum intendere. Gravem militiam furti meditare. Pauca sanctum apostolum dicentem, fures non esse regnum Dei possessuros. Audi Oleam clamantem cap. 11. *Audiit verbum Domini, filii Israel, quia iudicium Domini cum habitatoribus terre. Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inveniuntur, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc iugabitur, & infirmabitur omnis qui habitat in ea. Imitare Tobiam cap. 11. *Aut vix eius erat ad opus furtivum quotidie, & de labore manuum suarum victum quem consequi poterat, asserbat. Unde aliam est ut hedum esparum deiciens detulisset domi. Cum enim veterem habitaret vix eius audisset, dixit: *Ubi est forte furtivus fr: rediite sum dominus fr: quia non licet vobis aut edere ex furto aliquo, aut contingere.* Tandem principium illud a natura insitum tibi scriptum mente revolve: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* Infallentem reputas legem Christi, quod adeo severe pauperum denariorum furtum prohibeat? Quid, si dominus ad exercitium fidelitatis, obedi-**

tis, & humilitatis tue talem rogasset legem. Nonne in illiusmodi foret? Quid vero quod ad commensum omnium utilitatem, ad mortuum servandum pacem, tranquillitatem, iustitiam, & securitatem? fura Deus vetavit? Fac Deum fura precepisse. Quid heic? Redundaret mundus atrocibus, sanguinis, homicidijs, fratricidijs, & omnia essent perturbata, ac confusa. Cum itaque certum sit, furtum peccatum esse, & quidem grave, lapsus vero in peccata sit, & in delicta eiusdem materia furis, vel levis: hinc inferens debet, omni cura abstinendum a furto esse. Non desipere. Theologorum quorundam laxis opinionationibus fura sua, si gravior apud Deum sint, levia sane non sunt. Inexcusabilis enim est, quod omnes graviores Theologi te admoneant, securam preberis non posse regulam, qua furtum leve semper securatur a furto gravi. Unica ergo lectra via est abstinere prorsus ab omni furto. Quod si, infirmitate humane nature cogente, furtum interdum perpetratum sit, tam ut eiusdem gravitatem deprehendere securus valeas, expendere ex parte furis, quo animo rem surripieris. Nam ratio pravi animi, rem gravem rapiendi, ut grave damnum inferatur proximo, furtum rei levis grave peccatum esse potest. Perpende, quo sine, qua necessitate furatus homo sine sepe enim necessitas, & inopia, si non excusant, distinguunt tamen criminis malitiam. Eius etiā surrepta res ferre, considera sitam, & conditionem, equitatem, vel opulentiam. Hic forte paulo fufius disputata, sed non prater scopum, nec inutiliter. Possunt enim Confessarii hinc colligere quæ populis debeant.

CAPUT IV.

De furtis minutis.

I. Riplici pacto minuta fura committi valent. Primo, si ab uno eodemque per interruptas vias parva bona accipiat, quorum prima non constituent datum notabile; addita vero alijs posterioribus furis efficiant materiam gravem. Secundo, dum quis a pluribus personis parva bona surripit; nulli tamen grave inferat damnum, sed sibi maximum commodum comparat. Postremo, cum ab uno eodemque parva bona singulis accipitur, ut in illorum remio sibi quæpiam notabile bonum acquirat, grave tamen detrimentum omnes simul domino inferant.

II. Qui ab uno, vel a pluribus minutatim pluribus vicibus parva bona surripit, animo perveniendi ad notabilem quantitatem, graviter prima vice peccat ob gravem animi cupiditatem; si tamen ad magnam quantitatem non perveniat, gravi restitutionis oneri non iubiaceat. Quare tam venditores, quam emptores, qui vel lateris dolosus, vel mensuris minutioribus furantur animo contemnendi, peccant mortaliter, cum primum res parvas furantur.

III. Qui modica ab aliquo surripit, peccatis animo non attingendi largiamur gravem, si tamen repetitis furtis ad quantitatem gravem perveniat, licetior furtum mortiferum perpetrat, & ad restitutionem tenetur. Porro, ut ex minutis furtis grave furtum constituitur, oportet exigua fura esse mortaliter continuata, seu non amplius intervallo lesu. Ita si enim aliquo modo coniuncta non sunt, nequeant unum totum constituere. Quoadam autem rebus spatium sibi inter unum & aliud furtulum debet, ut interrupta consentiant, variantur Ant. Toram placita. Alii requirunt quatuor annorum, alii duorum intervallum annorum exsolvant. Alii insinuant iudicere unius anni, alii sex mensium spatium. Nulla ex his opinionibus ardet. Quid ergo dicendum? Hæret aqua, & regula præcisa vix occurrat. Continuato furtulorum est circumstantia furam, & remora quæ surripuntur, colligi potest. Si persona quæ minutatim furatur, alienata sit furtis illis: si nullam adhibeat diligentiam ab illis sibi temperandi, sed qualem veluti alienatione furtula hæc, interposita morulis, & intervallis perpetret; con-inuata fura reputantur. Contra, si absolute persona furans a furtis abhorreat, sed, occasione oblata, & appetitione urgente, furtulum committat, ac postea illud detulerit; si temporali deturri maiori aut minori in furtulum relabatur, utrumque illud deservit, tum furtula levis, & disparata sunt; nequeunt quæ unum totum sibi furtum constituerent. Ne multa. Quando persona furans existit bona, recipit non advertit ad precedentia fura nec expresse, nec interpretative; neque ad illi vel affectata, vel sapina, vel gravis ignorantia: tunc furtulum non coniungitur cum precedentibus. Convenit penes Ad. Toram, maiorem quantitatem requiri in furtulis repetitis diversis vicibus quam in furto unico, ad constituendum materiam gravem; sicut maior quoque quantitas necessaria est; si exigua bona pluribus, quam si uni soltan-

ferantur. Quamvis autem sit illius maioris quantitatis mensura, definiti nequit. Quare solum ex varijs circumstantijs rerum, temporis, & personarum colligi id potest.

IV. Disputant in utramque partem Theologi, utrum qui repetitis furtulis ad quantitatem gravem pergit, mortaliter peccet, & tum ultimam illam partem completentem materiam gravem surripit; an solum, dum eam retinet; seu, utrum peccet *acceptatione* illius ultimæ partis, aut *retentione*. Probabilior sententia est, acceptationem ipsam esse mortiferam, quando fur constat in precedentium furtulorum, nec eodem retinetur. Si enim eorundem facta restitutio fuisset, tam ultimum furtulum non coniungeretur cum precedentibus. Probatur. Hæc ultima acceptio, licet in se exigua sit, iuncta tamen precedentibus gravis evadit. Idque patet in aliorum preceptorum transgressionem. Qui pluries in die semini comedit, lethaliter peccat in ultima comestione, quæ materiam gravem complet. Qui in die festo septis parum laborat, mortiferum peccatum peccat, dum ultimum opus egerit. Cedo. Cur retentio ultimæ furtuli peccatum grave est? Non alia sane ratione, nisi quia cum precedentibus copulatur. Ergo eadem ratione letalis est ultima acceptio, quod alijs antecedentibus furtis iungatur. Accedit quod, si restituit rem hæc ultima acceptio furtulorum, non tenetur sub mortali restituere exigua fura precedentia. Exempli gratia furatus est duas minas, ultimo furatus tertiam, qui parvam materiam constituit; si hunc unum restituit, non tenetur sub mortali restituere duas precedentes furatus. Ita docent contrarie opinionis patres. Ergo iuxta verumdem principia, ultima acceptio, complet materiam gravem, graviter noxia est. Verum hæc parum ad præx, cum omnes adfirmant peccare mortaliter eum qui post parva fura pergit ad materiam gravem. Quod vero peccet acceptio, aut retentione, parum ad præx conflat.

V. Post completum furtum grave, & interruptum, si iterum surripias rem exiguam, non peccas mortaliter, sed venialiter: quia nova furtulorum series incipit. Non enim exigua nova fura coniunguntur cum antecedentibus, sed cum inobtempentibus. Et quando iterum his adiecta ultima pars fuerit, erit novum distinctum mortale peccatum.

VI. Qui modica multis furatur, tamen si singulis notabile detrimentum non inferat, dum percipit ad furtum gravis quantitatis, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.

Quamvis, licet singulari levi interit detrimentum, grave tamen inde Republica damnata passus est, & rerum ordo graviter turbatus. Si enim hoc liceret; omnes dicitur vellet hæc via, & illico omnia peribantur. Accedit quod fur, dum bona aliena in gravi quantitate possidet, nullo iure eadum retinere valet. Restituit ergo illa debet. Quare Innocentius XI. damnavit sequentem propositionem, quæ in ordines illi. *Ne tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere quod alienatum est per parva fura, quantumcumque sit magna summa totalis.* Propositio non erat ulteriori consultatione. Eius quippe falsitas ex his quæ dicta sunt, perspicua est.

VII. Quæst. I. Cum plures ob eandem modum surripunt, singuli ne mortaliter peccent, & restitutiones omnes sibi sibi sunt? Resp. Casus est frequentissimus. Plures milites, aut loci invadunt forisum, vineam, domum. Singuli plures autem, pures racemem, plura bona auferunt. Quid ergo dicendum circa eorum culpam, & omni restitutionem? Si minus consentis te se ad furtum provocaverit, consentit penes omnes Theologos, singulos peccatæ letaliter, ac restitutionis lege esse adstrictos. Quamvis singuli causæ fuerint illi facti damni: neque est ratio cur hi, licet illi restituant. At nominum in solidum? Neque Salmanticensis Tom. III. tract. XIII. cap. 11. par. 5. §. 5. numer. 147. pluresque alios Theologos laudant. Quam tamen opinionem, ut falsam, repellimus. Si quidem quando matro consensu, matro, atque adhortatione se ad damnum inferendum provocant, urgentque, unicum damnum mortalem causam efficiunt. Ergo singuli coram tenentur in solidum ceteris delictibus. Quod ipsa adversariorum doctrina evidenter confirmatur. Si unus sit causa princeps, qui ceteros moveat ad fura perpetranda; tunc in solidum ad restitutionem adstringitur, fateatur Salmanticensis *loc. cit.* quia hic est causa potissima detrimenti illati. Porro, quando omnes loci matro consensu, auxilio, & adhortatione animos sibi ab furandum faciunt, quibus etiam causa princeps, quia recepta alios hortatur. Si unus consiliat, iudicat, incitet, ceteri restituerent in solidum debet. Cur, animo, hoc idem prestare alter non debeat, si eodem modo consiliat, & hortatur? Quidam & tertius. Quidam & quartus? Cur non amnes? Profecto, si omnes consiliant, si omnes hortantur, omnes illud res si unusquisque est adhortatus quod adhibet, aut qui locus effectus horum, & consiliorum. Singuli itaque reapse prorsus

parte tenentur. At, ceteris reuolentibus quique in solidum restituere constringitur. Et hae nisi uidentur certa sententia, quam in tractatu de restitutione sulsus explicabo.

VIII. Contra uero, si nemo alterum moueat, nec confusus, aut participet fit damni ad altero illatis, sed fortuito ab eadem uinea, praedlo, tercio, racemum, inium, ahiatua parvam rem forripit, licet graue detrimentum dominus libeat, nemo mortaliter peccat, nec aliquis sub mortali ad restitutionem tenetur: quia nemo causa et grauis damni, nec quidem confusus.

IX. Quae II. Quando plures scilicet modica fruantur, & quilibet aduertit ab aliis factis pariter modica scripti, atque tamen communi consilio, uel hostati, peccant ne iungat mortaliter conuultionis uere? Resp. P. Thomas Tamburinus, tamen ad benignitatem, ne dicam laxitatem, propensius Lib. VIII. tractat. II. cap. III. §. 3. numer. 3. respondit, probabile esse peccari mortaliter, cum graue obligatio restituenda: & probabile non esse saltem leuiter cum leui restituenda obligari. PP. Salamanticenses tract. XIII. cap. v. punct. 2. §. 3. uia. 28. negantem sententiam propugnant, camque defendunt Thomas Sanchez Lib. VIII. Disti. cap. XXI. uia. 22. Trollencius Lib. VIII. cap. v. dicit. 4. uia. 7. Lessus Lib. II. cap. XII. dub. 8. uia. 51. Logo dicitur XII. sect. 5. uia. 55. Salsas t. 2. tractat. XIII. disp. XXI. sect. 27. uia. 92. Malderos tract. v. cap. 1. dub. 50. cas. 3. Sotus Lib. IV. de iust. quest. VII. art. 3. colom. 6. Tannerus 2. 2. disp. IV. quest. vi. dub. 9. numer. 285. Dicitur Lib. II. tract. II. disput. IX. dubi. 79. Bolembau Lib. III. dub. 3. La-Croix in commentarijs eisdem Bulembau loc. cit. n. 101. His accedit P. Gabriel Antoine, licet a laxitate prorsus abhorreat, tract. de iust. & in cap. v. quest. xv. ref. 3. Illius opinionum argumenta haec sunt. Aduersa sententia feruillius obnoxia est. Peccat qui furripere; cum fiat pessim Regibus plura modica aucteri. Grauius peccat Religiosus, qui uel comum ex horto decerpere; cum fiat plures alios et eo talis modica accipere. Si uiderit graue damnum Petro inferri, & tu uisissimum irrogares, mortaliter delinqueres. Si audires famam alterius profecti, & tu leuem culpam patefaceres, delinqueret. Haec omnia uidentur nimis aspera, immo & absurda. Fusta eum praetata ratio-

ne solius cognitionis, & aduertentiae moraliter non coniunguntur.

X. Oppositam sententiam defendunt grauiores Theologi. P. Francisco Suarez Tom. V. in III. Part. disp. xv. sect. 2. uia. 3. Gabriel Valquez 1. 2. disp. cxiiv. cap. 11. nu. 5. & 6. Petrus Tapia Tom. II. Lib. 1. §. 18. art. 5. Covarruias Lib. I. uer. cap. IIII. Carduba in Summa qu. vii. punct. 1. n. 48. Boanaia de restit. disp. 11. quest. viii. punct. 1. Boanaia de restit. disp. 11. quest. viii. punct. 1. n. 6. 249. Rebellus 1. Part. Lib. VIII. q. xv. sect. 5. uia. 41. Villalobos tract. XIII. disp. 5. n. 4. Maior in V. disp. xv. qu. xxi. diff. 5. n. 4. Ioannes Medina cod. de restit. qu. 2. Marcus Ledesma II. Part. qu. xxviii. art. 7. Ludouicus Lopez 1. Part. disticti. cap. XIII. qu. 1. Sayrus de censuris Lib. 1. cap. 11. Manual. in Summa. cap. cl. Salon 2. 2. qu. lvi. art. 5. contr. 3. Petrus Ledesma II. Tom. tract. v. cap. xxviii. n. 3. Felix Potestas Tom. II. n. 15.

XI. P. Antonius Diana Tom. VIII. comit. tract. vii. refel. 3. §. inquit; Adiuuantium sententiam recipiant DD. communiter: & pro eadem ultra citatos referunt Turrianus in 2. 2. Tom. II. disp. xxxv. dub. 2. n. 3. Mesalari 2. 2. Lib. II. cap. vi. qu. III. n. 1. Angler, & alios. Patritius Sporer tract. v. in 7. precept. cap. v. sect. 2. n. 47. inquit. Adiuuantia sane communis est sententia.

XII. Si auctoritatem ergo spectemus, sententia adfirmans probabilior est, aduersari fatentibus. Rationum quoque momenta satis fatis uidentur consistere. Qui aduersus graue aliqui damnum paruis furis inferri, & una cum illis furatur, in hocce graue damnum intoluxum confert. Utiq; consilio, & hortatu, ut constitutum est, forsantas non adiuvat, sed factio tamen operam inuenit in illud damnum confert. Qui consilii, uel hortatu, causa appellatur impellens, & praehocens. Qui uero scienter simul cum alijs ad damnum proximi conuenit, causa coopeus nuncupatur. Accedit quod quisque furum, inferentium graue damnum minutis furis, est uera eiusdem damni causa. Omnes quippe sciunt, aduertuntque, quod, si singuli abstinent, damnum cessaret. Ergo quisque suo leui furto, alijs adiecto, damnum illud inducit. Scientia reipia haec minuta furta non iungit; uerum habet. At sententia simul cum facto reipia damnum inferri. Ablata enim scientia, & facto, nullum dominus subiret damnum. Ergo, adiecta scientia cum facto, detrimentum inducitur.

Hec

Hec itaque scientia, quae simul manus operatrics leuiter deservit, iungit reapse haec furtiua, non cognitione, sed operatione. Eam imputat, non ut speculatrix, sed ut operatrix est. Profecto quique furum dicere sine ualeat. Per me non fiat ne dominus dicere sine ualeat. Ergo detrimendum. Furum quippe meum alijs adiectis furis in causa est, cur dominus tanto fuit adiectus damno. Si ergo a furto abstinerent, nullum induceret graue damnum. Ergo e contrario furum meum causa erit grauis damni. Si discursus ille ueris est, sur jurguerit peccat. Atqui ueris est discursus. Ergo fures eiusmodi grauius peccant, & restitutionis tenentur onere. Quid quod, nisi fures eiusmodi grauius delinquerent, & restitutionis essent obnoxii, illud conquireretur absurdum, quod dominus ample uinea fructibus spoliatus remaneret, quia aliquis eodem auferendo grauius peccaret. Tandem, ut omnes latentur aduersari, excommunicationis poena iure Episcopus eiusmodi adigere fures ualeat, ut, quae minutis furis abhulerunt, restituant. Haec autem poena nonaiff ob grauem culpam infligitur. Ergo planum est, grauius fures illos peccare, & restitutionis lege adiri.

XIII. Respondit aduersarij, lata excommunicationis peccare fures, nisi restituant, non ob iustitiae satisfactionem, sed quod legitimum superior non parent. Quae responsio nec tantillum uim exeat argumenti. Nam excommunicationis fulmen non infligitur, nisi graue praecedat crimen. Verum habet, inquit. At scopus res absoluta leuis ob sinuularem causam sub graui precepto, adiecto anathemate, uetatur: & illius praecipi transgressio letalis est. Haec responsio non enervat, sed roborat argumentum. Praecceptum graue cum excommunicatione nonquam imponitur ob rem omnibus circumstantijs peccatis unigue leuissimam. Sed frequenter res tua natura leuis ob peculiare circumstantijs grauis euadit. Hinc superiores rem illam, his implicitam circumstantijs, & conditionibus spectantes, grauem reputant; ideoque graui precepto illam prohibent lata in transgressore excommunicatione. Doctrina haec, quae uniuersis Theologis probatur, magnam huic sententiae vim adit, eamque consistere eorum dispositionem uidentur. Racemus uice res leuis est: & alter racemus quoque leuis est. Quis dicere, ualidam esse excommunicationem latam ob minus racem furtulum, si absolute, & scilicet spectatum fuerit? Et tamen iuste Episcopus, aduersarijs fatentibus,

Greg. Thol. Tom. IV.

singulos fures minus racem excommunicationis supplicio plectere uide potest. Furtulum ergo minus racem excommunicatione iuste puniunt. Cur? Quia, licet furtulum ille absolute, & separatim leue sit, iunctum tamen aliis graue sit, & ut graue mitiatur. Nec enim res leuis, ut leuis, precepto graui, & ultimo iupplicio tobiacur; sed tantum res leuis, quae ob circumstantiam grauis euadit. Nunc praeciptum superioris graue esset, nisi rem ob aliquam circumstantiam grauem uetaret. Peridicula ergo est responsio aduersariorum asserentium, furum tom peccare letaliter ob solum inobedientiam, quae praeciptum uiolant, & excommunicationem contemnunt. Quoniam nullum esse praeciptum, & rana excommunicatio, si res prohibita esset omnino leuis, nullaque circumstantia grauem illam redderet. Ex his quae dicta sunt, satis constat, cetera aduersariorum responsa infirma esse, & uana.

XIV. Rigor, & scrupuli, quos opponunt, puertia nimis, & nugata obiecta. Neque est nimis sermo ille de furtulis omnino separatis. Scimus, passim Regibus, & Principibus multa furrip. Ergo qui assent ab illis acciperet, peccaret letaliter. Si huc consuleris, vix aliquod furtulum esset leuissimum; repetitur diues, vineatum & praedictum dominum, qui passim minutum graui non turpiantur. Paucis ergo rem totam perdirigimus. Tunc dicimus furtula haec graua esse, quando iuxta prudentium estimationem coniecta sunt. Videt aliquis modo ex una, modo ex altera parte uinea fructus auferri cum grauisimo domini detrimento. Illius damni consilijs furripit, & ipse racemum. Haec furta, licet absque consilio & hortatu, conuicta tamen mortaliter sunt: ideo fures singuli mortaliter delinquent. Ceterum qui rem leuem auferret sine a Rege, siue a quolibet alio diuite, minime grauius peccaret; etiam si furet, multa ab iudice diuersis temporibus auferret: quoniam haec furta non sunt aliquo modo conuicta, ut furtum; sed a diuersis succedente tempore perpetrata. Sententia ergo nulla illa furtula leuia euadere graua defendit: quae a pluribus eodem mortali tempore perpetratur cum graui domini damno; & cum reciproca notitia, quatinus nullo mutuo hortatu, uel auxilio, quo iunguntur singuli tenerentur in solidum, ut praehocens.

XV. Quae III. Qui post factum mortiferum fuerit ad eodem mortali, peccat ne letaliter? Resp. Salamanticenses tract. XIII. cap.

X 3

cap.

cap. v. punct. 2. §. num. 23. docent, quod etiam si fur habeat animum retinendi quod furatur, neque tunc novum furtivum erit peccatum mortale, sed veniale, quia, post completum primum furtum mortiferum, incipit nova furtivorum levium series, quae, usque dum ascendat ad magnam quantitatem, non constituit novum peccatum mortale.

XVI. Haec sententia nobis non probatur. Unica distinctio res tota expeditur. Aut fuerit poenitentia antecedens furti, restitutioneque facta, vel propoluit; aut secus. Si primum, furtum leve sublequentis peccatum veniale est; si secundum, letale. Sic enim, quoties vel modica sumptus, aut expresse, aut reipsa perleverat in voluntate augendi damnum domino, & retinendi rem alienam in gravi quantitate sublata. Quare hoc novum furtivum grave peccatum est, inani voluntas, cum non sit furtum antecedens detestabile, dum furtiva renovat, renovat quoque deliberationem augendi damnum grave inrogatum domino. In priori positione peccat venialiter: quia poenitentia, & restitutionis propositio reipsa abruptim omnem continuationem furti antecedentis cum sublequenti.

CAPUT V.

De necessitate quae a furti reatu excusat. *Laxiores Casusiarum, & professorum P. V. & La-Croix, opiniones rejiciuntur.*

I. Furtum genere suo esse peccatum mortale, oppositum legi tunc naturali, tunc divinae, fatentur omnes. Unde probat S. Thom. 2. 2. qu. lxxvi. art. 5. & 6. Excusatur tamen a culpe reatu triplici ex capite, ob levitatem materiae, ob consensum expressum, aut interpretativum domini, & ob necessitatem. Haec tamen materiae levitas excusat a gravi culpa, declaratum fuit. In praesentia, quae sit illa necessitas qua pressus homo inculpate valeat rem alienam surripere, discipendum est. Triplicem distinguunt Theologi omnes necessitates. Prima est communis, qua premuntur pauperes, qui mendicatio vitam transigunt. Secunda est gravis, quae in discrimen adducit proprium statum, amittendi nempe propriam dignitatem, subeundi aliquam gravem infamiam, vel perferendi diuturnam infirmitatem, famem, carcerem, aliaque similes afflictiones, & incommoda. Tertia est extrema, in qua de capite, & vita agitur, ut dum quis tanta premitur inopia, ut gravissimo laboret

periculo fame perendi, graviter aegrotandi, vel amittendi aliquod corporis membrum, aut sensum; quam necessitatem urgentem Div. Thomas appellat 2. 2. qu. lxxvi. art. 7. Quibus positis, paucis quibusdam rem expeditam.

II. Quaest. I. Licet ne in extrema necessitate furari? Resp. Adfirmant omnes. Rerum enim partitio iure sentium investita est. Antea communia erant omnia in hunc finem a Deo condita, ut intervirent humanam aedificandae vitae. Haec porro divisio nequit consistere cum praesidio legis naturalis vite servandae. Ergo, quoties imminet vite periculum, ob rerum temporalium inopiam, communia evadunt bona eodem ac erant modo ante divisionem. Hanc tamen his tradit verbis doctor Angelicus loc. cit. *Et quae sunt iura humani, non possunt derogare iuri naturali, vel iuri divino. Secundum autem naturalem ordinem est divina providentia institutum, res inferiores suae ordinatae ad hoc quod ex his sustentetur hominum necessitati. Et ideo per humanam avaritiam, & appropriationem, ex hoc iure naturali necessitati sit subtrahendum ex hismodi rebus. Et ideo res quas aliqui superabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperum sustentationi.*

III. Opponit sibi auctoritatem Decretalis, imponentis trium hebdomadarum poenitentiam ei qui fame pressus furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus. Cui auctoritatem respondet Angelicus ad 1. Decretalem illam loqui in casu in quo non est urgens necessitas.

IV. Subdit Doctor sanctus, post quemquam, bonis delictorum, aliena surripere, ut proximo extrema laboranti necessitate prospiciat. In casu (inquit ibidem ad 2.) similibus necessitatis etiam potest quis occurrere alienam accipere, ut subveniat proximo sine indigentem. Quod si dominus rei repugnet, teque repelleret extrema necessitate pressum, posses illum aggredi, & vi bona necessaria surripere; dummodo & ille in eodem non veraretur necessitatis casu: quia tunc melior esset conditio possidentis. Non licet tamen rem necessariam occulte, & inscio domino surripere, quando spes subest eam ab illo obtinendi, si petatur. Qui tamen hunc inventerit ordinem, graviter non peccat: quoniam tunc bona sunt communia respectu conservandae vitae, iisque habet indigens illa si bi usurpandi, ut vite suae consulat. Neque licitum est fame mori, ne aliena aulerentur. In eo dumtaxat casu licet permittere corpus perire fame, in quo non probable tamen

sed certum firmumque occurreret virtutis exerecendae momentum; puta ut vitaretur scandalum, aut grave proximi detrimentum, vel alius publicum bonum promoveretur. Sublato autem certo honestatis momento, minime licitum est iuri suo renuntiare, & fame perire: quia iure naturae vitam conservare adstringimur.

V. Quaest. II. Quisne ne tenetur ex iniustitia extreme indigentis succurrere? Resp. Adfirmant sententia mihi probabilior est; sive is superior sit, cui ex officio incumbit subditorum vitae prospicere, ut fatentur omnes; sive quilibet alius, qui bonis abundet, quibus periclitanti vitae proximi suppetias ferre valeat. Ratio in promptu est. Tempore extremae necessitatis omnia bona communia sunt. Ergo quique ergo in hac bona habet. Ergo quique ex hoc tempore retinet, aliena retinet. Porro rei alienae detentio iniustitia lesio est. Et sane qui impeditur ne extrema pressus necessitate necessaria bona acciperet, si utique iniustus foret, ut afferunt Salmanticenses tract. 211. cap. v. punct. 3. §. 1. num. 34. concedendum omnino non tribuit. At, inquit laudati Salmanticenses, egentes ante apprehensionem non sunt bonorum communium domini; sed ius tantum ad illa habent; domini vero evadunt, apprehensione peracta. Sit ita quidem. At nec creditor dominium pecuniarum habet, antequam debitor eas perfolvar; & post solutionem dominus sit dominus. Ergo debitor, qui pecuniam non solvit, iniustitiam non ledit? Ut autem debitor non reddens quod debet, iniustus est, quia retinet aliena; ita iniustus violator est si qui necessitatis tempore non succurrit periclitanti, quia tunc aliena retinet. In hoc quippe bonum ius habet is qui iudicium eget. Ergo ledit hoc ius quicumque bona retinet. Nam haec retentio impedit ne illa consequi egens valeat. Saepo enim impotens ad hanc consecutionem est. Ergo qui ea retinet, impedit ne ab egresso accipiantur. Ergo adversus iniustitiam peccat.

VI. Quaest. III. Qui bona in extrema necessitate constitutus accipit, tenetur ne eodem, si consensum, transacta necessitate restituere? Resp. Sententia negans vera mihi est, quam defendit Dominicus Soto in 4. dist. xv. q. 11. Bannez in 2. 2. qu. lxxvi. art. 8. ad 3. Valentia Tom. III. dist. v. q. vi. punct. 7. Petrus Navarra Lib. VI. cap. xv. num. 24. & alii. Ratio ex his quae in superiori sententia probanda dicta sunt, liquet. Tempore enim

necessitatis omnia sunt communia, non quantum ad alium modo, sed etiam quantum ad proprietatem. Sermo autem est de rebus quae tempore necessitatis absumptae sint. Nam, si tot bona egress accipisset, ut aliqua superesset, haec dubio procul, eadem necessitate, forent restituenda. Egebat equo ad fugam, declinatio periculo, restituendus est equus. At, si tempore necessitatis, puta in evadendo periculo equus interierit, nihil restituitur adstringens. Tunc enim erat tempore illo equus.

VII. Quaest. IV. Qui rem alienam surripit non eget, eamque in extremam necessitatem delapsus consensit, tenetur ne eam restituere, meliorem fortunam adeptus? Resp. Duo inter Probabiliores celebres Theologi haec veritas questionem, eamque exemplis ornant. P. Antonius Diana Tom. VIII. coord. tract. vii. refo. 14. hunc proponit casum a se reolotum. Quidam furatus catenam auream magni valoris. Aulogus, & in itinere incidit in morbum adeo periculosum per multos menses, ut illum constituerit in articulo mortis. Ex hoc vendidit catenam furatam, & ex pretio saltem recuperavit, ac convalescit. Sed cum postea ad meliorem fortunam pervenerit, quaesivit a magno, an teneretur restituere pretium catenae furatae, quod consumpserat, pressus illa necessitate. Probabiliter ad casum propositum respondit negative.

VIII. P. Thomas Tamburinus alter celeberrimus Probabilista hanc eandem doctrinam docet Lib. VIII. in Decal. tract. 11. cap. vi. §. 2. num. 3. his verbis. "Furtum est decem aureos nudaus tertius, utique cum peccato. Verum hodie exiit in gravi necessitate, & pura in gravi morbo sine ulla spe habendi pecuniam, illas ad vitam conservandam expendit, obligaberis ne ei ad meliorem fortunam rediens ad restitutionem?..... Non est improbabilis sententia, tunc non liberans ab omni restitutione." Hoc idem docet P. Ferdinandus Castropalus Tom. I. tract. vi. dist. 11. punct. 10. n. 3.

IX. Relata opinio laxa videtur. Delictum enim perpetratum adversus iniustitiam, semper conservandum remanet; quamvis premente necessitate, obligatio restitutionis suspendatur. Quod opponunt, ab onere restitutionis liberati iniustum detentorem, si abique eius culpa res perierit furto sublata, restituitur ad fallum. Nec refert quod dominus non tenetur succurrere extreme indigentem: quoniam illius restitutionis obligatio est ex iniusta acceptione. Furtum enim tenet admissum numquam

quam ob futuram necessitatem iniustitiam suam amittit. Quare fur, simul atque delictum commisit, debitum contraxit restituendi rem aliam: quod debitum superveniens necessitas non auferit; sed, ut dictum est; excusat tantum, ut licite solutio differatur. Haec sententiam docent Sorus in *II. diff. xv. q. 11. Ricardus in II. diff. xv. q. 5. q. 10. xv. Sylvester verb. Furtum in *q. 1. v. Armilla n. 10. Taberna verb. Restitudo q. 1. v. Missina sed. de elemosinis de bonis illucite acquisitis, A. zozius Lib. XII. cap. vii. Lorea in 2. q. 1. xxv. i. q. 1. s. 3. disp. xxviii. n. 17. Valquez *opusc. de elemos. cap. 1. dud. 8. & alii.***

X. Quell. V. *Lexum ne est in gravi necessitate furari?* Resp. Sententiam affirmantem docent Navarrus in *Manuali c. xvii. n. 4. Lessius Lib. II. cap. xii. dub. 12. n. 71. Sella 2. q. 1. q. 1. s. 1. v. 6. Trullenchus Lib. VIII. cap. 2. dub. 6. n. 10. & Thomas Tamburinus Lib. VIII. tract. 11. cap. vi. §. 1. n. 2. Diana Tom. VIII. *com. tract. vii. resol. 13. Sa verb. Furtum n. 1. Layman, & Bonacina non improbabilem censent.**

XI. P. Dominicus Viva in sua Tractata refert sequentem propositionem ab Innocentio XI. damnatam, quae est in ordine 36. *Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi; cumque ad nihilum redire videtur. Ne vero quidquam per invadendum imponere illi videatur, illius verba transferenda haec sunt. "Inquit ergo n. 7. Bannez 2. q. 1. xxv. i. q. 1. s. 7. dub. xlv. potest esse in extrema necessitate citius illum cui ratione sui status esse gravissimi num deducit mendicare, nec aliunde habere alimenta. Quod videtur admittendum, si mendicare illi esset moraliter impossibile. Saep enim nobilis mori potius se obicit quam huic inominia. " Dehinc refert hic sententia P. Viva in referenda sententia P. Bannez. Is enim hoc non docet, sed narrat solum a quibusdam illi doceri. En illius verba: "Si autem fuerit homo, cui pro ratione sui status gravissimum sit mendicare, neque alio qua possit vitam necessarium accipere, non aliam optionem, posse charitatem accipere, abstinere necesse est, videtur aut visum. Nec verum alius ibi Bannez habet. Porro quodque eorum verum est, Bannez asserere diximus aliquorum opinione. Non desunt opiniones licite furari in gravi necessitate. Qui sentit ibi opinantur. Haec admittere unus est P. Viva, cui videtur haec admittere sententia. Quae tamen, ut laxa, re-*

pellenda est. Si enim status nobilitas impossibiliter moraliter redderet industria propria videtur comparare; si tantum privilegium pudor mendicantis, & sanguinis nobilitas tribueret, ut aliena possit accipere; mandatum latrocinis sceleret. Porro quo pauperes nobiles absintur, ut vel mendicare, vel laborare non audent, mandatum est, vitiosum; atque adeo voluntaria evincitur illa necessitas quae premittitur. Furtum ergo perpetrabant nobiles illi, si percuris urgente negligit, atque, ut sibi prospiciant, aliena accipiant. Opinantes in favorem nobilium, qui mendicare erubescunt, quomodo meminit P. Bannez, exultatione dispi erant, quod scripturam ante propositionem damnatam.

XII. Sed, quod magis in P. Viva displicet, est quod ipse propositionis damnatae sententiam eludat. Ecclesia thesauri proscripti eo in sensu in quo Lessius, Tamburinus, Navarrus, ceterique eisdem auctores illam ducuntur. Hi porro docent, licitum esse furari non solum in extrema necessitate, verum etiam in gravi. P. Viva, ut iam damnationis declinet, distinguit duplicem necessitatem gravem, alteram communiter gravem, alteram valde gravem. Non improbo absolute distinctionem sano in sensu intellegendam. Nulla ex tribus necessitatibus indivisibilis est, & mathematica. Extrema necessitas una est maior altera; semper tamen extremam dicitur, in qua de capite agitur; ita ut, nisi subsidium adveniat, vita periclitetur. Quod utrum aliquo gradu citius, tardiusve vitae iactura contingat, non impedit quominus extrema dicitur necessitas. Notio essentialis necessitatis gravis ab extrema distinguitur ea est quae mortem non infert; sed statum auferit, atque cruciat, & verax calamitatis. Haec autem necessitatis gradus plures gradus continet, graviores nimirum, & inferiores. Verum, quantumcumque gravis sit haec necessitas, dum vitam ipsam non aggreditur, semper intra eam ipsam subit, iuamque naturam retinet. Si hos limites transiit, & mortem intenter, in extremam mutatur. Si dicamus, Ecclesiam damnasse furtum, non in necessitate valde gravi, sed in necessitate gravi communiter dicta, damnatio invidiosa efficitur, atque iustitiam omnino. Et tamen hoc contendit P. Viva, loc. cit. n. 2. Haec sunt illius verba. " Lessius, Cominch, Tamburinus, & alii communiter cum ipso Diana docent, furtum esse licitum, non in gravi qua-

comque necessitate, quod in tali thesi dubium non est, sed in necessitate valde gravi, quae sollicitae acquiratur. Quis est, qui vult in necessitate sic ipsa morte anterior, una cum necessitate xxi. Nihil est magis quam vita humana; deinde sicut ad deulandum aut mortem in extrema necessitate periculum non infert, ita ex illorum DD. legibus nullum infertur furtum ad decipiendum permittitur videtur furari ad decipiendum hanc vitam miseriam morte ipsa plura peiorum, in necessitate valde gravi: quod in hac thesi non possit obitari.

XIII. Seneca alicubi inquit, paucos repertum iri qui hanc vitam impetent, si delibereat sollicitanda foret. Vitam morte amariorem dicit maior fere hominum pare. Ita clamant innumeri artifices, qui copiosa onus prole, unda cum alant, minime habent. Quid de tot operariis, quid de inclusis carcere, de damnatis ad trices, ad sodinas, de tot infimis, laetibus, de tot nobilibus frugis, nudatis, & fame vexatis dicendum? Omnes isti clamant, vitam sui morte necessitatem esse. Elque reserens continentium inspiculum. Omnis quoque illis iuxta P. Viva licitum erit furari? Omnia divitum bona communia illis erant? Hanc sane P. Viva doctrinam horret communis Christianiorum sensus. Necessitatem valde gravem sentitiam multitudinis, ut iudicatum est, illi tamen conscientiae sibi verum, & religioni aliena surripere. Admissa autem necessaria doctrina, iura, & rapinae quoqueque inundant. Relicenda ergo est, ut laxa, et Republicae perniciosa, atque ut sanctae Romanae Sedis iniuriosa haec P. Viva sententia. Ecclesia namque licitum damnavit in quatuor gravibus necessitate patitur. Non ignorabat Ecclesia, varios reperiri posse in ipsa gravi necessitate gradus; & tamen absolute thesauri damnatae fuisse de necessitate communiter dicta, tenui de necessitate valde gravi.

XIV. Quod quod Auctores damnatae thesauri expresse loquuntur de necessitate valde gravi, propterea opinantur? Audiamus Dianam citatam a P. Viva. Notandum est hic (inquit Diana Tom. VIII. *egrot. tract. vii. resol. 18. num. 6.*) quod non solum extrema necessitas, sed etiam gravis, tua, vel proximi, qualis est periculum morbi, magne famis, nuditatis, captivitatis, vel alienationis, ac veri carceris, & similibus afflictionum, exigit a restitutione. Porro similes necessitates esse valde graves, fatentur omnes. De his necessitatibus valde gravibus loquitur Tamburinus cum reliquis damnatis thesauri paronibus. Haec porro necessitates valde graves dicuntur omnes praefati Theologi, a necessitate extrema, furum, & lapsibilis est P. Viva excoisato, quod necessitas valde gravi acquiratur extram. Similes enim ab hisqueque reorum rationes, perveniunt, sicutque deinde omnia valent: siquidem iuxta omnes Theologos, & praecipue proscriptis thesauri Doctoribus, nulla necessitas gravis, licet extrema est. Ergo ut nihil in praefata thesi Ecclesia Romana proscriptis, aut proscriptis furtum in quatuor gravibus necessitate. Quae scribit P. La-Croix Lib. III. p. 1. num. 956. §. 9. similia sunt quae ex P. Viva reulimunt. Inquit enim: Si necessitas gravis sit magna, velde dicitur. Lessius c. 2. privato esse licitum surripere necessariam ad illum subsistentiam. Lessius, Lugo, & alii docuerunt opinionem proscriptam ab Ecclesia. Et P. La-Croix hinc citat, tamquam Auctores opinionis, quae sit tunc conscientiae regula. Quantumvis necessitas gravis sit urealis, ut est illa amittendi honorem, decidendi a proprio statu, subdandi gravem infamiam, & huius generis aliae; nunquam licitum est fecerit furtum; quoniam cuiusdam necessitates nullum vitae periculum allatant; & ideo non transiunt limites necessitatis gravis. At PP. Viva, & La-Croix, non dicunt, Lessius, & Lugo docuisse licitum proscriptam, illam vana distinctione eludant. Nempe utique Theologorum docuit, in necessitate communiter dicta licitum esse furtum, sed solum in necessitate valde gravi. In hac necessitate licitum est furtum, licendum PP. Viva, & La-Croix. Nihil ergo quod docuerint Theologi christiani, sed solum christianam, ac nempe prodicam, damnavit Ecclesia.

XV. Sententia nunc, quae negat, licitum esse furari in gravi necessitate, his quatuorque gravitatis gradus, demonstratur. Et primo Theologorum auctoritate. S. Raymondus in Summa Lib. II. de furtis §. 2. *Si aliquis furatur cibum, vel pecuniam, vel vestimentum propter necessitatem suam, vel sitis, vel frigoris, ita quod, nisi fuerit, credit se non posse excedere mortem, non committit furtum, non peccat. Si autem non patitur necessitatem ita magnam (nempe incedere mortis) peccat. Accusatorem inveni-*

peccatum propter necessitatem. D. Thomas 2. 2. quæst. lxxv. art. 7. opponit sibi auctoritatem petitam ex cap. Si quis forte defurtus, ubi hæc habentur: *Si quis forte per necessitatem famis, vel audiatur furvus furti cibaria, vestem, vel pecuniam prope habet, maledictus erit.* Cui auctoritati respondet Angelicus: *Dicendum, quod decretalis illa loquitur in casu in quo non est gravis necessitas.* Urgens necessitas nomine, ut ex contextu patet, extremam intelligit. Auctoritates aliorum Theologorum prætere: quia iam omnes Theologi sustinent sententiam oppositam damnatæ thesi. Ratio autem communis sententiæ traditur ab Angelico hoc citat. In necessitate gravi non sunt omnia communia, sicut in extrema. Si enim bona communia fierent, gravi urgente necessitate, omnia redoundarent furis. Nam, ut dixi, maior hominum pars gravi penuria plius, minuitur urgetur. Et quisque gravem, ne dicam gravissimam, suam reputat egestatem. Si licita tum furta essent, homines communiter fures evaderent. Hoc animadvertit vel ipse P. Viva numer. 13. Cum necessitates, inquit, graves sint frequentissimæ, facile persuadere sibi homo potest quod indigentiam valde gravem patiatur. Et tamen ipse in necessitate valde gravi furtum licitum docit non.

XVI. Quæ in oppositum obtruduntur, nullius sunt momenti. Dives tenetur succurrere graviter indigenti: verum habet. Ergo graviter indigens valet divites boni fibi usurpare: negatur consequentia. Neque enim egestas index legitimus est, qui iudicare possit, divitem tot habere bona superflua, quibus tenetur prospicere sibi graviter indigenti. Idcirco fit est, si hæc bona surripiat.

XVII. Ut vero in hac frequentissima materia utrumque extremum tum rigoris, tum laxitatis devites, præ oculis habeto que supra dicta sunt de variis gradibus tum necessitatis extreme, tum necessitatis gravis. Ut necessitas sit extrema, minime requiritur quod mors saltem imminat, vel reapse aggrediatur egestem; sed lat est, tale imminere periculum, quod, nisi repellatur, alicui vitæ iacturam. In hæc extrema necessitate genere collocari solet gravissimum periculum incidendi in perpetuam tenuitatem Turcoman, in quo regio ipsa in diterrimum adducitur. Ut paucis omnia complectar, circumstantiæ spectandæ sunt, potissimum conditio egestatis, illius precocitate status, & quam sit in evitandis precocitate vigiliant, ac sollicitus, Di-

singendi sunt idem casus rari, & fortuiti in quibus bona fides, & prudens iudicium egestis facillime ipsam a culpa excolare valent, a calibus frequentibus, & familiaribus, cuiusmodi sunt pericula perdendi honorem, & subeundi magnum dedecus in petenda elemosyna. In his enim, & similibus eventibus furari minime licet.

XVIII. P. Claudius La-Croix Lib. III. part. 1. n. 952. refert Coninch, qui negat licere nobili furari, quod magno perfundatur pudore in petenda elemosyna; sed addit, Leslum, Caltrapalam, Dicalillum docere, oppositum, putantes viris honeste conditionis nuptiarum durum esse estiam mendicare. Et, transcripto Coninch responso, rem relinquat in medio. Pro sententiâ negante unum, pro admittente licitum esse furari in citato casu, laudat tres: deinde rem relinquat in medio, ac si Pyrrhoniam traderet. Sic enim lectores beneficio mirabilis Probabilium illam eligere quæ sibi magis ardeat, possunt. Hac methodo Historico-Theologica benignum ubique se præbet Auctor ille.

XIX. Quæst. XI. Licitum ne est homini privato in extrema necessitate constituio, surripere rem velis pretiosam? Resp. Ponamus hominem in tali constitutum necessitate, ut quinque aut sex mille aureis egeat ad eam evadendam. Licitum ne erit ipsi tantam auroreum summam furari? Disputant in utramque partem Theologi. Qui admittant, citantur illo principio, quod omnia tunc sunt communia. Qui negant, respondent omnia quidem esse communia que iuxta communem communionem ordinem necessaria sunt ad vitam alendam, tunc pretiosa, & bona summi pretii. Fætor me latè clare non perspicere quid sit dicendum. Utraque pars sua videtur probabilitate frui. Prior sententiâ principio valde firmiter munta apparere. Ex altera parte nimis durum videtur, tam ingentem pecuniæ summam surripere licite posse. Quod videtur mihi verosimilius est: si furtum tot auroreum induceret dominium in extremam, aut gravem egestatem; poterant tunc non esse licitum tale furtum. Si autem dominus adeo locuples foret, ut talem miseriam non subiret; tunc forte probabilitè esset sententiâ prior. Meliora tunc non occurrunt; neque operæ postum eisdem longius rem hanc producere, quam vix in praxi arduum foret contingere, live ex parte egestis, qui tanta egeat pecuniarum quantitate; live ex parte divitis, qui aut velit ipse sponte erogare tantam auroreum summam, aut negligat saltem scri-

furtum custodiam, ut furandos illos permittat ad indigentem.

XX. Disputant hic Theologi, an, cum aliquid accipitur in extrema necessitate, illud dicendum furtum sit, vel iniurp. Furtum enim, cum vetitum lege naturali, & divina sit, nunquam licitum est. Qui ergo in extrema necessitate surripit, quæ sibi sunt necessaria, furtum non committit: quia non aliena furatur, sed sua accipit; cum omnia tunc communia sint. Verum hæc disputatio ineptissima est ac nugatoria. Furtum absolute vetitum est; adveniente extrema necessitate, malitiam amittit. Quod ipsam postea furtum voces, aut acceptionem perinde est. P. Cardenas, huc doctrine inanis, contentæ differt. XIII. cap. 1. art. 1. Pontificem in propositione 36. damnasse furtum sub ratione furti. Quamvis enim licitum esset, inquit, surripere aliena in gravi necessitate, ad hæc damnata remaneret propositio, aliteris permisum esse furari in gravi necessitate: quia furtum, ut furtum, neque in gravi, neque in extrema necessitate licitum est. Hinc deducit art. 3. numer. 21. Pontificem non damnasse opinionem specularive acceptam, que tamen, licitum esse surripere aliena in gravi necessitate. Si vero opinio hæc, ut in praxi deducenda spectetur, damnata est: quia, ut in praxi licita sit, decem requiruntur conditiones, que moraliter impossibiles sunt.

XXI. Varum hæc distinctio in præsens quaestione est. Quid enim tam abolitionum communia est. Quid enim tam abolitionum Pontificem damnasse accipere rem alienam sub formalitate furti, scilicet sub voce acceptionis, vel iniurp? Eisdem quippe rationibus militat, eadem absurda sequuntur, quocumque modo, live sub voce furti, live sub nomine acceptionis, aliena auferantur in gravi necessitate; ut consideranti patebit. Accedit quod, quando in praxi deest aliqua conditio, vel additur, que sub cognitione specularive non venit, tunc propositio variatur, & alia evadit tum in speculatione, tum in praxi, ut & ipse Cardenas alibi animadvertit. Quare dicendum, Pontificem damnasse propositionem, quatenus hæc significat, licitum esse acceptionem rei alienæ gravi tantum prærente necessitate. Idque evidens est.

CAPUT VI.

De occulta famulorum, aliorumque compensatione.

I. Gravissimam quaestionem discipiendam aggredimur. Nonnulla præmittenda

sunt satis communia, que varios spectant compensationis significatus. Duplicem distinguam compensationem. Altera dicitur propria, que desinitur debiti, & crediti inter se invicem contributo. Tu mihi debes centum; ego totidem tibi. Mutua compensatio hæc duo debita remitti posse, affirmant omnes, non interpellata etiam iudicis auctoritate. Compensatio altera impropria nuncupatur, que recuperatio potius debiti est quam compensatio: ut si Paulus debeat tibi centum, & nolit ea solvere, tu occulte centum accipias, & recuperes que tibi debentur. Hoc autem fieri nequit abique iudicis auctoritate, si ad iudicem aditus pateat.

II. In præsentia minime assumo pro dignitate hæc examinandam controvertiam; sed eam dirimendam remitto ad tractatum de iustitia, ubi est instituto difficultates omnes istius spectantes resolvam. Potissima nuncius quaestiones capita proponam. Aliqua recentibus, que absolute laxa mihi videntur. Aliæ vero, que gravissimis difficultatibus implexa sunt, sapientum iudicio proponam, remque totam tribus paragraphis comprehendam.

§. I.

Conditiones necessarie pro occulta compensatione. Lexa propositiones PP. Divina, Viva, aliorumque recitatorum.

I. A Nequam conditiones refero, quas pro licita compensatione Theologi communiter assignant, propositionem, quam summus Pontifex Innocentius XI. damnavit, præmitto, que est in ordine 37. *Famuli, & famule domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salarium quod recipiunt.* P. Dominicus Viva in sua Trinita hæc propositionem interpretans numer. 1. hæc scribit. *Conveniunt DD. posse famulos in occultis compensatione, tum quando sibi denegatur ab heris salarium ex pacto debitum, tum etiam quando evidenter cessat, non quidem ex mero iudicio famulorum, sed ex communissimo perituro tum sentio, infulsiunt ab heris committitur in solutione salarii iuxta communem estimationem debiti, spectatis omnibus circumstantiis, ratione quantum potestestimum famulatus præstari erolere, aut decreverit.* **te.** *4.* Conditiones autem quas ipse P. Viva ibidem assignat, sunt sequentes. Prima, quod videtur damnus debitoris, ne licite restituatur.

refinitur, aut in mala conscientia fit, patendo se debere quod non debet. Secunda quod videtur damnare proximi, ne illi faciam quod fecerit. Tertia, quod non possit FACILITER via turbi dominum obtineri. Quarta probabiliter, si hoc esset deest, non peccat mortaliter, quod videtur occulta compensatione, ut dicitur Diana P. Etl. tract. 2. §. 168. 17. Præcipuum hic dicitur condignare, omni Theologo addit, quæque de ipse alibi non negat, videlicet quod debitum sit liquidum, & certum. Sed audiamus, quid P. VII. de cetero in propositione prætera damnatum fuisse, inquit ergo: Quod in hoc testi prescribitur, est, posse famulus occulta compensatione se ad quod indicit ex iustitia sibi deberi in salarium. Quando ergo soli ipsi famuli indicitur, salarium minus eo quod pactum est, sibi debet, peccant occulta compensatione venientes. Et hoc in testi prescriptum fuit. Ceterum, si iudicio famulorum accedat viri docti iudicium, quo decernatur minus famulo deberi salarium, tunc licita compensatio est. Sic concludit idem P. Viva num. 72. Idem ad occulta compensationem faciendam requiritur iudicium viri docti simul, ac periti, & passioe deinde, qui peccatis omnibus, indicit mortiferum certum esse, quod minus salarium debeatur. In hanc eandem opinionem concedit P. Claudius La-Croix Lib. III. part. 1. numer. 974. ubi rejecto iudicio famuli, & cuiusque mittitur in causa propria, subdit, quod requiritur ut vir vultus doctus, malum pendens, ac versatus in re moralis, indicit certum esse, quod tali homini fiat iniuria. Idem dicit Caluiste alii non pauci. Hæc opinio nobis laxa videtur, & in damnata propositione includi. Neque enim plus iuris in bona dominorum habent docti, & periti quam famuli. Si vetitum est famulis proprio iudicio præferre taxationem maioris mercedis quam cum domino pacta fuerit; eadem ratione vetitum erit etiam eam auferre iudicio alieno privato. Verum habet, iudicium esse decipi famulum in causa propria eorum virum doctum a partium studio alienum. At non propterea inferunt, Confessionium, sive quæpiam alium doctum virum, iudicem legitimum esse iuris inæqualitatis. Quare perdocti P. Salmanticensis, ut scribam, hæc explicationem distinctionem tractat. xxiv. cap. hinc, puncti vii. §. 3. num. 137. subduntque: Igitur in hac prohibitione attendenda non est, quis est qui iudicat operam esse minores salario; sed an hoc ita fit, ut an famulus libere cum domino de minoris salario

pactum iniicit; vel an metis, occasione, vel fraude id fecerit. Contendunt Auctores isti (si ibidem num. 136.) ieruum, qui ex necessitate ob levandum inferius locavit operas suas pretio notabiliter minori, posse, quod dicitur, iuripere. Tale est obsequium quo multi tunc colo perdoctos hoc hæc pro, ut dicitur, afficiant, dum frequenter occidit doctum virorum dissentendi. Pace tamen tantorum virorum diximus, hæc opinio ex una parte laxior ferens est præcedenti. Utque tenio dubitat, doctum plimque Confessionium, nullius emolumentum participem, meliorem iudicem esse, & a deceptionis periculo magis alienum, quam sint ipsi famuli, & ministri in propria causa, aliequam, passionum, & cupiditatum plenissimi. Quare in hypothesei quod concedenda famulis esset occulta compensatio, moderamen aliequam, quod iudicio non famuli, vel ministri, sed docti Confessarii feret, opportunum est, & prudens, pluribusque iuris, & frandibus impediendis occurrit. Quod autem adducit laudat Patres, tunc licitam compensationem esse, quod famuli, & ministri, urgente necessitate, pauciantur mercedem notabiliter inferiorem ad levandum misericordiam, aperit, ut ego quidem arbitror, damnata compensationem occultare viam. Siquidem omnes famuli ad levandum necessitatem modo maiorem, modo minorem, operas suas dominis locant. Quare si necessitatis levande velamen inula esset augenda mercedis ratio, pauci repererentur famuli quibus licita non foret compensatio. Et hæc igitur opinio, ut improbabilem, reitimus.

II. Explicandæ nunc sunt conditiones quas communiter Theologi præferunt, ut licita cuiuslibet sit, sive famulo, sive libero, compensatio. Prima est, ut debitum sit ex iustitia debitum, liquidum, atque certum. Hanc conditionem sic limitant communiter admittunt Theologi. Ioannes Sanchez, laxitatis patronus, omnium primus defendit disp. xlv. num. 47. latius esse, si debitum sit probabile. Eandem docet Cardinalis de Lugo Tom. 1. de iust. disp. xvi. sect. 5. artic. 4. ubique ad 107. cuius argumenta refert Diana Tom. VI. tract. 111. resol. 149. & de more ex non refutat; sed addit solium eundem Cardinalem iudicium super hoc suspendere. Hanc opinionem, ut evidentem laxam, improbabilem vel ipsi Probabiliter. P. Matthæus Moya in opere proscripto selecti. q. i. solo calamo hanc verlat questionem tract. vi. disp. iv. quest. 1. & relatis plurimum recentiorum,

ac possimum Cardinalis de Lugo, argumentis in favorem laxæ opinionis quam recentioribus, ipse §. unico mediam arripit viam. Docet enim, quando debitum est tantum probabiliter, altera creditori, altera debitori; seu quando utrique parti sua opinio probabilior est, ut communiter accidit, licitam esse compensationem, non in toto, sed in parte. Hæc quoque opinio abiicienda est, ut improbabilis, & laxa.

III. Requiritur etiam quod debitum sit patens, seu quod elapsum sit tempus dilationis. Hanc conditionem extendit Diana etiam ad tempus futurum. Ea illius verba: Notandum tamen, compensationem esse licitam, quævis debitum acta non debeat. Potest enim aliquando creditur presentis, & compensare sibi nunc pro eo quod debitor nondum debet, si tunc tempore solvendi debitum non sibi solvendum. Ita ego docui, & novissime, me citato, docet Cardinalis de Lugo, & etiam mercator, Mechadus. Tom. VI. coord. tract. 111. resol. 150. num. 5. pag. 155.

IV. Hanc eandem opinionem docent Tannerus, Patritius Sporer tract. v. cap. v. n. 72. Illius n. 172. Tamburinus Lib. VIII. tract. 11. cap. v. §. 1. num. 2. Eam refert, nec improbat, atque adeo vi Probabilium admittit, P. Claudius La-Croix Lib. III. p. 1. num. 963. Hanc quoque opinionem, ut improbabilem, & laxam, respiciamus. Nequit vel ipse index legitimus cogere debitorem ante tempus, quod debitum in futurum sit, & liquidum. Si licet ob periculum future solvendi occulta compensatio, ut contendant recentes Probabiliter citari; perturbatio externa, summasque consilio in humanam societatem invehitur.

V. Secunda conditio est, ut res quam accipit, sit tui debitoris. Quare non licet accipere rem alienam exilientem apud tuum debitorem, nec illi commodatam, aut apud eum depositam; quia limitium rerum dominus ille non est. Idem dicendum de re quam ipse debitor apud te deposuit. Cap. Bonafides de depositis, & L. ult. cod. de depositis. Hanc tamen conditionem imitant pro foro exteriori, licet pro foro interiori, Sporer loc. citat. num. 76. Lessius Lib. II. cap. xxvii. numer. 16. Tannus, & alii apud P. La-Croix, qui minime talem opinionem reitit. Quin addit, te posse accipere rem quam debitor tuus mittit ad alterum in donum, aut in solutionem debiti; dummodo ab altero non sit acceptata, sed adhuc sub tui debito-

ris dominio sit. Quia, si tu prior occupes, statim per apprehensionem possessionis in te transferetur dominium. Quam opinionem defendit etiam Illius cum aliis. Hæc quoque opinio nobis laxa videtur. Negant tamen laudati Auctores cum aliis, te posse accipere rem quam alius mittit ad tuum debitorem, qui iam nondum acceptaverit; quia ante acceptationem non est factus illius rei dominus.

VI. Tertia, ut rem tibi debitam nequeas commode, vel facile obtinere. Tum autem commode, & facile non valet rem obtinere, cum pro illius consecutione debes litem intentare, tribunalia adire cum magnis expensis, vel periculo amittendi amissionem, & benevolentiam ipsius debitoris, vel iudicis, inquit Sporer loc. cit. num. 74. & P. Claudius La-Croix loc. cit. num. 965. citans P. Tamburinum §. 1. n. 3. & Diamam, qui asserunt defectum istius conditionis non inducere culpam mortalem.

VII. Hanc quoque opinionem, ut fallam laxamque, improbamus. Si ordo iustitiae, a legitimo iudice excedenda, non cadit sub gravi obligatione, omnia sulque perturbantur, & Republica fraudibus, furtis, dolique repletur.

VIII. Quarta conditio, ut compensatio occulta fiat absque detrimento ipsius debitoris, ne plus videlicet accipias quam tibi debitor. Providendum est etiam, ne tibi, aut tuo heredi idem debitum iterum solvatur, curandumque ut debitor certum fiat, debitum esse solutum, & in conscientia culpe persistat. Hanc conditionem omnes admittunt, omni facio solvato.

IX. Quinta, ut compensatio fiat absque damno terti, cuiusmodi esset, si ille robarer furatus rem quam tu accipis, & cogere retulisset. Addunt tamen, hoc per accidens consequi, & adeo, si quis nequeat, inquirunt, absque gravi damno omittente occultam compensationem, possit illa uti, etiam hoc sequeretur, inquit citatus La-Croix num. 968. cum Sporer, & alius; quod alienum a lege evangelica videtur. Prævidet, proximum meum ex compensatione mea repositurum furem, & ad rei, quam ego accipio, restitutionem adstringendum; & nihilominus possum illam surprædere. Ut ego quidem arbitror, nullus Christianus integre conscientie hoc ad proximam decederet.

X. Sexta, ut compensatio fiat in eadem specie, si possit. Si tamen nequeat in eadem spe-

specie fieri; committere fatentur, licitum esse uti diversis specie.

XI. Suprema, ut compensatio fiat absque damno aliorum creditorum; ut si essent creditores anteriores; aut si res esset locata, vel commodata alteri. De hac tamen conditione acriter disputant Probabiliter nostri iurones. **Quin Vadius** Conitons Antiprobabilia celeberrimus defendit *Lib. III. Resp. tractatum quæst. xxxix.* licitum esse Caltraecio creditori, habenti penes se bona debitoris demortui, aut occulta compensationem, nullo habito ad anteriores respectu: quia Caltraecio est in possessione bonorum sui debitoris, qui possessione tenent ceteri creditores, licet anteriores. Lex autem statuit, potestatem esse conditionem *possidentia*. Accedit quod in mea servanda vita non specto, qui ante me in locum incepti sunt, nec in recuperanda mea fama; cogito, num detractor meus alius quocumque famam restitueri debeat. Hæc & alia congruit Comitols in sua sententia confirmavit. Adde etiam posset, tum Caltraecio habentem apud se pecuniam, aut bona demortui creditorum, dominio iam potitur eorumdem bonorum; Si denatus debitor solvisset neque debitorum Caltraecio, anterioribus creditoribus pretermissis, & anterioribus esset vere dominus debiti sui soluti, nec teneretur eodem in totum, vel in partem private, ut quispian anteriori creditori solveret.

XII. Difficultas gravior est, utrum creditor, qui nihil debitoris apud se habet, possit eisdem bona surripere, quibus compensetur. **P. Diana Tom. III. tract. 311. res. 157. 154. 155. 156.** defendit, compensationem licitam esse cum præjudicio anteriorum creditorum, sive creditor habeat apud se bona debitoris, sive non, sive eadem habeat loco depositi. Nec obstat, inquit ille *resol. 157.* quod leges prohibeant compensationem fieri in re deposita: quia leges illæ, secundum Tannerum, obligant tantum in foro exteriori; compensatio autem iure gentium licita est. Hoc opinio latiduasquam mihi probabilis est; licet pro eadem plures laudet **Diana**. Quoniam leges, sive eccllesiasticae, sive civiles, in re publica, obligant non commane Reipublicæ, obligant in conscientia. Si vero habeat apud se, non loco depositi, sed ratione commercii, sive alio titulo, cum laudato Comitolo idem **Diana** docet, licitam esse compensationem; quam opinionem plures alii defendunt, uti & **Sporer loc. cit. num. 82.** Si res sit apud debitorem, tanquam pignus

proprii debiti præcisæ, tunc vel ipsæ leges et vires concedunt retentionem; quia revera est talis talis rei possessor. Melior autem est conditio possidentium. Si vero absolute eam habeat, non videtur posse eam retinere cum præjudicio anteriorum creditorum. Constat tamen esse legum dispositio.

XIII. Addit tandem Diana loc. cit. licitum esse surripere bona debitoris, etiam cum præjudicio creditorum anteriorum. Cui opinioni subscribit **Sporer loc. cit. num. 78.** Hæc doctrina iuxta est, ut mea præfert opinio. Immo tenentur habere prius anteriores creditores in illa bona que tu accipis. Ergo tua compensatione aliorum iura ledis. Porro leges civiles id expresse vetant; cum ordinem servandum iubeant in solutione creditorum anteriorum, & posteriorum. Quare mihi minime probabilis est opinio illa, que advertitur communi sententia Theologorum, ut fatetur vel ipse **Mathæus Moya tract. vi. disp. vi. quæst. 11. n. 7.**

XIV. Disputant etiam Theologi, utrum Causa creditor Principis possit ibi compensari defraudando tributa, seu gabellas, quas Titius conducit. Adfirmant plures: quia, inquit, Titius non emit nisi iuras gabellas. Porro Causa creditor Principis iam solvit illas, cum sit creditor Principis. Igitur iurata solutio iniuria foret. Instat advertari, Si Princeps locasset agrum Principatus Titio, posset ne Causa surripere fructus agri in compensationem? Cur ergo poterit defraudare gabellas locatas eidem Titio? Disparitatem alligant illi, quod fructus agri sunt Titii, non Causi, vel quod fructus agri sunt gabellæ, et ipsius Causi, qui, cum sit creditor Principis, nihil ei debet; & propterea retinere illam valet. Hæc disparitas probabilis est, nempe materialis amphibolia; id est verborum diversita congerie turgens. Alii dicunt, non posse Causam compensationem uti defraudando gabellas, si has Titius emittit; sed, si conducit. Probabilior, & vera sententia negat utrumque. Sive enim conduxerit, sive emerit Titius gabellas, semper detrimentum patitur ex Causi defraudatione. Accedit quod omnes ministri Principatus et credores Principis iactant. Si volens essent debita omnia que officiales, & ministri Principatus sibi deberi videntur; vix iustret totum Principis ærarium. Quare compensatio, ut inultas, damnat probabiliter sententia.

§. II.

Rationum momenta que evincunt absolutam illicitam esse occultam compensationem.

I. DOctissimus P. Michael Elzalde Lib. VIII. quæst. VII. §. 4. fatetur, a multis annis persuasum sibi fuisse, licitam esse occultam compensationem, existimans, hanc doctrinam a **D. Thoma** doceri. Verum, postquam tanti Doctoris mentem expendit, subiecit, se nihil in eodem reperisse quod occulte faveat compensationi; sed duxerat quemque repetere posse rem loam, ubicumque illam esse deprehenderit. Quare arbitratur compensationem occultam repugnare legi naturali, tum iuris Christianæ, & esse singulari, ac omnibus, maxime vero Regibus, & Principibus, perniciosam.

II. In iuris verbis omnibus est, ne quisquam inauditus condemnetur. Plura enim pari adversa allegare valet, quibus evincat aut se esse solvendum, aut solvare non teneri. Sed opinio occultæ compensationis inauditus debitorum damnat. Ergo communi hominum sententiæ repugnat.

III. Contra nature lumen est quod quisquam sit iudex in propria causa. Quapropter lege tum divina, tum humana, vel penes barbaras ipsanationes, erecta tribunalia, & instituti iudices sunt, qui publica potestate aequalitatem constituent, & leta personarum iura relaxant, iudicio ipsarum partium vetito, & revocato. Sed opinio occultæ compensationis hanc tribunalium, & iudicium potestatem ab imis convellit fundamentis, eisdemque cardines evertit. Statuit enim licitam esse compensationem, quoties sine magis expensis, sine amissione *bonivolentia*, & *bonivita* debitoris, vel iudicis, qui etiam cum *facile*, & *commode* rem tuam obtinere nequeas. Vix autem fieri potest ut sine gravi incommodo, sine expensis, sine amissione debitoris, & partis, & iudicis, bona que tibi debentur, assequaris. Ergo hæc opinio de medio tollit publica iudicia, & tribunalia; ac singulos constituit suarum occultarum, atque iurium iudices. Quin ipsam Principatum, qui sine magis subditorum expensis consiliter nequit, præfata opinio adioritur, atque improbare videtur.

IV. Oppositæ. Iuris æquitas postulat ut debita tibi a debitore solvantur. Dum ea tu accipis, æquivalentem confisris; nihil quod tuum non sit, accipis. At videndum superest, quis sit litus æqualitatis legitimus iudex.

Omnis humanus actus rectus & licitus ab his conditionibus pendet, *Quis, quid, quæ*. Esset ne alter extraneus privatus homo iudex illius æqualitatis? Minime, inquit; quin clamaret: Quis te constituit iudicem in hac causa? Ergo minus tu ipse in propria causa iudex existere potes. Si alter privatus, licet a partium iudicio alienus, iustitate auctoritatis reus habetur; tu ne innocens eris, si talem tibi vindices iurisdictionem?

V. Hæc omnia vera sunt, inquit, quando rem meam apud iudicem sine magis tribunalibus, sine iactura amicitiæ, & benevolentie, ne multa, quando *facile*, & *commode* repenere valet. Hæc oppositio iam labefacta est. Nullam quippe litem, hominum infirmitate inspecta, moerare, nec tribunalia, & iudicium adire aliquis potest sine impensis, & absque incommodo, & iactura amicitiæ debitoris, vel iudicis. Tollenda ergo tribunalia, reiciendi iudices, publica iudicia asserenda, si quique homines iudices sint in causis propriis iudicia publica, & tribunalia, repositi, instituta sunt pro decidendis iuribus duobus; scilicet quando iura eorum sunt. Tunc enim quique sibi usurpare potest quod certum habet sibi deberi. Ita ne vero? Unde, quæro, hoc colligit? Ex quo codice? Ex qua lege? Et primo, quis leigantium est qui committere certum non patet, rem quam apud iudicem reperit, sibi deberi? Deinde Auctores qui pro compensatione occultæ pugnant, licitam eam communitate asserunt in pluribus casibus, etiam cum loco iudicio probabiliter, ut indicatur est. Quæ de re lege *Salmanticensis tract. XIII. cap. 1. punct. 10. §. 2. num. 310. & segg. ubi docent. Pro omnibus casibus licitum non est nisi compensationem certis, cum solam datur opinio æque probabilis protraheque parte, debitoris scilicet, & creditoris; sed in casibus aliquibus, quædam datur minor probabilitas ex parte creditoris, quod tale debitor sibi debitor. Et, adiecta distinctione probabilium speculative, & practice, tandem concludunt, licitam esse occultam compensationem semper, cum adest probabilitas practice. Pro qua opinione graves Auctores laudant. Dicunt enim, quod, dum Theologi asserunt certum debere esse creditum, intelligendi sunt de certitudine moralis, que habetur per probabilem opinionem, firmiterque vitam rationibus & CONJECTURIS. loc. cit. num. 324. Quæ doctrina posita, quis inficias ire poterit, superflua esse tribunalia, superflua legi-*

legitimos iudices, publica auctoritate institutos. Non est prædantis institui, opinionationis meo iudicio vix laxas conuelleret. Idcirco in sententia repressor.

VI. Quamvis certum sit certitudine physica, & metaphysica, nodum morali, rem tibi debent, non præputa consequitur te esse legitimum iudicem, & tibi potestate iudicium, qui iure vixit tibi accipere. Idcirco præter rationes alias requirit auctoritas omnium tribunalium. Iudices quippe omnes, tam civiles, tum ecclesiastici, occultas compensationes ferere damnant, & puniunt. Id verum habet, inquis, in foro exteriori tantum, & in foro conscientie. Hanc sententiam ad rationem recitant recentiores. Non nego, interdum contingere aliqua esse licita in foro interiori, licet in exteriori. At quando id occurrit? Quando iudicium fori exterioris nititur præsumptione super aliquo facto, Quoties vero agitur de rei honestate, & equitate, utrumque forum sibi contentit. Cur foram exteriori damnat compensationem occultam? Quia nemo esse debet iudex in causa propria: quia nemo inauditus damari debet quia hanc occultam compensationem necessario consequuntur plura incommoda, videlicet Reipublice perturbatio, fraudes, & furta, antinomiam creditorum defraudationes, & Antinomica alia mala. Porro ad hæc omnia subuocanda iure gentium, legesque positiva instituta est ne quilibet sit iudex in causa propria, neque aliquis inauditus damnetur.

VII. Insurgunt argumenta. Leges humane, que non fundantur in aliqua peculiari præsumptione, sed optimum Reipublice regimen, & tranquillitatem bonum commune, pacem, & quietudinem spectant, obligant in conscientia. Nec desunt alibi, licet repta aliquibus privatis incommoda sint, & detrimentum afferant etiam quandoque grave. Nonne lex legitima præscriptio est ad vitandam confusionem, & perturbationem humane societatis, pacemque, & ordinem seruandam, rerum dominia transferri? Auferendum ne præscriptionis legitime ius, propterea quod nonnullis privatis damnum inferri? Porro, sicut lex præscriptio dominia transferri propter bonum commune, ita leges iure gentium late verant, ne dominia certa transferantur inuito, & incito domino. Rem quam tu accipis, reuera est sub debitoris dominio. Qua via igitur in tuam transit potestatem? Via compensationis, reponis. Verum hæc est petitio principii. Quia rerum

dominia non transferuntur, nisi aut domini voluntate, aut publica potestate. Respondet P. Onate *Tom. 1. de contractibus disp. VIII. num. 186.* per accidens licitum esse se immittit in possessionem alterius propria auctoritate. Verum *T. 3. per accidens* tanti non est, ut soleat leges valeat infringere. Querimus enim, cur per accidens liceat: cur leges ita, in universale humane societatis communitatem late, violanda sint? Nemo nititur in propria causa? Nemo inuadit damnum. Cetero leges ita recte ne sunt, & legitime? Annuis. Ergo æque in interiori, ac in exteriori foro obligant. In foro exteriori obligant, nullo habito ad privatum damnum respectum. Idem ergo dicendum in foro interiori. Periculosa sane foret responsio, si imponeres, recentibus leges in foro exteriori vim semper habere; in foro vero conscientie obligare quidem, si facile, si absque iactura amicitie, & benevolentie, si absque expensis in iure faciendis levari possent: si licet, utinam obtingeret. Si iudices fori exterioris ab Theologis postularent rationem cur ob commodum & equalitatem privatam ordinem perturbent publici iudicij, partemque iniecta causa damnent; quid, quædo, responsum adirent? Lobet hic enarrare que scribit præfatus P. Elizalde *loc. cit.* Cum quidam ex primariis iustitie communitatis administris a me quaesisset, num huiusmodi quædam compensatio eisdem animo suo in foro conscientie liceret? ego respondi: In hoc casu, domine, ac terne omnes in istis totius nos dominatibusque velis proponere possimus, sententiamque querere, quam contra. Dominationes credo, vestre damnantur similia, his, & his per moti. Affirmavit vir sapiens. Tum vero ego: Credat dominatio vestra, nobis nulla secreta caelestia reservata suppetere, nec ullas dispensationes a Domino concessas, quibus hæc, & alia, que in iure sanctissime constituta sunt, rescindamus. Laudavit tunc, & post responsum amico avertentissime dissuulit eam compensationem.

VIII. Alter etiam eisdem ordinis vir insignis, tamquam rem manifestam, causam alium similem occulte compensationis mihi proposuit. Rem, inquit, cum militis Theologis tractavi, & omnes eam licere affirmant: & non idem ego censerem, interrogavit. Aderat alter Theologus, qui, etsi non interrogatus, tamen exiit, & rem licere tam prompte affir-

ma

mauit, atque si casus esset, utrum duorum ad tria esset quinque. Ego insinuem viderum ad forum suum deduxi, & causas rogavi, quas penitissime noverat, cur illi ipsi in foro condemnarent. Tum ego eas ad conscientiam applicavi: & delicti viri christianissimus a proposita compensatione: subdixitque, existimasse, nos Theologos habere pro conscientia arcanas alias, & si bi ignotas rationes.

IX. Nuper subditi cuiusdam viri Principis, & Magnatis volebant plura millia leonorum ex bonis eius repetere per occultam illam compensationem, & magistrum Theologicum consuluerunt. Hic vero, qui propter consuetum nihil quidem extenuis in compensatione dubitabat, propter adiunctam quandam circumstantiam me interrogavit. Damnavi ego compensationem nem ipsam: & ut est homo maxime ingenii, & quod non minus interest, minime contentiosus, & citra partium studium veritatis solius amator, facile consentit, & compensationem eam improbat, meque exiit rogavit, ut hoc in opere aliquid de ista compensatione dicerem, quam sane vel ipsam nomen occulte satis improbat iuxta illud: *Quis male agit, edit lucem*. X. Neque reponans, P. Elizalde improbare compensationem absolute, inique limitationibus exartam. Nani manifestum est, ipsum oppugnare compensationem in omnibus, quas Theologi adicunt, circumstantiis affectam. Sic enim exorditur eadem disputationem. Occurrit compensationem eam vocant qua quis aliam ex bonis debitoris tantum propria auctoritate accipit, quantum sibi debebatur. Querunt itaque, utrum liceat? Et affirmant non tot, quin plures; quidam tamen conditiones requirunt. Primo, quod debitum sit certum. Et iam etiam ad probabile ampliatum. Secundo, quod plus non capiat. Tertio, quod hereditibus debitoris, velius consistit debitum esse solum, ne idem his solvant. Alii requirunt, quod res commode in iudicio recuperari non possit. Addunt tamen hodie, regulariter res iudicio commode reperi non posse. De deposito etiam docent fieri posse hanc occultam compensationem. Item in gabelis, si debitor sit Princeps, etsi tertie persone locatæ sint: nec interest esse aium, si sint alii creditores anteriores. Oppugnat itaque P. Elizalde compensationem illam quam communiter Theologi defendunt ut licitam.

Cenc. Theol. Tom. IV.

XI. Hæc, que breviter exposui, rationum momenta magnum mihi facillere negotium factor. Urgat ex alia parte communis Theologorum auctoritas, que semper magnum facienda est. Illud tamen admonere iuvat, falso D. Thomam in patronum citari occulte compensationis; quin oppositum non oblitere docere *2. 2. quest. lxxv. art. 5. ad 3. his verbis. Ille qui iurim accipit rem suam apud alium depositam, gratias depositarium, qui tenetur ad restituendum eam, vel ad restituendum se inuicem esse. Unde manifestum est quod peccat, et tenetur ad restituendum gratiam depositarii. Qui vero fortim accipit rem suam apud alium inuicem detentam, peccat quidem: non quia gravat eum qui detinet; vel ideo non tenetur ad restituendum aliquid, vel ad compensandum; sed peccat contra communem iustitiam, dum ipse sibi usurpat iure rei iudicium, inuicemque pratermissio. Et ideo tenetur De satisficere.* Interpretatio, qua hanc exponit textum communiter solent Auctores minus idonea mihi videtur. Dicunt utique, peccatum esse proprie usurpare sibi rei proprie iudicium, si commode, & facile pateat ad iudicem via. Ad quandoque homines controversias ad tribunalia deduxerunt absque gravi incommodo, & sine magnis expensis? Qui statutum, tam publicum potestatem pro rerum suarum ascensione recursum esse, cum accessu occurrat sine gravi incommodo, & magnis expensis, desinunt nunquam ad iudicem confluxerunt esse. Quare magna recentiorum Probabilitatem pars ut superfluum relicta hanc conditionem de recurru ad iudicem. D. Thomas vero, antiquiore Theologi esse peccare decernunt qui, pratermissio iuris ordine, res sua propria auctoritate sibi usurpant.

XII. Quod itaque ex his que hæcenus disputata sunt, colligimus? Hæc licite que libitico. Improbare absolute non audeo, ob Theologorum auctoritatem, sententiam que compensationem occultam licitam defendit, si præscriptæ conditiones regeantur. Rationum tamen momenta, que exposui, tantum mihi hæcenus negotium ut nunquam ego compensationem inauderem tamquam licitam. Quod ergo? Ancepsum, & perplexum. Rationes probabilis evincunt mihi illicitam compensationem; auctoritas Theologorum oppositum decernit. In dubio ego tamen partem elegeram. Qui sapientiores sunt, quod verissimum illis apparet, amplectantur.

Y

XIII.

XIII. Ceterum in praxi rarissime observantur omnes conditiones quas pro licita compensatione Theologi assignant. Quapropter perdoctus Habert de contr. Tourneil. part. III. de restit. sect. 4. quest. 15. Antoine de Resinat. & in cap. v. quest. 15. Henricus a S. Ignatio part. VII. cap. vi. docent, quod cum difficile sit recentis conditiones impleri, nunquam luenda sit hec compensatio. Si ponentes rogent Confessarium, licita ne sit hec compensatio: tu responde, inquit Habert, Theologus eam propugnare ut licitam, dummodo plures observentur conditiones, que raro servari possunt, atque adeo, cum res periculi plena sit, te non posse eam consistere. Quod si penitus ea proprio Marte ulius fuerit, et contritus sit, eum absolute a culpa. Prius tamen severe responde, si conditiones iustitiae fuerint, nempe quod debitum fuerit certum certitudine evidenti, non probabilis: quod fuerit evidenter liquidum, & actu debitum: quod in compensatione servata fuerit aequalitas; & quod res accepta sit domini, & non alius anterioribus creditoribus debita; nec ab aliquo tertio loco depositi consignata. Si omnes haec conditiones ad iustitiam attinentes servatae fuerint, nulla est restitendi obligatio; quavis possit illicita esse compensatio ob ordinis violationem. Et ab hac culpa poterit eum absolovere.

XIV. Tertio, cum hec compensatio raro admodum recte fiat, & vix ad executionem reduci possit absque culpa ob defectum conditionum, periculum plena videtur doctrina quae hanc occultam compensationem propugnat, luendetque. Conferas velim sententiam negantem eam sententia affirmante licitam esse occultam compensationem, ut quod expeditius videbitur, inferas. Sententia nexata tibi ob oculos proponit leges gentium consuetudine, atque ipsa divina approbatione firmatas violari, ordinem iudiciorum pervari, rerum dominia abique legitima potestate transferri, furtis, fraudibus, rapinisque latissimam aperiri viam, turbam Republicam, societatem laici ex hac occultam compensatione. Leges universales, quas, hec sententia allegat, certe sunt, & manifeste, nempe diligenter. Exceptiones, limitationesque, quibus nituntur Theologi sententiae affirmantes licitam compensationem, incertae sunt, nulloque certo principio solute. Sunt nempe petitiones principiorum, quod praeserte leges in adductis casibus non obligent. Conditiones omnes necessariae vix un-

quam implentur, quarum si una deficiat, culpa peccatorum. Theologi propugnant occultam compensationem, ut privatorum quorundam damnis occurrant. Raro tamen occurrit, quia raro adfuit conditio omnes necessariae. In hoc autem consilio publice tranquillitatis, & communis boni cum privata utilitate, & commodo, quam praesertim tenenda debet. Vix aliqua lex est universalis humana, ex cuius observantia aliqui privati detrimentum non sentiant. Quae ex Principatu privatorum incriminanda? Numquid auctoritatem regimini, tollendam Principum, quia quibusdam infimis subditis oppressis, ac vastatis accessus difficile est, & raro patet ad eundem?

XV. Quarto animadvertas velim, compensationem occultam, sub initium invecdam, conditionum plurimum observatione fuisse mutuant; temporis autem decursu a probabilistica benignitate laxatam nimium fuisse. Lese Dianam Tom. VI. tract. 111. a. 1104. 117. ubi offendens, non amplius requiri potissimas conditiones, nimirum quod debitum sit certum, quod creditores anteriores non fraudentur, quod res in iudicio repeti non possit, quod scandalum non lequatur. Has ille cum aliis Probabilistis fuisse conditiones, & compensationis occultae iura laxavit: quia, inquit resolut. 154. cogitavi hanc opinionem cum gaudio a viris doctis fuisse susceptam, idem etc.

XVI. Patricius Sporer Tom. II. tract. v. in 4. precept. Decal. cap. v. sect. 3. §. 4. n. 83. pag. 183. licitam admittit simplicem compensationem ipsam quam propositum damnatae doctrina defendit, ut ego quidem arbitror. Res facti cum sit, quibus arbitri sedere possit. Haec est illius doctrina. Famulus vel officialis, qui ob errorem, negligenciam, vel aliam SIMILEM causam operam suam minoris iusto locavit, quae saltem secundum quid involuntarius fuit, adeoque animum dobandi non habuit, poterit defectum stipendii iure exigere, & si aliter habere nequeat, occulte compensare. Et dominus sibi impulerit. Vel hec doctrina prolapsa est, nisi me ignorantia fallit; aut nihil prolegrum fuit in propositione ab Innocentio XI. damnata. Legantur omnes Theologi, & Galuistae, qui damnatam propositionem docuerunt; & nemo unus reperietur qui eam non docuerit eam eadem omnino conditionibus quas adiecit P. Sporer n. 84. Sed, quod festivum est, & lepidum, sub finem suae scriptiois alius propositionem damnatam, velim lecturiam

niam passio iam confecto. Quare hic te admonitum velim, lector optime, Auctorem istum multa scripsisse antequam propositiones proferberetur ab Innocentio XI. ut ex eo colligeret, potissimum ubi scribit de precepto amoris divini: & quia auctor ille in magistro sibi delegit Theologos laxiores, Tamburinum, Dianam, Bulembau, Sanchez, & similes; idcirco illorum opinionem plures damnatae defendit. Pontificio decreto promulgato, ad calcem doctrinae laxae adiecitur damnata propositio, ac si totum virum in illa propositione, vario character exarata, inclusum esset. Haec damnatum propositum adiecitur interdum facta fuit ab ipso Augustinus, interdum a Bibliopis ipsius, ut fecerit venales fierent merces. P. Sporer ipse suo iam confecto operi damnatas propositiones adiecit, ut iam hic, & alibi dixi; sed minime correxit ea interpretatione quae iam exaraverat. In Bononiae operibus adiecit suis locis sunt damnatae theses, quae nullo praecedente correctio doctrinae, cuius theses ipsae sunt aut principium, aut confessarium. Idem factum fuit in aliis Galuistarum operibus de quibus solus loco suo. Haec tunc indicavi obiter, ut hinc colligas, quanta cautio, & quanta vigilantia Auctores illos legere debeas.

XVII. Postremo, si a communi Theologorum sententia occultam compensationem propugnare recedere nolis, saltem a Probabilistarum quorundam laxatibus caveo. Famae, minutis, officialibus nunquam compensationem occultam permittas, causa augendi mercedem, quam iusto minore allegeris: quia istius mercedis augmentum, infeliciterque domino factum, repugnat omnilegi, damnatque est ab Ecclesia. Ad summum admittenda est compensatio occultam, quando peccatum suspendium non solveretur; quando debitum vi altius contra hunc certum certitudine evidenti, nec ab ipso debitor negatur, solum ob iniquitatem eius non solveretur; & quando aliae conditiones revera implerentur; quod raro evenit. Admonendus autem tunc debitor foret, ne in mala fide periret, ratus se non solvibile debitum. Sub his tantum circumstantiis ad summum admittenda interdum poterit occultam compensationem. Eam tamen ego, etiam his limitibus circumscriptam, haud approbo in preteritis, nec improbo; sed iudicium suspendio quaedam sapientium sententias audierim. Res enim gravillimum est: quia cum de peccato mortali agatur, definitio periculosa est. D. Thoma teste, nisi veritas expresse habeatur. Et hec,

in praesentiarum dicta sufficiant de occulta compensatione.

XVIII. De quibusdam aliis furtis famulorum facili est resolutio. Eculenta, & copulenta, quae famuli, & ancillae clam accipere solent ad sedandam famem, & simi, committere non sunt furta mortifera: quia domini non sunt rationabiliter iniuri. Dummodo tamen eiusmodi non accipiuntur ad gratiam espiendam.

XIX. Quare licet suspiciant praesata ad compensationem, ad luxum, ludos, metreticam, venditionem, denique ad ulus alios quoscumque sine famulatus conditioni non necessarios, essent furta letalia, si forent in magna quantitate. Quae autem quantitas satis fit ad peccatum mortale, consilio dicta superius. Regula praecise designari vix potest. Maior quantitas requiritur in furtis minoris & successivis, quam in furtis gravibus simul sumptis: maior in eculentis & copulentis, quam in pecuniis, aut rebus rarioribus. Famuli & ancillae communiter fidei conscientiam non vertunt minuta furta. Quae pili Confessarii est illius insinuare, & obviare, cum in hoc delinquentes repererit. Saepius impotentes sunt ad restitutionem eorum quae furtim surripuerunt: & tunc erent, ut saltem maiori industria labore, & vigilantia damnum domino restituatur compensent. Ut id in praxi Confessarius facilius decidere valeat, expendat qualitates dominorum, nempe eorum tenacitatem, avaritiam, inhumanitatem, & servorum gentium, humilitatem, ac cetera id generis debeat, ne famulos, vel dominos plus iusto aggravet.

§. III.

Quam sit perniciosa Principibus, dominis, & mercatoribus benignitas istorum Probabilistarum qui defendunt occultam compensationem licitam esse famulis, officialibus, & Principum ministris.

I. Confessarium istud, iis constituitur supra explicata fuit, seipso manifestum est. Explicatione, non probatione eget. Ego statui, ad summum compensationem eam quam interdictum desendi posse, cum rem suam quis accipit. Pura, rem tuam invenis furto sublatam; tibi ex legitimo contracta debetur centum auri &c. Via ad tribunalia difficillime patet. Si aliquo in casu esset hec compensatio, in his, & similibus admittenda foret. Nunquam vero, dum creditum tuum

contentiosum est. Tu asseris tibi tot deberi; negat alter; nec datur evidenter certa, ut suppono: nullus hic compensationi locus unquam esse potest.

II. Benigna Probabilitate compensationem licitam famulis, ministris, officibus asserunt; & quamvis doctrina fuerit proscripta ab Ecclesia, tamen unus, aut alterius vocule iudicium damnationem tentant elidere. Inducium Confessarii, aut viri gravis adicit P. Viva; & tunc licitam fieri posse compensationem docet. Sed laxas Casellarum opinionationem dedimus supra.

III. Explicandum nunc consecrarium est, videlicet quam sit hec benignitas probabilis exitia dominis, mercatoribus, & Principibus. Non ita pridem Principis cuiusdam insipientis ministrum preclaris animi dotibus, & morum, ac precipue iustitie integritate ornatum allocuebat. Narrabat mihi, Theologos non paucos, nec obscuri nominis, licitam sibi approbasse compensationem expensarum, quas in Principatus bonum facere cogebatur, eo quod dimittunt a Principe stipendium conseruam esse. Repetitio continuo: Theologi illi qui velint damnationem licitam occultam compensationem probant, licitam quoque eam faciunt famulis, & ministris vestris. Vah, exclamavit repente ille, Probabilium doctrinam, societati, tranquillitati, & securitati infestam! Utinam omnes ministri, immo & Christiani simili bona predicti mentis essent, qua tandem aliquando intelligere vellent, solam evangelicam doctrinam, sincere & ingenue explicatam, non animam saluti modo, verum etiam vere politice, societati, & tranquillitati consilere, ac summopere constantem esse.

IV. Si Principes, si domini, si mercatores perciperent damna, detrimenta, furta, que vi benignitatis probabilis patientur, non adeo plauderent doctrinis laxis, quae emittunt benignitatis obsequia. Vix est famulus qui labori suo pactum stipendium iustum, & aequum iudicat. Labores famuli, diurnas & eternaeque vigilias servientes exaggerant. Clamant, stipendia visum, & vestiti haud sufficere. Confessarii, doctrina imbuti Probabilium, licitam compensationem probant. Officiales Principum expensas factas in allocatione gradus, vel ministerii, munera oblati illis qui officia distribuunt, & quae offerre in dies debent, ob oculos ponunt ex una parte; ex altera stipendii paritatem repraesentant. Fieri non posse teipsum evincunt ut vitam ducere adeo tenui stipendio valeant. Prin-

cipum immediati, & proximi ministri maiori eloquentia dimittunt famulas peritumionem ob servitia Principi praestita, & taxata stipendia diminuta esse deprecantur. Id ne in iustitia praescriberet, ut post vite mollesias, vigilias, labores, etiam domesticum patrimonium abstulim, interviendi Principi gratia? Cur ego pro aliis civibus lubre hoc detrimendum debeat? Theologi his sermocinationibus exantillat, & nova Casellarum doctrina tam preoccupati, compensationem licitam faciunt. Et omnes recentiori, iuxta graduum, & officiorum diversitatem, diveris compensationis gradus constituant. Famuli parvula furta, mercatorum, dominorumque officiales mediocriter, ministri vero mediis, & propinquo Principum ingentia furta, & propinquo didicissimo compensationis diversis splendide gradus constituant. Famuli parvula furta, mercatorum, dominorumque officiales mediocriter, ministri vero mediis, & propinquo Principum ingentia furta, & propinquo didicissimo compensationis diversis splendide gradus constituant. Famuli parvula furta, mercatorum, dominorumque officiales mediocriter, ministri vero mediis, & propinquo Principum ingentia furta, & propinquo didicissimo compensationis diversis splendide gradus constituant. Famuli parvula furta, mercatorum, dominorumque officiales mediocriter, ministri vero mediis, & propinquo Principum ingentia furta, & propinquo didicissimo compensationis diversis splendide gradus constituant.

CAPUT VII.

Quaestio de Comacensium compensatione.

IV. Ex hac angelica doctrina colligebatur enormis sit falsi testimonii gravitas. Falsus testis Deum ipsum in mendacii patrocinium appellat, cum illius sanctissimum nomen iurando invocet; iustitiam, & caritatem in proximum violat. Quare optime inquit S. Hieronymus Lib. III. de iamm. bono cap. 102. Falsidicus testis tribus peccatis est obnoxius. Primum Deo, cuius personam contemnit; deinde iudici, quem mendacium fallit; postremo iuvocanti, quem falso testimonio ledit. Salomonia vero ait Prov. vi. vers. 16. Sex sunt quae odit Dominus... Coe machinas cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem. Item Eccl. 10. v. 28. Testis mendax peribit. Eius flagitii fontes font qui instrumenta apocrypha, ut vera, obstrudunt, aut falsa confitent, aut vera adlitterant. Item illi qui et certum testimonium quod vel dubium, vel probabile tantum reputant; atque ex auditu conceptum habent. Quapropter libidit Angelicus de. cit. ad 1. In testimonio ferendo non debet homo pro certo asserere, quasi sciens id de quo certus non est; sed dicitur debet sub dubio proficere, & id de quo certus est, pro certo asserere.

V. Quael. III. Quid agendum testis qui, delicta adhibita diligenter, memoria deceptus falsum testatur, ut, cum innocens itemandus est episcopus? Resp. Quando nulla precessit negligentia in assequenda veritatis cognitione, nullam perpetravit testis culpam; etiamsi falsum testatus fuerit, quod sincere verum credebatur. Quare nec mendacii, nec perjurii reus est; nec mala, quibus innocens proximus subducitur, reparare tenetur: non vi rei acceptae, cum testimonium terat, non in propterea, sed in alterius utilitatem: non vi iniuste actionis, nisi quippe iniustum committit. Si tamen, antequam innocens damnetur, fore deceptiois concitus evadat, tenetur, qua meliori via valet, periclitari lincurret, & suam detegere ignorantiam, ne ex suo silentio

tio proximus damnus subeat. Et quamquam, attento iurium rigore, testes ad mutanda testimonium non admittantur, nisi confessi & illico; tamen saepius admittuntur etiam modo poites, iuxta eximias ipsorum prerogativas. Vni enim probitas fama clari, & integri, vi repellunt, quoties propriam deceptionem latentur; nec ulla ad illi probabilis coniectura suspicanda fraudis. Denique testimonium correctio etiam post temporis intervallum plurimum confert ad extendendam testimonii firmitatem, & certitudinem.

VI. Quæst. IV. Ad quid tenetur testis sua pravitare falsum testimonium ferens in iudicio contra proximum? Resp. Si testis falsus unica sit mali causa, tenetur liberare innocentem, cum lux fame, & honoris dispendio dictam falsitatem retractando, malique temporalia inde secuta relinquendo. Idque convenit penes omnes. Quod vero docent Salmanticenses tract. xxvii. cap. 1. punct. 3. n. 13. non teneri talem falsum testimonium retractare, quando nulla est spes liberandi innocentem, tamen tenetur damna rescire, non ardet. Quæ tenetur talem falsum testimonium retractare, a crimine falsi impactu innocentem liberare? Lex retractationis non ita ab effectu pendet, ut, hoc frustrato, illa evanescat. Sed natura impolitæ, & calumnie talis est, ut, quoties innocenti retractatio non nocet, debeat calumnia aboleri. Accedit quod, licet retractatio inutilis sit ad subrahendum suspicium innocentem; frustranea tamen non est ad sanam redintegrandam, Denique testis falsus, ut lux emittat falsi, ea omnia pretere debet que sibi possibilis sunt. Retractare falsitatem in iudicio iuramento assertam valet. Quæ ergo lex eo ab hoc implendo debito liberatur? Quia hæc retractatio ad innocentem subducendum inflicta penæ non conducit? Attamen hoc nisi idonea non sit, congrua tamen, immo necessaria est, ut testis officio fungatur suo. Nec minus dupliciter quod laudati Auctores ibidem addunt, talem vinculo retractationis non adstringi, quando ceteri testes, a se non indolenti, & secum contra innocentem testificati, retractare se renunt. Non ergo a malo recedere testis debet, quod alii velint in sua pravitare persistere? Si hæc doctrina consisteret, immania sequerentur absurda. Non teneretur Paulus abstinere a sceleris, se penitere, in Dei amicitiam redire; quod illic loci noluit ab accepta iniquitatis via recedere. Quo quid absurdum? Et quia via credi

potest, hæc perdoctos PP. docere, idcirco illorum verba transcribo: *Nec enim ob causam rationem tenetur se retractare, quando alii testes, a se non indolenti, secum tamen contra innocentem testificati sunt, quos certo certissimo testimonium minus retractatorum.* Quin, quo magis pericula sunt ceteri testes in calumnia impacta innocentem asserenda, eo ferentius comari testis ille urgeat, ut periclitanti vel fame, vel vitæ, vel utriusque, si via patet, succurrat. Denique, si in iudicio infamatus morti additus sit, tenetur testis falsus se retractare, etiam si subeunda sibi mors esset. Quoniam licet in pari causa innocentie iure propriam alterius vitæ prætere possis; tamen, quando tu in causa es ut alter in iudicio periciat, cum pari periculo adstringeris removere causam, seu calumniam, propter quam innocens periclitatur.

VII. Quæst. V. Quid pretere debet qui alterum induxit ad falsum testimonium dicendum contra proximum? Resp. Debet omni conatu eidem suadere, ut falsum testimonium retractet coram iudice. Quod si iniquus testis recuset, ipse in aliorum iudicio adire tenetur, & inquam fraudem, persequamque machinationem manifestare. Contendit Lellius Lib. II. de iustit. cap. xxx. lib. 7. numer. 54. quem sequuntur Salmanticenses loc. cit. numer. 4. Fagundes, & alii, nullam adesse obligationem manifestandi pravam machinationem, retractandique falsum testimonium, si nulla spes concipiatur reum liberandi; quam sententiam non audeo approbare. Primum, quod vis quælibet certo seire valet non istum reum liberandam, aut poenas eidem dimittendam post retractationem falsi testimonii. Deinde, hoc etiam admitti, adhuc tenetur iniqui falsitari ea omnia prætere que esse pretere valent, ut reus liberetur, utque iure conscientia, quod fieri potest, consulatur, penitentiamque peregrant. Quare iustis ratio est quæ P. Felix Potestas allegat Tom. 1. cap. 11. de S. præcept. non. 1784. neminem teneri ad opus inutile. Numquam quippe infortis est retractatio ista, nisi inutilem vocare velis calumnie retractationem, & innocentie velis infestationem. Quod iudices post retractationem falso accusatum liberare, ipsi videntur. At non propterea falsitatis proprio implendo debito liberi sunt.

VIII. Plurima de testibus, iudicibus, advocatis, aliisque ad iustitiam tum communitatem, tum vindicantem spectantibus, displicenda remitto ad tractatum de iustitia, & iure.

CAPUT IV.

De mendacii notione, & malitia. Licita interdum mendacia non modo Ethnicorum phryges, verum etiam Origenes, Cassianus, Chrysostomus, alique Græcorum docuerunt.

I. Hæc est mendacii definitio quam tradidit Angelicus Doctor 2. 2. quæst. ex. art. 1. *Enuntiatio falsi cum voluntate ad fallendum prelatam, manifestum est mendacium.* Sub voce enuntiationis comprehenditur verbum scripturæ, signis, notibus, aut voce expressum. Cetera particule notionem propriam mendacii exhibent. Advertit Doctor sanctus, necessariè minime requiri ad rationem mendacii voluntatem fallendi auditorem. Hoc enim est veluti complementum mendacii, cuius natura sufficienter salutar in prolatione falsi cum deliberatione falsum dicendi. Hoc enim est contra mentem loqui. Contra, si falsum enuntiet quis, reputans esse verum, non mentitur; sed materiale profert falsitatem. Omnia hæc clare explicat Angelicus ipse hoc. *Est intentio vero voluntatis mendacii potest ad duo fieri: quarum unum est, ut falsum enuntietur; aliud est effectus proprius falsæ enuntiationis, ut scilicet aliqui fallatur. Si ergo ista tria concurrant, scilicet quod falsum sit id quod enuntietur, & quod alius voluntas falsum enuntiat, & iterum intentio fallendi; tunc est falsitas materialiter, aut falsum dicitur, & formaliter propter voluntatem falsum dicendi, & effectivè propter voluntatem fallentem imprimendi. Sed tamen ratio mendacii consistit in formali falsitate, ex hoc scilicet quod aliquis habet voluntatem falsum enuntiatum. Unde & mendacium nominatur ex eo quod contra mentem dicitur. Et ideo si quis falsum enuntiet, credens id esse verum, est falsum falsum materialiter, sed non formaliter: quia falsitas est præter intentionem dicentis; unde non habet perfectam rationem mendacii. Id enim quod præter intentionem dicentis est, per accidens est; unde non potest esse specifica differentia. Si vero aliquis formaliter falsum dicat, habens voluntatem falsum dicendi, licet sit verum id quod dicitur, ingenuum tamen huiusmodi actus est voluntarius, & moralis, habet per se falsitatem, & per accidens veritatem; unde ad speciem mendacii pertingit. Quod autem aliquis intendat falsitatem inopinavit alterius constitutur, fallendo ipsum, non pertinet ad speciem mendacii, sed ad quandam perfectionem ipsius. Mendacium ergo prescè acceptum est deliberata enuntiatione contra mentem.*

II. Tribuitur primum in materiale, & formale. Mendacium materiale quis committit, dum adfirmat quiddam quod verum esse credit, led falsum reapse est; & hoc vocatur mendacium materiale tantum. Mendacium vero formale tantum tunc contingit, quando quis enuntiat aliquid ut falsum, & cum animo falsum dicendi, quod in se verum est, ut si quis existimans Petrum occidisse Paulum, quem tamen non occidit, adfirmaret non occidisse. Formale tantum hoc mendacium nuncupatur, quod fit dumtaxat contra mentem loquentis, existimantis Petrum occidisse Paulum, quem reapse non interemit. Mendacium quoque est, dum certum pro dubio asseritur.

III. Dividitur secundo mendacium ratione finis, in quem dirigitur, in *recessum, officiosum, & perniciosum*. Locutum est quod in aliorum, aut proprium oblectamentum dicitur. Officiosum spectat aut propriam, aut alienam utilitatem; aut nocentium declinare oblique alterius damnus. Perniciosum illud est quod in aliorum danum profertur. Hoc mendacium genere suo est peccatum mortale; & solum veniale evadit ob materiam temeritatem. Mendacii iocosi fontem committunt sunt xarruli, loquaces, scortæ, qui, ut lepidos oblectent facetiologie, plurima committuntur ut vera, que proprio cerebro fabricantur. Hi venialiter peccant. Conscientie tamen sibi ipsi vertere plurimum debent, quod, cum sint ad eiusmodi mendacia semper parati, parum aut nihil eadem reputant, sed malitè levitatem, habitum venialiter delinquendi contrahunt. Hic prope iabitos ad mortifera crimina veniunt parati, ut falsus in questione de peccato veniali dicitur. Mendacii officiosi illi maxime rei sunt qui nimio amore sui flagrant, valdeque cupidi sunt rerum temporalium, proprie exultationis, & mundane glorie. Ut enim hæc bona aut custodiant, aut augeant, aut servant a quolibet detrimento, mendacii veluti opportuni prædium utuntur.

IV. Dividit D. Thomas iterum mendacium in iactantiam, & ironiam. Tunc quis iactantia mendacium peccat, cum maiora de se predicat quam sibi consentiant. Ille vero ironia reus est qui minoræ, quæ vera sunt, negat. Ut omnes mendacii partitiones competas habeas, transcribam que docet Div. Thomas 2. 2. quæst. ex. art. 2. *Mendacium tripliciter dividit potest. Una modo secundum ipsam mendacii rationem, que est propria, & per se mendacii diversio; & secundum hoc*

mendacium in duo dividitur; scilicet in mendacium quod transiens veritatem in manus, quod pertinet ad falsitatem; & in mendacium quod despicit a veritate in minus, quod pertinet ad iram; ut patet per Philosophum in IV. Ethic. Hoc autem dicitur per se esse ipsum mendacium, quia mendacium, inquitur huiusmodi, opponitur veritati, ut dictum est. Veritas autem equaliter quodam est, ut per se opponitur minus, & minus. Alio modo potest dicitur mendacium, inquitur habet rationem culpa secundum ea que agerentur, vel diminuant culpam mendacii ex parte sui intenti. Aggravat autem culpam mendacii, si aliquis per mendacium intendat alterius nocumendum, quod vocatur mendacium perniciosum. Diminuitur autem culpa mendacii, si oratione ad aliquod bonum, vel delectabile, & sic est mendacium innocuum, vel utile, & sic est mendacium officiosum, quo intenditur iuramentum alterius, vel remotio nocimenti. Et secundum hoc dividitur mendacium in tria prae-dicta. Tertio modo dividitur mendacium in veriosum secundum ordinem ad finem, & hoc est hoc additur, vel diminuitur ad culpam mendacii, sine non. Et secundum hoc dicitur si deo memoremur, que dicta est. In qua quidem tria prima membra continentur sub mendacii pernicioso: quod quidem fit vel contra Deum; & ad hoc pertinet primum mendacium, quod est in doctrina religionis; vel est contra hominem, sive sola intentione nocendi alicui, & sic est mendacium secundum, quod scilicet, nisi, pinguet, & obest alicui; sive etiam intenditur in nocumendo utroque utilitas alterius, & hoc est tertium mendacium, quod non prodest, & alteri obest. Inter que tria primum est gravissimum, quia semper peccata contra Deum sunt graviora, ut supra dictum est. Secundum autem est gravius tertio, quod diminuitur ex intentione utilitatis alterius. Post haec autem tria que superaddunt ad gravitatem culpam mendacii, ponitur quatuor, quibus habet propriam quantitatem sine additione, vel diminutione. Et hoc est mendacium, quod fit ex sola mentendi libidine; quod procedit ex habitu. Unde & Philosophus dicit in IV. Ethicorum, quod mendax, eo quod talis est secundum habitum, ipso mendacium gaudet. Quatuor vero subsequentes modi diminutionis de culpa mendacii. Nam primum est mendacium innocuum, quod fit placendi cupiditate. Alter vero tria continentur sub mendacii officioso, in quo intenditur quod est alteri utile: vel quantum ad res exteriores; & sic est sextum mendacium, quod prodest alicui ad pecuniam

conservandum: vel est utile corpori, & hoc est septimum mendacium, in quo impeditur mors hominis: vel etiam utile est ad honestatem virtutis; & hoc est octavum mendacium, in quo impeditur illicita pollutio corporalis. Patet autem quod quanto bonum intenditur est melius, tanto magis minoritur culpa mendacii. Et itaque, si quis diligeret consideret, secundum ordinem praedictae enumerationis est verum gravitatis culpa in istis mendaciis. Nam bonum utile profertur delectabili, & vita corporalis profertur pecunie, honestas autem ipsi corporali vitae.

CAPUT V.

Sic ne omne mendacium peccatum, etiam cum ad finem bonum profertur.

I. Plura de mendacio dicta sunt in secundo de Decalogo mandato. Patet nunc rem expediam. Mendacii pravitas, utpote naturalis societati adversa, Ethnicis ipsi computa fuit. Nonnulli tamen celeberrimi Philosophi utendum aliquando mendacio docere. Sophocles, ob orationis laevitatem vulgo dictus Apis, apud Stobaeum serm. x. haec habet. Haec quidem honestum est mendacium loqui. Cui autem dicitur periculum veritatis afferit, hinc veritas danda, licet inhoneste loquentis. Eutripides apud eundem Stobaeum. Profecto res est intolerabilis mendacii loqui. Epulidus autem legem quoque nosi colendam in periculis plus quam necessitatem. Brevellime Democritus: Vera dicenda sunt, ubi id praestat. Plato, quem Laeoe apud August. Lib. II. de Civit. Dei cap. xv. & Lib. IV. contr. Iulianum, Sempronius appellat, & Cicero Philosophorum pene Deum, ceteros Philosophis inculcantis mendaciorum suscipi patrociniis; atque via auctoritate in eandem sententiam quosdam christiane professionis Doctores pellexit: quos inter Origenem recenset S. Hieronymus Lib. II. contra Rossin. nom. 18. Indignatur (inquit) quare Origenitas scripterint inter se agitur mendaciorum faderari. Nominavi librum, in quo hoc scriptum legitur, id est lex-tum Stromaton Origeni, in quo Platonis sententiam nostrum dogma componens ita loquitur. (Origenes.) Plato in tertio de Republica libro: Veritas, inquit, secundum magis prope est. Si enim, ut parvula ante rectissime dicebamur, Deo videmus, & inuito mendacium est, hominibus quoque utique utile (ut utatur eo quasi condimento, atque medicamine) nulli dubium

est quia huiusmodi licentia medicis danda sit, & ab imprudentibus removenda. Postea, inquit, astringit. Ergo Princeps urbium, si quibus, & aliis hoc conceditur, oportet aliquando mentiri vel contra hostes, vel pro patria, & civibus; ab aliis vero, qui uti mendacio nesciunt, auferendum est omne mendacium. Et nos igitur illius precepti memores: Loquentes veritatem uniusquisque cum proximo suo: non debemus dicere: Quis est proximus meus? Sed considerate; quomodo Philosophus caute dixerit, Duo invidens, & inutile esse mendacium, hominibus interduum utile; & quod ne pro disputatione quidem sentendum sit Deus aliquando exegerit, verbis loquitur ambiguis, & per arguta, que vult, profert, ut & veritatis apud eum dignitas conservetur, & quod maxime esse poterat, si nudam profertur in vulgus, quodam scilicet velamine profertur. Homo autem, cui incumbit necessitas mentendi, diligeret attendat, ut utatur interdum mendacio, quomodo comitente, & medicamine; ut servet mensuram eius, ne excedat terminos, quibus usum esse iudico contra Hofersum, & vicem eum presidenti simulatione verborum. Imiteatur Etheus, que Artaxerxis sententiam, dicit, tacita gentis veritate, correxit. Et in primis Patriarum Iscol, quem legitimus benedictiones patris artificis impetrasse mendacio. Ex quo perspicuum est quod nisi ita mentiri fuerimus, ut magnum nobis ex hoc quod ratur bonum, indicandi simus, quasi invidi mici eius qui ait: Ego sum veritas. Haec Origenes scripsit.

II. In eandem sententiam concessisse Ioannem Chrysolomum, patet ex eius homil. xxxviii. sive, & lxxi. in Genesim: & Lib. I. de Sacerdotio circiter finem, de mendacio Rahab loquens, vocat illud peccatum mendacium. Videtur Sixtum Senensem Lib. IV. Biblioth. annot. 89. & 107. Quin hinc tententia accessisse ipsum S. Hieronymum, testatur S. Augustinus episc. vii. his verbis. Legi etiam scripta, que tua dicerentur, in Epistola Apostoli Pauli: quarum usum ad Galatas cum enotare velles, venit in manus locus ille quo Apostolus Petrus a perniciosa simulatione revocatur. Diciturque tibi patrociniis mendacii suscipi esse vel abs te tolli viro, vel a quopiam, si alius illa scripsit, fateor, non mediciorum dotes, donec rebellantur, si forte reselli possunt ea que movent. Mihi enim videtur exitiosissime cre-

di aliquod in Libris sanctis esse mendacium. Ad haec Augustini expositionem respondit Hieronymus episc. lxxxix. que inter Augustinianas et. xi. adfirmate scripta illa sua esse. Atque Auctores allegat quos in mendacii quæstione veranda secutus est, his verbis. Inexcitabilem vitium mearum sententia, Origenis Commentarius videtur fuisse. . . . Permittit Didymum scilicet meum, & Apollinarem Laodicenum de Ecclesia supergressum, & Alexandrum veterem haereticum, Eusebium quoque qui Emilianum, & Theodorum Heracleotum. . . . Quid dicam de Ioanne, qui dudum in pontificali gradu Constantianopolitano exivit Ecclesiam; & proprie super hoc capitulo latissimum exaravit librum, in quo Origenes, & veterum sententiam esse secutus? Si igitur me reprehendis errantem, patere me (quas) errare cum talibus; & cum me erroris mihi multos socios habere perferre, tu veritatis tua saltem unum adspulatorem proferre debes.

III. Respondit S. Augustinus secum sentire Cyprianum, Ambrosium, & unum pro omnibus Paulum Apollonem. Haec enim habet episc. sive. post medium. Flagitas a me ut aliquem saltem unum ostendam, cuius in hac re sententiam sum secutus; cum tu tam plures nominatim commemoraveris, qui te in eo quod adstruxi, praecesserunt; petens ut in eo si te reprehendo errantem, patiar te errare cum talibus; quorum ego fateor nonnum legi. Sed, cum sint ferme sex, vel septem, forum quantum auctoritatem tu quoque infringis. Nam Laodicenum, cuius nomen tacet, de Ecclesia dicti supergressum. Alexandrum autem veterem haereticum, Origenem vero, ac Didymum reprehensos abs te legi in recentioribus opusculis tuis, & non mediciorum, nec mediciorum quæstionibus, quatuor Origenem mirabiliter ante laudaveris. Cum his ego errare puto quia nec te ipse pariter; quatuor hoc perire dicitur, ac si in hac sententia non erraverint. Nam qui est qui se velle cum quolibet errare? Tunc igitur restant, Eusebium Emilianum, Theodorum Heracleotum, quem parvulo post commemoratos, Ioannem, qui dudum in pontificali gradu Constantianopolitano exivit Ecclesiam. Porro, si queras, vel reculas quid hinc sentierit vester Ambrosius, quid vester titulum Cyprianus; invenies fortasse me velle desuisse quos in eo quod asserimus, sequentem. Quamquam, sicut paulo ante dixi, tantummodo Scripturam canonicam hanc ingenium debemus servitutum que eas solas ita sequer, ut conscripserit earum nihil in eis omnino errasse, nihil

nihil fallaciter posuisse non dubitem. Proinde, cum quero tertium, ut tres etiam ego tribus opinionem, possum quidem, ut arbitror, facile repeti, si vultis legissent. Verumtamen ipse nihil pro his omnibus, immo seque hoc omnes, Apostolus Paulus occurrat. Ad istum confugio.

IV. In Augustini sententiam tandem concedit Hieronymus, ut Augustinus ipse testatur epist. cxi. inquit: Sed quid hinc dicitur, cum de hoc questione inter nos ego, & venerabilis Pater Hieronymus fatis litterarum egerimus? Et in hac ipse occasione, quod sub nomine Critoboli atque Polycarpi sando edidit, tandem de ista re gesta dicitur, quod epistolam sententiam tenuit, quam beatissimi Cyrilli episcopi nos secuti sumus. Quid quod Hieronymus ipse in citata sua epist. xi. sub initium testatur esse, te non propria in hac questione, sed Origenis, Chrysostomi, aliorumque Grecorum Patrum sentia promere? Si quid (inquit) reprehensionedignum putaveris in explanatione nostra, eruditio tua fuerit querere, utrum ea que scripsimus, habuerit in Græcis; ut, si illi non dixerint, tunc meam proprie sententiam condemnantes, præsertim cum libere in præfatione confessus sim, Origenis commentarios esse sequentem, & vel mea, vel aliena dicitur. Ex quo ostendit, nos non ex deposito id defendere, quod in Græci legeram... ut testari arbitrio delecterem, utrum probanda essent, an improbanda.

V. Hinc colligas velim, Græcos, quos inter Ioannem Chrysostomum, sicita interdum docuit mendacia. Chrysostomi textus sunt apertissimi locis supra laudatis. Hieronymus palam testatur, Cyrillosolum Origenis sententiam fuisse secutum, & pro mendacis istis. Agam itaque citro hauriant qui de hos lapu purgare Chrysostomum contendunt. Idque evidenter adhuc concinem, si similitudo ratio ferret. Cassianus quoque mendaciarum patrum in seculis testatur. Verum de his pliquam fati. Lege que supra hoc de argumento disputata sunt in secundum Decalogi præceptum.

CAPUT VI.

De gravi mendacii malitia.

Mendacia mala esse, & suapte natura peccata, Catholici omnes docent. Illud nunc inquisitionem vocatur, sint mendacia omnia peccata gravia, seu mortifera.

II. Quæst. I. Mendacium iocofum, & effi-

ciofum est ut peccatum mortale? Resp. Sententia negans communis est. Neutrum quippe ex his mendacis caritati opponitur; cum nullum inferat proximo noementum, sed e contrario potius utilitatem, aut oblationem. Nemo D. Thomæ clarus, & enucleatius hanc sententiam explicuit. Inquit ergo 2. 2. quæst. ex. art. 4. Peccatum mortale proprie est quod repugnat caritati, per quam anima vivit Deo coniuncta, ad dictum est. Potest autem mendacium contrariari caritati tripliciter: uno modo secundum se, alio modo secundum finem intentionis, tertio modo per accidens. Secundum se quidem caritati contrariatur ex ipsa falsa significatione. Que quidem, si sit circa res divinas, contrariatur caritati Dei; cuius necessitas aliquis tali mendacio occultat, vel cooperit. Unde huiusmodi mendacium non solum opponitur caritati veritatis (id est caritatis) sed etiam caritati fidei, & religionis. Et ideo hoc mendacium gravißimum, & mortale. Si vero falsa significatione sit circa aliquid cuius cognitio pertinet ad hominis bonum, puta que pertinet ad perfectionem scientiæ, & informationem verum; tale mendacium, inquam inferat damnum falsæ opinionis proximo, contrariatur caritati quantum ad dilectionem proximi. Unde est peccatum mortale. Si vero falsa opinio, ex involuntaria generata, sit circa aliquid de quo non refert, utrum sit, vel aliter cognoscatur; tunc ex tali mendacio non damnatur proximus: sicut si quis fallatur in aliquibus particularibus contingentiis, ad se non pertinentibus. Unde tale mendacium secundum se non est peccatum mortale. Ratione vero finis intenti aliquid mendacium contrariatur caritati: puta quod dicitur aut in sollicitudinem Dei, quod semper est peccatum mortale, in parte religionis contrariatur: aut in mentem eorum proximi, quantum ad personam, divinitatem, vel famam; & hoc etiam est peccatum mortale, cum nocere proximo fit peccatum mortale. Ex sola autem intentione peccati mortale aliquis mortaliter peccat. Si vero finis intentus non sit contrarius caritati, nec mendacium secundum hunc rationem erit peccatum mortale; sicut apparet in mendacio iocoso, in quo intenditur aliqua lætis delectatio, & in mendacio officioso, in quo intenditur etiam utilitas proximi. Per accidens autem potest contrariari caritati ratione scandali, vel cuiuscunque damni consequentis: & sic erit etiam peccatum mortale, dum scilicet aliquis non veretur propter scandalum publice mentiri. Animadvertenda sunt ultima Angelici verba, quibus aliterur

mendacia interdum ob scandalum audientium criminosa esse mortifera. Quare Magister Sententiarum in III. distinct. xxviii. docet, mendacia iocosa in viris perfectis peccata esse mortalia. Et Oihenius in Sum. Lib. 1. tit. de panis. & venis. §. Que interrogaciones sustinet, consuetudinem mentiendi iocose peccatum esse mortale. Tamen hęc sententia communiter rejicitur, tamen summa diligentia Religiosis potissimum a quocumque mendacio, sive iocoso, sive officioso, temperare sibi debent. Quandoquidem est verum habet quod frequenter, & continuata confusio peccandi naturam, & de hoc ipso tamen dubitatio nonnulli. Ceterum simul verum est mendacia etiam iocosa, vel officiosa a Religiosis prolata, non ex fragillitate, & subreptione, propolite amare mentem fatiscantem, & linguam seclucantem, sed ex habitu, consuetudine, neque in scandalum parere laicis. Nec immerito illi scandalum patiuntur. Quid enim magis indecens quam Sacerdotem pallium mendaciarum fuligine labia pollueri sua, quibus sanctum Evangelium quotidie recitat, sacramentum Christi corpus percipit? D. Bernardus clamat, negas in ore laicorum negas esse, in ore Sacerdotum sacrilegia. Vitandum ergo scandalum illud est, & in sermone quodlibet sinceritas illa servanda quam & natura ipsa, & evangelica lex præferunt.

III. Oppones. Psalmida inquit Psalm. v. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et Salomon Sap. 1. Qui mendacium, occidit animam. Accedit mendacium esse contra octavam decalogice legis mandatum. Quod autem cum mandatis Decalogi pugnat, peccatum mortale est. Respondet Augustinus in commentariis super illum versiculum, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. . . Duobus, mendaciarum genera, in quibus non est magna culpa; sed tamen non sunt sineculpa; pa; cum aut iocamus, aut proximo consilulendo mentimus. Nec status, aut sanctitatis personæ, scandalo subdito, efficiunt ut peccata venialia immingent in mortalia. Apostolus Ioannes Epist. I. cap. 1. inquit: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sermo enim hic habere Evangelicam de peccatis venialibus, adfirmant Interpretes omnes. Non ergo vel in ipsi viris perfectis iocosa mendacia criminosa sunt mortifera. Scandalum tamen illi frequentius ingerunt, si sermonis venialium, & fraudulentiam præferant.

VI. Quæst. II. Est ne omne mendacium

perniciosum peccatum mortale? Respond. Materie suo peccatum letale est; sed ob materiam parvitatem, ut cetera criminosa, veniale evadit. Porro quod genere suo sit peccatum mortale, patet ex Angelico, cuius textum deservit supra. Nam mendacium, si fit in materia fidei, & morum, ut si doceatur licentiam adulterium, furum, peritiorum, & ceterum id genus (quod mendacium, inquit Angelicus hoc est. non modo dilectioni Dei, verum etiam fidei, & religioni adversatur) peccatum est gravissimum. Simile grave crimen peperant Concionatores narrantes ficta miracula, falsas frequentiter, non immutat ipsius peccati naturam, & de hoc ipso tamen dubitatio nonnulli. Ceterum simul verum est mendacia etiam iocosa, vel officiosa a Religiosis prolata, non ex fragillitate, & subreptione, propolite amare mentem fatiscantem, & linguam seclucantem, sed ex habitu, consuetudine, neque in scandalum parere laicis. Nec immerito illi scandalum patiuntur. Quid enim magis indecens quam Sacerdotem pallium mendaciarum fuligine labia pollueri sua, quibus sanctum Evangelium quotidie recitat, sacramentum Christi corpus percipit? D. Bernardus clamat, negas in ore laicorum negas esse, in ore Sacerdotum sacrilegia. Vitandum ergo scandalum illud est, & in sermone quodlibet sinceritas illa servanda quam & natura ipsa, & evangelica lex præferunt.

VI. Quæst. III. Mendacium rei generis suo letale, si fiat in confessione, est ne peccatum mortale? Resp. Sermo non est de peccato mortale, quod sit tota & unica materia confessionis, quoniam plerumque est tunc fore peccatum mortale. Nalim enim efficit sacramentum, quod obsequit materie. Confiteris leve furum, quod teipsum non pertrahat. Forma sacramentalis tunc nullam habet materiam veram, cum futurum confessum falsum fit. Mendacium itaque, quod iudicium præfatione questionis, non spectat peccatum quod siturca, & sola materia confessionis; sed respicit aliquam leviem peccatorum circumstantiam: puta, interrogari a Confessario numerum peccatorum venialium; & in deliberare aures, aut dimittis numerum; iter confitentium aliquid intermicis mendacium leve. De hoc mendacio sermo nobis est.

VI. Disputant in utraque parte Theologi. Sententiam adfirmant defendunt Catechani 2. 2. quæst. lxxix. art. 1. ad 3. Sylvester vero Mendacium quæst. 11. allegatque primum auctoritatem S. Thomæ, qui 2. 2. quæst. lxxix. art. 1. ad 3. hæc scribit? Ille qui mentitur in iudicio, seculo, facit & contra Aliebonem Dei, cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi, tum ex parte iudicis, cui delictum negat, tum ex parte

parte accusatoris, qui puniatur, si in prolatione deficiat. Ergo qui in confessione sacramentali mendacium profert, laedit dilectionem Dei, cuius est iudicium sacramentale, atque adeo graviter peccat. Deinde mendacium leve in iuramento assertorio est peccatum mortale, ut patet ex hac propositione damnata ab Innocentio XI. *Vocare Deum in testimonium mendaci levis, non est tantis irreverentia, propter quam velis, aut possit damnare hominem.* Ergo idem dicendum de mendacio levi in confessione prolato. Item qui inter quatuor hostias triticeas unam poneret hordeaceam, peccaret mortale crimen: quod subiceret consecrationi materiam ineptam, seu fallam. Ergo peccabit idem mortaliter qui data opera addet in confessione peccatum quod non fecit, aut negabit quod commisit.

VII. Sententia negans his nicturrationum momentis. Penitens, rogatus a Confessario, utrum haec, aut illa perpetraverit, potest ea silete, si fuerint venialia, eo quod non sint haec necessaria, sed libera confessionis materia. Quod si confiteatur aliquid veniale quod non commisit, aut neget commissum, si alia confiteatur, nullam irrogat sacramentum iniuriam; cum iam materiam necessariam, & congruam subiciat potestati clavium, super quam cadat absolutio sacramentalis. Neque peccat in Confessarium. Is quippe ius habet ad interrogandum penitentem in omnibus quae valorem ipsantur sacramenti, aut quae necessaria sunt, ut cognoscatur penitentis status. Peccata autem venialia non efficiunt valori sacramenti, nec statum occultant penitentis, quatenus necessario aperendum Confessario. Ergo nec sacramentum, nec Confessario mendacium leve gravem infert iniuriam. Accedit quod si mendacium leve peccatum grave esset in penitente, grave itidem esset in Confessario; cum non minus hic quam ille teneatur veritatem in sacro illo tribunalis involatam custodire. Quis porro dixit, Confessarium mortaliter peccare, si mendacium leve in tribunalis protulerit? Ergo idem dicendum de penitente. Postremo, quamquam proferre mendacium in iudicio, five interiori, five exteriori, sit peccatum genere suo mortale: tamen ob materiam parvitatem leve fieri potest. Nam etiam in religionis negotio parvas materies reperitur; ut patet in illo qui obolum surripit in loco sacro. Sed etiam in sacramento penitentiae peccatum veniale, quando alia subiciuntur clavibus, parva materia est. Ergo mendacium rei levis etiam in sacramento

penitentiae est leve peccatum. Hanc sententiam defendunt Sotus Lib. V. de iust. q. vi. art. 1. & in relict. de res. soc. memb. 2. q. 1. VII. conc. 2. Banez 2. 2. q. 1. lxxix. art. 2. p. 2. dab. 1. Valentia Tom. III. disp. v. q. XIII. punct. 1. Navarrus in Manuali cap. xviii. num. 3. Lugo de poenit. disp. xvi. Salmanticenses Scholastici Tom. XII. part. 11. tract. xxiv. num. 141. & 142. Salmanticenses Morales tract. xxvii. cap. 11. punct. 3. num. 26. alique plures.

VIII. Ad primum argumentum prioris sententiae respondent recentissimi Theologi, D. Thomam sermonem habere de materia necessaria, quam reus confiteri tenetur, & iudex facultatem habet interrogandi. Confessarius autem ius non habet interrogandi penitentem de peccatis ventralibus, nec penitens tenetur ea fateri. Secundum argumentum seipso corruit. Nam in iuramento Deus vocatur in tellem mendacii, quod gravissimum prodit iniuriam: & mendacium leve est materia iuramenti assertorii. At, dum mendacium profertur in confessione, nec Deus in tellem mendacii adducitur, nec sacramentum iniuria afficitur: nam alia peccata manifestantur, ne forma absolutionis falsa evadat. In tertio argumento disparitas patet. Nam hostia hordeacea suapte natura materia gravis est respectu Eucharistiae sacramenti; & gravissimam iniuriam irrogat sacramentum, & idololatiae crimen inducet. Hostiae enim plures consecrantur, ut pupulo distribuantur, & publicae adorationi proponantur. Hostia ergo hordeacea adorationi propolita cultum suscipere latere a populo fidelium Hoc gravissimum crimen perpetraret qui talen hostiam consecrandam Sacerdoti dolose supponeret. Nil simile sequitur in mendacio levi.

IX. Haec secunda sententia probabilior videtur. Aliqua tamen addenda explanatio est. Si penitens parva venialium consuetudine iniquitatis tenetur, & rogatus a Confessario, hanc negare consuetudinem, non video cur a gravi culpa liberari possit. Verum utique quae habet, hanc venialium assuetudinem non esse absolute mortiferam. Ad nemo iure, in facias ire valet, plurimum illam conducere ad statum penitentis dignoscendum. Nemo in doctrina Patrum verlatus, & experientia edoctus, negaverit, hanc animi habitudinem periculi plenam esse, ultimamque ad mortalem animae statum dispositionem. Quare, ut paucis rem perstringam, mihi dicendum videtur, graviter non delinquere penitentem.

tem, si aliquid veniale peccatum mendacio neget, vel adfirmit in confessione a sacro ministro rogatus. A gravi autem, seu letali culpa eundem haud abolverem, si adfirmit venialiter delinqueret, & pravo harum culpularum habitu inquinatus, Confessario interroganti hanc suam statum mendacio occultaret. Quoniam tum grave detrimentum, & periculum extreme spiritualis ruinae propriae animae inferret, & clavium potestati iniuriam inferret. Quamvis enim facer minister iure cogendi penitentem ad manifestan-

da venialia sit destitutus; tamen ius habet cognoscendi penitentis statum, & dispositiones illas quae proximae, & non remote tantum, ad aeternam mortem viam parant. Porro convenit peccet omnes, habitum culpularum venialium proximam esse viam, ac dispositionem ad mortalia flagitia. Ergo hanc multoties, five habitum peccandi venialiter in sacro tribunalis mendacio celare, & intra proprium finem fovere nec rationi, nec christiane doctrinae videtur consentaneum.

DISSERTATIO II.

DE DETRACTIONE, ET IUDICIO TEMERARIO.

CAPUT I.

Quid sit honor, & fama; & qua ratione differant.

I. CUM detractio honorem, & famam ledat, ac pellumdet, recta disputandi ratio postulat ut, primum detractiois naturam, & malitiam prodamus, bonum quod auferit, manifestemus. Bonum ius in honore, & fama ius est. De his ergo primum omnium differendum.

II. Quid sit honor? Resp. Finitio quam exhibet D. Thomas 2. 2. q. 1. c. 11. art. 2. haec est: *Honor nihil aliud est quam quodam praestigio de excellentia bonitatis alicuius.* Verus igitur, & non fucatus honor importat in persona honoranda excellentiam aliquam. Aliquam dico, quia haud requiritur ut qui honoratur, praestantior sit honorante, sed satis est ut absolute aliqua sit praerogativa ornatus, aut comparate ad aliquos. Sic enim pergit Angelicus loc. cit. *Potesit autem alicuius excellentia considerari non solum per comparationem ad honorantem, ut scilicet sit excellentior eo qui honorat, sed etiam secundum se, vel per comparationem ad aliquos alios. Et secundum hoc honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem. Non enim oportet quod ille qui honoratur, sit excellentior honorante, sed quibusdam aliis, vel etiam ipso honorante quantum ad aliquod, & non simpliciter.* In honorante requiritur opinio, seu persuasio talis excellentiae, & eiusdem prorellatio, quae sitis exterioribus, nempe verbis, vel factis, Conc. Theol. Tom. IV.

manifestari debet. Honor absolute abque reverentia, & submissione consistit. Reverentia enim aut est principium impellens ad honorandum, aut est finis eundem, Deus Sanctos honorat, quoniam illos colat, aut reveretur. Et superiores honorant inferiores, nec tamen illos se submittunt, aut illos reverentur. Honor frequentissime est etiam inter aequales, ut fundat Paulus Apollonius ad Rom. xii. *Honore invicem praecipientes.*

III. Fama a falso nuncupatur. Sita est potissimum in interiori iudicio, seu opinione probitatis, aut iniquitatis personarum. Fama quippe tum in bonam, tum in malam partem utitur. In bonam partem accepta sic a Theologis definitur: *Est clara illa notitia quam alii de nobis habent.* Illius famae materia primario est vita bene morata, & virtutibus illustre. Materia secundaria sunt aliae prerogative scientiarum, eruditionis, nobilitatis, peritiae in artibus, idque genus similia.

IV. Fama, & honor interdum simul, interdum separatione consistunt. Homines virtutibus, divitiis, nobilitate, aliisque dotibus decorati & fama clarent, & simul honoris tributa recipiunt. Contra plures honorantur propter divitias; aut sanguinis nobilitatem, aut potentiam, qui tamen vitiorum infamia laborant. Plures e contrario privati virtutum, & sanctitatis fama splendunt, nihilominus latrant in angustiis, & honorum signis carent. Hinc est quod quis adversus honorem, secus adversus famam, peccare valet, ut si aliquam alapa, vel fulte percutiat occulte, honorem, non famam ledit.

parte accusatoris, qui puniatur, si in prolatione deficiat. Ergo qui in confessione sacramentali mendacium profert, laedit dilectionem Dei, cuius est iudicium sacramentale, atque adeo graviter peccat. Deinde mendacium leve in iuramento assertorio est peccatum mortale, ut patet ex hac propositione damnata ab Innocentio XI. *Vocare Deum in testimonium mendaci levis, non est tantis irreverentia, propter quam velis, aut possit damnare hominem.* Ergo idem dicendum de mendacio levi in confessione prolato. Item qui inter quatuor hostias triticeas unam poneret hordeaceam, peccaret mortale crimen: quod subiceret consecrationi materiam ineptam, seu fallam. Ergo peccabit idem mortaliter qui data opera addet in confessione peccatum quod non fecit, aut negabit quod commisit.

VII. Sententia negans his nimirum momentum. Penitens, rogatus a Confessario, utrum haec, aut illa perpetraverit, potest ea silete, si fuerint venialia, eo quod non sint haec necessaria, sed libera confessionis materia. Quod si confiteatur aliquid veniale quod non commisit, aut neget commissum, si alia confiteatur, nullam irrogat sacramentum iniuriam; cum iam materiam necessariam, & congruam subiciat potestati clavium, super quam cadat absolutio sacramentalis. Neque peccat in Confessarium. Is quippe ius habet ad interrogandum penitentem in omnibus quae valorem ipsantur sacramenti, aut quae necessaria sunt, ut cognoscatur penitentis status. Peccata autem venialia non efficiunt valori sacramenti, nec statum occultant penitentis, quatenus necessario aperiendum Confessario. Ergo nec sacramentum, nec Confessario mendacium leve gravem infert iniuriam. Accedit quod si mendacium leve peccatum grave esset in penitente, grave itidem esset in Confessario; cum non minus hic quam ille teneatur veritatem in sacro illo tribunalis involatam custodire. Quis porro dixit, Confessarium mortaliter peccare, si mendacium leve in tribunalis protulerit? Ergo idem dicendum de penitente. Postremo, quamquam proferre mendacium in iudicio, five interiori, five exteriori, sit peccatum genere suo mortale: tamen ob materiam parvitatem leve fieri potest. Nam etiam in religionis negotio parvas materies reperitur; ut patet in illo qui obolum surripit in loco sacro. Sed etiam in sacramento penitentiae peccatum veniale, quando alia subiciuntur clavibus, parva materia est. Ergo mendacium rei levis etiam in sacramento

penitentiae est leve peccatum. Hanc sententiam defendunt Sotus Lib. V. de iust. q. vi. art. 1. & in relict. de res. soc. memb. 2. q. 1. VII. conc. 2. Banez 2. 2. q. 1. lxxix. art. 2. p. 2. dab. 1. Valentia Tom. III. disp. v. q. XIII. punct. 1. Navarrus in Manuali cap. xviii. num. 3. Lugo de poenit. disp. xvi. Salmanticenses Scholastici Tom. XII. part. 11. tract. xxiv. num. 141. & 142. Salmanticenses Morales tract. xxvii. cap. 11. punct. 3. num. 26. alicque plures.

VIII. Ad primum argumentum prioris sententiae respondent recentissimi Theologi, D. Thomam sermonem habere de materia necessaria, quam reus confiteri tenetur, & iudex facultatem habet interrogandi. Confessarius autem ius non habet interrogandi penitentem de peccatis ventralibus, nec penitens tenetur ea fateri. Secundum argumentum seipso corruit. Nam in iuramento Deus vocatur in tellem mendacii, quod gravissimum prodit iniuriam: & mendacium leve est materia iuramenti assertorii. At, dum mendacium profertur in confessione, nec Deus in tellem mendacii adducitur, nec sacramentum iniuria afficitur: nam alia peccata manifestantur, ne forma absolutionis falsa evadat. In tertio argumento disparitas patet. Nam hostia hordeacea suapte natura materia gravis est respectu Eucharistiae sacramenti; & gravissimum iniuriam irrogat sacramentum, & idololatiae crimen inducet. Hostiae enim plures consecrantur, ut pupulo distribuantur, & publicae adorationi proponantur. Hostia ergo hordeacea adorationi propoliata cultum suscipere latere a populo fidelium Hoc gravissimum crimen perpetraret qui talen hostiam consecrandam Sacerdoti dolose supponeret. Nil simile sequitur in mendacio levi.

IX. Haec secunda sententia probabilior videtur. Aliqua tamen addenda explanatio est. Si penitens parva venialium consuetudine iniquitatis tenetur, & rogatus a Confessario, hanc negare consuetudinem, non video cur a gravi culpa liberari possit. Verum utique quae habet, hanc venialium assuetudinem non esse absolute mortiferam. Ad nemo iure, in facias ire valet, plurimum illam conducere ad statum penitentis dignoscendum. Nemo in doctrina Patrum verlatus, & experientia edoctus, negaverit, hanc animi habitudinem periculi plenam esse, ultimamque ad mortalem animae statum dispositionem. Quare, ut paucis rem perstringam, mihi dicendum videtur, graviter non delinquere penitentem.

tem, si aliquid veniale peccatum mendacio neget, vel adfirmit in confessione a sacro ministro rogatus. A gravi autem, seu letali culpa eundem haud abolverem, si adfirmit venialiter delinqueret, & pravo harum culpularum habitu inquinatus, Confessario interroganti hanc suam statum mendacio occultaret. Quoniam tum grave detrimentum, & periculum extremae spiritualis ruinae propriae animae inferret, & clavium potestati iniuriam inferret. Quamvis enim sacer minister iure cogendi penitentem ad manifestan-

da venialia sit destitutus; tamen ius habet cognoscendi penitentis statum, & dispositiones illas quae proximae, & non remote tantum, ad aeternam mortem viam parant. Porro convenit penes omnes, habitum culpularum venialium proximam esse viam, ac dispositionem ad mortalia flagitia. Ergo hanc multoties, five habitum peccandi venialiter in sacro tribunalis mendacio celare, & intra proprium finem fovere nec rationi, nec christiane doctrinae videtur consentaneum.

DISSERTATIO II.

DE DETRACTIONE, ET IUDICIO TEMERARIO.

CAPUT I.

Quid sit honor, & fama; & qua ratione differant.

I. CUM detractio honorem, & famam ledat, ac pellumdet, recta disputandi ratio postulat ut, priusquam detractiois naturam, & malitiam prodamus, bonum quod auferit, manifestemus. Bonum istud in honore, & fama ius est. De his ergo primum omnium differendum.

II. Quid sit honor? Resp. Finitio quam exhibet D. Thomas 2. 2. q. 1. c. 11. art. 2. haec est: *Honor nihil aliud est quam quodam praestigio de excellentia bonitatis alicuius.* Verus igitur, & non fucatus honor importat in persona honoranda excellentiam aliquam. Aliquam dico, quia haud requiritur ut qui honoratur, praestantior sit honorante, sed satis est ut absolute aliqua sit praerogativa ornatus, aut comparate ad aliquos. Sic enim pergit Angelicus loc. cit. *Potesse autem alicuius excellentia considerari non solum per comparationem ad honorantem, ut scilicet sit excellentior eo qui honorat, sed etiam secundum se, vel per comparationem ad aliquos alios. Et secundum hoc honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem. Non enim oportet quod ille qui honoratur, sit excellentior honorante, sed quibusdam aliis, vel etiam ipso honorante quantum ad aliquod, & non simpliciter.* In honorante requiritur opinio, seu persuasio talis excellentiae, & eiusdem prorellatio, quae sitis exterioribus, nempe verbis, vel factis, Conc. Theol. Tom. IV.

manifestari debet. Honor absolute abque reverentia, & submissione consistit. Reverentia enim aut est principium impellens ad honorandum, aut est finis eundem, Deus Sanctos honorat, quoniam illos colat, aut reveretur. Et superiores honorant inferiores, nec tamen illos se submittunt, aut illos reverentur. Honor frequentissime est etiam inter aequales, ut fundat Paulus Apollolus ad Rom. xii. *Honore invicem praecedentes.*

III. Fama a falso nuncupatur. Sita est potissimum in interiori iudicio, seu opinione probitatis, aut iniquitatis personarum. Fama quippe tum in bonam, tum in malam partem utitur. In bonam partem accepta sic a Theologis definitur: *Est clara illa notitia quam alii de nobis habent.* Illius famae materia primario est vita bene morata, & virtutibus illustre. Materia secundaria sunt aliae prerogative scientiarum, eruditionis, nobilitatis, peritiae in artibus, idque genus similia.

IV. Fama, & honor interdum simul, interdum separatione consistunt. Homines virtutibus, divitiis, nobilitate, alicuique debitis decorati & fama clarent, & simul honoris tributa recipiunt. Contra plures honorantur propter divitias; aut sanguinis nobilitatem, aut potentiam, qui tamen vitiorum infamia laborant. Plures e contrario privati virtutum, & sanctitatis fama splendunt, nihilominus latrant in angustiis, & honorum signis carent. Hinc est quod quis adversus honorem, secus adversus famam, peccare valet, ut si aliquam alapa, vel fulte percutiat occulte, honorem, non famam ledit.

V. Fama pretiosior honore est. Illa quippe in interna opinione, seu existimatione, hic in externa testificatione reldet. Fama suapte natura innotum probitate, & alia prae-rogativa nititur. Honor saepe vitalis, & feceratis tribuitur: abibat enim a vera probitate, & dignitate illius qui honoratur. Porro merito excellentior bonum est interna, & sincera persuasio quam homines de tua haberi conpitate, quam sit externa, saepe mendax, & simulata testificatio de tua excellentia. Verum quia inter se hominum persuasiones, & perceptiones minime videntur; hinc est quod plus caudere homines solent de exteriori testificatione quam de interiori existimatione. Sed hoc evenit, quia tunc honorem cum fama permittit, & confundit, atque pro eodem accipiunt; aut saltem honoris externa insignia reputant eam interioris existimationis argumenta. Idcirco namque se honorari ab hominibus reputant ob optimam famam opinionem, quam in illorum a quibus honorantur, mente possidere credunt. Ne multa, signa honoris fructus bonae famae, quae apud honorantes fruuntur, excellentiam. Hinc Philosophi, & Doctores communiter dicunt, honorem esse bonorum maximum, nihilque in eisdem comparatione esse divitias, & Principatus, quae propter honorem operanda sunt. De honore enim loquuntur, ut famam includit. Immo Spiritus sanctus, non honori, sed fame tribuit indicatas prae-rogativas. Inquit enim: *Melius est nomen bonum, quam divitiae multae*. Prov. xxii. & Ecclesiasticus xli. *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi*. & magni. Bonum nomen pro ipsa fama, seu propria probitate clara, notitia hic accipitur; locus pro nominis, & frequentius fructus illius boni nominis, & frequentius mendacis simulationis, vanaque ostentationis abortum. Quare duplex distingui honor potest: alter est verus, virtute & probitate nitens; alter committentis & vanus, hominum opinione confectus. Hunc contemnendum, illum cultodendum Scriptura praedicat. Iterum infra de obligatione conservandi proprium honorem, proximumque honorandi sermo redibit.

CAPUT II.

De contumelia.

I. Contumelie definitio sumitur ex S. Thoma 2. 2. qu. lxxxi. art. 1. De honoratio alicuius per verba, quibus id quod

est contra honorem illius, deducitur in notitiam eius, & aliorum. Contumelia differt a detractione duplici pacto. Contumelia primario, & per se in verbis, in faciem hominis prolatis, sita est. Si quae proximo obiectas, peccata sunt, ut si dicas, *Tu es laer, maledix, mendax*; dicitur contumelia. Si detrahitur iust naturalis, ut si exprobes, *Tu es stultus, caecus, furdus, gibbus, claudus*; vocatur contumelia. Si in memoriam eidem reator vocem parentiam indignitatem, beneficium illi prolatis; improprium appellatur. Quamvis saepe ex his unum pro alio accipitur. Differt quoque a detractione, quod hac fama, illa honori deroget. Hac sunt D. Thoma verba 2. 2. qu. lxxxi. art. 1. *Detrahitur dicitur a contumelia dupliciter. Uno modo quantum ad modum proponendi verba, quia scilicet contumeliosus manifeste contra aliquem loquitur, detractor autem occulte. Alio modo quantum ad finem intentum, scilicet quantum ad nocumentum alii, quia scilicet contumeliosus derogat honori, detractor fama. Notum itaque contumeliam essentialis est, quod pro se proferatur in faciem proximi. Natura e contra-rii detractionis est quod sit in eandem eundem. Advertit tamen D. Thomas 2. 2. qu. lxxxi. art. 1. quod contumelia etiam factis irrogari quandoque potest. Tamen, quia etiam per facta aliqua significatur aliquid, quae in hoc quod significant, habent unum verborum significatum; unde est quod contumelia exteio nomine etiam in factis dicitur.*

II. Quae I. Contumelia est ne nocere loco peccatum mortale? Resp. Adm. D. Thoma, eo quod ledit honorem, bonum suapte natura pretiosum. Contingit vero esse veniale, tum ex intentione honoris, qui leviter leditur, tum ex intentione improprietatis, qui interdum aut ex subreptione verbum contumeliosum profert, aut correctionis causa; seu, non ut honorem ledat, sed ut emendationem proceus proximi sui: quod frequenter locum habet in superioribus respectu libidino-rum. Hac sunt verba Angelici 2. 2. qu. lxxxi. art. 2. *In peccatis verborum maxime considerandum videtur, ex quo affectu aliquis verba profert. Cum ergo conviciatur, seu contumelia de sui ratione imponet quandam delationem, si intentio profertur ad hoc feriat, ut per verba quae profert, honorem alterius auferat: hoc proprie, & per se est dicere conviciatum, vel contumeliam; & hoc est peccatum mortale, non minus quam furtum, sed rapina. Non enim minus homo amat suum honorem quam rem possessam. Si vero aliquis*

verbum conviciii, vel contumeliae alteri dixerit, non tamen animo delationandi, sed forte propter correctionem, vel propter aliquid laudandi in eo; non dicitur conviciatum, vel contumeliam formali-ter & per se, sed per accidens, & materialiter, inquantum scilicet dicit id quod potest esse conviciatum, vel contumelia; quale hoc potest esse quandoque peccatum veniale, quantum autem absque omni peccato. In quo talis dicitur delationem, ut videretur bonum talibus necessaria est discretio: quia potest esse ita grave conviciatum, quod per incantam prolatis; auferat honorem eius contra quem profertur; & tunc potest bono peccare mortaliter, etiam si non intendat incantam alium ex laudo percutionis aliquid incantam alium, culpa non caret.

II. Advertit tamen Angelicus ibidem, oblationibus contumeliosas cautione magna adhibendas esse. Lucrandum frater est benignitate, & blando sermone, si fieri potest. Urgente dumtaxat necessitate, omnia suavitatem, levera obarguendo adhibenda est; si tamen prudenter praesumatur quod hac via fructus correctionis sit obtinendus. Quandoque etiam adhiberi obarguendo contumeliosa potest ad irritandam pervicacem alterius audaciam, & ad superbiam deprimendam; ac in aliorum exemplum, & instructionem. Ad secundum, inquit Angelicus, dicendum, quod sicut licitum est aliquem corripere, quod necesse est damificare causa aliquis alteri, quem debet corrigere, verbum aliquod conviciationis dicere. Et hoc modo Dominus discipulos vocavit stultos; & Apostolus Galatas insensatos. Tamen, sicut dicit Augustinus in Lib. II. de sermone Domini in monte, raro, & ex magna necessitate oblationibus sunt adhibenda: in quibus non nobis, sed ut Domino serviant, intendamus.

IV. Quae II. Perferre ne patienter viri christianus debet contumelias sibi illatas? Resp. Tolerantia contumeliarum, & improperiorum est veluti character christiane professionis. Sed duplex distinguenda tolerantia est. Altera in preparatione animi, quae nempe homo paratus est contumelias, & iniurias ob Christi amorem perferre, quoties id expediens ad Dei gloriam, propriam saltem, & proximi utilitatem iudicaverit. Altera actualis, seu quae homo seipso tolerat iniurias irrogatas, Prior tempore necessaria Christiano est, altera non semper; led proat consuetudinem proximi utilitatem, & boni communis existimatur. S. Thomas enucleat de morte haec omnia tra-

dit 2. 2. qu. lxxxi. art. 3. his verbis. *Sicut patientia necessaria est in his quae contra nos fiunt, ita etiam in his quae contra nos dicuntur. Excepta autem patientia in his quae contra nos fiunt, sunt in preparatione animi habenda, sicut Augustinus in Lib. I. de Sermonibus in monte exponit illud preceptum Domini: Si quis percussit te in unam maxillam, praebet et aliam: ut scilicet homo sit paratus hoc facere, si opus fuerit. Non tamen hoc semper tenetur facere alius: quia non opus est Dominus hoc fecit; sed cum suscepisset aliam, dixit: Quid me excidit? ut habetur Ioannis xviii. Et ideo etiam circa verba videndum est, quae contra nos dicuntur, et si idem intelligendum. Tenemur enim habere animum paratum ad contumelias tolerandas, si expediens fuerit. Quandoque tamen oportet ut contumelias illarum repellamus, maxime propter deo. Primo quidem propter bonum eius qui contumeliam infert, ut videlicet eius audacia reprehendantur, & de cetero talia non attinet, secundum illud Prov. xxv. Responda verbo iuxta humilitatem suam, ne sibi lapies videatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas. Unde Gregorius dicit super Ezech. hom. ix. Et quorum vita in exemplum imitationis esse posita, debent, si possent, detrahentium sibi verba comperere, ne eorum predicacionem non audiant qui audire poterant, & ita in pravos consuetos remanentes bene virare contentantur. Plura Sanctorum exempla allegat S. Thomas opus. xiv. quibus evincit, viros apostolicos frequentiter restituisse contumelias, & impollicitas; atque apologeticos libros scripsisse, ut illam delenderent tamam. Advertit tamen, in spiritu lenitatis, & mansuetudinis id praestandum esse. Haec enim scribit quodam x. art. 13. *Quod utramque, scilicet & contempsum fama & appetitus, potest esse laudabile, & vitiosum. Fama enim non est necessaria homini propter seipsum, sed propter proximum adificandum. Appetere ergo famam propter proximum, caritas est; appetere vero propter seipsum, ad inane gloriam pertinet. Et conviciatio contempsum fama ratione sustinetur, humilitatis est, ratione vero proximi, gravitas, & utilitas.**

V. Utrum contumeliam tolerantia, an curandam impugnatio expediret in praxi sit, discutere nequit, nisi plures circumstantiae consulantur, quas scilicet persone cui irrogatur contumelia, conditio persone conviciantis, natura contumelias, & alia huiusmodi. Quando prudenter praevideatur fore ut

auditores contumeliam ex tolerantia, & christiana patientia adferunt, ac silentium, & tolerantiam non ignavia, amice infirmitati, sed virtuti patientie tribuant; tum patientia exercenda est, potillimum, si contumelia, & convicia solum personam spectent, non ministerium, professionem, vel doctrinam. Hæc defensionis via Religiosis securior est. Hi enim peculiari iure patientiam profitentur, humilitatem, & mundi contemptum. Committitur mundati homines magis adferuntur ex Religiosorum patientia, quam ex defensione. Si contra prædenter prævidetur, diffimulationem, patientiam, & tolerantiam adscripimus in aut afflicte causæ, aut mentis imbecillitati, aut obstitendi impotentia; tum repellere contumeliam expedientes videtur. At, ne spiritus vindictæ, iraque, sub larva zeli boni publici latitans, in impolito, & contumeliosos iruat nimis vehementer, nunquam sibi fidendum, sed consilium prudentium, proborumque virorum audiendum est. Raro in patientia & diffimulatione, frequenter in propagatione peccationum occurrit. Idque, ut dixi, locum habet, quando defensio solum personam contumeliosis affectam spectat; secus si veritas aliqua, aut sanior doctrina in discrimen adducatur, vel contumeliosis verbis profundatur: tum enim exaltanda vox est, ac tendens calamus semper contra errorem, ut facta recta doctrinæ veritas custodiatur. Sanctorum exempla hoc nos docent.

VI. Quæst. III. Licet ut obire testifalium crimen, quæritur hoc conducti ad tum vendam famam? Resp. Adfirmant plures probabiliter. Salmanticensis tract. xiiii. cap. xiv. punct. 2. num. 18. laudant Bannez, Ledelma, Ioannem La-Cruz, Dicastillum, P. Dominicus Viva tribuit hanc opinionem Carameli in sua Theologia Fundam. v. 1051. Subdit Cardinale de Lugo problemem sequentive reparare præfatam opinionem. Quid hæc de re docet P. Thomas Tamburinus, dictum est cap. 1. ipsius Libri, ubi verba eiusdem Tamburini dedimus. Ne in confusanda manifesta laxitate diutius immoremur, transcribende sunt propositiones 43. & 44. damnate ab Innocentio XI. quarum prima hæc est. *Quidvis nominis veritate sit detractibus aucteritatem magnam sibi noxiâ falso crimine eideret?* Altera. *Probabile est non peccare mortaliter qui imponit falsum crimen alicui, ut suam infirmitatem, & honorem defendat.* Harum propositionum, atque adeo propolite questionis falsitas ex se patet. Mentiri quippe in materia gravi peccatum grave est. Qui

imponit iniquo testi crimen falsum, mentitur in re gravi. Ergo graviter peccat. Nec tantum virtuti veracitatis, sed etiam iustitiam, tum legali, si fiat in iudicio, tum commutativa, si fiat inter privatas personas, opponitur; & debitum iudicii restitutionis. Quod adverterit tale mendacium iustitiam legalem ostenditur. Iudex etenim iure potitur ne a quopiam decipiatur in sui officii administratione. Qui imponit falsum crimen iniquo testi, decipit iudicem, & omque impellit ad condemnandum reum ob crimen ab eo non perpetratum. Ergo iudex iustitiam legalem in iudicio administratione profertur, pervertit iustitiam legalem que debitum imponit restitutionis. Nam tum violatur iustitia commutativa, quando iudex ius, quod quisque habet, ne ab alio infametur. Sed telis, tametsi iniustus, ius habet ne falso crimine infametur. Ergo mendacium illud, loci verus calumnia hæc, qua falsum affligitur testi flagitium, iustitiam pervertit commutativam.

CAPUT III.

De susurratioe, derisione, & maledictione.

I. Quæst. I. Quid sit susurratio, & quomodo a detractioe differat? Resp. Susurrationem committit defensor Theologi cum D. Thoma, quod sit verbum seminans inter amicos discordiam. Quare notio propria susurrationis est infringere amicitiam. Unde specie differat a detractioe. Hæc quippe famam proximi diminuit, denigratque; illa amicos leparat. D. Thomas his verbis susurrationem explicat, & discrimen eius a detractioe patefacit 2. 2. q. xiv. art. 1. *Susurratio, & detractor in materia communitatis, & etiam in familia, sicut in modo loquendi, qui uterque malum accute de proximo dicit: propter quod amicitiam inter amicos non appellat susurro, dicit Gloss. id est detractor. Differunt autem in fine: quia detractor intendit denigrare famam proximi: unde illa mala de proximo præcipue profert ex quibus proximus infamari possit, vel saltem divitiis eius famam; susurro autem intendit amicitiam leparare, ut patet per Gloss. inducunt, & per illud quod dicitur Prover. xxvi. Susurrone subvertit iurgia conquiescunt. Et ideo susurratio mala profert de proximo que possunt contra ipsum commovere animam audientis, secundum illud*

huc Eccl. xxvii. Vir peccator conturbabit amicos: & in medio pacem habentium immittet inimicitias. Ad tertium dicendum, quod bilinguis proprie dicitur susurro. Cum enim amicitia sit inter duos, utitur susurro ex utroque parte amicitiam violare. Et ideo dicitur de lingue utitur ad duos, nisi dicens malum de linguis. Propter quod dicitur Eccl. xxviii. Susurro, & bilinguis maledictus est: & susurrator: Multos enim turbavit pacem habentes.

II. Susurratio itaque genere suo peccatum mortale est, & quidem gravius ipsa detractioe. Quoniam susurratio alius bonum destruit, videlicet commune. Perturbat quippe pacem, & concordiam communitatis. Quapropter susurratorum sunt infelici bono communi propter susurratorum lacerator, via est, ni. Fama, que detractioe laceratur, via est, & dispositio ad amicitiam, que in humana societate necessaria est. Exterebamus verba Angelici loc. cit. art. 2. Peccatum ipsum proximo tanto est gravius, quanto per ipsum malis proximorum proximo infertur. Argumentum autem tanto maius est, quanto maius est bonum quod tollitur. Inter cetera vero exteriora bona præcitantur amicos: quia sine amicis nullus vivere potest, ut patet per Philo. viii. Eccl. Unde dicitur Eccl. vi. Amico fideli nulla est comparatio. Fama autem ipsa, que per detractioem tollitur, ad hoc maxime necessaria est, ut homo idoneus ad amicitiam habeatur. Et ideo susurratio est minus peccatum quam detractio; & etiam quoniam contumelia: quia amicus est melior quam honor, & amari quam honorari.

III. Quæst. II. Licet ne est alienando susurratio? Resp. Malitia specifica susurrationis est fine delictum, non ex materiali obiecto, inquit Angelicus loc. cit. ad 1. Susurratio que bonam amicitiam, & concordiam discendit, ex eis que reprobat ut gravissimum peccatum. Susurratio vero que perniciam amicitiam dissolvere studet, licita est, & laude digna, si finem bonum spectet, debitaque circumstantia fervet. Susurrare (inquit Sotus Lib. 2. q. xi. art. 1. §. Alterum dubiosum) ad dirimendam perniciam amicitiam, dummodo citra infamationem fiat, virtus est; etiam si nonnulla naturalia vitia hominum commoveantur; ut si ad dirimendum bonum ab amica, dicas esse deformem, atque infusum. Ad hoc autem ut susurro licite perniciam amicitiam dissolvat, modis licitis uti debet, & a falsis delictis abstinere. Vera virtus ordinis nature occulta, immo etiam moralia, inquit Salmanticensis tract. xiiii. cap. xv. punct. 3. num. 21. regegi possunt. In

manifestandis tamen morum virtus occulis majori cautione opus est. Conandum primo loca exhortatione, & communi rationum explanatione perniciam infringere amicitiam. Post naturæ defectus reterege quis potest. Possunt enim, si amicitia, vel confessorio in dantem communitatis, puta discipuli regularis, vel publice tranquillitatis conspiciet; tunc poterit morum quoque crimina patefacere, sed ore caritatis tunc moderato, ut nimirum tantum, & non amplius mali pateat, quantum iuris sit ad dissolvendam amicitiam bono communi infusam.

IV. Quæst. III. Licet ne est quoniamdam amicitiam dissolvere, non ut inimici fiant, sed ut locum amici expelli occupet? Resp. Explicanda quæstio est. Titius videt Sempronium amicum esse, & familiarem Prælati, vel Principis. Adverte amicitiam elusivum utilitatem, & commoditatem parere. Titius amicitiam hanc amicitiam Prælati, Principis, Magnatis &c. Ad fieri nequit ut eam aliquid valeat, nisi ab eadem excludatur Sempronius. Quæritur, licet ne Titius valeat despondere, quæritur, licet ne Titius valeat despondere naturales Sempronii narrare, ut illo ab amicitia reiecto, locum eiusdem occupet. Adfirmant Salmanticensis tract. xiiii. c. iv. punct. 3. num. 22. Quoniam, inquit, cuique licitum est, sublata vi, & fraude, illud licite comparare bonum quod ex gratuita voluntate pendet, tametsi hinc alius expellatur. Porro amicitia & dum contrahitur, & dum conservatur, bonum gratuitum est, ab alterius voluntate pendens. Ergo quilibet licite illud inaspici iure potest, etiam alius repellendus sit. Laudant pro hac opinione Sotus, Aragon, Prædum, Seram.

V. Hæc sententia repugnat mihi videtur infuso illo a natura principio: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Semper audivi, simplices Christianos, calumniosa Theologia non edoctos, fide lumen superiorum vultum signato a Deo persulso, conscientie sibi vertere proximi defectus etiam naturales reterege; ut ad obvios exaggerare, et, proximo ab utili amicitia expulso, eiusdem tenent locum. Fateor, cuique licitum esse honestis modis, viisque amicitiam, & patrocinia procurare sibi, etiam si prævidet quod, si ipse includatur, expellendus alter sit. Ad nego, licitum esse alterius defectus ad examen amici, seu patris, a quo recipiendus est amicus, revocare, eisdem ob oculos statueri, & exponere eum in finem, ut alter pellatur. Hæc ne eum peragi velles? Minime gentium. Cur ergo eadem tu advertis proximum

ximum tuum agis? Accedit quod vix hæc heri in praxi valeant, quia invidia, futuratio, & detractio linguam diripiunt, & flagitiosissime morderunt. Hinc impingunt, rixæ, mutua invidiosa odia & detractioes gravissimæ. Hanc nostram sententiam defendunt Bannes 2. 2. quæst. xxiv. art. 2. Azorim *III. Part. Lib. III. cap. VIII. dnb. 3.* alique plures.

VI. Quæst. IV. Quid sit derisio? Resp. Communis eius definitio est: Verborum ludus ex proxi defectibus, ut venisbeat. Finitio hæc distinguit irrisionem a contumelia, quæ honorem deprimit; a detractioe, quæ famam lædit; a iusturatione, quæ amicitiam frangit. Irrisio autem pudorem inducit, & verecundiam. Hæc doctrina traditur a Div. Thoma 2. 2. quæst. lxxv. art. 1. Peccata verborum precipue possanda sunt secundum intentionem profertentis. Et ideo secundum diversâ quæ quæ intendit contra alium loquens, in hismodi peccata distinguitur. Sicut autem aliquis convitiando intendit convitiati honorem deprimeri, & detrahendo diminuire famam, & susurrando tollere amicitiam; ita etiam irridendo aliquis intendit quod ille quæ irridetur, erubescat. Et quia hic finis distinctus est ab aliis, ideo etiam peccatum derisionis distinguitur a præmissis peccatis. Irrisiones omnes sunt evidens peccati, nisi malitiam alius virtutibus oppositam contrahant. Deum & quæ ad Deum pertinent, irridere blasphemia est. Parentum irrisio adverteatur peccati; de qua irrisio Salomon scribit Proverb. xxx. Quæcumque quis subsannat patrem, & qui despicit patrem matris sue, effundit numerum deturmentibus, & comedat eam filii aquile. Iustorum quoque derisio scelus est gravissimum, eo quod in contemptum virtutum, & sanctitatem adducat. Clarius & distinctius hæc omnia docet Angelicus loc. cit. art. 2. Dicendum, quod irrisio non fit nisi de aliquo malo, vel defectu à Malum autem, si sit magnum, non pro ludo accipitur, sed seriose. Unde, si in ludum, vel risum vertatur, ex quo irrisio, vel illisio nomen sumitur; hoc est, quia accipitur ut parvum. Peccati autem aliquod malum accipit ut parvum dupliciter: uno modo secundum se; alio modo ratione persone. Cum autem aliquis alterius persone malum, vel defectum in ludum, vel risum ponit, quia secundum se parvum malum est, est veniale, & leve peccatum secundum suum genus. Cum autem accipitur quasi parvum ratione persone, sicut defectus puerorum, & stultorum parum ponderare soleamus, sic aliquem illudere, vel

irridere, est eum omnino parvipendere, & eum tam vilem estimare, ut de eius malo non sit curandum, sed sit quasi pro ludo habendum. Et sic derisio est peccatum mortale, & gravius quam contumelia, quia similiter est manifestum: quia contumeliosus videtur accipere malum alterius seriose, illius autem in ludum; & ita videtur esse maior contemptus, & dehonoreo. Et secundum hoc illisio est gravis peccatum, & tanto gravius, quanto maior reverentia debetur personæ quæ illudatur. Unde gravius est irridere Deum, & eum quæ Dei sunt, secundum illud Isaia xxxvii. Cui esprobrasti; & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem tuam? Et postea inferum acrisio gravis est, quia bonus est virtutis præmium. Et contra hoc dicitur Job xxxi. Derideret iusti simplicitas: quæ quidem derisio valde noxia est: quia per hæc levius a bene agendo impediuntur, secundum illud Gregor. Qui in aliorum actibus exivi bone respiciuntur, mox ex manu possitæ expromuntur; tolluntur. Itaque, si derisio iocosa sit de levi malo, aut nullum, aut veniale crimen est. Ad virtutem eam iustitiam, seu honeste oblationis revocari interdum possunt moderari, & caute derisiones de levi alicuius defectu. Quandoque tamen accidere valet ut quis graviter peccet, deridendo alterum ob malum non adeo magnum: si irridens prævideat, gravissime contristandum proximum suum ob leve illud malum quod obicit. Cavendum ergo a proximi derisione: quoniam aliquando delinquit graviter potest contra caritatem ob gravem tristitiam quæ afficitur personæ derisa. Non ideo tamen facile damnandi gratiæ culpe derisores sunt, quando iocosi causa levis defectus exprobrant. Nam qui ob irrisionem levis defectum graviter perturbat, istius gratiæ commotio causa non est irrisio, led est fatuitas, & stultitia. Quæ se sibi impare debent lumen gravem irrisionem illi qui de rebus exiguis, plus illis erubescunt, & pudore suffunduntur, & tristitia venantur.

VII. Quæst. V. Quid sit maledictio? Resp. Maledictio naturam, & qualitates mira consuetâ claritate explicat D. Thomas 2. 2. quæst. lxxvi. art. 1. his verbis. Dicendum, quod maledicere item est quod malum dicere. Dicere autem tripliciter se habet ad id quod dicitur. Uno modo per modum enumerationis, sicut aliquid exprimitur modo indicativo: & sic maledicere nihil aliud est quam malum el-

terius

terius referre: quod pertinet ad detractioem. Unde quandoque maledicti detractores dicuntur. Alio modo dicere se habet ad id quod dicitur, per modum causæ: & hoc quidem primo & principaliter competit Deo, qui omnia suo Verbo fecit, secundum illud Psal xxxii. Dixit, & facta sunt; consequenter autem competit hominibus, qui verbo suo alios movent per imputationem ad aliquid faciendum: & ad hoc instituta sunt verba impositivæ modi. Tertio modo dicitur se habet ad id quod dicitur, quasi expressio quadam affectus desiderantis id quod verbo exprimitur: & ad hoc instituta sunt verba optativæ modi. Præmissis ergo primis modo maledictio, qui est per simplicem enumerationem mali, considerandum est de aliis duobus. Ubi scire oportet, quod facere aliquid, & velle illud, se consequuntur in bonitate, & malitia, ut ex prædictis patet. Unde in istis duobus modis, quibus malum dicitur per modum imperantis, vel per modum optantis, eadem ratio est aliquid dicitur, & illicitum. Si enim aliquis imperet, vel optet malum alterius, ingratum est malum, quasi ipsum malum intendens, sic maledicere utroque modo eum illicitum: & hoc est maledicere per se loquendo. Si autem aliquis imperet, vel optet malum sub ratione boni, sic est licitum, nec erit maledictio, per se loquendo, sed per accidens: quia principalis intentio dicitur non fieri ad malum, sed ad bonum. Contingit autem malum aliquod dici imperando, vel optando, sub ratione duplicis boni. Quandoque quidem sub ratione iusti; & sic videtur licite maledicti illum cui præcipit iustam penam inferri: & sic etiam Ecclesia maledicere auctoritative dicit: sicut etiam Propheta in scripturis quandoque imprecatur mala peccatoribus, quasi conformantes voluntatem suam divina iustitiae; licet hæc imprecationes possint etiam per modum præventionis intelligi. Quandoque vero dicitur aliquod malum sub ratione iusti: puta cum aliquis optat aliquem peccatorem pati aliquam ægritudinem, aut aliquod impedimentum, vel ut ipse melior efficiatur, vel ut saltem ab alterum necumino cesset.

VIII. Maledictio ergo, de qua nunc loquimur, vel imperando, seu imperando, aut optando alicui malum, committitur; ut dicitur: Ab in malum crucem: utinem diabolum se rapiat. Hæc maledictio suo genere peccatum mortale est, inquit Angelicus Doctor, loc. cit. art. 3. Maledictio, de qua nunc loquimur, est per quam pronuntiat malum contra aliquem vel imperando, vel optando. Velle autem, vel imperio movere ad malum alterius,

secundum se repugnat caritati, quæ diligitur proximum, volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus est peccatum mortale, & tanto gravius, quanto personam cui maledicimus, magis amare, & revereri convenit. Unde dicitur Levitic. xx. Qui maledixerit patri suo, & matri, morte moriatur. Coniugium tamen verbum maledictiois prolatum esse peccatum veniale vel propter paritatem mali quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum cui qui proferit maledictionis verba, dum ex levi motu, vel ex ioco, aut ex iuramento aliqua talia verba proferit: quia peccata verborum maxime ex effectu posulant.

IX. Peccatum illud frequentissimum alii præsertim in mulieribus, & mulieribus, quæ, quo imbecilliores sunt, eo impotentiores adhibentur iræ. Ut illis peccati gravitatem extenuent, impetum iræ pretexunt. Transactio enim, inquit, illo iræ impetu, impetum malum diffundit. Tanta obducunt creaturæ, ut peccatum peccato excusare audent. Ira ipsi peccatum est, & tum est mortalis, cum rationalis lumen profus, veluti ebrietas, obnubilat, ut quod rectum, & malum est, non discernatur. Quare haud sunt facile admittendæ excusationes patris, matris, aliorumque, dum dicunt, se ira percitos maledixisse. Utique interdum eiusmodi imprecationes non excedunt culpam venialem ob subreptionem mentis, atque inadvertentiam, abique propria culpa rationem preventientem. Ceterum frequenter etiam sunt peccata mortalia.

X. Triâ requiruntur ut maledictio sit peccatum mortale. I. ut ex animo fiat. II. ut deliberate. III. ut malum optatum, seu imperatum sit grave. Serpe parentes orantem maledicentibus filius obique magno impetu iræ, aut etiam ioci causa. Hæc maledictiones, scandalo habito, culpam non excedunt venialem. Ceterum, quando maledicta in ipso impetu iræ evomunt, sine parente, sine ali, velle timendum est, ne ira transeat in odium, & animam letaliter feriat. Quod, prolatâ imprecatione, & extincto iracundia furor, illius penetrat, haud est indicium sufficientes, mortalem non fuisse imprecationem. Nam, ut sit mortalis, fat est in illo momento, quo imprecationem controungas in animam, ex animo id peregris; tametsi statim se penitent. Omnes passionibus, impetu expleto, languent, aut patet in fornicatore, homicida, aliisque. Tantum abest ut ira committere aufferat malitiam imprecationis, quin sæpius argumento est unde colligere liceat gravem extitisse culpam; quando nempe ira furor com-

com-

vis affectionibus, amibus, & consuetudinibus dedunt. Et hac via iniquitate a parentibus in filios, ab his in nepotes propagantur. Hæc omnia pluribus confirmantur experientibus documentis veterum. Ipse plures a penitentibus, quos habitibus improbandis, & peccandi irretitos merebat, aliqui ita, pravæque consuetudinis malitiam, atque æternæ salutis discrimen manifestavi, hæc accipi responsa: si olim ceteri Confessarii hæc nobis aperissent, si admonissent, si nos sacramentis indignos declarasset, ab eisque remouissent, minime nunc in hoc vitiorum ceno voraretur; sed tante iniquitatis errore perterriti, iam pridem ab his expectati vinculis emendationem nostram sedulo curavimus. Pluribus ego, plures alii docti probeque facti minime similia a penitentibus audivi responsa. Porro quam sit hæc impediendi conseruatio enormis, inde etiam colligi potest quod omnes Christiani bene morati eam detestantur. Si quis (inquit Angelus in Pl. xia. lit. K.) ex lapsu lingua aliquid inordinatum dicat, facilius peritatur... si quis autem ex suam implet maledictionibus, tunc ex malitia propria procedit, secundum illud Matth. xii. Ex altitudine cordis ex loquitur. Et tamen nostro tempore locum habet quod ait Olea cap. iv. Maledictum, & maledictionem mandaverunt.

XII. Quæst. VI. Licitum ne est maledicere creaturis irrationalibus? Resp. Hæc etiam questionem ita enucleat Angelus dicitur, ut nulla egeat explicatione. Quare illius tantum verba transcribam, quibus variis Scripturæ textus explicat. Inquit ergo 2. a. quæst. xxi. artic. 2. Creaturis irrationalibus hominum vel malum dicitur contingere in ordine ad creaturam rationalem, præter quam sunt. Ordinantur autem ad eam multipliciter. Uno quidem modo per modum subjectionis, inquantum scilicet ex creaturis irrationalibus subvertitur humane necessitati. Et hoc modo Dominus homini dixit Gen. iiii. Maledicta terra in opere tuo, ut scilicet per eius sterilitatem homo puniretur. Et ita etiam intelligitur quod habetur Deuter. xxviii. Benedicta herca tua: & infra: Maledictum horreum tuum. Sic etiam David maledixit montes Gelboe, secundum Gregori expositionem. Alio modo creatura irrationalibus ordinatur ad rationalem per modum significationis. Et sic Dominus maledixit hominem in significatione Indica. Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum contingentis, scilicet temporis, vel loci: Et sic maledixit Iob diei natiuitatis sue propter culpam originalem, quam nascendo contraxit.

traxit, & propter sequentes penalitates: Et propter hoc etiam potest intelligi David maledixisse montes Gelboe, ut legitur II. Reg. i. scilicet propter eadem populi que in eis contigerunt. Maledicere autem rebus irrationalibus, inquantum sunt creatura Dei, est peccatum blasphemiae: maledicere autem eis secundum se consideratis, est atiosum, & vanum, & per consequens illicitum.

XIII. Nec diabolo ipsi maledicendum esse, Angelicus docet loc. cit. artic. 1. ad 4. his verbis. In diabolo est considerare naturam, & culpam. Natura quidem eius bona est: & a Deo; nec eam maledicere licet. Culpam autem eius est maledicendum, secundum illud Iob. iiii. Maledicant ei qui maledicunt diei. Cum autem peccator maledicat diabolum propter culpam, spiritum simili ratione indicat maledictione dignum: Et secundum hoc dicitur maledicere animam suam. Et hic est sensus illius textus Eccl. xx. Dum maledicet impius diabolum, maledicit ipse animam suam.

CAPUT IV.

De detractioe.

I. Detractionis flagitium, commissione facile, emendatione difficile, usu universalissimum, explicandum aggredior. Apostolus Iacob cap. iii. linguam assimilat clavo navis, equi freno, flammæque ignis. Quibus exemplis illud nobis innuit, quod sicut navis ad portum pervenit, si clavus bene moneatur, equus recta currit, si optime regatur freno; & iniqua illinatur, & calcasit, si flammæ intra iugla confinis coercerentur; ita probe & sancte vivit homo linguam suam caute custodiam; & contra, sicut navis clavo delictuta ad scopulos allidit, equus freno solutus in præceps ruit, & ignis absque custodia universa incendit, voratque; ita, nisi lingua diligenter, severaque custodia colibetur, anima hominis in omnium vitiorum sentinam probabitur. Verba ipsius Apostoli exscribamus. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest enim freno circumducere totum corpus. Si autem equus frenis in ore mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Ecce & navis, cum magnus fur, & a ventis validis minuetur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigitur voluerit. Ita & lingua medicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantum ignis quam magnam sylvam incendit! Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Hoc

textu explicat Apostolus difficillimam linguæ custodiam, & malorum multitudinem, quæ indisciplinatam linguam consequuntur. In hæc doctrinam divinitus traditam intendere animam vellem nonnullis qui, cum longe a vitiosis illis que famam, honoremque denigrant, abstinere sibi existimant aliorum famæ detrudere, linguam in proximi defectus acere, ceterisque omnes dicitur, conviciis, & irrisionibus profundere, iidemque planctibus, improbandis, & tantum non insultibus, labem aspergere. Turpiliorum, viliumque hominum phrasas, & proverbialia, vix rutiliorum ore digna, passim suis miscunt sermonibus: & eo excitatis peringunt, ut de virtute prædictos reputent, quia non omnibus vitiosis inquantur tant. Ignorant miseri homines oraculum divinum: Qui deficit in uno, factus est omnino reus. Quot lingua sola non occidit? Ilorum malitia eo est gravior, atque inexcusable, quo linguæ peccata nullam commodiorum vel temporale pariunt. Non est quod innumeris Scripturæ textus adversus detractores commemorem: quia vix effert scribere finis. Notionem ergo dumtaxat detractiois, eiusque gravitatem paucis exponam.

II. Quæst. I. Quid sit detractio? Resp. Est, inquit D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxi. art. 1. denigratio alienæ famæ per occultas verba. Communitur proximi fama denigratur per verba occulta: quia illo absente eisdem occulta crimina manifestantur. Ceterum non infrequenter contingit quod presente proximo illius famæ detraxatur. Et tunc detractio est simul contumelia. Quare contumelia directe fertur in honorem præsentem, ut cum detractio directa intendit diminuire, vel obsecrare proximi famam, quæ insidet aliorum mentibus. Fama enim, ut dixi supra, est optima exhilaratio, seu persuasio alienæ virtutis, & probitatis.

III. Quæst. II. Detractio est in genere suum peccatum mortale? Resp. Admittant omnes, quæ rationem prodit Angelicus 2. 2. q. lxxxi. art. 1. Peccata verborum maxime sunt ex intentione dicitur admodum. Detractio autem secundum suam rationem ordinatur ad denigrandam famam alienam. Unde ille per se loquendo detraxit qui ad hoc de aliquo ob loquitur, & absente, ut eius famam denigret. Auferre autem aliqui famam valde grave est: quia inter res temporales videtur fama esse pretiosior, pro cuius defectum impeditur homo a multis bene agentibus. Propter quod dicitur Eccl. xii. Curam habe de bono nomine: hoc enim

enim magis permanebit tibi quam mille thesauri magni, & pretiosi. Et ideo detractio, de se loquendo, est peccatum mortale. Coniungit tamen quandoque quod aliquis dicit aliqua verba, per quae dimittitur fama alius, non hoc intendens, sed aliquid aliud. Hoc autem non est detractio per se, sed formaliter loquendo, sed solum materialiter. Et quasi per accidens. Et si quidem verba, per quae fama alterius dimittitur, profertur aliquis propter aliquod bonum necessarium, debetis circumstantiis detractio, non est peccatum, nec potest dici detractio. Si autem profertur ex animi levitate, vel propter causam aliquam non necessariam, non est peccatum mortale, nisi forte verbum quod dicitur, sit adeo grave, quod notabiliter famam alius laedit. Et praecipue in his quae pertinent ad beneficiam, ut: quis hoc exemplo gerere volebam, habeo parvum, peccati mortale. Et tenetur aliquis ad restitutionem famae, sicut ad restitutionem cruciatu rei substructa. Duplex ergo detractio nem Angelicus distinguit: alteram formalem, quae quae ex animo infamandi proximum eius crimina occulta alibi profertur; alteram materialem, quae non denigrandi famae animo, sed alio fine, occultis aliorum scelera reteguntur. Prima minusquam est abique peccato; secunda iuxta finem diversitatem, bonitatem, aut malitiam habet.

IV. Quae. III. Quot modi detractio operatur? Octo communiter recensentur, his verbis contenti.

Imponeas, arguas, manifestas, in mala vertens.

Qui negat, aut retinet, minus, laudat, et similis.

Septem modos recenset Doctor Angelicus 2. 2. quae. xxxiii. art. 1. in quibus comprehenditur etiam octavus. Distinguit primum detractio nem in directam, & in indirectam his verbis ad 2. Aliquis dicitur detractio, non quia dicitur de veritate, sed quia dimittit famam eius. Quia quidem si quis, qui dicitur, quandoque male dicit. Dicitur ergo in quibuslibet. Quo modo, quando saltem imponit aliter: secundo, quando peccatum aliudque suis verbis teritur, quando peccatum velat: quarto, quando id quod est laudum, dicit mala intentione factum. Indirecte autem, vel negando bonum alterius, vel malitiose retinendo, sed dicitur modo. In hoc ultimo modo consistit octavus frigidus laudando. Gravior enim aliquando est frigidus iniuri quam gravior vituperari.

V. Primo itaque proximus diffamatur, ipsique detrahitur, factum et crimen imponendo: quae detractio nem species omnium gravissima

est, vocaturque calumnia. Secundo frater iniuste traditor, dum illius peccatum arguitur. Nam argumentum istud calumnia est, quae factum crimen imponit. Quando crimen verum occultum est, si retereur, committitur tertio modo detractio. Tandem, si committitur bonum est, aut adia phora, promittitur tamen quam malum, aut prava intentione factum. Hi quatuor modi res proximi famam peccant, eaque proficiunt. Indirecte vero fama laeditur, negando alterius bonum, vel illud malitiose retinendo, dum silentium praevideatur tunc confirmationem detractio nem; vel bonum quod narratur minnendo; vel denique frigidus laudando, quando haec veritas laus in detrimentum proximi credit. Advertendum, si solam retentiam non inducere debuit restitutionis, quando non sit peculiare debitum ex officio manifestandi alterius merita. Omnes praefati modi sunt eisdem speciei. Alii tamen alio graviter est iuxta circumstantiarum diversitatem.

VI. Quae. IV. Est ne peccatum grave conculcare libelli famosis? Resp. Antequam respondendum praebatur, quid sit libellus famosis, considerandum est. Communis eius sententia haec circumlocutio scriptura est, aut signum, in quo continetur alterius infamia secreta, vel non omnino publica, ut publica sit, aut in plerisque notitiam statim, vel postquam deveniat. Libellus ergo famosis vel scriptura, schedula, folio, aut libro, vel signo aliquo consistere potest, ut si ad alterum tantum, vel fenestram appendas cornua eo sine ut indices uxoris adulterium, ipsaque vitam corruptam. Dicitur infamia secreta: nam, si crimina publica sint, non est libellus famosis. Item libellus famosis non dicitur, dum quis exerecandibenit causa quidquam de alio scribit: dummodo animo non publicandi id fiat, nec peccatum sit ne publicetur. Item libellus famosis non est, si zelo correctionis, vel reparationis mali noni Reipublicae, aut communitatis, alius occultum crimen manifestaverit.

VII. Quando itaque publica scriptura occulta crimina revelantur, aut facta imponuntur, in illorum notitiam deveniant, libellus appellatur famosis, seu infamatorius. Nominis libelli venit etiam pagina, schedula, solum in quo infamia proximi continetur; ut sint latere. Item qui nomine propria occultato, ad iudicium deferre alium scelera, ut vi illius delationis ad inquirendum procedatur, libellum famosis context; etiam si ceteri testes, qui confirmare crimen valent. Quoniam nequit iudex, vel interior vi ralis

libellus

scripturae ad inquisitionem procedere; ut statutum est cap. Inquisitionis, etique communis Doctorum sententia.

VIII. Explicata libelli famosi notione, responderetur quaestioni propositae: quae crimen perpetrare libellorum huiusmodi Auctores: eoque gravius, quo latius fama proficiuntur. Libelli enim famosi non modo in praesens famam sedunt proximonum, sed in posterum quoque diffamationem derivant. Permanent enim eiuusmodi scripturae, & ab aliis transtuntur. Nec minus Scriptoris scelus, quod libellus a viro probo inventus flammis additur. Quoniam scriptor iam ex parte sua totum poluit quod ad alterius famam conducit. Peccat ergo libellatores tum contra iustitiam, tum contra caritatem; at quae adeo restitutionis publicae debito contrahuntur, si publice diffamatus proximus fuerit. Idque praesidium est aut altera scriptura, in qua retrahitur vitia evulgata, aut praeconiis voce, aut alia via, prudentis Theologi iudicio praescribenda.

IX. Praeter culpam, penam iure civili, & canonico latae incurrit libellatores famosi. Ius civile capitis damnat Auctores libelli. I. C. de libellis famosis. Ius canonicum vigis verberandos eos decernit cap. Qui in alterius. Eodem poena puniuntur ii qui heretice iannas domorum, vel cubiculorum deturpant. Inventores aliorum libelli famosi peccant mortaliter, si eam anuocantes ut talem, non laudent, aut comburant; & ipsam poenam ac auctor, aut quali auctor, peccandi sunt.

X. Qui contra Papam, aut Cardinales scribunt libellos famosis, incurrit ipso facto excommunicationem contra eos qui adversus Ordines Praedicatorum, & Minorum libellos famosis evulgaverunt. & Pius V. constitutio de, quae incipit, Romani Pontificis praesentia, anno 1572. edita contra scribentes diffantes, retinens, transgressores, & non laerantes libellos famosis, continentibus infamant famam, aut revelationem secretorum quam pro regime ecclesiasticae tractantur: eoque multandos decernit confiscatione honorum, & etiam ultimo supplicio.

XI. Quae. V. Est ne peccatum detractio delatit? Resp. Admirans sententia communitis est; etque peccatum mortale, aut veniale, iuxta materiae gravitatem. Quandoquidem fama est bonum perpetuum, etiam post mortem in hominum memoria perseverans. Ergo hoc bono privare delinctorum peccatum est. Gravior tamen peccatum est de-

trahere vivis quam delatit, quoniam minus illis quam illius diffamatio nocet. Fama enim vita moralis est, quae vitam civilem alit, etque illius veluti patrimonium; quo sublato, vita ipsa physica languet, & tabescit. Defuncti vero haud indigent ad bene vivendum fama; sed extra istum fortunae sunt, ceteraque illius mundi vitae. Quare plurimurque ad peccatum mortale detractio nem contra delinctorum ac contra vivos. Et tamen contra viva inveteravit perfisio apud homines, qui religionis, & pietati quodcumque verbum adversus delinctorum famam esse fieri dicunt, vivorum autem famam detragere in delinctorum habent. Non improbo, quin laudo, in delinctorum famam reverentiam, & pietatem. Sed invidiam vivorum famam inducit. Salva consistat mortuorum fama. Sed diligenter, severiusque abstinendum est ab illorum laudanda fama qui nobiscum vivunt. Si quando tamen delinctorum famam laedi contingat, relatarenda est. Septe etiam ex diffamatione delinctorum parentes superites detrimentum inveniunt: quo in casu virgus urget obligatio restituendi delinctorum famam, ut qui vivunt, merita priusquam ex bono illorum nomine, etiam itaque recipiant commodum. Nam non raro accidit ob denotatum parentum merita filios, & nepotes praemis a Principe donari. Si illorum delinquerat fama, evanescent posterorum merita, & successores patiorum detrimentum. Necessaria itaque est compensatio infamiae delinctorum inrogata: quavis, ut dixi, rarius graviter peccatur in delinctorum, quam in vivorum diffamatione.

XII. Quae. VI. Est ne peccatum detractio delinctorum damnatis, poena paganis, hebraeis, hereticis? Resp. Negant Molina, Maldes, Rebulus, atque, nisi detractio illorum cedent in eorumdem familiae detrimentum. Quorumvis inquirunt, damnati homines sunt, & inimici Dei; nec amplius sunt proximi nostri. Sed hoc sententia videtur falsa, & communiter reiecta. Etenim quantum ad naturam proximi nostri remanent, licet in alio ordine inimici nobis sint. Assuetudine quod lex naturae, prohibens calumnias, & mendacia, urget respectu omnium. Nec enim inspectandum est, quod damnati sint inimici Dei, sed quid nos inquit deceat. Calumniari, quae malitiam prodit, quae lex permittit ut hereticum nobillem tant mortuum enotium proditorum fuisse Republicae, sciamus, carnicem? Verum inutilis est questio isthaec, sicuti nimium insipientes sunt illi qui mentem,

tem; aut linguam occupant in damnatorum delictis. Relinquantur illi sub flagello vindicantis divine iustitiae.

XIII. Hinc consequitur, peccare historicos qui defensorum ocula crimina revelant. Quamquam distringenda crimina sunt per se, & officii, seu dignitatis, & ministerii. Crimina occulta qua vocantur personalia, alio sunt praeferenda silentio; & qui eadem pandunt, scriptisque consignat, peccant plus, vel minus iuxta criminum quae prolapsantur, gravitatem. Crimina vero illa qua commercia, negotia publica, rerum procuraciones, bella, pacta, & cetera id genus spectant, licet ad veritatem theoriae, & fraudibus occultata, dum ad veritatem historiae, & factorum dilucidationem, & posterorum instructionem pertinent, litteris consignari valent. Duo tamen cavenda. Primum, ne odio, invidia, aliaque humana passione id fiat. Alterum, respectus habendus est ad consanguineos, familiaresque illius cuius enarrantur crimina. Serio perpendendum, num prolapsa illius cuius manifestantur flagitia, sit ex tali narratione gravem luctura infamiam. Deinde ponderandum, num absque gravi sinceri historici nota committi crimina valeant. Et, facta collatione, id praestetur quod bono communi, & publice utilitati expedire visum fuerit. Cavendum ne defectus augeantur, exaggerentur plus iusto. Si contestatio occurrat, quod non ex malo animo, sed fortuna adversa, & fortuito erratum sit, indicentur. Ne multa, & semper ad caritatis, & sinceritatis laudes respiciendum est. Et, nisi necessitas manifestaverit, veritatis urgeat, malum silentium est.

CAPUT V.

Qua regula spectanda, ut colligi possit, detractionem esse peccatum mortale, vel veniale.

QUOD detractio sit peccatum mortale, aut veniale, est veritas circumstantis pendet. Narratio venialium criminum quo genere est venialis, mortalium mortalis. Non raro accidit oppositum. Nam manifestare, quod aliqui juvenes sint lascivi, impudici, mulieros, laborantes morbo gallico, puellarum indicatorum, sepe nullum est peccatum detractionis: quia illi laetantur de eiusmodi peccatis, & honori vertunt illa committere. E contrario de puella, aut femina honestissima narrare etiam leve peccatum, illius pudicitiae, quae summo-

pere illi cordi est, contrarium, potest esse peccatum mortale. Afferere probum Religiosum esse mendacem, tamen mendacium sit culpa venialis, esse grave peccatum; secus, si diceres, semel, aut bis esse mentium: quia id ex infirmitate, & subreptione accidere saepe solet; at mentienti consuetudo non nisi ex malitia proficitur: quod magno pre dedecet virum religiosum, & quemcumque hominem honestum. Circumstantiae ergo & personae cui detrahitur, & auditorum, & temporis, & detractoris expendendae sunt, ut inde colligi possit culpe qualitas. Doctrina communis.

II. Quæst. I. Est ne mortale peccatum generatim asserere, talem hominem esse superbum, avarum, iracundum, contentiosum, prelapsiosum, vanum, & id genus similia? Resp. Distingendum est. Si persona cui detrahitur, tanta fama, sanctitatis, probitatis, ac integritatis sit, ut apud auditores graviter his generalibus verbis illius fama denigratur, dubio procul erit peccatum mortale; maxime si persona detrahens magne sit auctoritatis, quae opinionem imprimat auditoribus pravam ad verus personam quae prius magno in pretio habebatur. Si contra persona non sit imprimari prohibita, & quae communitur graviter non laedatur, cum praefata vitia generatim accepta committentur humanam naturam peccato originis sanctatam, non videtur mortale, cum non afferatur, quod talis persona mortaliter in hoc vitiorum genere peccat, sed quod his vitis labore: quod pro naturali inclinatione accipi potest. Doctrina communis.

II. Constitutum, atque periculosum detrahendi genus illud est quo consule malefici detrahunt proximo, nihil legitimum dicentes, sed consule plurima, & gravia indicantes, altiusque vulnera hac consula locutione infligentes, quam si singulari crimine aliquod enarrantur. Locutiones istae eiusmodi sunt. Si loquerer qua fito de Petro. Et ego possem multa de illo dicere. Ipse non ignorat quae ego scio de illo. Sane coram me ille pudore confusus obnutesceret. Veritate ille infamandi formula omnium sunt perniciosissima. Quare & gaziter peccant, & ad restitutionem tenentur eiusmodi detractores. Similes alii sunt, quibus detractores effusum, se audivisse de hac, aut illa persona hoc crimen; subdunt vero, se illud minime credere. Ego, inquit ille, hoc audivi de Petro; sed illud ut credam, induci nequeo. Audita refero, pene auctores veritatem relinquentes. Est, inquit Dominicus Soto Lib. v. q. v. art. 5.

ingeg.

ingeniosus, sed peccatum detrahendi modus. His formulis sibi cavere solent, & detractionis vitium, infamiamque occultare, ut seariorum propterea laedant. Quocirca sanctior habetur ille qui detrahit, eo nocentior reputatur alter cuius fama proleunditur. Spectandae tamen sunt circumstantiae. Nam interdum simile locutiones aut parum, aut nihil nocent, spectata, tum loquentis, tum audientium conditione. Quando crimina sunt gravissima, ut haeretic, sodomae, laeci, persequitiae, ea etiam ut audita narrare est peccatum mortale. Quare semper spectandae sunt circumstantiae.

IV. Quæst. II. Est ne grave peccatum revelare naturalis defectus alicuius? Resp. Afferere aliquem esse indoctum, inermidum, cecum, gibbolum, deformem, communitur non est peccatum. Avarum & hic spectandum sunt circumstantiae, postquam affectus, & finis illius qui talia narrat. Item, si mortum defectum manifestans impudenter dislambans ab aliquo bono conseqnendo. Si tamen alterius habetur communitur ut doctus, doctus, inopia non caret qui illum ignorant, indoctumque publicaret: nam videtur vis acquiescente ad talem famam. Hoc tamen ius, ut verum fatear, ad famam, salute niam, publicandam videtur satis ambiguum, si enim falsis est veritas, evangelicus. Opinio illius est error laborat. Quare etiam in hoc, ut & in ceteris modis detrahendi, circumstantiae ponderandae sunt. Manifestare defectus naturam peccatum detractionis frequenter est, ut si clericus, talem esse filium Clerici, spurium, illegitimum: hominem honestum ac nobilem avum habuisse villitium, furum, & quid simile. Gravior vero, aut levius peccatum erit iuxta varias circumstantias.

V. Quæst. III. Recte uni aut alteri homini, proloque vito grave occultum delictum est ne crimen laetis? &c. Sermo est de crimine esse peccatum. Similiter non inquiratur, laetum ne sit vito prodelicti, consilii capendi causa; revelare crimen occultum. Nam communitur est laetitia, quae propter secreta graviter iniuriatum & lesse, amico gravi, leniendo doloris causa, postulat facere iniuriatorem, & ut consilium, quod se regere debet accipiat; manifestare crimen occultum. Quare ergo est, peccatum ne sit uni aut alteri vito prudenti est animi levitate, loquacitate aliove sine sub sigillo revelare crimen occultum.

VI. Negat prima sententia, quam defendunt Caseranos 2. 2. quæst. lxxviii, art. 2. Contra Theol. Tom. IV.

Petrus Navarra Lib. II. cap. IV. num. 225. Diana II. Par. 1097. 111. Missell. ref. 3. trakt. v. fol. 37. ubi refert Navarra, Ioan-nem a Cruce, Baunium, Tannerum, aliosque plures. Quoniam, inquam, parum, aut nihil detrimenti hinc sequitur. Fama enim publica est notitia, hae peritio probitatis, & honestatis proximi. Ergo sola publica diffamatio huic famae opponitur. Porro quod uni vel alteri crimine occultum revelatur, non dicitur quilibet diffamari. Accedit quod revelare complicitem in confessione probabilius non est peccatum.

VII. Oppositam sententiam conceptis verbis tradere S. Thomas videtur 2. 2. quæst. lxxviii, art. 1. ad 2. Quamvis etiam si uni soli aliquis ab absente nasci liceat, corruptipfamam eius, non ita tenet, sed iuxta partem. His paucis verbis totam rationem efficacitatem Doctor sanctus comparavit. Qui coram multitudine crimina patefacit, publice famam infamam, atque adeo universam famam denigrat, corruptipfamam. Qui autem alteri crimine revelat, partem famae corruptipfamam. Ergo peccat. Namquid solum illud factum dicitur peccatum mortale quod universam patrimonium auferat, & ad extremam inopiam addigit; sed etiam si furum portius patrimonium auferat, nemo id dixerit. Quoniam modum ergo fur graviter peccat, tamen inopem non efficiat illum a quo furatur: ita graviter peccat detractor, qui partem famae laedit detrahendo. Porro qui uni aut alteri prodi delictum, pene illo iuxta laetitia est. Quid quod plures Titius laedi exultationem, bonaque opinionem, quam de se habet vir ille prudens, & gravis, quam vulgi, & magnae multitudinis iudicium? Quin parum, aut nihil curat plebis & multitudinis opinionem, comparat ad exultationem prudentium, sapientumque. Hinc patet soluto ad argumentum contrariae opinionis. Paritas, & relatione complicitis in confessione petita, iustis est. Nam Christianus peccans cum alio, vel alia, ipso laetio credit tui quo super leetore peccato in confessione respondendo. Professio quippe Christiana obligat ad integrum confessionem. Ergo qui peccat cum alio, nequit ab eo exigere ut in confessionem potest, dimittendo confessionem, ne se manifestet. Hanc sententiam defendunt Bannez 2. 2. quæst. lxxviii, art. 2. Dominicus Soto Lib. IV. quæst. x. art. 4. Pradus cap. xxx. quæst. 11. num. 3. Tapia Lib. IV. quæst. xiv. art. 4. n. 3. Salmanticenses tract. xlii. cap. IV. punct. 5. La-Croix lib. III. par. 11.

Ar

num.

min. 1197. qui laudat Illing, Bolembaum- que.

VIII. Quæst. IV. Utrum diffamatus alius criminibus diffamare peccatum sit? Resp. Si criminia nova sint eisdem generis, aut sint illidem valde affinia, quæ novam non asserant infamiam; non est novum detractiois crimen. Si turem dicas simul esse peritum, si meretricem asseras uxoratos admittere, & Clericos, si filium publicum manifestes suam negligere familiam, filios male educare, mulieria sua libid. diligenter obire, committere non committis peccatum grave: quoniam huc posteriora delicta sunt familiaria illis qui prota perierunt, nec priorem infamiam multum augent. Si vero nova scelera sint diversi generis, & non affinia; peccatum est.

IX. Quæst. V. *Latitans ne peccat qui criminem publicum in hoc loco, narrat in alio, ubi publicum non est?* Resp. Trifariam dicunt Theologi aliquid notum esse, 1. factis, 2. iure, 3. fama. Notorium factis libid. vocant quod coram multitudine perpetratum est, ut in foro, in platea publica, hoc quod suspæ natura in omnium oculis veritatur. Notorium iure, quod per iudicis sententiam declaratum est, aut quod rei confessione, vel testium assertionem ante iudicis sententiam constat. Notorium fama, quod maiori civitatis, collegii, conventus, congregationis parti comperitum est. Caietanus Tom. X. opus. tract. xxxi. esq. 9. illud publicum esse docet, quod suspæ natura in communem notitiam pervenire potest. Addunt alii, diffamatum in Aula Regia, vel in Metropoli, diffamatum esse per totum regnum, vel provinciam. Alii contendunt, ad criminis publicationem sufficere, si lex illud sciatur: quia hic numerus satis est ad effluendam parochiam. Alii requirunt eadem: quia hic numerus exigitur ad constituendam parochiam. Prodentium loquuntur illi qui volunt, hoc cogitandum esse ex circumstantiis, nempe ex loci, & personarum qualitate, quibus cogitur crimen est. Nam si 30. viri graves, & prudentes sciant aliquod crimen, non est illud dicendum publicum: quia illi tacere solent, & prudenter præsumunt illud non esse propalaturus crimen cognitam: contra dicendum, si homines illi leves essent, & loquaces. Denique distinguunt aliqui inter locum parvum, & magnum. Ut crimen fit publicum in loco parvo, requiritur notitia maioris partis; secus in loco magno. Si civitas constat 1000. aut 2000. hominibus, satis est ut 30. vel 40. dispersi per civitatem crimen sciatur. Qui docent, ex circumstantiis

colligendam esse hanc publicam diffamationem, quando ita est cognitum crimen quod facile natura sua diffundatur in alios, tum publicum dicendum esse arbitrantur.

X. Convenit penes omnes, nullum esse peccatum loqui de crimine, quamvis occulto, coram iis quibus notum est. Hæc tamen locutio bona, aut mala esse potest ex fine loquentis. Si sit ex animi levitate, & loquacitate: erit otiosa, argue adeo culpa venialis. Si sit ex odio, vel invidia, erit crimen letale. Si ob bonum finem, ut audientes ex aliorum ruina proventum faciant, & carnis incendant; tunc actus virtutis erit. Similiter narratio delicti eo loci ubi notorium est, nullum est peccatum; etiam si innotantibus manifestetur: eo quod per accidens sit quod ab his innotetur. Similiter non est peccatum detractiois crimen publicum in eo loco, in alio revelare, ad quem spectatis circumstantiis humane societatis, brevi perventura eiusdem eritia esset.

XI. Crimen publica iudicis sententia declaratum, potest ad quæntionem locum, etiam diffamatum, deferri, & ferri; tamen si facile illuc notitia non sit perventura. Quoniam index damnando reum aut pena capitis, aut flagellationis, alteriusve supplicii, & eisdem scelera his penis digna publicando, private reum quoque iure ad famam. Quis potissimum supplicium est illius diffamatio in toto terrarum orbe, ut ceteri perterriti & abhærent a criminibus. Quare & historici litteris consignare hæc facta, nempe delicta, & supplicia, licite valent, & alii per epistolas ad remota etiam loca scribere possunt, dummodo bono fine id agatur, ut scilicet ceteri caveant sibi a malo, & quia interest humane Reipublice nosse facinorolos. Limitant hanc doctrinam Theologi in hypothesi quod crimen fit publicum dumtaxat testium depositione, non iudicis sententia. Tum enim haud licet ad remota loca, ad quæ facile non pervenire notitia, deferre cuiusmodi delicta, quiniam tunc reus non esset legitima auctoritate privati iure ad suam famam. Secus tamen dicendum, si delictum notorium simul esse notorietate facti.

XII. Quid, si sententia publicata esset dumtaxat intra aliquam Congregationem, & eorum solius, aut Religionem? Huiusmodi sententia non sunt absolute publica; sed cum limitatione, in tali nempe loco. Quare peccaret proculdubio qui delicta, publica sententia posita in hac aut illa Congregatione, extra revelaret. Peccaret tum contra ipsam con-

communitatem, tum contra ipsam reum, qui solimmodo intra suam Religionem est diffamatus, nec maiori infamia illius index multaverit. Pariter, quando in S. Inquisitionis tribunalis quis reprehenditur, puniatur coram consultatoribus, alijque alibi sententiis, peccat qui hæc revelat: quia iudices nolunt maiorem diffamationem.

XIII. Hæc quæ recessus, communia sunt penes Theologos. Disputant autem in utramque partem, utrum delictum, notum notorietate facti, vel famolium in hac civitate, possit absque gravi culpa deferri ad aliam civitatem, ad quam facile minime creditur perventurum. Negat prima sententia: quia quilibet habet ius ad suam famam, ubi non est diffamatus. Paro in illa civitate in qua crimen omnino ignoratur, & aliunde difficile illic notitia perveniret, illam illi habet suam famam. Ergo iniuste eisdem privatur. Ergo peccat tum contra iustitiam tum contra caritatem, qui præfata crimina evulgat. Altera sententia docet, peccatum esse contra caritatem, secus contra iustitiam, eisdem crimina ad loca remota deferre. Quoniam licet qui publice crimen perpetravit, ius non habeat ad suam famam; quia tamen absque alterius iniuria eam possidet in loco ubi non fuit illius crimina manifesta, peccat contra caritatem qui tali fama illum privat.

XIV. Tertia sententia sustinet, nec contra caritatem, nec contra iustitiam peccare qui crimina publica publicitate facti in una civitate, provincia, vel regno, in alio remoto loco, ad quem difficile pervenirent, deferret, scriberet, revelaret. Rationum momenta obvia sunt, & efficacia. Quando delicta sunt aliqua in civitate publice perpetrata, auctor absolute amittit ius ad suam famam. Quæ voluntate in publico, & coram universo populo crimen commisit, eadem suam prodigit famam. Contra vero quilibet ius habet ad suam publicam notitiam acquirendam. Et revera quis sibi religioni duccret, factum publicum litteris, & historici commemorare? Id præstant viri vel levioribus ornati moribus. Hanc sententiam defendunt Caietanus Tom. X. opus. tract. xxxi. resp. 9. Bannez 2. 2. quæst. lxxiii. artic. 2. sub. 2. Tapia Lib. V. quæst. xiv. artic. 5. numer. 8. Prædix cap. xxxi. quæst. 11. numer. 37. Nünius Tom. II. in II. Part. quæst. viii. artic. 6. difficult. 3. Navarrus in Manuali cap. xviii. numer. 26. Fagundes præcept. 11. Lib. V. cap. 111. numer. 10. Fillucius Tom. II. tract. xxxii. c. 11. numer. 235. Salmanticenses tract. xliii.

cap. iv. post. 3. q. 61. & alii penes ipsos. XV. Quid, si in primo loco iniuste publicatum crimen fuerit? Respondent Salmanticenses loc. cit. numer. 50. quod sine iuste, sine iniuste prius in loco delictum publicatum fuerit, possit quilibet ad alia loca illud deferre. Quoniam, inquit, nihil refert ad veri criminis publicationem, quod iuste, aut iniuste publicatum sit, quando reus publicatum est. Quia hoc ipso quod factum publicatum sit, limites oculis egreditur; & diffamatus ius non habet ut alii a tali narrando suo abluantur. Pro hac sententia citant perdocti Theologi Molinar, Lessium, Lugonem, Diezillium, Tapiam, & Bannezium. Hæc doctrina mihi non ardet. Nam, quando mihi constat, iniuste alios hoc crimen publicasse, quia ratione, quo titulo possum ego iniuste hac publicitate uti ad extendendam diffamationem ad alia loca? Quando quo iniuste bonis suis spoliat; licet iure illis est quibus constat iniusta bonorum ablatio, præfata bona emere? Quando delictum iniuste publicatur, iniuste reus sua fama privatur. Ergo semper retinet usque eandem. Igitur licet peccat qui bona iniuste lurræpæ accipit; ita peccat qui diffamationem iniustam ad alia loca extendit.

XVI. Quid, si diffamatus honeste vivendo potest publicationem delicti, tum suam recuperaverit? Aliqui contendunt, contra caritatem esse, non contra iustitiam, talia crimina commemorare apud eos qui illa ignorant; dummodo in tali referantur, ut iudicetur adhuc diffamatum in illidem permanere. Quod non sit contra iustitiam, probant: quoniam, licet diffamatus ius habeat ad famam, quam bene vivendo comparavit; tamen ius non habet, nec potest acquirere, ut dicatur fuisse probum illo tempore quo erat diffamatus. Ergo qui narrat, olim illum facinorosum fuisse, non facit illi iniuriam. Pro hac opinione citant Salmanticenses, Lessium, Bonaciam, Diezillium. Illi tamen eam improbant, & merito. Ratio quam opponunt adverteri, nempe est. Verum habet quod diffamatus nequit acquirere ius, ut dicatur fuisse probus eo tempore quo delictum perpetravit, seu quo improbus reapse erat. Ceterum ius acquirere potuit ne apud nocentes palam heret, ipsum aliquando extitisse improbum. Et revera hoc ius acquiri, quoties emendatis moribus integram a criminibus vitam docit, famaque probitatis potitur apud homines, omni præteritorum scelorum memoria antiquata. In hac quippe hypothesi obli-

oblivioni praeferentium criminum ille fructus fama quae dandebat ante criminum manifestationem. Ergo, quando perfecta oblivione obruta sunt praeterea criminum publica, tunc qui eadem negligentibus sociis, peccat & contra caritatem, & contra iudicium. Hanc sententiam defendunt veteri iudicatio. Salmanticenses Molina *differt. xxxiii. n. 2. Lugo differt. xiv. sec. 2. n. 85. Alcala Lib. 2. quest. xvi. artic. 2. n. 8. Padua tamquam iudicium Salmanticenses*, quos in praeterea infamia non sit oblivione labari, tamen criminum emendari sint, nec contra caritatem, nec contra iudicium delinqueret qui eadem crimina committerent.

XVII. Quae. VI. Quando necessitas manifestandi criminis excuset a peccato detractionis? Resp. Primum respondet, libet doctrinam De Theoria transcribere, loquitur autem a. 2. quest. lxxxi. artic. 2. in corp. Et si quidem verba, quae sunt fama aliorum delinquentium, praeter alios propter aliquod bonum necessarium, debent circumstantibus obsequerent, non est peccatum, nec peccat dici de illis. Quam doctrinam reperit ad primum argumentum, ubi allerit, licet esse revelare crimina delinquentis ob illius emendationem, illum denuntiando ad iudicem. Quapropter, si subditi corrigi nolint, ob bonum iustitiae denuntiandi sunt ad superiorem, sicut ad parentes, servi ad dominos. Item licet esse occulta retegere flagitia, quae cedunt in grave damnum publicum, aut in condemnationem innocentium. Quare, si innocens accusator de homicidio, iudicium, immo debitum est, manifestare auctorem eiusdem. Sed Petrum furem habitare cum aliis qui hoc ignorant; sicite potes eos monere ut sibi caveant; quoniam Petrus fur in summine habet conservandi famam suam cum gravi aliorum detrimento. Et quando in tali casu revelatur furum Petri, non leditur fama ex iustificatione, sed malum vitatur, ad quod per accidens loquitur iustitia. Hanc opinionem docent Salmanticenses *tracl. xxi. cap. 14. punct. 5. numer. 64. & pro eodem citant Sanchez a. 2. quest. lxxxi. artic. 2. dub. 1. resolut. 2. Sotum Lib. 17. qu. vii. artic. 1. Tapam Lib. 2. quest. xvi. art. 6. numer. 4. Lugo differt. xiv. sec. 7. n. 95. alioque. Advertendum, tamen, quod tanta cautio manifestandum est furum, live cuiuslibet malefactoris peccatum, ut non plus manifestet quam necessarium sit ad reparandum damnum quod inde incurritur committitur. Notii quoniam falsa imbutum doctrina*

na aliis bonis sociis commiseri: ex tantum patere debet quae satis sunt ad dissolvendum vinculum societatis. Quae dicta sunt, confirmari possunt auctoritate S. Basilii, qui in Regulis brevioribus ad interrog. 25. respondet: *Non esse castissimum tempus in quibus licet aliqua mali de aliquo dicere, ubi non est quando iure habet aliquem consilium, quae etiam non dicit, quis ad hoc dicit, iudicium, quo pacto corrigendus sit qui malum commisit: sed tunc quando necesse fuerit ut periculo recedatur aliquorum, qui sepe ex ignorantia commiserunt peccatum cum magno tempore cum bono.*

XVIII. Quae. VII. Qui iniuste alterius reatum mittunt acquiritur, potest aperiendo litteras cognatas, vel ut ad quae culpa iustitiae non sit ad inspectionem iudicis, male? Resp. Negat id licitum esse Sanchez *Lib. 17. Caput. cap. vi. dub. 2. numer. 6. Sotum Lib. 17. quest. 5. artic. 2. Tapam Lib. 17. quest. xvi. artic. 5. numer. 8. Quoniam licet habere le debet, ac si criminis prout, necessitatis: quia licet nemo valeat insulam cuiuslibet notitiam quae ad proprium, vel suam commodum; ita neque iniuste acquirita eadem uti potest. Verum ratio ista non consistit. Quoniam quavis iniuste acquirita notitia fieri nequit sine culpa; illis tamen iniuste, etiam per fraudem comparata, licet esse valet. Igitur quamquam hic peccaverit secretum exponendo, aut alia iniuste via notitiam criminis comparando; nihilominus non apparet ratio cur nequeat tali notitia uti ad reparandum grave damnum vel publicum, vel alium innocentium. Nam hic actus bonus est: inique notitia, eadem iniuste acquirere, in bonum finem directus, actus esse potest virtutis. Iniuste rapiti esse quum; & tamen, extrema urgente necessitate, licite eodem uti potes. Perperam ergo opponitur quod fraude habita notitia licet; quando iusto eadem utendi causa occurrat. Quare licetum ulum tali notitia in casu nostro defendunt Salmanticenses *tracl. xxi. cap. 14. punct. 5. numer. 66. & pro eodem sententia laudant Tapam, Villalobos, Diecelsentia*. Mihi quoque probabilior apparet. Ad idem tamen laudant Auctores, quod si grave ex manifestatione damnum sequeretur, leve autem existeret, iniuste manifestatio esset. Ut licet manifestatio culpa caret; grave sit oportet damnum vitandum. Nec refert quid sit minus ex quod imminet homini difamando, dummodo absolute grave sit. Innocenti iniuste accusato imminet aut terrore*

aut auxilii perpetui suspicium. Si revelas iniusti accusatoris crimen, hic poena mortis peccandus est. Debes manifestare crimen, ut innocenti incurras; malumque, quod libebit reus, debet sibi soli imputare.

XIX. Quae. VIII. Licetum ne est patefacere ignorantiam Medici, Advocati, Theologi, aliorumque artificum? Resp. Quando eundem professores cum damno proximi extercunt suas artes, tunc patefacienda est eorum ignorantia, ut innocentes damno subtrahantur. Quare, si quis vellet in gravi causa imperio advocato, in gravi morbo imperio Medico, in aliquo edificio ignaro artifice; licet esset eorum imperitia manifesta; Quando autem eundem homines magnam sibi pepererint nomen, etiam vis illicitis, ut hypochrisi, imposturis, consuetudine artibus, non licet falsitatem revelare, dummodo in damnum aliorum haec illorum fama iniuste acquirita non cedat. Summpere etiam advertendum, ne professorum, aut artificum ignorantia ex invidia, odio, aliove gravo affectu manifestetur, ut frequentissime fit. Communitur ipsi professores: non sunt legitimi iudices: qui tamen soli esse iure deberent: cum ipsi praeter alios potantur artis peritia. Verum, quia emulatio semper viget inter artifices, ut trito proverbio fertur; periculum adit ne porius cupiditatis dictamina quam mentis iudicium loquantur. Licetum quoque est occultos defectus illorum patefacere qui aliquid statum volunt affirmare, v. g. ingredi Religionem, societatem, collegium Canoniorum, simileque congregationem, quando defectus opponatur professioni affirmandi: quia communitur legitimi huius societatum excludunt candidatos vel talem defectu laborantes. Si ergo candidati ipsi manifestare omittant proprios defectus; poterunt alii, quibus innocenter, eodem patefacere.

XX. Crimena publica in uno Monasterio possunt revelari, & scripto deferri ad alia Monasteria eundem Religionis; quando Religiosi mutuo communicant, & modo in uno, modo in altero Coenobio desunt, & invicem permittuntur. Secus dicendum, si Monasteria essent separata, & mutua communicatione carerent: tunc enim notitia criminis conclusa esset intra illius Monasterii septa; neque natura sua facile ad alia perveniret Monasteria possent.

XXI. Quae. IX. Peccatum ne detractionis est tradidit aliquem ut sculpulum? Resp. Si per hominem sculpulum prodere intendat

virum optime moratum, integre conscientiam, equum, iustum, evangelice legis observatorem exactum, veritatis vindicem, falsitatis hostem; nullum peccatum est hoc in sensu sculpulum quempiam vocare. Contra, si per hominem sculpulum intelligas hominem meticolosum, anxium, perplexum, qui loco peccati habet quod bonum est &c. si hoc in sensu traducas hominem gravem, & maxime publicis officiis destinatum, qui prudentiam, mansuetudinem, firmitudinem, optimique consilii, atque constantis animi fama clarete debet: dubio procul grave detractionis peccatum erit. Et sepe damna temporalia hanc detractionem consequuntur. Homines quippe, his deperit coloribus, ad officia, & ministeria excluduntur.

XXII. Quae. V. Est ne peccatum detractionis tradidit Christianorum aliquos Coenobio Theologorum, ut Rigoristas, & laxos? Resp. Novum est detractionis genus, quod hoc nostro saeculo dicitur grassari, non modo in piorum hominum, sed in ipsius christianae Theologiae, & evangelicae pietatis detrimendum. Theologi non pauci mirum Rigoristam, & Laxorum vocabulis se se modeste sere in deliciis habent. A Theologis has detractionis formulas didicerunt vel ipsi de piebe homines. Antequam rem desinio, detractionis huius vocabula explicanda sunt. Rigorista illi vocantur qui legem evangelicam tanto rigidius efficiunt, qui consilia pro preceptis obrudunt, qui denique aliquam opinionem ad rigiditatem ab Ecclesia damnatam propugnant. Laxos vero illi dicuntur qui contra plus iusto legem evangelicam laxant, qui opiniones ab Ecclesia ut laxas damnatas vani dilinchnuculis elidunt, verborum circulatione extenuant, & ad nihilum reduunt, vel alias omnino similes defendunt.

XXIII. Ad quoniam rigidiore opinionem patefaciant, non modo non peccant, sed adum virtutis exercent; atque de universa christiana Republica optime merentur. Idem dicendum de illis qui Laxos, & coranique laxitates ostendunt. Idque convenit penes omnes. Hoc tamen fieri servato caritatis ordine debet. Auctorum, quoad fieri potest, excusanda sunt, intentio est. Scribere plurimum quoque laxus, aut rigidus, quia ita expedire credebant Ecclesiae bono. Paucis, illorum animus divino relinquendus iudicio, eorumdem autem opinionones nostro subiant examini.

XXIV. Detractionis virus quod hodie ferpit, eo perinet, ut hae *Rigorismi* larca fallo, & per summam iniuriam, sanioris doctrinae Theologis asinatur. Ut quis *Rigoristi* audiat, satis est quod Probabilium improbo, quod quorundam Probabilium opinionationes, nimiam a Christiana doctrina recedentes, opponunt. Porro qui hoc prohibito ut *Rigoristi* traducunt graviores Theologos, atque ut securis sibi caveat, in opinionibus, non in personis censuras vibret. Catholicorum, Theologorum vix ullus est, saltem in Italia, Hispania, Germania &c. qui nimis rigoris sententias docerit: Contra vero damnate ab Ecclesia laxitatis plurimi sunt Auctores. Et tamen Probabilium fautores plures suos adversarios *Rigorismi* pollutant, eos publice traducunt, quin illam valeant propositionem damnati rigoris ab illis defensionem commonestrare. Et contrario, si Antiprobabilite proscripte laxitatis dicam plures Casuiste impingunt, sententias laxas, quas illi docuerunt, & quas Ecclesia damnavit, in medium profertur. Verum de his plura dicta sunt in nostra Historia italice scripta *Probabilismi & Rigorismi*, iterumque sermo reddabitur.

XXV. Quasi XL. *Licitum ne est infamare suam infamatorum diffamare?* Resp. Negant communitate Theologi: quoniam diffamatio alienis non est medium apertum & effectus ad propriam famam recuperandam. Ergo non licet eo uti. Distingendum tamen est crimen falsam a crimine vero. Imponere falsum crimen teli calumniandi ad propriam tuendam famam, est peccatum morale; & contraria opinio proscripta fuit ab Ecclesia. Ad crimen vero occultum quod attinet, si quis potest abique manifestatione talis criminis propriam tueri famam, peccat, crimen illud occultum, tamen verum, revelans.

XXVI. P. Busembau Lib. III. P. II. te. vi. cap. 1. dub. 2. 1190. apud suum commentatorem P. La-Croix haec scripsit: *Hic quoque si quis iuribus laici famam tuam, ne propter eam tueri, nec recuperare alio viis, quam imminuendo famam illius, id licet; dummodo falsa non dicas in tantum, quantum ad tuam famam conservandam necesse est; nec magis ledas quam laicis. Doctrina haec absoluta est, tam extra iudicium quam in iudicio. Quod quicumque falso accusatus apud iudicem, ubi periculum vitae imminuet, valeat teli falsi diffamatorum famam imminuere, verum illius crimen revelando, ut capiti suo consulat, dum nullum aliud medium suppedit, docent plures & graves Theologi. Quae*

rum impediatur. Qui vero falso nomen se veritatis, vel laxitatis acculant Theologis, & quocumque viros, solius evangelice Moralitatis assertores, & ab utriusque extremis alienos, detractionis, atque calumniae rei sunt. Ut ergo quicque huc consular conscientiam, priusquam notas *Rigorismi*, aut *Laxitatis* cuiquam impingat, facti veritatem inquirat, ut calumniae, & detractionis reatum declinet, atque ut securis sibi caveat, in opinionibus, non in personis censuras vibret. Catholicorum, Theologorum vix ullus est, saltem in Italia, Hispania, Germania &c. qui nimis rigoris sententias docerit: Contra vero damnate ab Ecclesia laxitatis plurimi sunt Auctores. Et tamen Probabilium fautores plures suos adversarios *Rigorismi* pollutant, eos publice traducunt, quin illam valeant propositionem damnati rigoris ab illis defensionem commonestrare. Et contrario, si Antiprobabilite proscripte laxitatis dicam plures Casuiste impingunt, sententias laxas, quas illi docuerunt, & quas Ecclesia damnavit, in medium profertur. Verum de his plura dicta sunt in nostra Historia italice scripta *Probabilismi & Rigorismi*, iterumque sermo reddabitur.

XXVII. Sententia P. Busembau absolute accepta mihi laxa est. Videtur enim vindictam, iram, odium, & detrahendi spiritum fovere, & aere, si quislibet, & absolute licitum sit detrahens; detractione repercutere. Quare, ut falsitas istius opinionis appareat, documenta Christi Domini recitanda sunt. Inquit ergo Marth. v. *Ego autem dico vobis, non resistere malo. Sed, si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, prebe illi & alteram.* Et prius ibidem dicit: *Beati estis, cum male dicant vobis, & persecuti fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, inuententes, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Et tandem ibidem, *vers. 44. concludit: Orate pro persecutoribus, & calumniatoribus vestris.* Verum utique est praetata documenta non esse praecipua, quae semper obligent. Animi preparationem ad id exequendum, si opus fuerit, non actuale exercitium, semper iubent, inquit Angelicus. Christus ipse, illius caritatis regulis, impactam sibi a Phariseis calumniae laudandi caecum, & encienam spiritum mutatum in Beelzebub, recidit. Praeterea

hac de re loquitur Augustinus epist. v. ad Marcell. *Pravus itaque debet esse homo iustus, & pius patienter eorum multatiam sustinere quam fieri bonis querit, ut numerus potius creatus honorum, non ut pari malitia se quoque numerus addat malorum. Denique ista praecipua magis ad preparationem cordis, quae vitios est, pertinere, quam ad opus, quod in aperto fit; ut tentatus in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto patientia fiat quod vis videtur prodesse posse quibus bene velle debemus: hinc liquidum ostenditur, quod ipse Dominus Iesus, exemplum insigniter patientia, cum peccatore in faciem, respondit: Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me credis? Nequaquam igitur praecipuum suum, si verba invenimus, implet. Neque enim probat patientiam alteram partem, sed potius prohibet ne quiescat intusque, augetur... Nec Paulus Apostolus praecipuum Domini, & magistri sui videtur implevisse, nisi etiam ipse percessit in faciem, dixit Principi Sacerdotum: Persecutus te Deus, paries desolabit &c.*

XXVIII. Dicitur iam supra est, duplici in casu Christianum lege caritatis argeri ad se contra calumniatores purgandum. Alter est, in quo argeretur de bono detractoris. Alter vero, in quo auterendum est scandalum, cui inciduntur illi qui detractores audiunt. Utriusque rei exempla dedimus ex ipso Servatore nostro divino, qui & se iniuste eadem coram Pontifice declaravit; & Pharisaeis in virtute Dei, & in Beelzebub, se eicere armonia, & miracula parare ostendit. Quando ergo detractoris tui falsi providendum sit, repellenda calumnia erit. Si vero subtrahendus sit offensivus proximo, & fama tui nominis ad proficiendum in populorum salute necesse sit: tum reprimendi detractores erunt mediis licitis, inquit Angelicus: 2. 2. quae. lxxii. art. 3. *Quandocumque tamen oportet ut contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo. Primo quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, ut videlicet eius audacia reprimatur, & de cetero talis non atteratur, iuxta illud Prov. xxvii. Responde solum &c. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumeliam nobis illatam.*

XXIX. Porro, nisi alteratum ex recensitis momentis occurrat, opinio quam ex P. Busembau descripti, non videtur consistere cum Evangelio posse. Contemendum esse mundanum honorem, & fallacem famam, nisi aliquid ex dictis momentis argeat, praecipuum

hac de re loquitur Augustinus epist. v. ad Marcell. *Pravus itaque debet esse homo iustus, & pius patienter eorum multatiam sustinere quam fieri bonis querit, ut numerus potius creatus honorum, non ut pari malitia se quoque numerus addat malorum. Denique ista praecipua magis ad preparationem cordis, quae vitios est, pertinere, quam ad opus, quod in aperto fit; ut tentatus in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto patientia fiat quod vis videtur prodesse posse quibus bene velle debemus: hinc liquidum ostenditur, quod ipse Dominus Iesus, exemplum insigniter patientia, cum peccatore in faciem, respondit: Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me credis? Nequaquam igitur praecipuum suum, si verba invenimus, implet. Neque enim probat patientiam alteram partem, sed potius prohibet ne quiescat intusque, augetur... Nec Paulus Apostolus praecipuum Domini, & magistri sui videtur implevisse, nisi etiam ipse percessit in faciem, dixit Principi Sacerdotum: Persecutus te Deus, paries desolabit &c.*

XXVIII. Dicitur iam supra est, duplici in casu Christianum lege caritatis argeri ad se contra calumniatores purgandum. Alter est, in quo argeretur de bono detractoris. Alter vero, in quo auterendum est scandalum, cui inciduntur illi qui detractores audiunt. Utriusque rei exempla dedimus ex ipso Servatore nostro divino, qui & se iniuste eadem coram Pontifice declaravit; & Pharisaeis in virtute Dei, & in Beelzebub, se eicere armonia, & miracula parare ostendit. Quando ergo detractoris tui falsi providendum sit, repellenda calumnia erit. Si vero subtrahendus sit offensivus proximo, & fama tui nominis ad proficiendum in populorum salute necesse sit: tum reprimendi detractores erunt mediis licitis, inquit Angelicus: 2. 2. quae. lxxii. art. 3. *Quandocumque tamen oportet ut contumeliam illatam repellamus, maxime propter duo. Primo quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, ut videlicet eius audacia reprimatur, & de cetero talis non atteratur, iuxta illud Prov. xxvii. Responde solum &c. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumeliam nobis illatam.*

XXIX. Porro, nisi alteratum ex recensitis momentis occurrat, opinio quam ex P. Busembau descripti, non videtur consistere cum Evangelio posse. Contemendum esse mundanum honorem, & fallacem famam, nisi aliquid ex dictis momentis argeat, praecipuum

epit Christus in suo Evangelio. Recentior autem Probabilior docet, tantum ledendam detractoris famam esse, quantum satis sit ad vitam resarciendam, & non plus. Hanc doctrinam proculdubio exhibuit Auditor libelli, lingua Italica extraxit, cuius titulus est, *Difesa della dissertazione de Signori Capolotti, & Casali*. Ultima quippe pagina minatur, eadem iniuriarum mentora le velle ad verum suum reperire, qua iste fuerat in laxas opiniones investus. *Qua mensura mensi fuerit, reverteretur vobis*. Hæc omnia christiane legis spiritus, qui est amoris, patientiæ, mansuetudinis, & misericordie, advertentur.

XXX. Quæst. XII. Est ne peccatum grave detractoris uni aut alteri sub secreto revolare osculum proximi peccatum? Resp. Dicitur est supra, quod manifestare viro prudenti peccatum alterius ad capendum consilium, quo aliquis se le diripere debeat; nullum sit peccatum. Modo quaeritur, num licitum sit manifestare crimen sub naturali sigillo, nulla urgente causa: qui modus detrahendi latius est familiaris. Secretum istud, quod sibi a culpa cavere blandiuntur loquentes homines, via planissima est, qua crimen brevi in publicam erumpit lucem. Hoc secreto le tegit detractor, ut certis, securalique ledat proximi famam; non fecus ac milites, qui ut ad expugnandam securus arcem accedant, cuniculis effodunt, & subteraneis viis obediunt, arcem expugnant. Quare ad proferendum quæsitum respondetur affirmatively. Vide quæ supra dicta sunt. Sanctus Patricius Chrysolomus scitissime hæc detrahendi veritatem exprimit hom. III. ad populum Antioch. Hoc vero ridiculum magis est, quod talem habentes vitam, & propria negligentem, cum aliquid arcanum dixerint, rogant audientem, & adstant ne cuiquam amplius alteri dicat: hinc deturgetur quod non reprehensibile dignum revelaverit. Si enim istum, ut nominis dicat, rogat, multo magis te prorem hinc dicere non oportebat. In tuto sermone habebat: postquam ipsum prodidisti, tunc saltem ipse curas. Si non vis offerri, neque alteri ipse dicas; postquam vero alteri prodidisti sermonis custodiam, superflua facti, & inutilia, admovent, & obstant pro aliorum osculosis. Sed incundum detrahere; immo incundum non detrahere. Detrahens enim detraheps in agonia est, suspicatur, & timet, potentiam agit, & linguam suam manducis, & temens, ne forte alius enuntiavit verbum magnum sibi periculum afferat, &

superfluum, & inutilem inimicitiam, his qui dixerit, operetur. Apud scipsum vero continetur in securitate plurima cum multa vixerit scelerate. Audisti sermonem (inquit Eccl. XIX.) moriatur in te: confide, non te dirumpet. Quid est moriatur in te? Extingue ipsum, deus; nec exire, neque ponit moveri permittet.

XXXI. Quæst. XIII. Utrum licitum sit infamare scipsum? Resp. Quæstio hæc ab illa pendet, sit ne homo dominus lux famæ. Negantem sententiam defendit Cajetanus 2. 2. q. LXXIII. art. 2. Adfirmantem Iulianus Dominicus Soto Lib. V. de iust. & iur. q. 11. art. 3. & Lib. V. q. X. art. 2. Hæc secunda sententia communior est, & mihi magis arridet. Eam in presentia versare prodignitate non vacat; cum ea dispicienda sit in tractatu de rerum dominio. Ut autem nunc breviter rem expediam; dico hominem ita dominum esse lux famæ, ut valeat ob iustam causam, honestumque finem, eiusdem iacturam facere, & detrimentum subire.

XXXII. Peccat tamen quicumque ab iusta causa suam prodigit famam. Idque declarat Scriptura divina Eccl. XI. *Cursus lube de bono nomen*. Hoc enim magis permanebit tibi quam mille thosauri pretiosi, & magis. Prolixum hæc de re S. Augustinus sermonem habet Lib. de bono viduitatis c. XXII. *Nec audienti sunt fides viri sancti, si ve femine, quando reprehensa in aliquo negligente suo, per quam fit ut in malum veritatem suspicerent, nisi suam vitam longe dedisse fecerit, dicant sibi curam Deo sufficere profidenter suam, veram etiam creditur contemneret, cum veritatem animas aliorum, sine blasphemantium vitam dei, quibus fovendum suam suspitionem, quasi turpi, qua casta est displicet vita Sanctorum: scie etiam tuam ex-culationem mirantium, non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis a criminibus flagitiorum, atque facinororum vitam suam exhibet, sibi benefacti, quisquis autem etiam famam, & in alios inferiors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, alii fama nostra: & utique, etiam quod dicit misericorditer misericorditer ad salutem, ad nostram quoque redundat utilitatem. Unde non frustus Apostolus II. Cor. VIII. Providemus bona non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus. Item dicit: Placeat omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi utile est, sed quod multi, ut salvi fiant; in quadam etiam*

tam exhortatione (ad Philip. IV.) dicit: De cetero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque sunt bona famæ. Cernis, quantum admodum rater multa que exhortando comminor, non neglexeris ponere, quæcumque bona famæ, duobusque verbis cuncta conclusor, ubi ait: Si qua virtus, si qua laus. Ad virtutem namque pertinet qua antea memoravi bona, fama vero ad laudem. Puto, quod non laudem hominum pro magno favebat Apostolus, alio loco dicens: Mihi autem minimum est ut a vobis iudicor, aut ab humanis die: & sibi: Si hominibus placerem, Christi servus non essem: & iterum: Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ: Sed illorum duorum, id est bonæ vitæ, & bonæ famæ, vel, quod brevius dicitur, virtutis, & laudis, unum propter scipsum sapientissime retinebat, alterum propter alios misericordissime providebat. Sed, quantum quantalibet humana cautela suspiciones involuntarias non potest omni ex parte vitare, ubi pro existimatione nostræ, quicquid recte possimur, fecerimus; si aliqui de nobis vel male suspicentur, vel male credendo, famam nostram decolorare conantur, assistit conscientia solatium, pleneque etiam gaudium, quod meritis nostris magna est in castis, etiam cum dicunt homines mala multa de nobis, pietatem illustre precoribus. Illa enim necesse tamquam si pendunt off militantium per amissum, non solum dextra, verum & sinistra, per armis, & laudem famam.

XXXIII. Itaque quicumque, nulla urgente causa, le ipsum infamant, prodigis esse lux famæ; peccatque, non contra salutem, cum dominus sit famæ lux, eamque, prout expectans visum in Domino fuerit, licite amittere valeat, sed contra caritatem, ut inquit Dominicus Soto. Advertas tamen velim, nunquam licitum esse temeritiam infamare, cum huiusmodi crimen imponendo: quia mendacium semper illicitum est. Cajetanus contendit, mendacium istud perniciosum esse, & genere suo peccatum mortale. Contra probabilis Soto defendit, non esse perniciosum, cum homo dominus sit famæ lux; atque adeo nec letale crimen, si absolute spectetur. Itaque in iuri propria famæ circumstantie spectandæ sunt. Si fama necessaria sit ad bonum publicum, ad propria obunda sumia, ministeria, animas, subditoque regendos; peccat quicumque illam negligit, dilapidatque. Levius vero, graviusque peccatum erit, iuxta circumstantiarum varia-

tem. Quare Parochis, Prelatis, Superioribus, Concionatoribus, Magistris, Confessoribus, & ministris omnibus fame integritas necessaria est. Idcirco comminuerit isti famam loam denigrantes peccant plus minulve iuxta diversitatem circumstantiarum. Precisus his circumstantiis, abique omni culpa quisque libere potest propria fame iacturam, ut perspicue docet D. Thomas 1. 2. quæst. LXXIII. art. 4. ad 1. *Sui arbitrii est detrimentum suæ fame pati, nisi hoc vergat in periculum aliorum. Et ideo in hoc potest comminari eius patientia, quod patiente proprias detractiones sustineat. Non autem est sui arbitrii quod patiatur detrimentum fama alterius. Innumera sunt sanctorum Ambrosii, Augustini, Anselmi, aliorumque exempla, quibus fame lux dependium aliquando fecerunt.*

XXXIV. Ut autem clarius adhuc rem expediatur, pro oculis habendum est quod innumus, videlicet nunquam licitum esse temeritiam mendacio infamare: quod mendacium licet non sit genere suo mortale, mortale tamen potest esse ob circumstantias. Nam si homo absolute consideretur, a societate, & Republica seceditur, & ab aliis circumstantiis, dominus videtur lux famæ; licet, si consideretur ut pars Reipublicæ sive civilis, sine christiane; quemadmodum servus sui iuris est, si ut homo spectetur; licet, si ut servus qui domino suam locavit operam. Porro peccaret servus, non solum contra caritatem, sed etiam contra iustitiam, quoniam le inceptum libere constituerit ad inferendum domino. Similiter peccat homo & contra caritatem sibi debitam, & contra iustitiam erga Reipublicam, vel societatem, cui preest, dum famam Reipublicæ, vel societatis, extendere necessarium proliit. Hæc distinctio utraque cancelli sententia potest. Nam tententia Caietani vetera in uno ex duobus sensibus videtur, eamque docet Augustinus tum hæc. *ut serm. XI. de diversis, qui primus est de vita & mortibus Clericorum, alias eccliv. tum Lib. V. de Cris. Dei cap. XX. ubi ait: Nec ideo tamen, si adversus scipsum quicquam falsum testimonium dixerit, ab hoc crimine le peccatore alienum: quantum regulam diligenti pronuntium a semetipso dicitur accipit. Quomodo quidem scriptum est: Dilige proximum tuum licet teipsum. Porro, si falsi testimonii non minus res est quod de seipso falsum fatetur, quam si adversus proximum falsum hoc faceret, cum in eo propeo quod falsum testimonium prohibetur, adversus proximum prohibetur.*

beat; possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum ut adversus seipsum quisquam falsis testis assistat; quantum magis intelligendum est non licere homini seipsum occidere? In altero autem sensu vera est Soti, & aliorum opinio, qua asseritur, quod bonum finem, christiane Reipublice utilem, quemquam dependit facere sine fide posse. Concedit vel ipse Sotus, graviter peccatum eum qui sibi gravissimum crimen heresis, vel aliud simile imponeret. Verum de hoc plura alibi.

CAPUT VI.

De secreti revelatione.

Questio est sciri necessariam, & explicatam difficilem, & enucleandam aggredior. Plura de ea dicta sunt in secundum Decalogi mandatum, plurima dicentur in tractatu de iustitia & iure. Paucis in presentia pertraham. Materiam hanc pro dignitate discussit Dominicus Soto, qui integrum super eadem opusculum elucubravit inscriptum de ratione regendi, & regimine secreti. Animadvertit in ipso proloquio, summi esse momenti ad humanam societatem servandam secreti custodiam, & ulum; cum & regere illud, & regere pro rerum diversitate necessarium sit. Quamobrem qui suam oppugnavit custodiendi secreti fidem, inter Scyllam, inquit Sotus, & Charybidem se navigare intelligit, quod Philippus ille, Eysimacho Regi gratissimus, sapienter admonuit. Nam, cum a Rege rogaretur, quidnam sibi vellet suam rem impartiri, respondisse fertur: *Quidvis, o Rex, modo ne quid arcani.* Et Aristoteles rogatus, quid in vita esset difficillimum, respondit, ea recte que minime esset opus unquam efferi. Et Socrates facillime esse dicebat imperitiam, & malis hominibus hancnam ore inardentem tunc continere, quam arcanum: quod divina Scriptura prius dixerat.

II. Verum tamen imperitiam modo, ut ego quidem sentio, led vel ipsis peritis difficilis est cum arcani custodia conciliare veritatem. Duo postissimum necessaria sunt arcano, ab iocibus veritatis aggressoribus vindicando, spiritus presentia, & voluntatis integritas. Vultus rubore, vel pallore, inopportune negando, metuculose reticendo, aliisque pluribus modis arcanum panditur ab homine minus expectato, minisque solertis idolis: & hoc ex capite frequentissime arcana, sin in

totum, saltem in partem produntur. Ex silentio aut insolito, aut nimis ievero, ex aliquo vel levi animi commotione, in vultu apparente, plurima colligunt acuti exploratores. Si verus pollex fidelitatis non valde firma & constans sit, si motus ipse, aut timoris, cupiditatis, vel inopie accedat, facillime reteratur arcanum. Propere, quomodo magno arcani iniret silentium, si nunquam abique urgentissima necessitate arcanum aliis confidat. Et prorsquam illud communicent, explorant amici non prohibent tantum, sed neque etiam ingeni acumen, & animi fortitudinem, qua, occasione data, resistere insidiatorum machinationibus valeat. Sed neque tu facile tantum onus recipias ferendum, nisi honestas compellat. Antequam arcanum tartum reclusumque custodiendum suscipias, tecum legit reputato, te legi gravissime lubici & tacendi, & etiam quandoque loquendi, gravissimo adiectione periculo temere prodendi aut legendi silentio, aut legem loquendi. Sed de his pluraquam fatis. Ad rem.

IV. Verum, ut ut hæc se habeant, plerumque hæc tria invicem esse distincta. Nam dubium tunc contingit, quando, propolitis utrinque æqualibus rationum momentis, animus anceps hæret, suamque suspensum assensum retinet. Quocirca iuxta Aristotelem III. Meth. cap. 5. dubitans comparatur hominibus ligatis, qui neque hac, neque illic se vertere possunt. Et quomvis dubium plerumque ex levibus rationibus concipiatur; tamen, quando utrinque rationes sunt æquales omnino, vel sint ambæ gravissimæ, vel ambæ leves, suspensum retinet animus; quemadmodum libra suspensa remanet, quando in utroque lance sint æqualia pondera, sine levitate sint, sive graviora; dummodo venter sint æqualia. Suspicio, inquit Salmasius in *procl. xlii. cap. 14. par. 7. n. 80.* non est assensus, & iudicium determinatum; sed incertatio, & incertatio animi ad illum. Opinio autem assensus includit unius partis, & iudicium determinatum, non firmum, sed vacillans, cum formidine tempe partis oppositæ. Laudata sententia suspitionis non apparet: quoniam inclinatio, & incertatio animi ad assensum, nullam adum prodit, sed instillatum, seu propensionem animi. Suspiciari autem verus actus est, non sola mentis inclinatio. Quare dicendum cum Bannez *loc. cit.* suspicionem esse assensum de malo proximi cum formidine contrariæ partis. Distinguitur autem suspicio ab opinione: quod opinio, auctore Aristotele *I. Ethic. cap. 12.* indifferenter se habeat ad bonum, & ad malum; & potius speculativè quam præfactive sumatur: suspicio vero proprie accepta est assensus infirmus de malo tantum; & idem indifferenter se habet ad bonum, & ad malum. Sed nihil videtur, concludit Bannez, quod suspicio sit debilis opinio; ita ut suspicio includat maiorem similitudinem oppositæ partis quam

opinio. Verum hæc tanti non sunt, ut severiorem possent discussionem.

V. Quæst. I. *Quomodo sunt cunctilares suspiciones, et iudicium dicatur temerarium?* Resp. Convenit penes omnes, iudicium temeritate vacare, si conclusur, & iudicia solida sint; quia tunc iudicium consentaneum quædam sit iudicia solida, conclusur prudentes, que temeritate iudicio alimant, illudque prudens consistant. Porro hoc vir designari absolute potest, sed nequit huius certæ, & præcisa regula statui: sed id prudentiam arbitrio relinquendum censetur. Dicunt, illas conclusuras esse sufficientes ad formandum iudicium prædes que suapte natura movere homines prudentes solent ad iudicandum. Verum hoc nullam ingerit menti notionem claram, & præcisa. Ideo speculanda sunt circumstantiæ loci, temporis, & personarum. Si videat aliquem nocti scilicet ascendere, ut per sceleratas, aliunde occultum foramen ingrediarit; prudenter iudicare valet, hunc ad aliquod perpetrandum delictum illic petere. Si ex relatione viri honesti, fide digni iudicet, iudicium non est temerarium in foro interiori, tametsi esse possit in foro exteriori. Si videat juvenem ingredi domos meretricum; ex circumstantiis loci, & personarum, nisi aliud obit, absque temeritate iudicare poterit, hunc aliquid lascivæ flagitium perpetraturum.

V. Porro, ut quique a temeritate iudiciorum designat, unde facilitas temere iudicandi proficiatur. Hæc sunt illius verba 2. 2. q. 1. art. 3. *Contingit ex tribus. Uno quidem modo ex hoc quod aliquis in seipsum habet est, & ex hoc ipso, quasi conscius suæ malitiæ, facilius de aliis malum opinatur, secundum illud Eccl. 1. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes huiusmodi existimat. Alio modo procedit ex hoc quod aliquis male affectus sit ad alterum. Cum enim aliquis concitatus, vel odii aliquem, aut irascitur, vel invidet ei, ex levibus signis opinatur mala de ipso: quia unguis ipse facilius credit quod appetit. Tertio modo procedit ex longo experientia. Unde Phil. dicit in II. *Rel. quod scens sunt maxime suspiciosi, quia multitates experti sunt aliorum defectus. Primum autem dicit suspitionis causæ inanis esse pertinent ad perseverantem affectus; secunda vero causæ inimitabilem rationem suspitionis, inquantum experientia ad certitudinem proficit, que est contra**

rationem suspitionis. Et ideo suspicio vitium quoddam imponit; & quanto magis procedit suspicio, tanto magis est vitiosum. Ex his tribus capitibus duo priora malitiam aggravant suspitionem. Tertium diminuit temeritatem; illam tamen omnino non tollit, quando indicia graviora non sunt.

VII. Quæst. II. *Sit ut iudicium temerarium genere sit peccatum mortale?* Resp. Adfirmant omnes. Idque conceptis verbis docet Scriptura divina. Luc. vi. *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Iacobi iv. *Tu quis, qui iudicas proximum?* Et ad Rom. xiv. *Tu qui es, qui iudicas alienum sermum?* Paterina hæc de re Augustinus scribit. *Pauca illius aliam ex serm. cxi. de non. letia Appendice Augustiniana lxxvii. qui sermo tribuitur S. Cælestio Arelatensi Episcopo. De illis que sunt Deo nota, & nobis incognita, periculosum nostris proximos iudicamus. De ipsis enim Dominus dicit: Nolite iudicare, ut non iudicemini. De illis vero que aperta sunt, & publica mala, iudicare, & redarguere, cum caritate tamen & amore, possunt, & debemus, citò habentes non hominum, sed precatorum, non vitiosum, sed vitium: desistentes malum potius quam agrum. ... In his periculosè alios iudicamus que dubium est, utrum bono, an malo animo fiant; id est, tenentur, vigilare, elemosinas facere, a vino & caribus abstinere, vel non abstinere, & reliqua his similia; & pro Deo, & pro humana gloria fieri possunt: & quia ignoramus quo animo fiant, iudicare penitus non debemus.*

VIII. Ratio cur iudicium temerarium ex levibus indicibus conceptum in re gravi de proximo sit peccatum mortiferum, non una est, sed multiplex. Et primo iniuriam gravem irrogat proximo, inquam de eo concipiens opinionem, seu existimationem, illumque contemnens, ut improbum; iudicium temerarium interitum computari cum calumnia potest. Nam sicut calumnia impingit falsum crimen, ita iudex temere intus iudicans, non tribuens flagitia que hic non paravit. Ethic animadvertens velim, iudicium esse temerarium, etiam si verum foret, quoties ex levibus indicibus, & conclusuris concipitur; quemadmodum temerarium non est, quamvis falsum sit, quando gravioribus, & solidis momentis nititur; quod aliunde raro accidit. Altera ratio, que malitiam temerarie sententiæ prodiit, est, quod hi audent iudices ut sibi usurpant divinum. Que enim ex levibus indicibus

dicis concipiunt, ignota sunt, & occulta: que autem occulta sunt, humanam fingunt cognitionem, & ad Dei tribunal spectant. Accedit quod ipsum Christum Dominum peculiari prerogativa exornat, etenim ipse a Deo Patre constitutus est vivorum, ac mortuorum iudex. Quid quod hæc perverfa iudicia crimina conturbant, sanctioraque inquirunt? Nihil quippe tam iustum, tam sanctum est, quod humana temeritate, & audacia nequeat in malam detorquei partem. Denique perfidite radices, & quibus hæc temeraria iudicia proficiuntur, malitia gravitatem produunt: duritant enim ex animi levitate, superbia, odio, invidentia, atque ex contempione ipsius Dei, cuius auctoritas inique usurpatur. Vel ipsi benivolentiores Caluflia, qui propugnant, non esse mortale crimen revelare peccatum grave occultum uni soli viro cordato, defendunt iudicium temerarium esse peccatum mortale. Quia qui revelat peccatum occultum, revelat peccatum verum; at iudicium temerarium natura sua fallium est; atque adeo falsum crimen imponit proximo.

IX. Nec minus peccatum est temere iudicare de defunctis, ac de vivis. Nihil & defuncti vitam vivunt morealem in hominum memoria. Brevitas temporis non tollit quin hæc iudicia temeraria peccatum sint mortale; quemadmodum nec ceteris aliis internis cogitationibus voluntariis, & deliberatis malitiam admittit. Si tamen loci causa alium inducens ad temere iudicandum de proximo, etiam in re gravi, cum proposito statim removendi talem opinionem, & non peccare mortaliter. Ablinendum tamen semper est ab eiusmodi locis, in quibus mendacia contingunt. Salmant. *tr.* 3111. c. 10. *punct.* 7. n. 94. referunt Caieranum docentem 2. 2. q. 1. *art.* 2. quatuor requiri conditiones, ut iudicium temerarium sit peccatum mortale. Condiciones autem sunt. I. quod iudicium sit certum, firmumque, & determinate perfinit. II. quod temeritas tanta sit, ut prudentium iudicio grave peccatum reputetur. III. quod materia gravis sit. IV. quod plena advertentia adsit in intellectu, & plena deliberatio in voluntate.

X. Si desit prima conditio, nempe firmitas iudicii, & persona determinata; iudicium non erit culpa gravis. Si iudices mulierem lervatam, velatam, tibi que omnino incognitam, esse meretricem; aut hominem longius occurrentem, atque adeo proflus tibi ignotum, reputas esse furem, non peccas lervali-

ter: quia nulli determinate persone iniuriam irrogas. Similiter, si iudices in hac vel illa civitate aliqua gravia perpetrari crimina, nullam designando determinatam personam, a gravi culpa excularis.

XI. Secunda conditio est, iudicium censendum non esse temerarium, nisi accedat tanta temeritas, seu precipitatio in iudicando, ut prudentium sententia mortalis sit. Quod sic clarius explico: etiam admodum moralis perfecta non sit, si admittit iudicia valde probabilia, iudicium non erit mortaliter temerarium. Quia inter certitudinem morealem, & magnam probabilitatem non reputatur tanta distantia, ut prudentium iudicio mortaliter peccet qui iudicis, & conscientie valde probabilius iudicium suum format. Ne multa. Coniectura, & iudicia quibus formatur iudicium, interdum sunt validiora, interdum minus valida: que tamen minus certa sunt, sunt interdum satis probabilia, & prudentium auctoritate sufficiunt ne iudicium dicatur temerarium.

XII. Tertia conditio est gravitas materia. Quando enim res est parva, peccatum mortale non perpetratur nec in iudicio temerario, nec in aliis permixtis generibus, ut omnes docent. Gravitas materia non a sola culpa secundum se spectata, sed a qualitate etiam persone accipi debet. Si Sacerdotem, si virum religiosum, Prelatum, Episcopum iudices passim, & ex consuetudine mentiri, regulares observantias parvi facere, & negligere, nugis vacare, otio discurrere, & id genus similia perpetrare, quamvis hæc absolute peccata levia sint, quia tamen graviter ledunt in communi exsultatione lamam similitum virorum, dummodo hæc reapse aperte non perpetrent, grave peccatum erit procul dubio tale iudicium. Nam si Regularis manifeste negligeret sui Ordinis ritus, & regulas, seu constitutiones, si alter passim mentiretur, tum iudicium temerarium non esset, atque adeo nec peccatum. Aliquando etiam quod nullum genere suo peccatum est, potest esse materia gravis, si in grave recidat proximi detrimentum; ut si virum optimæ famæ, & honestorum natalium, iudices nocturnum, spurium, aut si Catholicum iudices ex hereticis, Hebræis, papantique progenitum, & ut in talen contentenas, illum que ab officis, & dignitatibus arceas, peccare mortaliter poteris. Hinc consequitur, iudiciorum quoque gravitatem, aut levitatem pendere a personarum diversitate. Nam iudicia que respectu unius sunt gravia, respectu

Et alterius sunt levia. Ingressus juvenis laicæ in domum mulieris suspectæ famæ iudicium grave esse potest, ut abique temeritate te iudices, cum illic ad peccandum accederes. Et tamen si qui illic ingrederetur, foret Sacerdos, Religiosus gravis, & optimæ famæ, iudicium aut leve, aut nullum esset: quia, ut illum corrigeret, vel infirmam visitaret, vel ad meliorem frugem revocaret, ingredi potest. Denique diligendum est iudicium operis ad iudicium persone. Vides, Regularis comicos in suis Cœnobis agere, & scenicos comedias impudens, tragœdiasque repræsentare, sacra velle exuta, vel occultata, & profanis theatrorum indumentis ornatos: actiones istas gravia peccata esse arbitraris, iudicafque illos peccare mortaliter; non est iudicium temerarium, nec operis, ut ergo quidem arborum, nec persone. Si vero verba tantum scurrilla lepidia, & iocosa proferent in spectatorium solam, & hæc tu gravia reputares peccata, & illoque gravis flagitii reos iudicares; tum esset iudicium temerarium operis, fœcus persone.

XIII. Quarta conditio potest plenam advertentiam ex parte intellectus, & perfectam libertatem ex parte voluntatis. Libertatem requiri in quolibet peccato, fatentur Catholici omnes. Salmant. *tr.* 3111. c. 10. *punct.* 7. *num.* 98. addunt, non esse sufficiens ut iudicium temerarium sit peccatum mortale, quod quis plene advertat re grave de aliquo iudicare; sed debet advertere, vel saltem dubitare de alioque sufficientibus iudicio tale iudicium habere: quia inquit ex Salmanticensibus Scholasticis in 1. 2. q. 10. *tr.* 3111. *dist.* x. *dist.* 4. n. 148. ad peccatum mortiferum requiritur perfectus consensus, qui qui ex *perfecta* gravitatis advertentia oritur, quando mens sui compos, non occupata aliis cogitationibus, reflectit supra suum actum, & illum in materia gravi, divine legi contraria, veritari cognoscit; vel saltem de hoc incipit dubitare. Ergo non sufficit ad mortale peccatum temerarium iudicium quod advertam me grave de alio iudicare; sed advertentia necesse est me temerarie iudicare, hoc est abique sufficientibus causis, & iudicis.

XIV. Ut ab hoc ultimo suspicemur, non videtur cur homo excusari a culpa gravi possit, quando advertit se parte in materia gravi agere, eo quod ad privitatis suæ radices, & causas animum non intendat. Si dicereur, ad peccatum mortiferum hæud sufficere, quod advertas te iudicare in proximo privitatem reperiri, quoniam talem privita-

tem ex gravibus momentis iudicare vales; nihil esset absurdum. Sed, quod advertas te parte, seu inique iudicare, & quod nihilominus non pecces, propositum quod non recipies super levitate committendum, seu iudiciorum, que te ad parte iudicandum impellunt; paradoxum videtur. Quod loco principii ponitur, advertentiam actualem requirit ad peccatum mortiferum, doctrina est quam in Hilaria Probabilissimi suse exaptavimus; & iustas adhuc prolegimus, dum de peccatis ignorantie promissio erit. Præfata doctrina Probabilissimi scilicet est; eamque acriter defendunt Tamburinus, Lessius, La-Croix, & alii que Probabilis. Ea admilla, nulla omnino erunt ignorantie peccata. Ut iudicium sit temerarium, hæud est necesse ut actu expresse, atque, ut dicitur, formaliter advertas ad iudicium levitatem, aut gravitatem, vel actu dubites; sed fat est quod virtualiter advertas, seu quod debeas, ac possis, & ob tuam live negligentiam, live malitiam negligentiam considerare. Si debitam adhiberes diligentiam, si animi perturbatione careres, atque appetitus rationis freno cohibito haberes, si caritas erga proximum ferveret; iudiciorum levitatem adverteres. Eam ignoras, quod gravis affectionibus animus sit inquinatus, invidentia, odio, similitate ardens. Quo autem passione elerare tendit, eo mentem rapitur, impediturque ne ad id quod debet, respiciat. Verum de his, ut dixi, plura alibi. Nunc pariter, quam sit falsa hæc doctrina, huic argumento applicata, præfati sumus. Admilla necessitate advertentia actualis, vix in rerum natura aliquod iudicium temerarium occurreret. Non temerario iudicis est quod certum, & definitum sententiam super hominis malitia mens pronat. In hoc quippe iudicium temerarium ab opinione, & suspitione distinguitur, quod certo, & abique contrarie partis formidine, iudicet. Porro iudex, qui aut actu advertit iudicia quibus iudicatur, levia esse, vana, insipientissima; aut dubitat esse talia; nequit firmum, certumque formare iudicium super aliena gravitate. Hæc advertentia, consideratio, reflexio, aut dubitatio suapte natura formidinem, & vacillationem ingerunt. Porro iudicium firmum certumque, & formato ac vacillatio super eadem omnino re mutuo pugnat. Ergo, admilla Salmanticensium, Tamburini, Lessii, La-Croix, aliorumque Probabilissimum sententia, de necessitate continua actualis advertentia, nulla iudicia temeraria reperitur in rerum natura.

XV. Abiit tamen ut negem, interdum inadvertentiam excusate a gravi potissimum culpa. Quoties haec inconsideratio invincibilis est, a culpa potissimum gravi excusabilis, & a culpa potissimum importuna cogitatione, tam quodammodo insectunt in prave iudicia. Negligentia passim occurrit ad infrascriptam naturam in repellendis pravis suspitionibus. Haec negligentia in perlois optime motis frequentissime aut involuntaria, et subito, aut ad lumen venialis. Quare admittit, & utroque pollice subterfugio commentum doctrinae, videlicet iustos homines raro vera iudicia temeraria efformate, quia vel ob levitatem materiae, vel ob imperfectam deliberationem, vel inconsiderationem, aut nullam, aut venientem culpam committunt. Quare in iustorum solamen ad veritas vestit, iustos homines illos esse qui timore temere in scindi vexantur. Et tamen, quo magis timent in temere iudiciale, eo minus temere iudicantur. Contra vero peccatores, qui ut aquam bibunt inquitantem, vix umquam sibi scrupulum movent, se temeraria forniculicidia. Haec est diaboli vanitas, & immanis veritas, ut vando timore iustos exagitet, & fallaci fiducia peccatores laceret. Porro in peccatoribus frequentissima inadvertentia, & inconsideratio vitiosa est; atque adeo frequentier temere iudicant ex pravis quibus imbuti sunt, affectionibus. E contrario iusti raro graviter delinquant in iudiciis temerariis forniculicidia, & ut dixi, illi minus delinquant qui magis, & delinquit videntur. En quomodo vera doctrina & iustus foletur, & peccatores corripit.

CAPUT IX.

De suspitione, opinione, & dubitatione.

Convenit penes omnes, nullum esse peccatum, si quis ex coniectura probabilibus probabiliter opinetur, & ex iudicij dubio dubitet, & ex suspitionibus suspicetur; quemadmodum culpa caret, ex iudicij certis, & evidentibus definitis, certum esse formare sententiam. Similiter certum est peccare eos, & quidem mortaliter, qui ex odio, invidia, pravocque affectu gravia de proximo crimina temere, id est absque probabilibus coniecturis, suspicantur. Quoties homines, ne dum mali, sed etiam qui boni apparent, aliquid, pravocque affectu gravia de proximo imaginem, lectionis inadvertentem, aliterve occultissime avertisiois perniculicidiam; continuo occasione cuiusque, vel le-

vissimam, coniecturam dubitare incipiunt, opinari pergunt, & suspicari pervertunt de eodem gravi flagitia. Hinc et quod legitimum in fronte explicant, dum defectus enarrati istorum adiungunt, & nonquam istis temerariis fieri haberi vellent. Contra, cum eorumdem merita, virtutes, & dotes depravandis, sermonem abrupter inferunt, vultu pallore, aliique malitiae signis erga tales malam inclinationem produunt. Haec omnia nunc nulla facimus, quoniam nulla super his conproverbia est. Pariter distinctionem suspitionis ab opinione, & dubitatione praetero, quod singulas notiones supra dederim, ubi indicatum est, ad iniuriam inferendum quod attinet, non valde invicem ista differre.

II. Illud in controversiam Theologi vocant, utrum suspicio genere suo sit peccatum mortale, quod delictum est probabilibus coniecturis, & iudicij. Et sermo est de suspitione temeraria, sublati quacunque passione odii, invidiae, alteriusque prave affectionis. Caletanus in *Summa*, verò iudicium temer. *¶* verb. Suspicio, *¶* 2. q. vi. art. 3. clare, & acriter defendit, nullam suspitionem, atque adeo opinionem, dubitationemve nullam esse peccatum mortale. Haec sententiam communiter proponunt rectorores, Diana, Laymannus, Tamburinus, Navarrus utroque, Faber, Lessius, aliique.

III. Ioannes Siniichius in suo *Saele Exege esp. ext.*, in iuste vexat Thomam Tamburinum, quasi istius opinionem inventorem; atque laxitatis reum putulat. Verum, quemadmodum frequenter iuste vapulat Tamburinus a Siniichio; sic in praesens Siniichius immittit, ut ego quidem arbitror, & ut id quod sentio, nullo partium studio praeventum dicam, Tamburinum torquet, cum is talem opinionem a Caletano, Lessio, aliiisque mutuatus sit.

IV. Laudatus Siniichius, Henricus a S. Ignatio *Tom. II. part. VII. c. xx. affect. 2.* Bannez *2. q. vi. art. 3.* Medina, Aragonius, Sayrus, alique docent, suspitionem genere suo peccatum esse mortale. Pro haec eadem opinionem Henricus a S. Ignatio laudat. Dominicum Soto, qui conceptis verbis oppotum docet; & Bannez ex instituto illum confutare nititur.

V. Sententia Dominici Soto est, suspitionem temerariam genere suo non esse peccatum mortale, si pro obiecto habeat coniectura & communia crimina; secus, si versetur circa scelera gravissima, quae infamam ingerant maximam. Sic docet Sotos *L. III.*

de instr. q. IV. art. 3. Salmanticenses *tract. XII. c. 19. p. 7. a. 103.* asserunt, hanc Soti opinionem iam communem evalesse, cui ipsi subscribunt, & pro eadem citant Ledesinam, Tabernam, Turrianum, Molinam, Villalobos, Laganen, Valentiam, Bonacinam, Resinandum, Azoriam. Immo primam opinionem partem defendunt Caletanus, & omnes qui illius opinionem amplectuntur.

VI. Argumenta Siniichii, Bannez, aliorumque haec sunt. Sacrae litterae prohibent iudicia temeraria quae in ista sunt apud homines. Porro iudicium temerarium, omnem excludens formidinem; periculum est. Suspicio autem formidinem includit, & ipsa iudicium est, licet cum oppositae partis formidine.

VII. Ex hac argumentatione potius colligitur oppositum. Ex quo enim familiaris, & quasi in nata natura sit suspicio; inferendum potius videatur, eam non fuisse a clementissimo Deo sub nomine iudicij prohibitam. Urget Bannez istam argumentationem ad hominem, ut aint, contra Dominicum Soto. Illud vitium quo intra materiae lux limites, absque hoc quod trahatur ad speciem alterius vitii, aliquando mortale est, ex suo genere mortale peccatum habetur. Sed secundum Soto suspicio in re gravissima est peccatum mortale. Ergo ex suo genere talis est.

VIII. Bannez istam argumentationem praecipit Sotos *loc. cit.* iniquam, regulas morales non esse tenore metaphysico expendendas, sed ex iustitiae quantitate. Quoniam, attento procedentem iudicio, plus iniuria irrogat Soto, si eam formidinem opineris ipsam incertissimum esse cum matre, cum filia, aut cum sorore, quam si certo iudicares eam fuisse fornicatam: multoque gravius eum contemneris qui apud te in suspitionem venit hereticae pravitatis, patrique proditoris, aut alterius immanis flagitij, sodomiae, belialitatis &c. quam cum quem certo crederes minoribus, & conlatis criminibus irestin.

IX. Relatis Theologorum placitis, quid mihi dicendum sit, non satis teneo. Argumenta quae utrinque afferuntur, non leve faciunt negotium. Quo familiarior materia est, eo est perniculicior aberratio. Quapropter iudex in hac lite sedere nolo. Proponer tantum quod ipse sentio. Suspicio quae ex nulla prava affectione ortum ducit, sed ex sola proficiscitur errore intellectus, quae levia iudicia aequo maiora reputans, ex il-

dem movetur ad suspicanda peccata communia, & coniectura, vel valde infamantia, de proximo suo, nunquam est genere suo peccatum mortale. Nam quae est solo intellectus errore, exclusio quocumque pravo voluntatis affectu, apprehendit iudicia ex substantia ad suspicandum, tamen levia sunt & vana, paratus est omnem suspitionem deponere, ubi melius advertit. Accedit quod, quando quis ob solam errorem intellectus movetur ex levis iudicis ad suspicandum malum, suspicio haec non est plene voluntaria; & aliquo non supponit pravam affectionem in voluntate, quae vitiosum errorem constituit. Denique nulla precedit pravitas in voluntate, & iudicij, quibus movetur intellectus ad suspicandum, aliam vim, & gradus ad inclinandum mentem habent. Porro quod intellectus ista coarctat ex imbecillitate paululum validior, non videtur iustitiam ratio ad peccatum mortale constitutam.

X. Haec sententia videtur esse D. Thomae *2. 2. q. 15. art. 3.* Est autem triplex gradus suspitionis. Primus gradus est, ut homo ex levis iudicij de huiusmodi dubitatione incipiat; & hoc est veniale, & leve peccatum. Clarior haec sententiam docere videtur Anselmus *tract. xc.* in Ioannem. Ignescite vobis, quod de oculis hominum aliquando, inamo assidue non vera sentimus. Haec enim ad humanam tentationem pertinere arbitror, sine qua duci iste non potest vita; ita ut Apostolus dicat: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Quia enim tam humanum quam non posse in peccato esse humanum, sed idem non eius lateribus consistit, sed plerumque aliud quam id quod ista agit, suspicatur. Quamquam & in his rebus temporis humanarum, hoc est cogitationum alienarum, est suspitionem intelligere (videtur) non possimus, nisi homines loquamur, iudicantem, id est in istis rebus, conlatis debemus: ne ante tempus quicquam iudicemus, donec veritas Domini, & illorum testimonio tenebimus, & manifeste cogitationes cordis, & iure laus esse videlicet a Deo. Quando ergo non erratur in rebus, ut recta sit improbatio vitiorum, circumscriptio peccatoris, profecto, si erratur in iudicibus, venialis est humana tentatio. Per haec autem humanarum cordium tentationes vos insunt mirabilia, & multum dicitur in istis, ut cum moniamur quem insunt in peccatis, & tamen iustus est, & iustus in eo seipsum diligimus, devotissimus, avertisio, a vobis proba-

hibeamus accessu, comminamur cum illo vitam, et discipline imponenda necessitas cogit, *scilicet ut sit ipse correctus, ut sit uterque salubri profectus.* Et hinc non loquitur, *namque in malum, et flagitium, quoniam voluntate*

XI. Iterum ita evidenter D. Thomas hanc nostram sententiam definit, ut nullus male ambigendi locus. Hæc quippe scribit quoad lib. xxi. art. 34. ubi ex multo rem dicitur. *Suspicio autem est quid imperfectum in genere indicat, et ideo est imperfectus motus: et ideo non est mentalis, sed generis; quoniam, si fiat ex cogit, erit aliquando morale. Suspicionem collocat in genere iudicij: includit enim mentis assensum. At quia imperfectus est in genere iudicij assensus iste, cum formidine oppositæ sententiæ comitem habeat: idcirco generis pro peccato grave non est, præcisè circumstantiis odij, invidiæ, vel criminis adeo enormis, & infamis, ut iuxta comitem sententiam illud vel suspicari nefas sit. Huic tunc præter laudator. Theologos lubrici sunt Franciosi. Genesius tract. ix. in 8. præcep. cap. v. g. 19. P. Gabriel Antoine tract. de iust. cap. vi. ref. 3.*

XII. Responso Simplicii, Henrici a S. Ignatio, Natalis ab Alexandro, asserentium, D. Thomam, & Augustinum, docentes suspensionem non esse ex genere suo peccatum mortale, intelligendus esse de suspicionibus indeliberatis, quæ nobis non opinantibus irrepunt, mentemque nostram preoccupant, est omnino vana, & falsa. Nam neque iudicia indeliberata, neque alia appetens, tamen genere suo extrinseci, & tenebræ, si sint indeliberata, peccata sunt mortalia. Indeliberatio quippe voluntatis principium universale est, impediens cuiusque gravem malitiam formidam, & imparabilem ad causam. Quid quod Anglicani conceptis verbis declarant, suspensionem non esse ex genere peccati grave, quod sit quid imperfectum in genere iudicij, non quia sit quid imperfectum in genere deliberationis? Ceteras responsiones Henrici a S. Ignatio, et leiores, prætereo.

XIII. Hæc quæ propoluit, mihi prohibitoria videntur, & Patribus, atque rationibus conformiora. Hinc colligas velim duo. Alterum est, me in benigniora, quoad fieri poterit, propentem esse, & dum ratio, & Patrum auctoritas inquit. Alterum est, te non debere hinc animam arripere suspensiones multiplicandas. Scias enim oportere, nihil esse humane societati periculosius suspensionibus. Sul-

plio filia est ignorantia, mater rixarum, dissolutionum, & inordinumque. Hominis suspiciosi gravis pietatis occupat. Hinc affectionibus, atque inordinatis passionibus, odij, invidiæ, ambitionisque agitur. Suspiciosi vero homines non vocantur illi qui ex congruis indicibus ad suspicandum adducuntur, sed qui, indicibus deficientibus, proprie mentis viciis, & vana imaginatio sine loca iudiciorum collectetur. Hinc est quod dixerim, suspensionem temerariam esse, tum erroris humanæ mentis, qui spectra & idola vana, humanæque apprehensione effecta captat, & ex his movetur ad suspicandum. Frequentes suspensiones temerarie raro ex solo errore intellectus generantur, sed plerumque ex pravitate affectionibus. Opportuna sunt quæ scribit hæc de re Augustinus lerm. cccvi. alias de diversis cxxi. cap. ix. Pleraque mala generis humani non aliunde oriuntur, nisi suspitionibus falsis. *Gravis de homine quod dicitur, et, qui forte amat te, & per pravam suspensionem fit inimicissimus amissionis. Quis sciat, qui sua credit, & cor suum tibi demeritæ nocet? Equitur tibi dicens, Amice. Sed quis possit tibi hoc dicere, & mentis (ea sunt enim verba mentis) quæ vera dicitur) non credendo tibi vult. Ideo secum te scire voluit ab eo peccato qui tibi dixit: Diligite inimicos vestros.*

CAPUT X.

Quomodo dubia sint in meliorem partem interpretanda.

I TAM dictum supra est, tunc dubium intelligi, quando quis æqualibus rationum ponderibus pressis, anceps hæret, quin in unam, aut alteram partem declinet. Quoniam vero intellectus nostre imperio subdit voluntatis, in dispositionem venit, utrum, positione facta quod homo velit intellectum suum in alteram partem determinare, debeat in partem meliorem, quæ nimirum proximo favet, suam ferre sententiam. Questionem veriat Angelicus 2. 2. q. 14. art. 4. Duplex ille distinguitur dubium: aliud quod citate, aliud quod circa personas vertatur. Hæc illius doctrina transcribenda est, ut quænti solvenda via parerit planissima. Inquit ergo loc. cit. ad 2. *Aliud est iudicium de rebus, & aliud de hominibus. In iudicio enim in quo de rebus iudicamus, non attenditur bonum, vel malum ex parte ipsius rei, de qua iudicamus, cui nihil nocet, quatinus*

emque iudicamus de ipsa: sed attenditur ibi solum bonum iudicantis, si vere iudicat, vel malum, si falso: quia veritas est bonum intellectus, falsum autem est malum ipsius, ut dicitur in 1. Ethic. Et ideo unusquisque debet nisi ad hoc quod de rebus iudicat secandum quod sunt. Sed in iudicio quæ iudicamus de hominibus, precipue attenditur bonum, & malum ex parte eius de quo iudicamus, qui hoc ipso honorabilis habetur quod bonum indicitur, & contemptibilis, si indicetur malus. Et ideo ad hoc potius tenetur debemus in tali iudicio, quod hominum iudicamus bonum, nisi manifesta ratio in contrarium appareat. Ipsi autem homini iudicanti falsum indicimus, qui bene iudicat de alio, non pertinet ad malum intellectus ipsius: sicut ut ne ad eius perfectionem pervenit secundum se cognoscere veritatem singularium contingunt: sed magis pertinet ad bonum effectum. Facta igitur non sunt in meliorem, sed in veriorem partem interpretanda, iuxta rationum momenta; quia nil aliud in his desideratur nisi veritas, abique ullo de iniuria inferenda timore. Quare, si quis aliquam hereticam propositionem, illam ut hereticam, si laxam, ut laxam, si rigidam, ut rigidam, iudicare debet. Verum Auctorem propositionis, nisi evidentiissima occurrat rationum momenta, non debet nec hereticam, nec laxam, nec rigidam iudicare.

II. Dubia igitur in quibus de hominum malitia agitur, si firma roganda sententia sit, in meliorem partem sunt interpretanda. Ita docent Theologi omnes. Rationem assignat S. Thomas loc. cit. Ex hoc ipso quod aliquis habet malam opinionem de alio, quod sufficienti causa, intariatur ei, & contemnitur ipsam. Nullus autem debet alium contemneret, vel meminerit quocumque colore absque causa, egerit. Et ideo, ubi non apparet manifeste iudicium de malitia aliorum, debemus cum in bonum habere, in meliorem partem interpretari quod dubium est.

III. Non minus perpicue hanc sententiam docet Angelicus de term. Dom. in monte lib. II. cap. xxviii. Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis. In quo enim iudicio iudicaverit, iudicabitur de vobis. In qua mensura mensi fuerit, in ea remittetur vobis. Hæc duo nihil aliud vobis præcipi existimo, nisi ut ea facta quæ dubium est quo animo fieri, in meliorem partem interpretemur. De talibus enim rebus quæ possunt bono animo, & simpliciter, & magnanimo fieri, quam-

vis possit fieri non bono, volentibus illi, cum bonitas est, in oculis cordis ferre sententiam, de quibus solum Deus iudicat. Ad hoc pertinet etiam illud quod ubi loci dicitur Nolite ante tempus iudicare &c. Sunt ergo quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fieri, & bono, & malo fieri possunt; de quibus temerarie est iudicare, maxime aut contentiosius. Horum autem venit tempus iudicandum, cum Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis.

IV. Ratio quoque suffragatur. Si quidem nemo in dubio privandus est sua certa possessione, ut in bonis fortuna, & quorum possessione nemo dicitur, ut solum ius dubium. Quia in proverbium evasit, meliorem esse possidentis conditionem. Atqui homo iure certo possidet famam suam. Ergo obdubia facta evadenda ea non est. Ipsi ius civile l. Merito ff. Pro socio definit: *In dubio ius est proferendum delictum.* Postquam ergo quod quis iudicare velit, debet dubium in meliorem accipere partem. Accedit illud iustitiam a natura principium, & in Evangelio nobis commendatum: *Quid tibi non vis fieri, aliter se feceris. Omnia quæ vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Ut, quæ hactenus dicta sunt, melius illustrentur, aliquæ regulæ præscribende occurrant.

V. Regula prima. Dubia circa proximi famam, vel malitiam non adstringitur ita in meliorem interpretari partem, ut positive debeamus sententiam ferre de illius bonitate; sed facta est in meliorem partem interpretari, iudicium, iure assensum suspensum, nullamque proferendo sententiam nec in bonam, nec in malam partem, ea iudicanda relinquendo soli vero iudici Deo. Solum autem in hypothetico, in qua iudicare, & ferre sententiam velimus, in favorem hominis, seu in meliorem partem dubia interpretari debemus; levis absolute: quoniam nemo tenetur se libere exponere errandi periculo. Porro qui super te dubia sententiam profert, errandi delinens libiditur. Ergo absolute non adstringitur hoc subire discrimen.

VI. Regula secunda. Quando de damno vitando agitur, cautela adhibenda est, ut contentiosius, propiciamisque rebus nostris, dubia in deteriorem partem interpretando, non desistendo, quod iudicando, vel suspicando rem ita se habere, sed supponendo quod, ut veretur, evenire non possit. Regulam hanc

hanc perspicue S. Thomas explicat loc. cit. ad 3. *Discendum, quod interpretari aliquid in deteriorem, vel meliorem partem, contingit dupliciter. Uno modo per quamlibet suppositionem. Et sic, cum dicimus aliquibus male adhibere reuelationem, sive iustis, sive alienis, exprimit ad hoc ut sciant reuelatum oportere, quod supponitur id quod est deterior: quia conuenit quod est efficax contra maius malum, multo magis est efficax contra minus malum. Alio modo interpretamus aliquid in bonum, vel malum, designando, sive determinando. Et sic in eorum iudicio debet aliquis nisi ad hoc ut interpretetur unumquodque, secundum quod est: in iudicio autem personarum, ut interpretetur in melius, sicut dictum est. Familiare est exemplum. Recipis donum tuam advenam servum, cuius nec malitia, nec integritas tibi comperta est. Rationem suspicandi in neutram habes. Tamen ita rei tui prospicere potes, ac si fur esset. Quod agendi ratio vocatur iudicare per suppositionem. Similiter pater filiam, maritus uxorem custodire potest, & sepe debet a colloquio virorum. Prohibere illis valent ne hunc aut illum alloquantur.*

VII. Superiores potissimum prefata regula uti debent. Cum ipsi dubia occurrunt pro subditorum malitia, iudicium suspendant super personas; quin facta excusent, & intentionem etiam, si velint, bonam iudicent. Inrerim eas adhibeat cautiones, & remedia que adhibent, si mali essent. Summa tamen opus discretione est, & prudentia: & hoc opus, hic labor est. Nichil potius habet Praelati in suo termino debent quam se suspicatos non exhibere. Vix ac ne vix quidem ferri potest, ut Praelati suspiciosi subditi tranquille regant. Suspiciosi Praelati infelices subditi sunt, aversionem, diffidentiam, odiumque eorum in se concitant. Cum suspiciosi nulla esse amicitia, nulla libera communicatio potest. Vel ipsam ergo umbram suspiciosi animi amovere, a se Praelati debent. Simul autem vigilas, exprobrati, atque prodi vii oportet; eaque cautiones adhibeat quas adhibere vel suspiciosissimi solent. Hec simul coniungere summe est difficultas. Et hec est una ex rationibus cur regimen humanarum sit onus angelicus humeris formidandum.

VIII. Hac eadem regula uti debent Novitiorum magistri, & suffragatores omnes. Si dubitent, num ad professionem admittendum Novitius sit, debent negare eadem suffragium, & in religionis favorem dubium solvete.

Religio quippe est in possessione, & bonum commune, quod laeditur ex professione indigni iuvenis, praeteri bono privato debet. Verum de hoc fufius abbi. Pro hac sententia Henricus a S. Ignatio Tom. II. par. vii. cap. xvi. num. 155. Venerabilem Ioannem a S. Sampson, D. Ioannem Sancium in *Liber. spiritualium exercitiorum*, Ludovicum de Schilder in *Theolog. regul. esp. vii. an. 470.* Sed res est suapte natura manifesti. Si tamen dubium occurrat tempore Novitatus, non debet illico dimitti Novitius, sed dicitur probari: & si dubium persistat, dimittatur.

IX. Regula tertia. Si dubium oriatur super proximi fama, cuius optimam preconcepit opinionem, non debet vi talis dubii iudicium suspendere: quia hoc iudicii suspensio minuit preconceptam opinionem. Porro proximus, ne optime advertit Dominicus Soto *Lib. III. quaest. iv. art. 3.* nisi habet non modo ne ex iudicis dubiis malum de eo concipias opinionem, verum etiam ne conceptam bonam exillimationem vi talium indicatorum minuas. Quare, dum non est necessaria cautela ad evitandum malum, proximum in dubio tractare debemus, ac si bonus esset; atque adeo eidem conuicta urbanitatis officia exhibere, & dubia omnino continere, prout ex circumstantiis expediens videbitur.

X. Opponi solet. Nemo tenetur errandi periculum subire. Qui vero in meliorem partem dubia interpretatur, erroris periculo se supponit. At contra, qui meliorem in partem negative dubia interpretatur, nulli se errandi exponit periculo; qui vero eadem positive in meliorem accipit partem, optimam efformando opinionem de proximo suo, errori dumtaxat speculativo se se exponit, sicut practico. Regula tertia, *suspicionis in obsequio quod suscipiendus est, & quod ne plurimum fieri consuevit*, servanda est, ubi de iniuria, & proximi fama agitur: tum enim in dubio tutior via est eligenda. Sed audiamus responsus: quod praebet S. Thomas 2. 2. q. lx. art. 4. ad 1. *Potesse contingere quod ille qui in meliorem partem interpretatur, frequentius fallatur. Sed melius est quod aliquis frequenter fallatur, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod variis salutaribus, habens malam opinionem de aliquo bono: quia ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo.*

CAPUT XI.

De restitutione honoris, & famae.

EXPLICATA supra est, quemadmodum duplici via laedi honor possit, omissione nempe, & commissione. Omissionem, cum debuit reverentiam, obsequium, & communita urbanitatis officia exhibere negligis diximo tuo plus minusve, iuxta personarum dignitatem. Qui sola omissione laedit honoris veritatem. Qui sola commissione laedit honoris non peccat contra iustitiam, atque adeo nihil ob praeteritum omissionem restituere adtingitur; sed tantum reddere honorem quem antea praestare omiserat. Si tamen simul cum omissione interveniret aliquid contumeliam, quo in casu iustitia laederetur, restitutio facienda esset.

II. Altera via honor auferitur positive, verbis, signis, factis; ut si fuisse percutas, verbis dedicas, conviciis contempnas proximum tuum. Porro haec honoris laesio iustitiam adeviarat, & debitum restitutionis infert. Quare, si contumelia oculata fuerit, occulte facienda erit honoris compensatio. Si vero contemptio contumeliosa proximi publica fuerit, tum restitutio honoris publica, & patent esse debet, coram illis videlicet coram quibus honor per contumeliam fuit laesus. Ad idolum linimentum ad honorem relaxandum; sed fat esse quod appareat per Confessarium, vel amicum, qui vices eius expliat.

III. *Salmanicensis tract. xiii. cap. iv. punct. 8. num. 117. & seq. referunt Molinam, & Laymannum docentes, nullam requiri restitutionem, quando contumelia fuit privata: quia tum omne damnum transit. Si tamen damnum aliquid temporale, praeter dehonorationem, subisset qui contumeliam pallus est, tum necessaria restitutio foret; sed cum vero ad compensandum honorem laesum per occitiam contumeliam. Molinae sententiam propagant conceptis verbis P. Paulus Layman *Lib. III. tract. 111. part. 11. cap. vii. num. 6.* in inquiens: *Si contumelia privatim irrogata est, neque in alium transiit culpa tua percutit, ad nullam honoris, aut famae restitutionem obligaris. Ita Molina. Hec sententia, inquit laudat Salmanicensis, est contra omnes Theologos, immo contra sacram Scripturam. Nam persona que contumeliam, & honoris iacturam passa est, vitius in animo suo insitum a contumelia-**

toris servat, & angitur tristitia ob iniuriam sibi irrogatam recordationem. Qua ergo lege solvitur contumeliosus a debito restitendi honoris laesione, contemptu nempe fratris sui? Quis lege solvitur a debito delinquenti dolore illius qui contumeliam recepit, illumque sibi demulcenti, atque conciliandi? Non sane a lege evangelica, que *Matth. v. hinc praescribit: Si ergo offeris manus tuam ad altare, & recordaris fratris tui quia frater tuus habet aliquid adversum te; relinque tibi manus tuam, & vade prius reconciliari fratri tuo.*

IV. Occasio hic se offert testimonium exhibendi, me nullo partium studio teneri. Opiniones interdum P. Molinae, viri alicuius doctissimi, & Laymanni, ut laxas, refutavi, quod credidit tales resipia esse. Eadem nunc sinceritate vindicare hos Auctores a laxitate immerito illam adscripta, religioni mihi vero. Aio itaque, nihil contra sacram Scripturam docuisse fide Molinam, sive Laymannum. Molina Tom. IV. tract. 19. disp. xlvii. num. 7. concl. 4. solum verbis differat a veteris Theologis. Consentit enim ipsi restitutionem minime convenire compensationi, quem convictiorem debere facere, idem Molina docet. Haec sunt Molinae verba: *Credo nihil esse vi, atque in ratione restitutionis debere. Tenetur tamen qui eam contumeliam intulit, curare reconciliationem cum fratre suo, veniam ab illo petendo, ac si illi humiliter, quatenus alterum non irritandum invenit, signaque penitentiae, quod id fecerit, ostendendo: atque ea omnia praecipere ei debent Confessarii. Solum ergo in voce restitutionis ab aliis Theologis Molina discrepat. Quoniam (subdit ipse) restitutio solum respondet damno; in illiusque solus compensatio debetur. Ex post pauca concludit: Secundum vero quod eadem conclusione affirmat, de eandem sententia reconciliationis illo modo fratris, ea contumelia affecti, ex eo facile patet quod iuxta ipsam naturam docet, eum qui causam offensivam proximo dedit, teneri pro causam offensivam proximo salutare, etque reconciliari, satisfaciendo illi, si quid ex de causa vi restitutum debet... Atque hoc est quod Christus docuit, ac praecipit Matth. v. Si ergo offeris manus tuas. Eadem docet P. Laymannus, qui post verba supra relata hanc addicit Molinae doctrinam, & textum evangelicum transcribit. Haecenus, ut veritati literarum in defensionem Molinae, & Laymanni. Utinam frequens occurrat occasio meo erga hos Auctores, ceterosque socios, omnesque Theologos observantiae testimonium exhibendi.*

di. Quo liquidem candore aliqua eorumdem sollicitum, eodemque nobis digna videntur, defendimus, & meritis laudibus celebramus.

V. Verum, ne, dum Molinar, & Laymani adomamus desolationem, in alium impingamus scopum, abist ut hinc colligas, perdoctos pique Theologos Salmanticensis imponendi animo prelatum opinionem tribuere preclaris viris. Id forte ex aliorum relatione scripsimus: aut elegerunt, & minus acente Molinam, ac Laymanum legerunt. Ut ut sit, si factum nequis, intentionem excusa.

VI. Modus in honoris compensatione tenendus. Primo spectanda est persone iniuriata conditio, & contumelia irrogatae gravitas: & iuxta has varias circumstantias debet salutatione, & aliis urbanitatis officii privilegii illum qui contumeliam passus est. Plus & minus ut ut remedium debes quibus dolorem, & afflictionem ex contumelia relicta penitus ab illis animo abdergas. Quo facti in conviciando vehementior, eo his oportet in medendo vulnere blandius, & in penitentia, ac retractationis signis uberius. Sincera Christi caritas magistra sit, quo linguam, & animum moderetur, & dignas & tum invidia reconciliatio ad leges evangelicæ benevolentiae committat. Vere est doctrina tum conviciantibus, tum inter amantium moderanda esse reconciliations officia. Alii verbi ut potest Eneas in fescendo plebeis animo, quem contempsit, ac nite plebeus, aut parum plebeo superbit.

VII. D. Augustinus, quem omnes Theologi sequuntur, ad compensandam litem honoris, & retractandam contumeliam, ac convicium in tua Regula venit petitionem prelibit. Hanc esse certiore compensationis rationem adfirmant omnes. Nam conviciator spernit, deprimique fratrem suum. Ergo compensari inæqualitas melius nequit, quam si ille qui turbidus, & superbius supra alterum se extulit, infra alterum se demittat, eique subiciatur. Hic modus semper certior, & certior est, non semper tamen necessarius; si alia via, mutua & sincera reparari benevolentia queat. Ab hac venit petitione excusata Augustinus ipse Praelatos, qui plus æquo libidit contumelias affecerint; ne, inquit, dum nimium servatur humilitas, negligit frangatur auctoritas. Hunc textum allegant Theologi omnes in Praelatorum favorem, omneque Praelati eundem usurpant.

At non omnes spiritum eundem requirere est, ne Praelati gradum suæ dignitatis duplicabilem reddant: ne penes subditos contemptibilem, minique reverendum consistant. Unde quoties nimia illorum humilitas, & abiectione frangenda, aut remittende auctoritati deserviret, a venia petenda abstinere illi deberent. Ceterum Augustiniana exceptio non ita universalis est, ut superiores, & Praelati nunquam veniam petere debeant, quando hæc venit petitio non frangenda, sed firmanda auctoritati conducere. Spectanda ergo & istis sunt hæc omnia; contumelie gravitas, excessus convicti, subditorum qualitas. Et si, his omnibus spectatis, venit petitionem opportunam moverint, eam ipsi quoque adhibeant.

IV. P. Tamburini nimis religiosus reppat Sacerdotem illum qui alium Sacerdotem reprehendebat ob gaudium perceptum ex officio neglecto. Atque Tamburini doctrinam tantum laxam existimo. Etrium gaudium illud Sacerdotis de officio omissione grave indicium est praesent illius dispositionis. Quis, amabo te, gauderet utquam, propterea quod oblitus fuisset exequi id quod maxime sibi cordi erat? Quis inquam ratione praesent gauderet se vidua sibi inopiam non solvite Sacerdos videt, quia oblitus est solvite. Deus deus laudes, istumque nuncius offerre. Quisquam istum gaudii finis? Quod effugit laborem, quem solvi debet in recitandis divinis laudibus. Ne hic fanaticissimus finis est? Accedit quod Sacerdos praesent securus esse non potest, suam om-

missionem fuisse omnino inculpam. Unde etiam certo comparat, suam inadvententiam exitum omnino invincibilem, nullamque praesentia negligentiam? Quod (ide hoc certus non est, sicuti revera esse nequit, gaudium illud erit de obiecto, de quo tunc potest fuisse criminolam. Ergo gaudium illud praesent est. Accedit quod, ut indicavi, illud praesent indicat Sacerdotem tunc invidiosum Deo, locumque tunc invidiosum invidiosum indignum, dum gaudet, se non solvite quod Deo promissum. Ut clarius percipias laxitatem illius doctrinae, advertas iterum, velim, aliud esse desiderari de aliquo obiecto summo, praesent ab omnibus circumstantiis, & ab intellectu proposito secundum suam honestatem naturalem, immutata ab omni lege prohibente, aliud autem gaudere de obiecto praesent ad executionem redacto lege prohibente. In hoc casu, cum homo certus esse nequeat, se inculpate violasse legem prohibentem tale obiectum, inquit sic gaudere de legis transgressione.

V. Nec repinas, gaudium defendi ut licitum, in hypothese quod omnino praesent sit omnino inculpam, locus, si revocetur in dubium malitia omnimoda. Non, inquam, hoc responderi valet: Quamvis illi Tamburini non defendit, licitum esse gaudium de neglecto officio in hypothese qua Sacerdos inculpam omnino omnium obiectum, inquit Sacerdotem resque gaudente de neglecto officio, quod quidem te inculpate omnino credit. Verum quia Sacerdos securus esse nequit obque omni sua negligentia oblivionem eventis; indicio gaudium de tali omissione malum est. Distinguit praesent, inquit, Sacerdos concepti, se invincibiliter oblitum fuisse. Eto. At hoc dictamen erigere animam duntaxat valet, ut speret se culpam non perpetrasse; locus, ut gaudet, se debitu suum neglectisse. Quia haec ipsa oblivio, tamen invincibilis, non letitia, sed tristitia iusta causa est. Quare, patet, gaudium illud malum est duplici titulo: malum, quia de re materialiter saltem mala, quae nequit esse honesti gaudii obiectum; malum etiam ob periculum, quod illa omisso fuerit aliquo modo vitiosa, & imputabilis ob aliquam culpam negligentiam.

VI. Communis est Theologorum, etiam Probabiliorum, sententia, in genere luxuriae minime licitum esse gaudere de obiecto libidinolo, tamen a malitia per intellectum praesent. Potes, inquit, mentis acie in copula fornicaria meditari copulam ipsam,

praesentendo ab eo quod sit cum non tua. Tamen, si voluntarie de ea desiderari, etiam malitia per intellectum abstracta, etiam maximo statum, peccata letaliter. Hanc sententiam evincit Cardinalis Caietanus *Tom. I. cap. 107. et. 1. dub. 1. haec ratio. Distinguit inter constantem & delectationem. Tam constantem, quam desiderium fieri potest in obiectum & absolute, & conditionis affectum. Delectatio autem voluntaria, consequens obiectum interius apprehensum, puta concubitum, sive absolute, sive conditionaliter, non potest distingui in delectationem conditionalem, vel absolutam; sed ex ipso quod hominodum delectatio voluntaria sit, impliciter & absolute delectatio est. Unde cum quis desiderat cum aliqua contra conditionem, id est si licet sit; non peccat, quoniam desiderium obiectum habet recte rationis conditionem. Sed cum delectatur quis de hominodum actu conditionali cogitatio, delectatio ipsa non est conditionalis: quoniam conditionalis nihil ponit in esse. Hominodum autem delectatio ponitur in esse voluntaria. Et propterea delectatio ipsa non spectat ad obiectum desideratum, & cogitatum, quatenus est conditionalis; ac per hoc redit ad naturam sui generis, scilicet delectationis motus de licite concubitus. Ex hoc namque quod actus, ut conditionalis, non facit ipsam delectationem ut conditionalem, sequitur quod relinquat eam in genere delectationis voluntariae deconubitu, facta conditione, quae sola faceret illum licitum. Et hoc est ali. aliud dicere quam relinquere illum in specie delectationis voluntariae de concubitu, ac si illa conditio non esset cogitata. Haec tamen Caietanus totidem fere verbis. Cuius doctrina, licet paululum per materiam conditione solutior, facile tamen pervia reditur. Desiderium fertur in obiectum futurum conditione suspensum. Delectatio fertur in obiectum ut praesent, & absolute; quia, inquit Caietanus, conditionalis nihil ponit in esse.*

VII. P. Thomas Sanchez *Lib. I. in Decalog. cap. 2. numer. 31. & seq.* conflat hanc Caietani doctrinam, eo quod, si licitum esset desiderium, licita quae debet esse delectatio. Nam sicut desiderium respicit obiectum licitum ratione conditionis, ita etiam delectatio. Ergo licitum esse delectationem, aut uterque bonus. Distinguit quoque idem P. Sanchez delectationem voluntariam a delectatione appetitus sensitivi: illam asserit spectare posse obiectum conditionale;

fecus istam: quoniam illa ab intellectu, qui precipiendae valet, regitur; hac ab imaginativa, quae precipiendae nequit, moderatur. Hinc inferri, voluntatem delectari posse de obiecto conditionali, quod delectus conditione est peccatum morale. V. g. Petrus solutus potest delectari de concubitu cum Berra, si est uxor sua: quoniam, inquit, hinc delectatio est de obiecto licito ratione adiectae conditionis.

P. Cardanus *tr. IV. disp. XII. c. 3. art. 1. n. 40.* & *sup. docet cum P. Valquez*, delectationem de malo morali, a quo per intellectum precipiendur malitia, posse malam moraliter esse, licet obiectum malitia careat; quod variis exemplis ostendit. Dispendentia de divina iustitia, bonitatis, omnipotentia &c. mala est; & tamen obiecta bona sunt. Copula coniugalis bona est; ad delectatio in solutus de eadem mala est. Ut delectatio mala sit, necesse minime est ut sit semper de obiecto malo; sed fat est quod adveniat alicui virtuti. Quando habitudo delectationis ad aliquod obiectum opponitur alicui virtuti, licet obiectum careat moralim malitia, delectatio mala est. Accedit quod, licet copula coniugalis licita & bona sit respectu coniugatorum, illicita tamen est soluta. Condicio adiecta: Si eslet mea, non suspendit delectationem. Desiderium inefficax illius copulae media conditione, Si eslet mea, suspendit gaudium, & respicit obiectum ut futurum; delectatio vero, ut praesens, atque adeo absolutum. Ergo illicitum. Quod si contentat Sanchez, etiam desiderium includere quandam complacitiam de obiecto; & consequenter aut illud etiam dicendum illicitum, aut, si licitum illud, licitam quoque delectationem: ego ambo illi concedam. Plures Theologi cum Caletano desiderium illud conditionatum licitum defendunt. Ceterum non valde laborarem, ut illicitum mhoc desiderium propugnarem. Nam primum, ut minus, hoc desiderium licitum ostendat, & ideo illicita. Deinde, cum distincto actu interiorum res metaphysica sit, & subtilissima, & sepe unus auctorem cum alio confundatur, parum suam curare saltem ille qui eiusmodi desideria suam lassare voluntatem.

IX. Quam sit laxa haec P. Sanchez opinio, abunde conitat ex eo quod illam resciat, ut improbabilem, vel ipse P. Thomas Tamburinus *Lib. X. in Decal. c. v. §. 2. n. 1.* Eam quoque reprobat P. Ferdinandus Castropalaus *T. I. tr. 11. disp. 11. punct. 10.* Uterque allegat hanc rationem, videlicet

summam sympathiam inter appetitum sensitivum & rationalem, & vehementer proportionem utriusque appetitus ad res venetas. Eo ipso enim quod voluntas delectatur, ponit aliquid quod inhiat in pollutionem; quod nunquam licet. Ut vero Tamburinus opinionem quam reicit, quous modo linat, ait, se damnare eiusmodi delectationes de copula cogitata, quando aliqua necessitas, vel commoditas non exeat. En illius verba. Tamen voluntarie, & scilicet de la necessitate, et saltem commoditate, non delectatur, sive in voluntate, sive in appetitu sensitivo, eadem voluntate consentiente, delectari, etiam per intellectum malitia abstracta esse extra matrimonium statum morale, indubitanter mihi est. Commoditas nunquam deest; & ideo delectatio secundum Tamburinum nunquam erit illicita. Quae *ib. n. 2. adicit*, sunt ponderatione digna. Inquit enim, non licet tibi soluto delectari de copula maritali inter conjuges habita... Estote tamen posse te... gaudere, vel desiderare, ut legitime conjugis debitum sibi reddat.

X. Quid, si omnia referre vellem quae de delectatione morali scribunt P. Arriaga, & Caramuel? P. Arriaga *Tom. 1. in 1. 2. disp. XLVI. n. 4.* docet: probabilem esse sententiam, Martino de Magistris adscriptam, quod delectatio morali in re venerea licita sit, si sola via rationis spectetur; damnanda delectatio non sit de actu venereo, ut formaliter malo. Subdit tamen, praefatam sententiam aliunde esse absolute improbabilem, quod opposita sit communis inter Theologos. Veram si sententia defendens licitum delectationem morali in re venerea, ideo tantum est improbabile; quod averitur communis Theologorum placito, tan non improbabile, sed probabiliter habenda est. Quod sic evincit perdoctus P. Cardanus *trac. 10. disp. XII. cap. 11. art. 5.* Communis Theologorum consensus extens in morant controversis facit certitudinem moralem, quatenus gravi firmitate nititur principio; licet, si persuasio sit, rationem cui Theologi inveniunt, debilem esse atque infirmam. Porro P. Arriaga ad crism revocat omnes rationes, quibus Theologi evincunt, delectationem in re venerea esse malam; casque ut ineptas reicit. Primam asserit esse nullam, quod falsum supponat. Secundam dicit esse minoris efficacitatis; tertiam nihil concludere; duas sequentes non satisfacere; postremam probabiliorum atque esse adfirmat, sed minime convincere. Si ergo iuxta P. Arri-

gam nulla ex rationibus quas asserunt Theologi, plene evincit quod ipsi defendunt; consequitur, certam non esse illorum sententiam. Ideo enim, ut dictum est, Theologorum auctoritas inducit moralem certitudinem, quia supponitur gravem esse, atque validam rationem quam pro se allegant; licet a nobis non penetraret, nec percipiatur eorum vis. At, semel concessio quod illorum rationum momenta deprehendantur imbecillia, auctoritas eorumdem tota concidit. Sola quippe divinae Scripturae auctoritas, non rationi naturae, sed Dei: qui nec falli, nec fallere potest, revelacionis inmittitur. Si plura loquere potest, quibus P. Arriaga conatur obnubere evidentes rationes quibus Theologi probant malitiam delectationis morosae, scire cupis, consule laudatum P. Cardenas, qui efficaciter eadem constat.

CAPUT IV.

Peccat in postremum Decalogi mandatum qui res alienas concupiscunt.

I. QUI rem alienam contra iustitiam, & voluntatem possidentis desiderant, & peccant contra decimum preceptum. Non adeo rarum, ut putatur, est peccatum hoc. Quippe si omnes qui divitiarum nimio amore flagrant, si divites fieri incipiunt, incidunt in desideria prava, inquit D. Paulus. Exemplum refert S. Ambrosius Achab Regis Samaritae, qui, ut narratur *III. Reg. cap. xxv.* vineam Naboth Israelitae, suo palatio continendam, iusto pretio emendam, aut altero agro compensandam postularit. Cui respondit Naboth: *Proprius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi.* Quod responsum acre ferens Achab tanta indignatione commotus est, ut Scriptura telante in lectum proiectus, & ad parietem convertis, panem non comederet. Ad eam accessit Iezabel eius uxor, illogice iniquiter, insontem Naboth, blasphemie in Deum, & in Regem duorum testium falso testimonio convictum, interficere decrevit. Quo lapidibus interempto, vineam sanguine possessoris, & domini manantem crudelissima tyrannide usurpavit.

II. Impium Achab, & fersissimam Iezabel imitantur plures huius saeculi divites, & magnates, inquit S. Ambrosius *Lib. de Naboth Israelita cap. 1. Naboth historia tempore vetus est, usu quotidiana. Quid enim dicitur non quotidie concupiscit aliena? Quis Conc. Theol. Tom. IV.*

opulentissimorum non exturbare contendit agellulo suo patrem? atque inopem aviti raris eliminare fatuos? Quis contentus est suo? Cuius non insulamur divites animam vicinis possessio? Non igitur unus Achab satas est; sed quos prius est, quotidie Achab suscitatur, & nunquam hinc secula morantur. Si unus accidit, affertur plurimi: plures qui regunt quam qui amittunt. Non unus Naboth pauper occisus est: quotidie Naboth struuntur, & pauper occiditur. Quemadmodum Iezabel muliercula imperiosa impotens, & avida, vincam Naboth suo coniugi rapemisti; ita & avaritia, per Iezabelem alumbatur, quotidie pollutat alienos domos, & possessiones. Quot licet Achab successoris, qui, ut vineas continas vicinatas asequantur, circumventi res pauperes sudent, modo pecuniarum oblatione allicunt, modo mirarum sonitu perterrefaciunt; nunc emendicatis pretextibus lites inducunt, nunc calumnia illos opprimunt, atque tot fraudibus obident & vexant, ut tandem, velint, nolint, in illorum retia incident.

III. Peccant quoque adversus hoc postremum preceptum qui ad expandendam propriam concupiscentiam, nullo praestituto sibi limite, immoderate bona exoptant contra divinam voluntatem. Frequentius adversus postremum hoc mandatum peccant artium quarundam professores. Aliquis obiter indicabo. Peccant ergo I. Tabernarii, & opifices cupidinatos, qui pecuniarum cupiditate flagrantes, huiusmodi mercium, ac rerum pentam exoptant, ut inde maiora lucra capiant. II. Medici, & chirurgi qui morbos grassari in civitate percipiunt, ut aetorum corporum plagis avari sui cordis ulceribus medentur, suaque opes auget. III. Milites qui accendi inter Principes bella avent, ut occasiones fieri praedandi, & praedandi operiantur. IV. Mercatores qui frumentorum, sive mercium quae ad victum, & vestitum pertinent, inopiam desiderant, ut pretia augeantur. V. Advocati, scribae, cancellarii, qui civiles lites, & delicta criminalia, rixas, percelliones, homicidia perpetrari cupiunt, ut iunm patrocinium dispendere, & aliorum infortunios altius ipsi asurgere, & patrimonium augere valeant. VI. Luiores qui ludis, sive licitis, sive illicitis, expollate locos pecunias, & patrimonio tentant, qui non animi recreandi, sed expiandae alienae crumene causa ludis vacant. De hoc secundi sanguinis crudeli, & inhumano duello, quo mutuo amici ludi, avaritia fidentes, se interimunt, atque ad ultimam le-

cundi sanguinis gustam, plura, dum hanc verbaro contoveriam, dicturus sum. Quae hic indicavi, fuisit episcopi Carochilimus Concilii Tridentini III. part. loc. cit.

IV. Tandem ad pleniorum postremi Decalogi manifestam intelligentiam eis animadvertendum, quod licet cetera precepta, dum vitium vesant, oppolitam precipiant virtutum; sic hoc ultimum, dum insula desideria nostra prohibet, jubet, et voluntatem, & appetitiones nostras supereminet divina voluntari liberticium, ut, desideria nostra furiam erigentes, caelestem fraternalem, & aeternam divitias, terrenis contemptis, diu noctuque percipiamus: ut abrogantes (inquit Apollolus Paulus ad Tit. 11.) impietatem, & saecularia desideria; sobrie, iuste, & pieternis in hoc saeculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriae magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi. Haec aeternae felicitatis desideria animam nostram tranquillam, equalem, pacificam, inferioribus appetitionibus imperantem, ad omnes eventus immotam, atque invictam efficiunt. Quoniam omnia elementa, dum ad centrum tendunt, suavi rapinur impetu, ut ibi plene conqueantur. Centrum cordis nostri caelum est, a quo, dum terram incolimus, peregrinamur. E contrario desideria rerum terrenarum animum nostrum exagitant, torquent, atque disceperunt in partes. Heinc est quod Deus peccatores non alius in hoc mundo carnalibus, & torporibus pueniendo tradit quam propriis desideris, inquit Paulus ad Romanos 1. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Animadvertens Salomon, humana desideria pigram occidere, eumque inertem, & otiosum tum potissime efficere, cum magna meditatur. Desideria occidunt pigram. Naluerunt enim quidquam manus eius operari: tunc de concupiscentia, & desiderat. Prov. xxi.

V. Quae haecenus inculcavi Christus ipse non docuit, humanas nos ut desideria secularia, & terrenarum rerum cupiditates, vel luti opprimentes sarcinas, deponentes, ad semetipsum accedamus. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. &c. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve. Matth. xi. Hunc transcriptis textum, ut primis extremae responderent. Iugum Christi, quod his maxime decem Decalogi preceptis clauditur, divina caritate suave, & delectabile fieri, vel initio istius nostri in decem divina mandata Commentarii diximus.

In praesentia vero idem repetimus, atque addimus, eo hoc iugum suaviter fieri & levius, quo exactior erit mandatorum observantia. In huius operis decursu passim vidimus, Callistum recentiorum plures in eo legis evangelicae suavitatem locare, ut rigorem preceptorum extenuent, legem laxent, appetitionibus faveant. Quavem reddere christianam professionem sibi blanditurum illi, si hominum desideria terrenis oblectamentis, & carnalibus illecebris demulceantur si per theatra, comedias, omniaque invidiosus mundi spectacula evagari sinant. Quae lascivitas dira est & immanis crudelitas. Audiamus Augustinum episc. xlv. nunc xxviii. Haec disciplina pia humilitatis confessio, & invidiam cupiditatem, avidam rerum extra nostram pietatem constituantur, velle ex animo, & quodammodo expirat. Ibi enim labor, ubi multa quaeruntur, & diliguntur, quibus adipiscendis, atque retinendis volentia non satis est, quia consequentem non habet facultatem. Ista vero cum volumus, adisti, quia eam ipsam plene velle, iustitia est; nec plus aliqua perfectioe iustitia, quam perfectam voluntatem, requirit. Vide si labor est, ubi velle satis est. Unde dicitur dicitur est: Pax in terra hominibus bonae voluntatis. Ubi pax, ibi requies: ubi requies, ibi finis appetendi, & nulla causa laborandi. Sed haec voluntas, ut plena sit, operet ut sana sit. Erit autem sana, si medicum non refugiat, cuius solius gratia sanari passus est. Ubi velle satis est. Unde dicitur dicitur est: Pax in terra hominibus bonae voluntatis. Ubi pax, ibi requies: ubi requies, ibi finis appetendi, & nulla causa laborandi. Sed haec voluntas, ut plena sit, operet ut sana sit. Erit autem sana, si medicum non refugiat, cuius solius gratia sanari passus est.

VI. Plurima alia in huius veritate commendationem adferre ex S. Doctore possem. Clamat quippe passim, & postillimum Lib. III. de doct. christ. cap. 5. Quanto magis regnum cupiditatis immittat, tanto regnum caritatis augetur.

CAPUT ULTIMUM.

DECALOGI EPILOGUS.

In quo novella praecipua erunt, quae dicta sunt, capita sub unica oculorum acie repraesentantur; & ex eorumdem quorundam Casuistarum laetitibus suadet. Benignitas probabilissimae ex S. Augustino serpente Evam seducens blanditiis comparatur.

Iugum quod Christus IESUS Servator noster humanis cervicibus ferendum impoluit, decalogicis mandatis concluditur, Grave, durumque est, si humanae infirmitatis vires spectentur; suave autem, & leve divina caritatis unctioe, aliorumque theologicarum virtutum fidei, & spei exercitio efficitur. Quamobrem istarum trium virtutum explicationem, officia, prerogativas, frequentandum debuit, & merita in antecedentibus praemis, seu fundamenta, quibus universa lex nititur, ut hinc colligant christianae letores, quodam sit oleum illud quo mandatorum severitas delinitur, quodnam sacrum balsamum, & divina remedia quibus humanarum virtutum imbecillitas intaetur, & hominum corda inflamantur ad viam mandatorum alacriter, suaviterque percurrentium. Novi quidam Casuiste iugum suave reddere student, non actuum fidei, spei, & caritatis frequentia, sed legem extenuando, iugumque diminuendo. Vidimus novos quosdam Auctores haec trium virtutum mandata, quae sunt christianae vite primordia, & universae evangelicae perfectionis spiritus, & anima, eo respicere, ut per se vis unquam in toto vite decursu obligent, aut nonnulli semel intra quinquecentum, aut brevium. Quos errores fule pro dignitate labactavimus; quoniam laxae istae opinioniones non modo earamdem virtutum adhibitionem inducunt, sed Christianis medicinas, quibus vulnera sanantur, pabula divina, quibus spiritus vivificatur, roboraturque ad iugum suavissime ferendum, subtrahunt. Ne vero quis suspicetur me plus iusto exaggerasse, ut mulstare congregati mei solent in recentibus sanctorum quorundam Probabilissimum opinionibus, habet in medium proferre iudicium, non Simplicii, non Obliact, sed doctissimi P. CHRISTIANI LUPI in doctrinam P. Thomae Tamburini super hoc altissimo precepto amandi Deum. Porro haec P. Lupus Tom. XI. edit. Venet.

In epist. ad Card. Novis pag. 147. & seq. scribit. Darum nobis iudicium nuper fecit Thomas Tamburinus, cuius expedita, ut inferscribit, Decalogi explicatio huc deportata fuit, & typis vulgata apud Infuillas, oppidum diocesis Tomacenensis. Est compendiosa, non expedita explicatio. Humanam gentem non a milto, uti tentat, divinarum, ac humanarum legum iugo; sed in miserandum ipsarum contemptum, ac libertinam praeparacionem expedit, nec unum de minimis, sed multa etiam de maximis mandatis solvit, & sic docet homines, argue ita auctorem suum cum omnibus in eius errore solutis facit esse minimos in regno caelorum. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; est lumentum, ac primum, adeoque rigidum aeternae legis mandatum, ut mens nostra, quae ad inlar cordis semper sine feris est in motu, eius virtutem, quem mentis habitum, ac animi praeparacionem sanctus Augustinus passim appellat, actum, nec ad unum temporis instanti, si quidem antiquis Doctoribus credimus, possit interpolare. Quosvis mentis lupra ipsum reflexio obligat, est antiquae scholae quaestio. Quorundam singulis dumtaxat dominicis debet obligare opinantium sententia a multis merito opinatur minus laxa. Ad vero dictus Tamburinus (Par. II. cap. III. §. 2.) nec in rationis ingressu, nec in mortis exitu, nulloque vite tempore asserit ipsum divinae dilectionis actum esse necessarium. At, preceptum caritatis impositum fuisse ob iustificationem impit; solum igitur obligare, quando impius, quia sacrae mentium praeparacione non est in promptu, nisi habeat aliam viam, quae se iustificet, nisi elicit actum contritionis, quae semper aliquando tandem modo actum auctoris Dei super omnia dilecti invenit. Consequenter igitur & iustitiae, variaeque iustificationis, ad actum caritatis fideles obligantur. Eam quae nec in mortis exitu, nec ad Deum diligendum obliget, sententiam assererat esse probabilis & iustissimam. Ad illas Siciliae merces in memoriam nobis venis Gregorius Magni ad sanctum Maximianum Syraculae Antulitem episcopa. Vana mors subinde mala, quae aguntur in ista provincia, unvantur, ut peccatis facinorosis, quod avertat omnipotens Deus, celebret tam peccatorum credamiam (Lib. III. epist. xli.) A viro omnia ad maiorem Dei gloriam asere professio proferre tam

UNIVERSIDAD DE MADRID

monitrosam dogma plurimum sunt admirati. Hinc & ipsum constanter invaserunt, ad iuvicque divinitus inspirata beatissimi Patris nostri, cui dat Deus annos de nostris istis, Alexandri VII. Solummodo pastoralis anno 1665. damnans hunc articulum: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore*. Et: *Maestens Chrilianus Lupus*, eliquis tantum non pauci in animarum ruinam. Rejectione Probabilitatis non pauci pia intentione delubri legum christianitatis leheni & dulcem efflicere sibi blandiantur, cum illam infestione, attemperantia humanis cupiditatibus, quas eidem fublicere homines carnales refugunt, non scitissime S. Augustinus coitione. *in Psal. xlviii.* animadvertit. *Omnia divina eloquia salubria sunt bene intelligentibus; periculososa vero his qui ea volunt ad sui cordis perversionem detorqueere, potius quam suam eorum rectitudinem corrigere. Hæc est sententia in hominibus magna, & sustata perversitas, qua, cum ipsi debeant secundum voluntatem Dei, Deum volumus vivere secundum voluntatem suam; & cum ipsi volunt corrigi, illam volum deprecari, necnon non arbitrantur quod ille velit, sed quod ipsi volunt.* En quibus coloribus Doctor sanctus depingit illos qui, quoties audiunt omnia in Deum dirigenda opera, repetenda fidei, spei, & caritatis officia, vivendum christiana, nempe celestis, divinaque vita, continuo inlanciant: *lapsum meum suave est.* Excitantur a cervicibus lapam, aut partem decerpunt, ut suave illud esse dicatur. Legem decalogicam virgam appellat directionis Regius Propheta, que in Christi regnum devotus, errantes palantemque homines dirigit, eorumque cupiditates coerct. Virgam hanc ferream, id est inflexibilem, immodicamque alibi vocat; minaturque tamquam fixam vasa contritam eos Deum qui inlectore, & humanis appetitibus hanc virgam hinc inde non reclinant. Lubet michi certum S. Augustini dictum ex commentario in Ps. xlv. transferre. *Directionis virga est que dirigit homines. Curvi eant, distorti erant, sibi regere cupiebant, se amabant, facta sua mala diligebant, non voluntatem suam Deo sublebant, sed voluntatem Dei ad suam concupiscentiam flectere volebant. Inlectur enim peccator, & iniquus plerumque Deus, quia non pluit; & non vult sibi Deum vasa, quod fluit. Et ad hoc promovendum flectit quotidie homines, ut dispartent contra Deum. Hoc facere debuit; hoc non bene facit.*

Tu videlicet vides quid facias, ille usque? *Distortus tu es; ille rectus tu es. Distortum ad rectum quando coniungis, collineas non potest; tamquam in pavimento aequali ponas lignum curvum, non adiuverit, non coheret, non cooperatur pavimento aequali. Ergo Dei voluntas aequalis est; tua curva est: propterea tibi curva videtur illa, quia in illi cooperari non potes. Dirigege ad illam, tene illam: nam si illam velis curvare ad te, quia non potes, frustra conaris: illa semper directa est. Vis illi herere? Corrige: erit virga illius qui te regit, virga directionis. Et in Psal. lxxxii. Accede ad istam virgam; sit tibi Rex Christus: regat te virga ista, ne frangas te. Virga enim ferrea est illa inflexibilis: Et quid dictum est? Reges eos in virga ferrea, tamquam vas signi conteres eos. Alios regit; alios conterit: regit spirituales; conterit carnales.*

II. Benignitatem illam qua emollire plures contendunt divinx leviertatem, comparat S. Doctor blanditis illis quibus funem primis parentibus demon fecit. Exaggerabat callidus serpens divini mandati rigorem. Futuræ divinitatis spe lætatur incautus, illi sine dulcem potum eum fuit, unde illorum mors, nostræque calamitates profectæ sunt. Parentum exemplum amplectuntur homines qui, nullo legis rigore, lenocinantia benignitatis præliis decepti, laxas legis interpretamentum iulcipiunt. *Repsit* (inquit S. Pater conc. i. in Psal. xlviii.) *et fecit hominis verbi Dei serventatem, & admittit ad se male scientis serpens blandiantem. Cogitavit ergo carnis serpens divinus. Quis hic sermo, qui contra benignos blandiloquentium perorat, qui illorum negas, & fallacillimum æternæ fatis nexumque inculcat?* Respondet Doctor sanctus serm. i. de verb. Dom. cap. vii. *Si peccator, adversarius tuus est sermo Dei. Peris causa. Forsitan delectat te inordinari dicit tibi, Noli. Delectat te spectare, & mirari: ille dicit tibi, Noli. Delectat adulterari: dicit tibi sermo Dei, Noli. In quibuscumque peccatis volueris facere voluntatem tuam, dicit tibi, Noli. Adversarius est voluntatis tue, donec fiat auctus salutaris tue. O quam bonus adversarius, quam utilis adversarius! Non querit nostram voluntatem, sed voluntatem. Adversarius est nobis, quamamdiu sumus; & ipsi nobis: quamodum tu ibi inimicus es, inimicum habebis sermone Dei. Esto tibi amicus; & concordas cum ipso. Non homicidium facies. Audi, & concordas.*

ff. Non furtum facies, Audi & concordas. Non meccaberis, Audi, & concordas. Non saltem testimonium dicas. Audi, & concordas. Non concupisces uxorem proximi tui. Audi & concordas. In his omnibus cum tuo adversario concordas: dicit enim, quid perdidisti? Non solum nihil perdidisti, sed & teipsum, qui perteris, invenisti.

III. Sermo Dei, lex Dei: bellum indicit appetitionibus nostris perpetuum: ideo ipsa divina eloquia sunt humanitatis nostræ, ad illecebras, ad voluptatum illicia propensæ, adversarii severi, & rigidi. An non auctera, & rigida semper lex illa erit que frenahominibus iniicit, que subditorem coercere mores, & ad virtutis normam conformare iudicat? Te ergo fallunt, palantque adulatores illi qui suavia, dulcia, id est tuis desideris conformia, divina depingunt eloquia, qui ratiuncularum, & sophismatum lenociniis legi severitatem extenuare conantur. Aures istis, qui cum benedictum, seducunt, claudes, eaque arripe, ut audias adversarium carnis tue sermone Dei. Clamat sermo Dei: *Dirige Dominum Deum tuum ex tace cordibus: contra blandiloquum mandatum istud per se nunquam infirmat obligare.*

IV. Quam severo sermo Dei prohibeat iurandam, necessitate sublata, quanta sit cautio adhibendam, cura necessitas usum expostat, late palam fecit in expositione secundæ mandati. Commenta inaudita, quibus etiammodi sacrosancta iuramenta circumveniant, eludat, in nihilum redigat nova quorundam Theologorum, ibidem perentis, & pro viribus retrahit. Quorum mandatum sua quoque passum esse incommoda indicavi, ex novo scilicet opinandi modo, quo filios lætari posse de morte parentum ob hereditatem coniequendam, aliterque Casuista non pauci.

V. Sermo Dei inhihet homicidia, Non occides. Que monitrosa paradoxa benignitas finguntur non invenit contra hæc naturale divinum præceptum? Ob valorem unius auri docet occidi posse furem, & impingentem alamp, etiam fugientem, interficere. Defensione occisiva licitam esse culbore non modo ea que actu possidemus, sed etiam illa ad que ius indicatum habemus, & que nos possidere homicidia ad honorem ipsam reparandum. Licere Religiosis, vel Clerico calumniam graviam crimina vel de, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius defendendi modus non suppetat, benignissime, si graviter lætus honor sit, etiam

post damnatam doctrinam, propugnet. Nunc contemptum tibi erit, non iure & merito benignitatem probabilissimam truculentam, & sanguine madentem appellare.

VI. Lubricam, & voluptuosam firmam delineamus in sexti mandati explicatione præfatam benignitatem, renis, & opinionationibus descriptis quas novi Casuiste plures commentantur. Te delectant theatrorum, comædiarumque spectacula. Sermone Dei moneris: *Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt... Quoniam omnia que sunt in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: I. Ioan. ii.* Ex altera parte aurius tuis insuluratur benignus Casuista: *Voluptates sensuum licite appeti possunt propter se. Illam adulterii delectat. Sermo Dei clamat, Non meccaberis. Serpentes benignitas illudat, & cavillatur: *Caspula cum coniugata, consentiente marito, non potest adulterium. Tanta est divine legis benignitas, ut vel in coniugatis ipsi finem honestum procedendam celo libens possit: Ut sciam nonnullique vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & bonore, non in passione desiderii: I. Thefal. i.* Contra aliquid arguatur hoc passo. Officia coniugalia exercere solius delectationis causa, ne veniale quidem est peccatum, si non est, pulchrum prospectare campum, fragrantem rosam aliorum ob voluptatem admirare, suavi melodia liberare dures dare. Mulierum alioquis, & conversatione alicuius homines. Sermo Dei hæc omnia cavenda, ceu humanorum cordium præsidia, admonet. *Non zelus mulierem suam tuis, ne ostendat super te multitudine doctrinæ nequam... Ne respicias mulierem multivalem, ne forte incidas in lapsum illius... Virginem ne concipias, ne forte scandilicet in decoro illius... Averte faciem suam a multitudine decoro illius... Averte contra inhihet benignitatem: Eccl. ix. Contra inhihet benignitas quidem, & puellas, præsertim plebeas, occitas cubare cum grecis suis exitis, vel indolis licite posse. Consule ea que rap. i. in mandatum sextum retulimus.**

VII. Quoniam humanum genus ob carnis concupiscentiam, bonorumque cupiditatem maiori es parte periclitatur, duo hæc vitia duobus contentis prædictis sermo Dei vetuit. Continuo enim post sextum adverius carnis illecebras, legitur septimum, *Non furtum facies.* Rigorem istum mandati temperavit nova benignitas, innuens licitum esse furari, non solum in extrema, verum etiam in gravi necessitate. Quid gravi necessitatis nomine intelligit? Quid? Indecorum vitam, priusquam

spendit iacturam, fulgidi apparatus decre-
mentum grave. Qui cessit foro, potest sibi
retinere bona, quibus indiget ad sustentatio-
nem familiae, NE INDECORE PVVAT; licet
debita pro quibus cedat, sint ex iniustitia, &
notoria delicto contracta. Haec doctrina nobili-
bus, mercatoribus, aliisque non infimi sub-
sellii professoribus. Quid? Nulla ne benignitas
famulis, ancillis, mercenariis blandiens? Au-
di. Passim famuli, & familia delictis occu-
patis heris suis succurrere ad componendam
suam operam, quam maiorem indicant salarium
quod recipiunt. Quam damnatam doctrinam,
quo vel altero verbo fucantam, defendunt Ca-
sualia non nonnulli. Quid quod pro hono-
ris levi compensatione iusta licita esse propu-
gnant? Coniule que in septimum mandatum
dicta sunt.

VIII. Sermo Dei vetat falsa testimonia
mendacia, calumnias, detractionesque. Ad
haec omnia honestanda, que benignitas ali-
quorum casualitatem invenit dogmata, sulo ca-
lamo istis locis enarravi. Equivocationes,
ambiguitates, mentis restrictiones, cetera
quae id genus in median addunt, & pro vi-
rii labefactant.

IX. Memineris nunc velim, christiane le-
ctor, omnia decalogi mandata ab ipsa natura
lege, humanis animis instata esse precipita.
Quis porro non obsequerit, tam immensa
commenta proferri portante advertit, ea que
omnibus pervia sunt, quorum ignorantiam
Patres omnes, ut noxiam reputant, quod
invincibilis nunquam sit? Sed quid Patres
nostros appello? Vel ipsi Ethnici legio natu-
ralis ignorantiam damnarunt. Libere enarra-
re eloquentissimus Christianorum Lactan-
tius Lib. III. cap. viii. transcribit ex M. Tuli-
o, „ Suspendenda Dei lex est, que nos ad
hoc iter dirigit, illa facta, illa creata,
„ quam M. Tullius in Lib. III. de Repu-
blica pene divina voce depinxit, cuius ego
„ ne plura dicerem, verba lubeci. Est qui-
dem vera lex, recta ratio nature congruens,
„ diffusa in omnem, constans, sempiterna: qua
„ vocat ad officium iubendo, vetando a fraude
„ deterrat, & que tamen neque probos frustra
„ iubeat, aut vetat, nec improbos, iubendo
„ aut vetando movet. Hinc legi nec proega-
„ ri fas est, neque derogari ex hac aliqua
„ licet, neque tera abrogari potest: nec vero
„ aut per Senatum, aut per populum scilicet
„ hac lege possunt. Neque quarecundam expla-
„ nator, aut interpret eius alius. Nec erit
„ alia lex Romae, alia Athenis; & alia nunc,
„ alia posthac. Sed & omnes gentes, & omni

tempore lex una, & sempiterna, & immu-
tabilis contrahit; cuiusque eius communis
„ quibus magister, impositor omnium Deus,
„ illi bonus legum inventor, dissipator, ac-
„ tor, cui qui non parabit, ipse fugiet; &
„ naturam hominis aspernatur, hoc ipso iure
„ maximas penas, etiamsi cetera, qua putan-
„ tur supplicia, effugiet. Quis sacramentum
„ Dei sciens, tam significanter enarrare le-
„ gem Dei possit, quam illum homo longe
„ a veritatis notitia remotus esse potest? Ego
vero eos qui vera imprudenter loquuntur,
„ sic habendos puto, tanquam divinent spi-
„ ritu aliquo inlincti. Quod si, ut legisfan-
„ ctus vim rationemque ipsi perdidit, ita il-
„ lud quoque scilicet, aut explicat, in qui-
„ bus preceptis lex ipsa consilietur, non Phi-
„ losophi sanctus est officio, sed Propheta.

X. Quid ad haec novae benignitatis invento-
res? Lex decalogica non alia Romae, alia
Athenis; non alia primis Ecclesie christiane
seculis, alia nunc. Eadem, sempiterna, in-
variabilis, immutabilis. Unus magister, lu-
men nempe signatum super omnium homi-
num vultum. Nova benignitas, qua delin-
turi legis ultis feveritas, dulce venenum est,
quod mortem parat. Opinuntur, quibus car-
nis, & sanguinis lex accommodatur, precepta
sunt, que recte rationis lucem obambulant.
Verum quaeque aperiata, dura, inintica illece-
bris carnalibus, sed animabus amica, easque
ad salutis portum dirigit. Via quippe lata,
angusta, & arcta, que apparet, & est rei-
plina rigida, ad vitam ducit. Haec sunt doc-
umenta toties in Dei sermone repetita. Sed quod
iustendere nonnullis Benignitas pudore debet,
est vel ipsos Ethnicos veritates istas assecutos
fuisse. Audi ethnicum Poetam.

Littera Pythagora dicitur fuisse bicorni
Humana vita speciem praesere videtur.
Nam via aëritis dextram petit ardua cul-
lenam.
Difficile quoque altitum primum spectantibus
effert.

Sed requiem praebet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via late, sed ultima meta
Praecipit capros, rotatque per ardua faxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Peregit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desistunt, luxuriamque suppetas in-
terten.

Duro fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis, inopique simul, miserabile transgessit
suum.

XL. Ad haec sane carmina alludit Lactan-
tius.

tius Lib. VI. cap. 111. ubi scribit: Dux sunt
via per quas humanam vitam progredi necesse
est: una qua in celum ferat; altera qua ad
inferos deprimat: quas & Poeta in carminibus,
& Philosophi in disputationibus suis in-
duxerunt. Et quidem Philosophi alteram virtu-
tutum esse voluerunt, alteram vitiorum; ean-
dem que assignata sit virtutibus, primo aditu
esse & arduam, & confragosam; in qua si
quis, difficultatis sapientia, in finem suum eva-
suerit, habere eam de cetero planam iter-
licidum, amantemque contempit. & omnium
laborum suorum capere fructus habere, atque
incedendo. Quos autem primi aditus difficul-
tates deterruerit, eos in eam vitiorum viam la-
bi, atque desistere, qua primo ingressu sit
quasi amara; deinde cum in eam paullo ul-
terius processerit, amantitatis eius speciem re-
pente subiaci, exortari autem viam precipi-
tentem, nunc satis asperam, nunc obductam sen-
tibus, nunc gurgibus intericam, vel torren-
tibus rapidam, ut laborare, herere, labi
cadere sine necesse. Quae omnia eo profuerunt,
ut apparet in virtutibus capiendis labores esse
maximos, in perceptis autem maximos fru-
ctus, & solidos, atque incorruptos volupta-
tes: vitia vero quibusdam delinements natu-
ralibus illiter animos hominum, & in tantum
inconditatum specie captos ad acerbas amari-
tudes, miseratque perducere. Sapienter pro-
fus disputavit, si virtutum ipsarum formas,
atque terminos scirent.

XII. Tempus iam est ut vela contraham,
& ut te, christiane lector, dum orationi me-
fincem impono, pressius alloquar. Experienter
ergo, & missis illisiorie benignitatis vene-
nificis, in Nomen, legemque animum in-
tende. Non te a veritatis lemnia abducat
prevaricantium multitudo, non magistrorum
auctoritas, non rapidus confusioinis torrens;
sed te ad legem firmiter, constanterque tene;
ut admonet magnus Pater Augustinus Lib.
de catech. rud. cap. xxv. Tene te ad legem
Dei, & non sequaris prevaricatores eius. Non
enim secundum illorum sensum, sed secundum
illius veritatem inuicaberis. Novis opinunculis
lenocinatur iuicitas, caro blanditur, Au-
ditorum patrocinium favet, Probabilitatis fa-
cus excantat minus peritos. Ut his prestigis
omnibus te subducas, non levis tibi insiden-
da pugna est. Verum, ne ad scopulos navi-
culam allidas, illorum semitis insille qui per-

hoc idem mare, & quidem furentius, navigan-
tes portum tenere salutis; quales sunt Offenses
Patres, quos Ecclesia ut Sanctos colit. Cesset
(inquit Paulinus Nolanus ep. l.) omnis
excusatio errorum, asserantur peccandi feda
solatia. Nihil omnino agimus, qui nos per
multitudinis exempla defendimus. Multitudi-
nis exemplum, magistrorum etiam quorumdam
auctoritas quaedam incredibili vi, atque
impulsi pertrahit in errorem, a quo ut te
Patres eriperent, altius inclararunt. Ne tra-
hamur (subdit Lactantius Lib. III. capi-
xiii.) auctoritate cuiusquam; sed veritati
potius servecimus, & accedamus. Nullus hic
temeritatis locus est. In aeternum stultitia po-
na subvoluta est; si aut persona inanis, aut
opinio falsa deciperit.

XIII. His te vocibus alloquuntur Prophetae
Numine crebris afflati. Popule meus (inquit
Isaias cap. 111.) qui te beatum dicunt, ipse
te decipiunt, & viam gressuum tuorum distor-
pant. Propheta Regius conqueritur, quod lau-
datur peccator in desideris anime suae, &
iniquis benedicitur: Pl. ix. Vehementer per
Ezechielem Dominus obiurgat magistros, legem
suam officio inhiat, & populo blanda-
dientes. Vae qui consunt pulvisibus sub omni
cubito maris, & faciunt cerviculis sub ca-
pite universae aetatis ad capiendas animas....
Et volabant me ad populum meum propter
populum herdes, & fragmen panis, ut
excitarent animas que non erunt, men-
tiones populo meo erant mendacis. (cap.
xiii.) Et itaque falsas magistrorum voces
declinamus, lex ipsa oculis obvertelet. Ma-
gistros sepe querimus, non ut exaditis, se-
veriusque legem observemus; sed ut effugia
nobis aperiant ad legem observantiam euan-
dam. Hic est officiorum omnium delictus:
haec iniustitia, & requiritis regula; quod sermo
Dei iubet, quod imperat, quantumvis mandati
causam minime teneamus, iustum, sanctum,
piumque existimemus, summoque studio exe-
quamur. Ea omnia que minus probabilia
queque verosimilium cum divinis functionibus
pugnant, licet luto probabilissimilia, iusta, &
& pia videantur, alic pernicitate plena ar-
bitremur. Et hac in decalogicam legem di-
cta sufficiant. Quae omnia in gloriam & lau-
dem omnipotentis Dei, eundem Filii Servato-
ris nostri Christi IESU, sanctique Spiritus
cedant. Amen.



U A N L

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
SECRETARÍA GENERAL DE BIBLIOTECA